


THE
MILITARY
COMMISSION
OF
THE
UNITED STATES
OF AMERICA

No A
2-192



66-6-2

F. Universitäts	
KONAC	
111A	A
111B	2
111C	
111D	192

Coromin

~~genus~~



genus Chronica

~~James~~
~~James~~

James




CHRONICON

SS. P. MARCE

VIRGINIS

MARIÆ



R. 1655
Episcopus Joannis Antonii Malinquilla Palae
Presbiteri et Canonici Petri Pellegri
anno Domini 1655
Wm. Juan Antonio
Malinquilla Palae

CHRONICON
SS. DEIPARÆ
VIRGINIS
MARIÆ.



R. 1283

[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side]

CHRONICON

SS. DEIPARAE

VIRGINIS

MARIAE



R. 10
CHRONICON

SS. DEIPARÆ

VIRGINIS MARIÆ.

IN QVO

Omnia vitæ eius acta , & celeberrima miracula per
totum orbem patrata, ad hæc vsque tempora,
prolixius describuntur.

Del Coll^o della Com^o de S^{ta} AVCTORE. de Franca. S. B.

R. P. F. **BENEDICTO GONONO**
Burgensi, Monacho Cælestino Lugdunensi.



LVGDVNI,

Sumptibus **IOANNIS CAFFIN, & FRANCISCI PLAIGNARD,**
sub signo nominis **IESV.** 1637.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

10. R.

DEIPARAE SS

VIRGINIA MARIANA

IN VNO

...

AVCTORE

...




IN OMNI

...

...



Nobili admodum Domino
D. FRANCISCO
DE REGNAVD,
REGIO IN PRÆFECTVRA LVGDVNENSI
CONSILIARIO DIGNISSIMO.



ANNO Præterito (ornatissime Domine) tibi Scholam sanctorum Patrum, nec non dilectæ sponse tuæ Tabellam Passionis Christi, humiliter obtuli. Sed quia libri illi parui sunt: non putavi me satis tuæ erga me benevolentia respondisse: si non etiam secundum hunc tibi offerrem, & sub tuis auspiciis repererem. Tibi enim multis nominibus debetur, scilicet cui ego debeo plurimum & meo nomine, & huiusce Monasterij nostri, quod non solum summo studio, animique benevolentia complexus es: verumetiam eximjis beneficiis in perpetuum deuinxisti.

Ex quo maxima quidem ac penè certa spe ducor, fore ut nostrum hoc opus tibi gratum atque acceptum

futurum sit. Tum quod ex me profectum, tum maximè,
quod in eo sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ miranda
descripta sunt. Ipsam enim iure & merito colis; per quam
tot & tanta consequutus es beneficia. Sed illud insigne est,
quod cum parentes tui masculina prole carerent, te multis
precibus, & eleemosynis, votisque ad diuam Virginem An-
nunciatam huiusce Monasterij Patronam, ab eadem im-
petrarunt.

Hæc omnia sanè iure & meritò expostulasse viden-
tur, ut tibi librum hunc, seruitutis & amoris mei pignus
testatissimum, humiliter ac deuotè dicarem. Tua igitur hoc
erit humanitatis, (Vir ornatissime) propensam meam er-
ga te intueri voluntatem: hocque & si non magnum quod
datur, at spectatum in te obseruantia symbolum, eo animi
maiore animi alacritate complecti, quo & ego maiora si
possem libentius elargirer. Accipe igitur (Vir ornatissime)
hoc opus serena fronte, illudque ad Ecclesiæ utilitatem ex-
positum, tuo commenda fauore, atque de nostro Monaste-
rio tibi deuinctissimo, bene mereri perge. Meum verò erit,
Deum precari, ut te felicem diu, ac sospitem, unà cum con-
iuge tua, & filijs, in hac vita conseruet: & post eam, ad cæ-
lestis regni præmia feliciter perducatur. Amen.

Vale.

Amplitudinis tuæ.

Perpetuus in Christo seruus

Fr. Bened. Gononus Cælestinus.



PIO LECTORI.

MUltæ me causæ, (*optime Lector*) sed præcipuè tres impulerunt, vt Chronicon istud describerem. Quarum prima est, quia cum Deiparæ cultus in toto Christiano orbe præcipuè vigeat, omnésque Catholici certatim eam venerari studeant, non solùm precibus, verumetiam muneribus: puduit sanè me vinci à sæcularibus & laicis. Nam eo ipso, quod sacerdotij (quamuis indignus) honore decoratus, ad maiorem Deiparæ honorem exhibendum, obligatus sum. Secunda verò causâ quæ me ad hoc opus aggrediendum pellexit, est quia volui mihi facere amicam, mediatricem, & aduocatam ante Deum, quem peccando suprâ numerum arenæ maris grauiter offendi. Tertia denique vt beneficiorum ab ea acceptorum aliquam cognitionem & memoriam habeam. Visum est igitur, me non potuisse aliquid præclarius ad eius honorem, proximique vtilitatem præstare; quam si historiam istam diuulgarem. Verumtamen priusquam opus incipiam, de paucis præmonendum lectorem iudicauit.

Non debet igitur quispiam mirari, quod in Chronico isto, in primis præcipuè sæculis, multos prætermiserim annos in quibus nihil de beata Virgine dixi, hoc sanè cum animi mei dolore factum, cum in antiquis Codicibus, & Auctoribus nihil certi potuerim reperire. Quare
si cui

si cui videatur Historia ista minus locupletata, is sciat me plura potuisse exhibere miracula, quæ consultò prætermisi, ne tedium ob prolixitatem legentibus inferrem. Nam si omnia, quæ apud Turselinum, Trithemium, Lipsium, aliosque innumeros reperiuntur miracula scribere noluissem: ne vnum fanè, sed multa volumina conficienda fuissent. Contentus igitur fui, celeberrima quæque & iucunda describere: satisque esse iudicavi ad inculcandum in hominum mentibus Deiparæ timorem pariter & amorem. Attamen successu temporis, poterit opus istud à me, vel ab aliis adaugeri. Aduertat denique lector, intentionis meæ non fuisse Sanctorum vitas, & res gestas describere, neque miracula eorum afferre: sed id vnicum spectavi, quod Deiparæ cultores & studiosi, & ab ea multis fauoribus, & gratiis affecti fuerint. Stylum præterea antiquorum grauissimorumque Auctorum sequutus sum, ad maiorem Historiæ fidem adstruendam, ne quis putet me aliquid confinxisse.

Porro quod attinet ad huius historiæ vsum, omnes faciliè animaduertèt, eam esse ad instar horti cuiusdam deliciarum, quò se recreationis ergo recipere poterunt. In ea reperiunt Pontifices & Prælati multa, eaque miranda, quæ eorù zelum erga Deiparæ honorem, magis ac magis accendere poterunt, & augere. Religiosi videbunt ortum & progressum Ordinum suorum ab eadem Virgine, vel impetratum à Deo, vel adiutum, moderatum, & defensum. Videbunt inquam beneficia Patribus eorum collata, quantoque studio & amore eam prosequuti fuerint: exinde affectus ad eorum imitationem magis inflammabitur. Habebunt hinc Concionatores promptuarium, vnde Deiparæ laudes auditoribus exhibeant, & depromant. Mirabuntur Imperatores, Reges, Principes, Duces, & nobiles beatam Virginem vt castrorum aciem ordinatam, terribilem esse inimicis: propterea discant in ea, post Deum totam spem suam, non in potentia, viribus, & diuitiis ponere. Habebunt tandem

tandem omnes, ac in primis deuoti B. Virginis, tanquam speculum quoddam cultorum eius, quod intueatur; & ad quod imitatione sese aptent, & conforment. Denique ex huius lectione Historiæ iusti magis proficient: peccatores verò ne desperent, remedia inuenient: atque sub B. Virginis umbra protectionis sese recipient. Lege ergo alacriter & peruolue opus istud (*optime Lector*) quod si comperero tibi placuisse; euulgabo aliud pernecessarium, cui titulus est, *Viridarium Deiparæ*, quo excuso, *Chronicon Jesu Christi*, quod præ manibus habeo, in lucem quoque prodire curabo. Interim roga Deum, vt mihi sanitatem, vitamque conferuet, quatenus tam laboriosum opus, ad maiorem eius gloriã, tuamq; utilitatem perficere possim. Vale.







CATALOGVS AVCTORVM,

QVI IN TOTO OPERE
citantur.



Abbas Vspergensis.
Albertus Magnus.
Alanus de Insulis.
Alexander Allensis.
S. Ambrosius.
S. Amphilocheus.
S. Antoninus.
S. Anselmus.
S. Athanasius.
S. Augustinus.
Archangelus Giani.
Arnoldus Vuon.
Arnoldus à Damasco.
Anthoni.
Anthoni.
Anthoni.
S. Andreas Hierosolymit.
Anthoni.
Ascanius Persicus.
Astolfus.
Attichius.

B

Baptista Laurus.
Balinghem.
Baronius Cardinalis.
S. Beda.
S. Bernardus Abbas.
Bencius.
S. Bernardinus Senensis.
Bernardinus de Buſto.
Bellarminus Cardinalis.
S. Bonauentura Card.
Bredembachius.
Bernardus Luxemburg.
Boëtius.
Brocardus.
Bonifacius.
Bozius. *Bzoni.*

C

Casarius.
Carolus Sigonius.

Carolus.

Carolus Sauffeyus.
Carolus Stengerius.
Canisius.
Castro.
Cedrenus.
Caietanus.
Casar Franciottus.
Clictoueus.
Carthagena.
S. Chrysostomus.
Chrysof. Henriquez.
S. Cyrillus.
S. Cyprianus.

D

S. **D**Amascenus.
S. **D**ionysius.
Dionysius Carthus.
Discipulus.
Diagus.

E

S. **E**Vodius.
S. **E**piphanus.
Eckius.
Eusebius.
Euagrius.
Eutropius.

F

FAsellus.
Farcitus.
Flaminius.
Franc. Hierascus.
Franc. Belcarius.

Ferreolus.
Fortunatus Episcopus.
Frossardus.

G

GAbriel Barius.
Glaber.
Galterius.
Gabriel Pennottus.
Genebrardus.
S. Gregorius Papa.
S. Gregorius Nyss.
Georgius Nicomed.
S. Gregorius Turon.
S. Gregorius Nazianz.
S. Germanus Patriarch.

H

S. **H**ieronymus.
Hieron. Ferrariensis.
Heribertus Rosoveidus.
Hermannus Petra.
Henricus Grannus.
Horatius Turselinus.
Hugo Floreffensis.

I

S. **I**Reneus.
Iacobus de Valentia.
Jacobus Medendorpius.
Iacobus de Voragine.
Jacobus Sprengerus.
Iansenius.
Ioannes le Paige.
Ioannes Dasimius.

S. Ildesonsus.

S. Isidorus.

L

L Ancellotus.

Laurentius Maselli.

Leander Albertus.

Lippomanus.

Lipsius.

Ludolphus Carth.

M

M Assutius.

Marcus Vigerius Card.

Marcus Michaël.

Medina.

S. Metaphraſtes.

S. Methodius Martyr.

Martinus Polonus.

Matthæus Pariſienſis.

Meyerus.

Martyrolog. Rom.

Menologium Cifterc.

Michaël Seruita.

Michaël Pius.

N

N Auclerus.

Nicephorus Call.

Nicephorus Gregoraſ.

Nicetas.

Nicolaus Godignus.

Nicolaus Aegidius.

Nicolaus Trigautius.

Nider.

O

O Rigenes.

Odo Giſſeus

Oliuerius.

Osbernus.

Optatus.

P

P Aleonydorus.

Paulus Diac.

Pelbatus.

Pepinus.

Petrus Damianus.

Petrus venerabilis.

Petrus Sutor.

Petrus Sanchez.

Platus.

Piræus.

Procopius.

Petrus de Natalibus.

Philippus Bergomenſis.

R

R Aulinus Cluniac.

Richardus Cluniac.

Richelius.

Ribadenera.

Robertus de Latio.

Robertus Holcot.

Rogerus Houedenſis.

Rouillardus.

S

S Acbinus.

Salianus.

Santius

Santius Porta.
Sigebertus.
Sebastianus Beretarius.
Simoneta.
Sozomenus.
Sophronius.
Surius.
Suarez.
Spinellus.

T

S. **T** *Thomas Aquinas.*
Tertullianus.
Thomas Cantiprat.
Thomas Massutius.
Theophylactus.
Thomas de Trugillo.

Thomas Maluenda.
Trithemius.
S. Theophanes.
S. Theodorus Studita.
Thosignanus.
Tympius.

V

V *Illegas.*
S. Vincentius Ferrerius.
Vbertinus.
Vincentius Beluac.
Vuilhelmus Malmesbur.
VVadingus.

Z

Z *Onaras.*
Zacharias Bouerius.

APPROBATIO

A P P R O B A T I O.

VIdi & perlegi qua summa potui diligentia & cura illustre & peregregium opus, quod grauiissimus ac prudentissimus P. F. BENEDICTVS GONONVS Burgēsis, Monachus Cælestinus Lugd. in commune opus bonum conscripsit. *Chronicon SS. Deiparæ Virginis Mariæ*, quod examini meo traditum fuit expendendum. Quod quidem laudatores dignissimos, potius quã examinatores postulabat. Consequens ergo est, vt ad communem omnium vtilitatem typis mandetur, & publicè feratur, suscipiaturque magna cum laude & omnium gratulatione. In cuius rei testimonium & approbationis fidem, proprium nomen apposui. In hoc nostro Conuentu Lugdunensi Fratrum Prædicatorum die 16. Octobr. Anno vero Incarnationis dominicæ 1636.

Fr. Claudius Marois Doctor Theologus,
ac Conuentus Lugdunensis Ord.
Fratrum Præd. humilis Prior.

Miracula Intemeratæ Virginis Mariæ meritis patrata, & per sæcula labore & studio R. P. BENEDICTI GONONI Burg. Monachi Cælestini Lugd. digesta, piè legi, & sine scrupulo possunt, fructuosèque typis mandari, teste nostro manuali signo factò in nostro Carmelitarum Conuentu die vigesim. septima Octobr. 1636.

Fr. Stephan. Molin Prior Carm.

PAR Grace & Privilège du Roy, il est permis à JEAN CASSIN & FRANÇOIS
PLAIGNARD, Marchands Libraires à Lyon, d'Imprimer, le liure intitulé *Chroni-*
con S. S. Dei-Paræ Virginis Maria Auctore R. P. F. BENEDICTO GONONO Bur-
genſi Monacho Cæleſtino Lugdunenſi, & ſont faiçtes defences à tous Imprimeurs & Li-
braires de ce Royaume, de quelque eſtat, & qualité qu'ils ſoient d'imprimer, ou faire
imprimer, vendre, ny diſtribuer, en quelque ſorte, & maniere que ce ſoit, ledict Liure,
ſinon de ceux qu'auront faiçt imprimer leſdits Caſſin & Plaignard: & ce iuſques au temps
& terme de dix ans entiers & conſecutifs à compter du iour, que ledit liure ſera achené
d'imprimer: ſur peine de Conſiſcation des Exemplaires, & de mil liures d'amende, &
de tous deſpens, dommages & intereſts comme plus à plein eſt contenu és Lettres donnée
à Paris le 7. iour de Iuillet mille ſix cents trente ſix, & ſeellées du grand ſecl en Cire
jaunc.

Par le Roy en ſon Conſeil.


HARDY.

CHRONI

rum
cen
Ter
& t
lus
ſec
ſua
uit
gra
ma
ne
Pat
ſce



CHRONICON SS. DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ.



ANNO Mundi 4037. Augusti verò Imperatoris 27. concepta est sacratissima & gloriosissima virgo Maria, ex patre sancto Ioachim, Nazareno, & matre sancta Anna, de Sephor oppido distante ad duas leucas de Nazaret. Qui per annos viginti prole carentes, pro habenda sobole orauerunt, vouentes se illam Domino obluros. Videns autem Isachar sacerdos, Ioachim inter conciuēs suos cum oblatione assistere, spreuit illum, improperans ei sterilitatem. Qui improperij pudore, ad pastores pecorum suorum se contulit, ibique apparuit ei Angelus Domini confortans eum, & dicens orationes eius exauditas & elemosynas ascendisse in conspectu Dei. Tertiam enim partem substantiæ suæ dabat pauperibus, tertiam templo, & templi ministris: & de tertia cum familia sua viuēbat. Ait verò ei Angelus: Ecce vxor tua, pariet tibi filiam, vocabisque nomen eius Mariam. Consecrata erit Domino, vt vouisti, & Spiritu sancto replebitur ex utero matris suæ, & in templo Domini erit conuersatio eius. Eademque Augelus nunciavit Annæ, monituque angelico ascenderunt in Hierusalem, & debitas Deo gratias persoluentes, regressi sunt ad propria.

Concepta est ergo beatissima Virgo Maria ex Ioachimo patre, & Anna matre parentibus genere, & virtute nobilibus, via communi, id est ex semine, quod olim multi hæretici negarunt: qui tamen conuincuntur à sanctis Patribus. Et quidem ab Epiphanio, hæres. 78. Desinat tandem (inquit) infelicitium ille hominum error. Neque enim Maria Deus est, neque de celo
A corpus

*Conceptus
B. Virg*

Ludolph in
vita Christi
p. 1. c. 21.
*B. Virg. Parv.
1. 2.
S. Damasc.
orat. 1. de
Nat. B. Mat.*

S And Hierosoly. orat.
in salut. Angel. Suar. in
3. p. disp. 2.
sect. 1. Salianus. tomo 6.
ante Christum.

*Angelus Annunciat
Concept. B. Virg.
parentibus.
Baron. to. 1.
S. Epiph.
Et hæres. 79.*

S. Greg.
Nyfl. de Na-
tiu Christi.
Robertus de
Litio serm.
Nat. B. Mar.

corpus accepit: sed ab viro ac muliere genita, tamen ex promissione vt olim Isaacus. Vide etiam sanctum Gregorium Nyssenum, Damascenum, & alios patres quorum verba nimis longum esset proferre. Non est igitur admittenda illa vulgi falsa sententia, quod scilicet B. Virgo solo osculo concepta fuerit: hæretica est, licet apparenter videatur ad eius laudem accedere. Debent igitur hæresim istam repræsentantes, tam in vitreis, & parietibus, quam in ornamentis, imagines abradi tanquam fidei Catholicæ contrariæ.

Originale
peccatum nõ
contraxit.
Conc. Triid
sess. 5.

Concepta fuit sine peccato originali vt docent sancti Patres & Theologi, quibus suffragatur Concilium Tridentinum. Nam in quinta Sessione, vbi dicitur & asseritur omnes esse in peccato originali conceptos, in fine decreti sunt hæc verba literis mandata. *Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem. Mariam Dei genitricem.* Hæc tibi.

Fomite pec-
cati caruit.
Clichonæus
lib. 2. de di-
gnitate An-
nûciationis,
c. 10. & in
Theolog. 5.
Damasceni,
19. c. 2. libri
3. de fide or-
thodõxa.
Raufinus
Clen. serm.
4. Concept.
B. Virg.

Sicut ergo ab originali peccato immunis fuit, ita & à fomite peccati, quod sic probat Iudocus Clichonæus. In quocunque fuit peccatum originale, fuit fomes peccati, & concupiscentia carnis, cum effectus esse nequeat sine sua causa. Et fomes sit vt reliquiæ quædam ipsius contagij ex origine contracti. Beata autem virgo non habuit originale, ergo nec fomitem. Non enim amplius in ea fuit fomiti locus, quam in primis nostris parentibus, & in Christo Domino: quibus nunquam aliquis fomitem peccati impexit. Quia non minus immunis à peccato originalis fuit conceptus sanctæ Virginis quam horum trium, quos adduximus, progressus ad ortum. Quare nec in eadem semper virgine, admittenda est vnquam fuisse concupiscentia, infirmitasque carnis, neque potentialis, vt est in paruulis lege humana conceptis, ante annos pubertatis; cum nondum pullulant obscenæ commotiones in carne. Latet tamen occultum virus, quod postea se prodit. Neque actualis, vt est in adultis, quibus ebulliunt & insurgunt, aculei actu in spiritum. Neque putandum est Spiritum sanctum superuenisse in eam vt à fomite prius contracto, eam emundaret, aut sanctificaret ad filium concipiendum. Quæ semper facta fuit, noua sanctificatione vt purgaretur, non indiguit. Sed superuenit in eam, vt virtutem concipiendi filium, sine virili consortio, ipsi supra naturæ legem conferret. Quod manifestum euadit, ex præcedente sacre virginis, ad Angelum interrogatione. Quæ cum audisset cælitus sibi promitti filium, conscia virginei sui pudoris Deo consecrati, quæsiuit ab Angelo, *Quomodo fiet istud? Qui respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* Ecce verba Angelica liquidò monstrant propterea tunc superuenturum in eam Spiritum sanctum, vt quamuis nunquam virum sit cognitura: virtute tamen cælestis spiritus fiat grauida. Sed quoniam pacto ante filij conceptionem fuisset in ea fomes quæ priusquam fieret prægnans, ab Angelo salutata est gratia plena? Aut quam ratione cum illa gratiæ plenitudine, fuit in ea seminarium peccati, aut carnis infirmitas; Non repugnant tamen huic exuberantiæ gratiarum, nouus in ea Spiritus sancti aduentus ad nouum & admirabile munus illi præstandum vt scilicet mater fieret sine virili consortio, & virgo Deum, hominemque conciperet Sic & sancta Præcursoris mater Elizabeth, antè salutationem virginis Spiritu

Spiritus sancti habuit gratiam; attamen audita virginis & matris Dei salutatione, repleta tunc Spiritu sancto describitur, quod nouum ei Spiritus sanctus donum propheticum tunc infuderit, quo secretum incarnationis mysterium, & angelica ad beatam Virginem habita verba. Domino reuelante cognouit. Hæc omnia Clithouæus.

Habuit etiam B. Virgo vsum liberi arbitrij in vtero matris suæ, quod expressè testatur S. Bernardinus Senensis in sermone Natiuit. B. Mariæ, scribens in hunc modum. Beata (inquit) Virgo dum erat in ventre matris suæ, habuit vsum liberi arbitrij, atque lumen perfectum in intellectu & ratione. Proindè secundum quosdam, fuit tunc in sublimioris contemplationis statu, quam vnquam fuerit aliqua creatura humana in perfecta ætate. Et licet in vtero Matris suæ, sicut & ceteri infantes dormiret: attamen somnus, qui abyssat, & sepelit in nobis rationis, & liberi arbitrij actus, & per consequens actum merendi, non credo, quod talia in ipsa fuerit operatus, sed anima sua liberè, & meritorio actu tunc tendebat in Deum. Hæc ille. Nec propter hæc omnia fuit æqualis Christo in dignitate, quia ab instanti conceptionis suæ fuit viator & comprehensor: Maria autem viatrix tantum. Deinde Christus hoc habuit per se, ratione personalis vnionis tanquam caput & fons omnium gratiarum, ad distribuendum: Maria autem habuit tanquam membrum deriuatinè à Christo, tanquam à capite & sic magna differentia æqualitas.

Decursis ergo nouem mensibus à conceptione, nata est beatissima Dei mater Septembris 8. Nata est autem in Nazareth, Pago Galileæ, vbi Annam nupsisse testatur Hippolytus apud Nicephorum, vocata est autem Maria, vt vel ipsum nomen magnum quiddam innueret. Maria enim interpretatur stella maris, Domina, illuminata, vel illuminatrix. Quam verò proprietates istæ beatæ Virgini cōueniant, prolixius ostendunt doctores. Conuenièter etiam nata est in mense Septembris quia secundum doctores Hebræorum, & cōmunem magis opinionem Latinorum, mundus fuit creatus in mense Septembris, quia tunc creatæ fuerunt arbores ferentes fructum, quod fit in Septembri. Conueniens ergo erat vt recreatio mundi eodem tempore inciperet. Inccepit autem à Natiuitate Mariæ, in qua plantata est, & radicata arbor, quæ tulit fructum reparatè mundum, sicut prima arbor protulit fructum destruentem mundum. Et sicut mensis Septembris communiter plenus est magnis infirmitatibus ideo nihil mirum, si illo tempore, quò apparent pericula, superuenit medicina & remedium contra omnem febrem.

Sacrum eius corpus suauissimum spirabat odorem, à natiuitate & deinceps, quia à nullo illustrius vincitur. Plutarchus enim de Alexandro magno ita scribit. In Aristoxeni commentariis legimus, Alexandri magni membra, atque os, tam suauem odorem exhalasse, vt, & interiores tunica, mirabili fragrantia complecterentur. Cuius rei causa fortasse fuit quædam corporis tēperies innato calore feruentis. Quod si pierius Valerius loquens de Ægyptiis inquit, Minime mirum est in tanta victus parsimonia, eorum corpora (quod plerique Auctores tradunt) vel nullis odoribus delibuta, sponte auram suaueolentem emisisse, odoratasque trāscentium vmbra mi-

Suarez tom
3. in 3. p.
D. Thoma.
S. Bernardin.
in serm. nat.
B. Mat. ar. 1.
cap. 2.
Liberi arbitrij
vsum habuit
in vtero
matris.

Iac. de Val
in exposit.
Cantic
B. Mariæ.

Saliauus to.
6. Annalium
anno mundi
4038.
Natiuit. B.
Virgo.

Dionys.
Carthuf.
Lib. 1. de
laud. B. Virg.
art. 6.
Plutarch.
Odor suauif.
simus ex cor-
pore B. Virg.
Pierius.
Lib. 57.
Carthag. 10.
1. de B. Virg.
hom. 5.
Villeg. in
Apoc.



tam inspirasse fragrantiam. Si igitur id aliis humanis corporibus fuit concessum; minimè credendum Mariano corpori, quod Dei futurum erat habitaculum, fuisse denegatum. Imò si id fieri non posset (vt multi autumant) nisi supernaturali Dei virtute; non video cur huiusmodi odoris fragrantiam, atque suaueolentiam, quam mortuis corporibus seruatorum Dei concessam exprimitur, viuo corpori matris Dei denegatam dicamus.

Santius Por-
ta in serm.
de S Mich.
Archang.
Angelum cu-
stodem ha-
buit.
S. Thomas 1.
p. q. 113.
art. 4.

Habuit etiam sicut cæteri omnes, Angelum custodem. Quod sic probatur. Quia non erat minoris dignitatis quam cæteri homines. Habere autem Angelum custodem, est dignitas hominum & Angelorum: ergo habuit, Angelum custodem. Valde enim honorantur homines habentes in obsequium, tam nobiles & excellentes creaturas. Dignitas quoque est Angelorum, quia illuminant, docent, & regunt. Adde quod licet omnes homines natura sint pares: tamen inæqualitas in eis inuenitur; secundum quod ex diuina prouidentia, quidam ordinantur ad maius, quidam ad minus, sicut beata Virgo; quæ ordinata fuit vt esset mater Dei: idcirco angelus eius custos valde honoratus fuit. Deinde beata Virgo erat subiecta diuinæ prouidentia: inuenitur autem secundum rationem diuinæ prouidentia, quod inferiora per superiora moueantur, ergo.

Suarez.
Quisnam ille
fuerit.

Quidam putant istum Angelum custodem fuisse, Gabrielem, sed hæc opinio non videtur probabilior. Nam certum est, quod de ordine Archangelorum, non assumuntur Angeli ad custodiam hominum, sed Angeli tantum inferiores & vltimi. Atqui Gabriel fuit supremus Archangelorum; ergo non potuit esse custos B. Virginis. Confirmatur, quia legationes celebriores sunt, quæ fiunt per aliquem Principem, qui non fuerit familiaris ei ad quem mittitur, nec cum eo conuersatus sit. Cum autem missio Gabrielis, omnium fuerit excellentissima: sequitur quod non debuit fieri per Angelum custodem Beatæ Virginis, sed per alium supremum, nempe Gabrielem. Dices, si non fuit Gabriel, quis ergo? Dico probabile esse quod Angelus custos B. Virginis, fuit supremus ordinis Angelorum, quorum officium est homines custodire. Quod etiam probari potest ex verbis sancti Gregorij loquentis de dignitate Annunciationis. *Summum (inquit) Angelum venire dignum erat, qui summum omnium nunciabat.* Sed per summum Angelum, doctores intelligunt, supremum de ordine Archangelorum. Si ergo decebat Annunciationem fieri per Archangelum Beatæ Virginis: similiter congruum erat, haberet supremum Angelum vltimi ordinis Angelorum custodientium homines, in sui custodiam à natiuitate depuratum.

S. Greg.
hom. 34.

Regie stirpis
fuit B. Vir-
go.

Suarez in 3.
part. D. Tho.

Fuit etiam Beata Virgo de tribu Iuda, & domo David. Vndè in eius preconium canit Ecclesia, *Natiuitas Virginis Mariæ, ex semine Abraham, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe David.* Quod autem primò duxerit originem ab Abraham & Iacob probatur. Quia ex scriptura constat Christum fuisse promissum Abraham. Gen. 18. & 22. & Iacob Gen. 28. Fuisse etiam de tribu Iuda probatur. Quia constat Christum fuisse de tribu Iuda. Gen. 49. & ad Hebr. 7. Ergo & Beata Virgo fuit de tribu Iuda. Confirmatur quia Christus non sortitur tributum nisi per matrem: ergo descendit ipsa Beata Virgo ex tribu Iuda. Neque solum fuit de tribu Iuda, sed etiam de familia David. Quia certum est scriptura, Christum fuisse filium David. Matth. 1

Rom. 1.

Rom. 1. *Qui factus est semine David secundum carnem.* Et ex variis locis Euangeliorum constat, communem sensum omnium Hebræorum fuisse Messiam futurum fuisse filium David, Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20. Ionn. 7. Quod etiam satis conuincitur expromissionibus factis ipsi David 2. Reg. 7. & Psalm. 131. quas in Christo fuisse impletas testatur Angelus Luca 1. Igitur & sanctissimam eius matrem, ex qua veram sumpsit, & totam carnis substantiam, ex familia David descendisse necesse est.

Ex quibus colligitur eam fuisse nobilissimam. De cuius nobilitate sanctus Bernardinus Senensis ita scribit. *Fuit (inquit) Beata Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, que in humana natura fuerint, possint, aut potuerint generari. Nam Matthæus ponens tres quaterdecenas generationes ab Abraham usque ad Christum, inclusivè, describit eam fuisse natam de quatuordecim Patriarchis, de 14. Regibus, de 14. Ducibus, secundum quod quidam periti numerant & distingunt prædictum Matthæi textum. Lucas quoque describens nobilitatem eius, exordiens ab Adâ & Eva, usque ad Christum Deum, genealogiam suam protraxit. Pater enim quod Dominus Iesus Christus qui sine matre fuit in cælis, & absq; patre in terris, tota à Virgine humanitate recepit, atque dignitatem que ad humanitatem sequuntur: scilicet cognationis, ut diceretur filius David, & consanguinitatis, ut diceretur fratres habere de nobili parentela, totum hoc à beata matre suscepit. Quod etiam ultimus Dux, ultimus Rex, & ultimus Patriarcha totius populû Israel, non aliunde habuit quàm à Virgine beata, ut ex hoc manifestè clarescat, quod omnis nobilitas corporalis concessa humano generi in Adam, à Domino principaliter datum est, ut per multas generationes descenderet in Virginem beatam, & per Virginem matrem terminaretur in Christum Dei filium benedictum.* Hæc S. Bernardinus.

Denique formæ præstantia ipsam omnes fæminas excelluisse, communiter docent omnes Theologi. Ita sanctus Thomas in 3. Sent. dist. 3. qu. 1. art. 2. quæstiuncula 1. ad 2. sanctus Bonaventura, in 3. Sent. dist. 3. 1. p. art. 2. q. 3. sanctus Antonius 4. parte summæ Theologiæ tit. 15. cap. 10. Richardus de S. Victore c. 26. super Cant. Dionysius Carth. lib. 1. de laudibus B. Virg. art. 3. Gabriel Biel in 3. dist. 3. qu. 2. art. 3. dubio. 1. Suarez, de Valentia, Viergas, & alij omnes, tam antiqui quam recentiores. Qui merito adiungunt, talem fuisse B. Virginis pulchritudinem, ut eam intuentes non nisi ad castitatem, & pudicitiam excitaret. Unde S. Thomas dixit, hunc fuisse singularis gratiæ effectum: quia sola uaturalis forma, aut virtus, vel modestia, ad illum non sufficeret. Quod videtur prius docuisse S. Ambrosius. *Tanta inquit, erat eius gratia, ut non solum in se virginitatem seruaret: sed etiam, si quos inuiseret, in tegetatis insigne conferret.* Hoc ipsum etiam tenuit Alexander Allensis. Supernaturalis enim splendor in eius vultu radiabat, tantamque fuisse illam irradiationem tradit Dionysius Carthusianus, ut opus fuerit eiusmodi diuinitus temperari, quo posset cum hominibus conuersari. Idque probat ex eo quod quamplurimi sancti cum ex contemplatione egrediebantur, igneam quendam splendorem vultu ipso præferrebant, & roseo quodam colore, lumineque diuino perfundebantur. Præterea si Moyse accidit ex consortio Domini, ut vultus eius tanto splendore micaret, ut non possent filij Israël in faciem eius intendere, vultumque velo operiebat: & si ex sancti Domini

S. Bernardin.
in serm. de
S. Ioseph. art.
1. & lib. de
Christiana
relig. serm.
61. art. 1. c.
Nobilitas B.
Virg. omnium
nobilitatem
excellit.

Pulchritudo
B. Virg. quam
excellens.

S. Ambr. lib.
de Instit.
Virg. c. 7.
3. p. quæst. 9.
membr. 3.
art. 1.
Dionys.
Carthul.
lib. 1. de lau-
dibus B. Virg.
c. 39. Alber-
tus super
Missu est

nici vultu, quidam radij gloriæ emanare solebant, quibus reddebatur admirabilis simul & amabilis, quo fiebat, vt in eum intuentes, ad honestam prouocarentur: cur id negandum sit Virgini, cuius tanta erat cum Deo familiaritas? Hæc Carthusianus. Talem autem fuisse Beatæ Virginis figuram scribit sanctus Anselmus. *Fuscus inquit, id est subnigrus, habebat oculos, rectos aspectus, nigra supercilia, mediocrem nasum: vultus eius oblongus, longa manu, longi digiti, mediog. statur.* Hæc illæ. Omnes etiam Theologi consentiunt. beatam Virginem, propter optimam corporis dispositionem & complexionem, cum magna animi moderatione coniunctam, nunquam in verum, ac proprium morbum incidisse.

Effigies B. Virginis & forma.

S. Anselmus in fine libri 2. de imagine mundi. Nicephorus.

Salianus.

B. Euodius. Offeritur in templo, S. Greg. Nyss.

Locus mansionis eius in templo.

Cedr. in cõpendio Hist. Georg.

Nicomæd. hom. de oblatione Virg. in templo. S. Ambr. lib. 2. de Virginitibus.

Metaphr. de Præsent.

B. Mariæ. Angelico ministerio pascitur: in templo.

S. Hieronymus in Epistola ad Heliodorum.

Ludolphus. Carthul. in vita Christi p. 1. c. 2. Detra.

Expleto triennio, beatissima Virgo à parentibus Hierosolymam deducta, illicque Deo oblata ex ipsorum voto, vitam deinceps in templo, vsque ad sponsalia traduxit. Nam B. Euodius Apostolorum successor in Epistola, quâ Lumen inscripsit. *Trimula inquit, cum esset, in templum est presentata, & ibi in sanctis sanctorum traduxit annos undecim.* Hanc autem veritatem excipiunt S. Gregorius Nyssenus in serm. de Natiuit. Christi. Gregor. Nicomediensis, hom. de Præsentat. Gregor. Thessal. item hom. de Præsent. Photius, Nicephorus, S. Bonau. S. Antonius S. Simeon Metaph. S. Ioannes Damasc. lib. 4. fidei orthodoxæ c. 13. Lippomanus, Surius & omnes Catholici cum Sanctissima Romana Ecclesia. Mansit autem in secretiori templi loco, qui Sancta Sanctorum vocatur. Quod colligitur ex S. Germano Constantino-politano Episcopo in serm. de Præsent. Vbi inquit, non sæpe, sed semel solum in anno sacerdos ingrediens, peragebat cultus mysticos: illa Virgo vt ibi perpetuò maneret, à suis adducitur parentibus, vt esset in sacris gratiæ aditis. Et Nicephorus lib. 1. Hist. c. 7. expressè ait Virginem in sanctiori templi loco habitasse. Virgo inquit, vt res diuina, intacta & sacrosancta in tẽpli sanctiore loco, & in aditis ipsis viuebat. Constat autem sanctiorem locum, fuisse Sancta Sanctorum, quod docent omnes patres supracitati. Quod si vni sancto Iacobo, licebat ingredi Sancta Sanctorum, ob insignem eius sanctitatem: non est difficile credere, idem datum fuisse Beatæ Virgini.

Quin etiam cœlitus angelico ministerio fuisse enutritam, tradunt Cedrenus, Georgius Nicomediensis, S. Ambrosius, ac propriis oculis conspexisse Angelum, cibum Virgini deferentem, Zachariam Ioannis Baptistæ patrem, auctor est Pantaleon apud Metaphrastem. Quod ne quipiam creditu difficile, aut illud in dubium reuocet, meminerit in primis, id ipsum non semel contigisse Abbati Apollo, qui sub Theodosio maiore vixit apud Eremitas. Sanctus Hieronymus hoc ipsum expressè fateretur scribens in hæc verba, *Beata inquit, Virgo etiam in pueritia & adolescentia sua, quando in templo morabatur cum aliis puellis suis coeuis, vitam suam valde ordinatam ducebat. Nam à mane vsque ad tertiam orationibus insistebat, à tertia verò vsque ad nonam operi manuum intendebat à nona verò adhuc orationem suam incipiebat, à qua non recedebat, quousque illi Angelus appareret, de cuius manu escam accipere solebat: & sic semper melius in Dei amore proficiebat.* Hæc ille. Addit verò Ludolphus hæc, notatu digna. *Sine intermissione inquit benedicebat Dominum. Et ne fortè, in saluatione sua à laudibus Domini tolleretur: si quis eam salutabat, ipsa pro resalutatione, Deo gratias respondebat. Denique primum ab ipsa exiit, vt dum homines*

homines sancti saluantur, Deo gratias dicant. Hæc ille. Qui etiam subdit. Ipsa etiam prima omnium, de seruanda virginitate, (nisi Deus aliter ordinaret) votum vouit; quod nulla ab initio seculi, ex quo hic factus est mundus, Deo obrulit. Hæc ille. Ex quibus verbis colligitur beatam Virginem in templo votum virginitatis emisisse. Quam sententiam amplectitur Baronius tomo 1. Annalium, in Apparatu pag. 29. & 30. vbi ita scribit.

Votum virginitatis prima emisit, Baronius.

At si quis roget, quonam tempore augustissima Virgo atque sanctissima, voto nuncupato, perpetuam virginitatem Deo consecrauit: vt hæc inuestigemus prius videndum est, quid de voto puellæ antequam fuerit desponsata, vel post à lex diuina sancierit. Locutus est Deus per Moysen, hæc de puellari voto populo seruanda mandauit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Si autem statim vt audierit, contradixerit pater, & vota & iuramenta irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si autem matrum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento, quod die audierit vir, & non contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obligauerit animam suam, propitius erit ei Dominus.] His visis (inquit Baronius) haud putamus, à veritatis via quempiam aberrare, si dixerit sanctissimam Virginem, antequam fuerit desponsata Ioseph, parentibus scientibus, nec dissentientibus, votum virginitatis nuncupasse: conceperant namque illi maximam de puellæ sanctitate expectationem. Hæc autem si credimus Cedreno, qui vndecimo anno ætatis Virginis parentes ex hac luce subtractos testatur, licet de re tam antiqua haud libenter recenti auctori, hæc sine teste affirmanti assensum præbeamus: ante parentum obitum contigisse oportuit. Hæc ille. Et infra. Fuit tamen de Mariæ voto aliorum sententia, beatissimam Virginem postquam est desponsata, votum virginitatis, quod animo diu conceperat, sponso assentiente, verbis expressisse. Horum auctor est S. Thomas, quem complures sunt secuti. Per facile fuit id suaderi homini iusto ab illa præsertim, quæ & Deum ipsum, (si ita licet dicere) in suum traxit obsequium. Quidni præstaret hoc iustus, quod Pharisei ad præscriptum tempus, & Esseni in perpetuum ea ætate obseruabant. Hactenus Baronius.

Num. 30.

Cedrenus in comp Hist. Obitus parentum B. Virginis quando contigit.

S Thom. 3. p. q. 28. art. 4

Quia verò de Iosepho facta est mentio, tractandum nobis est de desponsatione B. Virginis cum ipso. Et primò dicendum beatam Virginem fuisse nuptam post inchoatum 14. annum. Nam ex traditione Sanctorum Patrum, vndecim ferè annis in templo mansit, & nunc tradita fuit Iosepho, & post quatuor menses Angelicum nuncium habuit. Agens verò decimum quintum annum, filium peperit. Ita refert ex Euodio Nicephorus lib. 2. Hist. c. 3. eiusdemque sunt sententiæ Gregorius Nyssenus, & Damascenus. Nec ad hoc probandum desunt rationes. Nam ætas 14. annorum sufficiens est, & aptissima in fæmina ad concipiendum. Sicut enim ante communem ætatem ad concipiendum, reperiuntur aliquæ puellæ, conceptioni aptæ, & hoc habent ex aliqua bonitate naturalis complexionis, vt etiam ante duo-

Despon. S. Iosepho B. Virgo.

Euodius. Niceph. Gregor. Nyssen. Damasc. Abulensis in Matth. 1. q. 101.

decimum

Suarez in
tertiam par-
tem D. Tho.
tomo 2. q.
29. art. 1. &
2. disp. 7.
sect. 3.

*Etas 8. Iose-
phi quando
contraxit cū
B. Virg.
Ita 62.*

Suarez vbi
suprà.
Salianus to-
mo 6. Annal.
antè Chri-
stum.
Baronius
tomo 1.

Suarez in 3.
partem D.
Thomæ to
2. q. 29. art.
1. & 2. disp.
7. sect. 3. §
*Matrimonium
verum fuit
inter Mariam
& Iosephū,
& quando.
Luc 1. c. 2.*

Caieranus.

decimum ætatis annum concipere possint: multo magis B. Virgo habēs perfectiōnem naturæ & gratiæ potuit perfectè esse idonea conceptioni perfectissimæ Filij Dei in anno 14. Major est enim virtus gratiæ, quam naturæ.

Quantum verò ad ætatem beati Iosephi, licet quidam eum senem fuisse dixerint: communis tamen sententia est, non fuisse senem, nec iuuenem nimis, sed conuenientissimæ fuisse ætatis & naturæ. Hoc enim ad Spiritus sancti prouidentiam spectabat. Ad hoc autem credendum, multiplex ratio nos mouere poterit. Primò quidem mysterium propheticū, quo dicitur: *Lætabitur sponsus super sponsam, & habitabit iuuenis cum virgine.* Vbi glossa interlinearis, & ordinata dicit, scilicet Ioseph cū Maria. Etiam fauet Euāgelium. Nā Lucæ 1. dicitur: *Angelus missus ad virginē desponsatam viro, nō seni.* Et c. 3. *Vt putabatur filius Ioseph.* Profectò si senex fuisset, vel non tam facilè hæc fama precrebuisse, aut certè Virgo in suspiciōne aliquam venisset. Decuit etiā vt in illo matrimonio seruaretur proportio inter virū & vxorem, quæ cōmuni vsu & cōsuetudine seruari solet. Debuit etiā Ioseph esse in ætate ad generādum idonea, quia aliās non posset sub illius vmbra, fama & æstimatio virginis illa seruari. Deinde oportuit illum viribus esse valentiorē, vt posset, tot peregrinationes sustinere, & ad familiam alendam laborare. Ad hos ergò fines ætas senilis valde erat improporcionata. Denique quando doctores, & sancti dicunt sanctum Ioseph simul cum beata Virgine, post matrimonium contractum, virginitatem vniuersè certè supponunt illum non fuisse senem, neque ad actum matrimonij ineptum. Augetur verò hæc coniectura ex hoc quod docent Ioseph virginem permansisse, & in ecclibatu, vsque ad desponsationem cum Virgine. Nam cum iuxta consuetudinem illius populi, ferè omnes vxorem ducerent: non est admodum verisimile expectasse Ioseph tam longum ætatis tempus ad vxorem ducendam.

Iam verò declarandum est, quo scilicet tempore fuerit verum matrimonium perfectum inter Mariam & Ioseph. Vnde notandum, quod duplex perfectio matrimonij potest considerari. Prima est essentialis, quæ consistit in ipso contractu, altera est accidentalis, consistens in aliqua solemnitate, seu publica ceremonia, & cohabitatione viri & vxoris in eadem domo. Primo ergò certum est, matrimonium inter Mariam & Ioseph, quoad essentialitatem & contractum, antè filij Dei incarnationem perfectum fuisse. *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam viro.* Et *ascendit Ioseph in Bethleem, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore.* Et Matth. 1. *Cum esset desponsata mater Iesu, Maria, Ioseph.* Vbi verbum illud, desponsata, matrimonium ratum significat. Ratio etiam hoc suadet ex fine illius matrimonij sumpta. Illud enim Deus ordinavit, ne aliqua infamia ex parte filij, Virgini accresceret. Oportuit ergò vt eo tempore quo concepit, iam haberet sponsum, ex quo posset existimati honestè & absque turpitudine concepisce. Difficultas ergò superest: de perfectiōne accidentali, quoad cohabitationem, vel solemnitatem aliquam. Et quidem Caieranus in Lucam, & nonnulli alij negant, antè conceptionem filij Dei, nuptiarum celebritatem fuisse celebratam. Vnde etiam negant fuisse perfectum matrimonium quoad cohabitationem in eadem domo. Verumtamen sententia Chrysofomi, Epiphaniij, Gregorij Niseni, & quorundam modernorum probabilior est, scilicet Mariam

et Mariam & Ioseph cohabitasse in eadem domo tempore Conceptionis Verbi diuini. Ratio S. Thomæ optima est. Nam sicut ea, inquit, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis: sic in ea quæ extra domum concipit, est suspecta conceptio. Et ita non esset sufficienter prouisum famæ Beatæ Virginis, per hoc quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habita. Quod autem antè conceptionem filij Dei fuerit illud matrimonium perfectum, etiam quoad omnem solemnitatem accidentalem, & sacerdotalem benedictionem si fortè interuenire solebat, probatur. Quia non est verisimile, sponsam esse solitam traduci ad cohabitandum cum sponso, antè expletam omnem matrimonij ceremoniam & solemnitatem, sicut nunc fieri videmus in familiis benè institutis & ordinatis. Deinde verò cuiusdam incontinentiæ excessus est, quod sponsi copulentur ante perfectam omnem matrimonij ceremoniam. Fuit ergò fini huius matrimonij consentaneū, ad vitandam omnem suspicionem valdè conueniens, vt antè filij conceptionem, fuerit matrimonium omni ex parte perfectum. Vide plura apud Suarem.

Sed iam de iucunda Beatæ Virginis Annunciatione aliquid est dicendum. Et quidem factam fuisse media nocte Suarez tenet, quæ quidem opinio probabilis est: Nam si coniectura vti licet, verisimile est, eadem hora Annunciatione factam fuisse, qua Christus fuit natus. Propter quod Ecclesia accommodat illa verba Sapientiæ, *Dū mediū silentiū tenebam omnia, &c.* Vnde videtur cōcludi eadē hora fuisse, ad quā non minus, imò magis accommodari possunt sequētia verba; *Dum nox in suo cursu mediū iter haberet, omnipotēs sermo tuus de cælo à regalibus sedibus venit.* Proprius enim dicitur Verbum descendisse Cælo per incarnationē, quàm per natiuitatem. Nec verò est cur existimetur intempestiua illa hora noctis, vt in ea Virgini Angelus appareret. Nam verisimile potius est solitam fuisse Virginem in secretiori loco domus suæ, maiorem noctis partem, in diuina contemplatione transigere, & aliunde propter quietem, silentium, ac secretum noctis, fuisse illud tempus aptissimum, vt in eo hoc mysterium fieret. Quoad diem controuersia nulla est, factum scilicet fuisse 25. Martij. Omnes etiam doctores concorditer tenēt, Beatam Virginem tunc fuisse in actu contemplationis. Nam si conceptio Præcursoris, fuit denunciata patri præoccupato in sacro officio multo probabilius est, quod Cōceptio Saluatoris fuerit denunciata Beatæ Virgini in contemplatione & oratione existenti. Et quamuis Angelus Gabriel in assumpto corpore apparebat, perfacile tamen extitit ei clauso introire cubiculo; cum & actuum 5. legatur, Angelum Apostolos eduxisse de carcere, clauso carcere remanente. Missi enim nuntij ad adducendum Apostolos coram concilio Iudæorum, redeuntes dixerunt: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ad ianuas. Aperientes autem neminem inuenimus. Nempè virtute diuina fit penetratio dimensionum. Hæc Dionysius Carthus. Introisse autem Angelum ad Virginem ianuis clausis testatur Ambrosius his verbis. Ab Angelo inquit, salutatur, vbi clauso super se ostiolo, orabat patrem in abscondito. Non est enim putandum ostiolum Virginis apertum, ne vel orantis turbaretur silentium, vel continentis castitas tentaretur. S. etiam Bernardus hoc ipsum confirmat his verbis. Nec difficile fuit per clausum ostium Angelo

S. Thomas
3. p. q. 29.
art. 2.

Annūciatio.
B. Virg.
Suarez in 3.
partem D.
Thomæ q.
30. ar. 1. sect.
5. tom. 2.
Sap. 18.

Quæ hora
facta.

Dionys.
Carthus. de
laudibus B.
Mariæ lib. 1.
art. 25. tom.
1. operum
paruorum,
A. 5.
S. Ambr. lib.
2. in Lucam.
S. Bern. super
Missus est.
Angelus in-
greditur ad
Virginem, an-
nis clausis.

penetrare ad abdita Virginis, qui vtiq̄ue ex subtilitate suæ substantiæ, hoc habet à sua natura, quod nec ferreis seris, eius arceatur ingressus quocunque eum ferat suus impetus. Angelicis enim spiritibus parietes non obstant, sed illis cuncta visibilia cædunt, cuncta æquè corpora quantumlibet solida, & spissa, penetrabilia sunt, & peruia. Suspiciandum igitur non est, quod apertum Angelus inuenerit Virginis ostium, cui nimirum in proposito fuit fugere hominum frequentias, vitare colloquia, ne vel orantis silentium perturbaretur. Clauserat inquam illa hora habitaculum suum suprâ se prudentissima Virgo, sed hominibus non Angelis: Hæc ille.

Albertus
magnus in
Lucam.
Gabrielem
alij Angeli
comitari
sunt.

Probabile est etiam iuxta Albertum Magnum, quod multi Angeli comitati fuerint Gabrielem in ista Annunciatione. Multæ inquit legiones Angelorum comitatæ sunt Gabrielem. Nam Legati non consueuerunt soli procedere, sed cum multis & iis nobilibus viris, quamuis solus Legatus sciat secretum Regis, & solum illud annunciauit, & patefecit B. Virgini, aliis Angelis assistentibus. Confirmatur ex illo Euangelij loco: *Facta est cum Angelo multitudo caelestis exercitus, &c.* Si ergo Angelo nuncianti pastoribus natiuitatem Christi, multitudo aliorum Angelorum affuit: quanto magis hoc debuit esse in Annunciatione, & salutatione Beatæ Virginis? Hæc ille.

Genus flexit
Angelus sa-
lutando Vir-
ginem.

Marc. Vigerius in De-
cachordo
Christiano,
chorda 1.
c. 18.

Neque dubitandum est quin Angelus salutauerit B. Virginem vel profundè, inclinatus, vel genuflexus, & dicere cœperit *Aue Maria*, licet hoc neget Marcus Vigerius Cardinalis scribens in hunc modum, *Vulgò (inquit) creditur auctoritate pictoria Angelum flexis genibus dicere cœpisse, Aue Maria, quod mea sententia, non est rationi consentaneum. Virgo enim humilitatis virtute super omnes homines sublimata, quæ Angelorum excellentissimum Gabrielem ad se venire cognouerat, talem ac tantum nuncium, & præsertim Dei, nuncium omnipotentis, corâ se genuflexum, verba facere non debuit ferre. Angeli enim sanctis hominibus apparere assueti, nunquam flexis genibus, sed stantes aut ambulantes, in sacris literis visi fuisse creduntur. Tenebat hic nuncius Principis à quo missus fuerat auctoritatem, & maiestatem, sciebat Virginis humilitatem, meminerat præmissorum Angelorum consuetudinem. Stetit igitur pro sua sapientia, stetit inquam veniuntate plenus, & maiestate, & illi mox virgo sapientissima assurrexit honoris gratia, vt nuncium à quo missus fuerat, pro more, proque merito honoraret. Hæc ille, Hanc etiam sententiam sequitur Albertus super Missus est.*

Verumtamen mea sententia est, Angelum in ingressu ad Virginem ipsi reuerentiam exhibuisse, atque genuflexo dixisse: *Aue Maria gratia plena Dominus tecum*: deinde stetit. Ipsa enim iam tunc erat Angelo purior & sanctior. Venerabatur iustè & meritò Reginam suam, mox futuram matrem Dei: Nunquid puderet Legatum Imperatoris missum ad Regem, vel Reginam Gallie in suo ad eos ingressu non eos salutare, & cum eis, recto capite verba facere? Certe hoc honestas humanas & ciuilitas nõ consuevit. Angelus autem apprensus Beatæ Virgini in forma humana, in illa Annunciatione omnia ad honestatem & ciuilitatem humanam peregit. Quod autem in ingressu Angeli non assurrexit Beata Virgo, colligitur ex hoc quod turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis erat illa saluatio.

At post

At postquam quieuit, & totam legationis seriem audiuit, & consensum emisit, credibile est Angelum in discessu, sicut in ingressu, Virgini reuerentiam exhibuisse, & vicissim ipsam Virginem ei assurrexisse: cuius nomen Spiritus sancto reuelante, vel ipso Angelo, cognouit. Dato igitur consensu, prolatisque verbis illis, *Ecce ancilla Domini* filius Dei ex ea carnem assumpsit. In instanti enim fuit totum corpus Christi formatum, & anima rationalis creata, & simul vtrumque diuinitati in persona filij coniunctum, vt idem esset Deus & homo, salua vtriusque naturæ proprietate. Fuit autem corpus Christi formatum ex sanguine Beatæ Virginis, non ex carne, & fuit in instanti sanguinis separatio, consolidatio, figuratio, animatio, deificatio. Et in eodem instanti, fuit plenus & perfectus homo in anima & carne secundum omnia corporis lineamenta, sed paruulus valde: ita vt membrorum distinctio vix posset discerni visu humano. Postea verò naturaliter in utero creuit, vt alij, licet membrorum distinctio, & animæ, infusio dilata non fuerit, vt in alijs.

Subsecuta est paulo post visitatio S. Elizabethæ, facta à Beatissima Virgine, dicente Euangelista: *Exurgens autem in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda.* Innuens non statim vt illuxit, Virginem ad cognatam properasse; sed intra dies aliquot. Quoniam enim diuurniorem ibi moram factura erat, disponenda erant omnia tam domi priusquam susciperetur iter, quam in itinere necessaria, & in domo Zachariæ. Et quamuis non est existimandum Virginem sine comite, aut sponsi consensu, quasi fugitiuam è sponsi domo, montana cum festinatione percurrisse, sed in comitatu aliquo vicinorum, aut cognatorum eodem proficiscendum sociam factam esse: Iosephum tamen abfuisse necessarium videtur. Didicisset quippè à cognata, quod ab vxore non didicerat, nec in eam turbationem, quæ postea subsecuta est, incidisset, Audisset quippè, *Vndè hoc mihi vt Mater Domini mei veniat ad me? Et benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Virgo enim humilis gratiam sibi factam Iosepho tacuerat, cognatæ autem Elizabethæ, quam visitare cupiebat, collatam ennuciarat, causam itineris suscipiendi patefaciens, & absentia prolixioris.

Socias ergo itineris, vt dixi, habuit matronas aliquas cognatas, cum quibus etiam ex itinere Hierosolymam venit, vt gratias Deo ageret in templo, pro tam immenso in se, totumque genus humanum beneficio. Ita sentit Clithoueus & Baradius. Quin & gratiam cognatæ factam, coram Deo memor agnouit, proque ea, eiusque coniuge, & communi prole Deo preces fudit, eique ministerium apud illos suum humiliter obtulit. Indè digressa, venit in ciuitatem Iuda, siue Hebron: vt plerisque placet, quæ est in montanis Tribus Iuda. Verùm Beda in 2. Lucæ eam putat fuisse Hierusalem, quem sequuntur Clithoueus, Hugo Cardinalis, Eckius serm. de Visitatione, & Canisius, qui in eam sententiam citat Augustinum. Verum Hierusalem proprie non erat in Tribu Iuda, sed Benjamin, vndè Hierosolymita scorsim à viris Iuda sæpè memorantur. Nec videtur ciuitatem sanctam taciturus Euangelista, si parentes Ioannis ibi fuissent, commemorati.

Verùm hanc domum miliario vno ab Emaus fuisse distitam scribit Adricho in tribu Iuda, atque ex Saligniaco inspectore, Ann. Christi 1522. tum

Gabrielis nomen quomodo cognouit B. Virgo. Eckius in serm. Annunc. & in serm. de S. Gabriele. Ludolph. in vit. Christi p. 1. c. 5. Virtute & operatione Spiritus sancti concepti Filium Dei B. Virgo. Inuisti Elizabetham.

Salianus to. 6. Annal. in te Christum.

Clith. lib. 6. de visit. Virg. c. 2.

Salianus. Domus Elizabethæ ubi.

Fons B. Virg.

quoque habitatam fuisse, & à peregrinis reuerenter salutari solitam : ibique natum esse Ioannem Baptistam, circumcisum, & in spelunca absconditum, ne cum pueris Bethleemiticis, ab Herode occideretur, & iuxta eam domum fontem esse B. Virginis, ex qua ipsa aquam haurire consueuerat, cum maneret apud Elizabetham.

Saluationis
B. Virg. verba
ad Elizabeth

Intrauit ergo domum Zachariæ & salutauit Elizabeth. Verba saluationis reliquit Lucas priorum meditationi, & verò satis intelligi potest ea fuisse, quæ ab humillima, dulcissima, & diuinorum beneficiorum grauissima expectari possent, qualia essent. *Salue domina mea, cognata mea, benedictus Dominus, qui magnificauit tecum misericordiam suam.* Idque suspicari licet ex ipsa Elizabethæ salutatione, quæ alludens ad verba sanctæ Virginis dixit: *Benedictatu inter mulieres & Benedictus fructus ventris tui.* Nam cum Virgo perseuerat abscondere gratiam sibi factam, & diceret, *Benedictus Dominus Deus Israël, qui vidit afflictionem tuam, & abstulit opprobrium tuum, Benedictus qui conuertit luctum tuum in gaudium, & in iubilationem lachrymas tuas;* media inter talia verba Deus ipse se ex vtero ingenti miraculo prodit exultatione infantuli, in vtero Dominum suum agnoscentis & adorantis. Itaque non continuit se vltra Elizabeth, sed exclamauit voce magna, præ voce scilicet depressiore S. Virginis, simulque cum amplexu, & dulci pacis osculo, reddidit ei saluationis vicem, dum se interea infantuli ex maternis vteris consalutarent. Hæc & plura Sallianus.

Ioannis exultatio in vtero qualis.

Qualis autem fuerit Ioannis consalutatio, siue exultatio in vtero Iacobus de Valentia Episcopus Chrysopolitanus describit in hunc modum. Cum naturaliter fœtus habeat faciem versus dorsum matris; tamen tunc Ioannes conuertit faciem versus pectora matris, & versus Virginem Mariam amplectentem ipsam Elizabeth, vt ex vtero faciliter posset adorare Christum existentem in vtero matris, qui quidem motus, non fuit cum dolore & tristitia matris, sed cum gaudio.

Eckius ho. 1. in festo visit.

Raul. Clauiac. serm. 3. visit. Pepinus serm. 3. visit.

Zachariam

viam salutauit B. Virg.

Theophyl. in Lucam.

Gregus. Clichton.

Thomas de Trug. tom 1. Concion.

Dionys. Cathus in Lucam.

S. Thomas in Lucam.

Pepinus in serm. visit.

Neque solum Beata Virgo Elizabetham salutauit, sed etiam Zachariam. Et quidam dicunt nutu eum salutasse, tum quia erat sacerdos, tum etiam vt se gratam exhiberet: eumque hæc salutatione afflictum consolaretur. Nulla enim indecentia est, in capitis inclinatione ad salutandum. Quidam etiam dicunt, quod etiam verbo ipsum salutauerit, cum non esset futurus, sed tantum mutus.

Neque sequenda est opinio eorum qui dixerunt Beatam Virginem mansisse in domo Zachariæ vsque ad natiuitatem Ioannis: nam imminente partu recessit Beata Virgo, quæ certè opinio magis concordat scripturæ. Nam Euangelista primò scribit recessisse Mariam, quam de partu Elizabeth. Quod & aperie monstrat Theophylactus in hunc modum. Mansit autem Maria cum Elizabeth circiter mensibus tribus, deinde reuersa est. Quia enim paritura erat Elizabeth, abscedit Virgo propter multitudinem, qui ad partum conuenturi erant: indecens autem Virgini in talibus versari. Quod autem cum paritura esset Elizabeth, reuersa sit Virgo, manifestum hinc est, quod mense sexto concepti Præcursoris, venit Angelus ad Mariam, & mansit illa cum Elizabeth tribus circiter mensibus. Ecce fermè nouem menses. Hæc Theophylactus.

Sub tempus reuerſionis Beatæ Virginis in domum ſuam, in qua ſcilicet cum ſponſo habitabat, contigit tentatio illa Iosephi, cum agnoſcens (ſponſam ſuam ferentem vterum, conſcius continentię ſuæ, nolens eam traduce- re, ſiue ignominioſè tractare, vel infamem reddere, voluit eam dimittere, dato videlicet libello repudij, eaque ſibi res habere iuſſa, quæ fidem ſibi datam non ſeruauerat. Neque tamen adulterij accuſare poterat, qui testi- bus adulterium probare non poterat. Manſerant enim in eadem domo tri- bus amplius menſibus. Nam oportuit Virginem conceptus tempore cum Iosepho habitare, ne ſi grauida eſſet antè cohabitationem, aut pareret ante 9. menſium cum viro conuiſtum, infamiæ nota iſto matrimonio vitari non poſſet. Sed de diuino myſterio edoſtus ab Angelo, conſilium eius dimit- tendæ reliquit, retinuitque apud ſe coniugem ſuam, vt ſuſius Matth. narrat.

Hac perturbatione ſemota, vixerunt communiter ſancti coniuges, cum admirabili animorum conſenſu, & pari animi corporiſque puritate. Tum exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Vbi no- tandum quod primus Imperator Romanorum fuit Iulius Cæſar, quo mor- tuo, ſucceſſit Octavianus Auguſtus nepos Iulij: qui ideò appellatus eſt Auguſtus, quia maximè Rempubicam, & Romanum auxit Imperium. Vndè ab eo Imperatores ceteri, dicti ſunt Auguſti. Hic retento cogno- mine prædeceſſoris, ſcilicet Cæſare, vnà cum cognomine ſuo, ſcilicet au- guſto, vocatus eſt Cæſar Auguſtus. A quo menſis, qui prius vocabatur ſex- tilis, dictus eſt Auguſtus, vel quia in eo natus eſt, vel quia tunc de victoria rediit. A tempore iſtius primò potestas cœpit Imperij, quæ Græcè dicitur Monarchia, & regnauit ann. 57. & ſemis. Hic duodecim annis circà tem- pus natiuitatis Chriſti, in pace regnauit: & tali tempore Chriſtus, cui pax iſta famulabatur naſci voluit. Congruum enim fuit, vt ipſe ante ortum ſuum, pacem quaſi prænunciam præmitteret, quam etiam pacem ipſe po- ſteà viuens in mundo docuit, & exiens de mundo diſcipulis reliquit. Pacis ergò omnibus regionibus per orbem vniuerſum, memoratus Auguſtus, Rempubicam legibus pacificis adæquare & nutrire deſiderans, protulit edictum, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Volens enim ſcire numerum re- gionum in orbe, quæ ditioni ſuberant Romanæ, numerum etiam ciuitatum in qualibet regione, numerum quoque capitum, ſcilicet perſonarum, vt ſciret quæ ei quanta deberent iure tributa dare, & in qualibet ciuitate tributis indebitis non grauarentur, & ſciteretur per quem modum ſin- gularæ terræ ſub Romano Imperio melius regerentur: præceperat vt de ſu- burbanis oppidis, ac vicis, & pagis, vbicumque habitarent ad ſuam ho- mines ciuitatem confluere, vbi territorium habebant, vel originem traxerant, & quiſque denarium, ſcilicet nummum argenteum, præcij de- cem nummorum vſualium, vndè & denarius dicebatur, Præſidi prouin- ciæ tradens, ſe ſubditum Romano Imperio cognôſceret; & ad ſoluendum tributa ſe obligaret. Ibant ergò omnes vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem, vndè duxerant originem. Appropinquante autem termi- no nouem menſium, aſcendit ſecundum loci ſitum, & Ioseph à Na-

*Turbatio Ios-
ephi.*

Salianus,

*Octavianus
Imp. vnde di-
ctus Augu-
ſtus.
Ludolph. in
vita Chriſti
p. 1. c. 9.*

*Orbis vni-
uerſi deſcri-
ptio.*

zareth Calileæ, vbi manebat, cum Maria desponsata sibi vxore prægnante,
 in Bethleem Iudæ ciuitate David : quia ibi natus est, & in Regem
 vnctus fuit de cuius domo, id est progenie & familia erat
 Ioseph, & etiam Maria, vbi habitabat eorum genus
 & familia vt & ipsi, sicut cæteri eandem
 facerent professionem.

* *

*



SÆCVLVM



SÆCVLVM PRIMVM

Annus Christi I.

FACTVM est autem (vt inquit Lucas) cum essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret, &c. Quod in primis ad locum ipsum, vbi Christus est natus, pertinet, spelunca fuit in suburbiis Bethlehemiticis posita, de qua Origenes contra Celsum scribēs, hæc ait. Quod autem in Bethlehem sit genius Christus Iesus, si velit aliquis post Micheæ vaticinium, & post Euangelij per Iesu discipulos cōscriptam historiam fieri aliās certior, intelliget vt subsequenter ex Euangelio, cum eius natiuitas enarratur, & in Bethlehem speluncam ostendi, vbi ille sit natus: quod vtrique, & in illis locis percelebre est: vel apud eos quidem, qui à fide sunt alieni, fama & nomine circumfertur, eadem & in spelunca Iesum quendam, quem Christiani adorent, & demirentur, genitum esse. Hæc Origenes. Porro eandem speluncam foris in agro suburbano positam fuisse, Eusebius Pamphili monstrat his verbis. Hodie quoque, qui illum locum incolunt, tamquam à patribus eorum accepta memoria, his, qui visendi gratia Bethlehem petere consueuerunt, testimonium suum afferunt, veritatem fidei facientes, agrumque demonstrantes, vbi Virgo enixa infantem posuit. Hæc ille. Eiusdem speluncæ meminit Iustinus martyr in Dialogo cum Triphone, & Epiphanius, sed cæteris omnibus S. Hieronymus, qui illic ætatem transegit, locupletius scribit, dum sic literis suis Marcellam alloquitur. Quo inquit, sermone, qua voce speluncam Saluatoris exponam, & illud præsepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis, quam infimo sermone honorandum est. Et ad Eutochium de Paula scribens, hæc ait: Inde Bethlehem ingressa, in speluncam Saluatoris introiens &c. Eadem de boue & asino, Gregorius Nazianzenus, itemque Nyssenus, Paulinus, & Cyrillus Prudentius, & alij.

Nec tacendum, quod tunc etiam in eodem puerperio accidisse fertur miraculum. Nam in eadem spelunca ad ea, quæ vsus quothidianus exposcebat, è petra fluxit aqua quæ nunquam potuit exhauriri, sed mansit diutius diuinæ virtutis egregium monumentum: siquidem adhuc Bedæ temporibus vigeat cunctis perspicuum tantæ rei prodigium: quod ipse à teste, qui hæc viderat, sanctissimo Episcopo accepta, his verbis scriptis mādauit. Hæc spelunca tota interiori specioso marmore recta, supra ipsum locum, vbi Dominus natus specialiter traditur sanctæ Mariæ grandem gestat Ecclesiam. Petra iuxta murum cauata, primum Domini corporis lauacrum de muro missum suscipiens, hactenus seruat: quæ si qua forte occasione vel industria fuerit exhausta, nihilominus continuò dum respicit, sicut ante plena fuerat, redundat. Hæc ille.

Origenes lib. 1.
Baron. to. 1.
Annal.
Salian. to. 6.
*Nascitur
Christus in
spelunca.*

Euseb. de demonstr. Euang. lib. 7. cap. 5.
Epiph. lib. 1.
S. Hieron.
Epiph. 18.
S. Athan. serm. de Nar. Christi apud Lipom. to. 8.
Ioann. Damasc. carm. de Natiuit. Christi.
Greg. Naz. orat. de Christi Natiuit.
Greg. Nyss. de Christi generat.
Paul. ad seuerum ep. 11.
Cyrill. cath. 12.
Beda de locis sanctis. c. 8.
Fons miraculosus in spelunca Saluatoris.

SÆCULI I.
S. Deipara
semper Virgo
ante partum,
in partu, &
post partum.

Immunitas à
dolore in par-
tu & sordi-
bus puerperij

Circumcisio
Saluatoris
facta in spe-
lunca.

S. Epiph. hæ-
ref. 20.

Baron. 10. 1.
Magi adorant
Christum.

Purificatio
Virginis.

S. Bernardus
in serm. Pu-
rific.
Ludolp. de
vita Christi
.I.C.12.

Sed iam ad ipsam sacrosanctum Virginis puerperium redeamus. Cum naturæ Dominus gignitur, naturæ Legibus non tenetur: quæ conceperat sine viro, parit sine dolore, & quæ Virgo semper fuerat ante partum, æque permansit in partu, ac subinde eadem perseveravit post partum. Hæc sanè Virgo sine dubio facta in extasi, præ admiratione non habebat vltra spiritum. Tantam agnoscebat in hoc mysterio diuino, & circumstantiis eius sapientiam, tot mirabiles congruentias, quas vix Prophetæ suspicari, vix, Angeli ipsi satis prædicare potuerunt, præsertim cum se & matrem sentiret, & Virginem enixam esse, factamque puerperam, vt sine diruptione vteri, sine claustrî Virginalis apertione, Virginitatis gloria permanente, lumen æternum mundo effunderet Iesum Christum Dominum nostrum cum immunem, sentiret à dolore partum, vacuum omni sorde puerperij. Neque enim illa antecesserant, quæ deberent carnis dolore, gemitibus animi, corporis fordibus expiari.

Postquam verò Redemptor humani generis Christus in Bethlehem natus est: octauo die, ipsis Kalendis Ianuarij, Augusto decimumtertium, & Plautio Siluano Consulatum gerentibus, eodem in quo natus est loco circumciditur, nomemque I E S V S, quod ab Angelo fuerat præmonstratum: eidem est inditum. In spelunca circumcisum esse Dominum, Epiphanius testatur: neque enim aliquam astringebantur lege Iudæi, vt circumcidendum infantem deferrent in templum. Ibi die decimatertia à Natiuitate, à Magis ex Arabia venientibus, stella duce, fuit adoratus. Quinam autem fuerint, & cur sic vocati, cuiusque generis astrorum fuerit stella, prolixius refert Baronius, quare superfluum esset repetere.

Post discessum Magorum, expectauit B. Virgo adhuc 27. dies, dum impleretur tempus purgationis in lege Mosis constitutum. Adueniente autem quadagesimo die, venerunt sancti coniuges in templum, vt ibi duplici legi satisfacerent: alteri, quæ erat de primogenitis offendis Deo, alteri quæ erat de purificatione mulierum. Et quidem B. Virgo obtulit filium suum Dominum nostrum in templo: & se purgandam etiam exhibuit, quamuis non teneretur. Voluit tamen subdi purificationi, vt in hoc se aliis mulieribus conformaret, sicut & filius per omnia fratribus assimilari voluit. Vndè Bernardus. Verè Beata Virgo non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circumcissione. Esto inter mulieres tanquam vna illarum: nam & filius tuus sic est in medio puerorum. Deinde vt occasionem scandali vitaret. Nondum enim erat notum ipsam sine femine peperisse. Vndè si non obseruasset dies purificationis suæ, fuisset Iudæis occasio scandali, & murmurationis contra ipsam. Peracta celebritate sacrificij & redemptionis cum prædicta omnia Hierosolymis, non in angulo, sed in templo fuissent peracta, & tam ex Simeonis cantico & prophetia, quam etiam ex Annæ affectatione, iam spergerentur in vulgus, & in Herodis aures illaberentur: qui nuper de nato Rege Iudæorum ex relatione Magorum magnum timorem conceperat, his denuò de aduentu Christi nunciis exacerbatus, in furorem actus, vt se eo metu liberaret, necem meditatur infantis. Sed tanto facinori, per Angelum Ioseph monens occurrit Deus: tunc enim accidit, quod post Magorum discessum, contigisse Matthæus

Euangelista

Euangelista scribit dicens : *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum ; & esto ibi vsque dum dicam tibi.* Quæ portò Domino nostro Iesu Christo Ægyptum adeunti contigerint, ex Sozomeno hæc scribente accipes. Memorant, inquit, arborem esse, quæ Persis dicitur, Hermopolis, quod est oppidum Thebaidis, cuius fructus, aut folium, aut particula aliqua corticis ægrotis admota, morbos à compluribus depulerit. Nam traditum est, Ioseph cum propter Herodem assumptis secum Christo & Matia sancta Deipara fugisset, & venisset Hermopolim; atque simul vt portæ appropinquauit, statim arborem, licet planè maximam, aduentu Christi turbatam esse, atque ad solum vsque se inflexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidem de arbore, sicut à multis audiui, à me commemorata sunt. Quæ quidem, sicut ego iudico, vel significabat iam Christum in vrbe adesse, vel vt verisimile est, non modo arborem, quam incolæ propter magnitudinem & pulchritudinem lege gentilitia venerabantur, demone subactio qui ibi colebatur, ob Christum talium rerum euersorem, qui in eo loco comparebat, perhorrescente, sua sponte commotam esse: verumetiam omnes Iudæorum statuas, aduentante tum Christo, iuxta prophetiam Isaia, concussas, itaque demone inde abacto, arbor, quo rei gestæ testimonio esset, remansit ibi, fidelesque morbis liberauit. Atque vt Ægyptij & Palestini istarum rerum, sic alij singuli aliarum, quæ apud ipsos gestæ sunt, testes locupletes existunt. Hactenus Sozomenus.

Tradunt Gratianus, & Castro, quod dum in parandis necessariis Iosephus moraretur, Deipara in specu latuerit inter meridiem, & Austrum ad iactum lapidum duorum à Bethlehem semota: dumque Deo infanti mammillam porrigeret, lactis guttis in duram speluncæ lapidem effusis, ita emollitum, ac candidum effectum, vt instar candidissimæ terræ in puluerem tenuissimum conuersus sit, vnde lota panes paruuli conficiuntur, quibus ad morborum diuersorum sanitatem, præsertim lactis sœminarum contractionis, omnes vtantur, & lac Dominae nostræ ab eis nominatur: imo etiam saxa illa in puluerem redacta, & in aquam missa pecudibus propinantur, ne lac eis deficiat. Quæ omnia non solum prædicti Auctores, sed & traditio antiqua à maioribus accepta, & illius regionis incolæ, necnon & Christiani tam Latini, quam Græci contestantur: & multi quibus id videre licuit, scriptis mandarunt.

Episcopus Abulensis super caput secundum Matthæi, commemorat, præter illam arborem, quæ aduentantem in Ægyptum Christum cum Maria, & Ioseph venerata fuit, aliam etiam arborem palmæ antiquissimam fuisse, quæ postquam se sanctissimæ Virgini in Ægyptum intranti inclinauit, vt dactylos inde colligeret, iterum se erexit: quod idololatras videntes, arborem statim succiderunt: sed nocte sequenti, sic arbor illa iterum consolidata est, & recta, sicut antea erat, existentibus tamen incisionibus illis in ipsa, quæ hodie etiam in illa apparent.

Idem qui suprâ Abulensis super cap. 2. Matthæi, aliud portentum non minori admiratione dignum commemorat. Ait enim quod cum Virgo primum venisset Hermopolim, in eum locum, in quo prius ipsa commorata fuit, quam in aliquo alio Ægypti: & nullam inueniret domum, in quam

SACVLÆ

*Profectio
B. Virg. in
Ægypt.
Matth. 2.
Sozom. lib. 5
Hist. Eccl.
cap. 10.
Baronius
tom. 1.
Arbor demis-
sis ramis
Christum
adorat.*

*Gratianus
in vita S. Ioseph.
Castro in vita
Deiparæ
Carthagena
tom. 3. ho-
miliarum de
Deip. lib. 9.
hom. 10.
Lactis gutta
B. Virginis ef-
fusa in lapi-
dem, morbos
curant.*

Abulensis.

*Palma B.
Virginis Æ-
gyptum in-
tranti, incli-
natur.*

G ipsa

SÆCVL. I.

-Isa. 19.

*Idola omnia
corrunt**Christo fugi-
enti in Æg.*

ipsa cum puero Iesu ingredi posset ad requiescendum, tandem ingressa est quoddam templum, in quo erant idola 365. iuxta numerum dierum totius anni, quibus singulis diebus, diuinus, imo potius insanus & vanus exhibebatur cultus: quodque ad Christi ingressum, cum sanctissima matre sua omnia illa idola subito in terram corruerunt. Et adimpletum est illud Isaïæ: *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur omnia simulacra Ægypti.* Quam Isaïæ auctoritatem Abulensis euentui illi accommodans dicit, quod omnia simulachra Ægypti, mota sunt, in quantum illa 365. corruerunt, quæ fortè erant omnia idola Ægypti, ita vt non esse plura nomine differentia, licet essent plura alia ab illis, numero diuersa. Et addit, quod cum hoc factum, nunciatum esset Aphrodisio Principi Sacerdotum, venit in Templum cum omni suo exercitu, & postquam accedens puerum Iesum adorauit, conuersus ad exercitum dixit: Hic nisi esset Deus Deorum nostrorum, coram eo non se prosternerent Nos ergò quod Deos nostros facere videmus, nisi cautè fecerimus, omnes sicut Pharao periculum incurremus.

Brocard. in
descrip. ter-
ræ sanctæ
p. l. c. 11.
*Fons B. Vir-
ginis in Ægy-
ptio.*

Brocardus Theutonicus, in descriptione Terræ sanctæ, hæc etiam memoria prodidit. Inter Heliopolim, & Babyloniam medio fermè loco est Balsami hortus. Et paucis in teriectis, Rigatur, inquit, hortus ille ex paruulo fonte, in quo fama est B. Virginem, Iesum paruulum pluries lauisse, panniculosque eiusdem mundasse, cum esset in Ægypto, propter metum Herodis. Est etiam ibidem lapis super quem dicitur eosdem exsicasse. Hæc omnia venerantur à Christianis, & Sarracenis. Verùm quia fons Iesu paruulus est, non sufficiens irrigationi totius horti, Sarraceni alium profundum foderunt puteum, ex quo quatuor boues aquam extrahunt; sperantes ex vicinitate fontis Iesu aquam alterius fontis fore virtuosam. At se deceptos animaduertentes, construxerunt canalem, per quem transmittunt aquam illam in fontem Iesu, vt sic ex eis mixtis, fecundaretur hortus. Nec hæc fefellit opinio, nunc etiam sufficienter fecundatur ex aquis sic mixtis. Hæc ille. His, quæ de illo horto, & fontibus tradit Brocardus, hæc etiam addit Abulensis loco suprâ citato, videlicet, quod à meridie diei sabbathi vsque ad ortum solis diei Lunæ, boues, qui trahunt aquam de puteo, ita cessant à labore, vt nullo modo velint intra illud tempus aquam trahere; & hoc etiam si vel excoriantur, vel occidantur Sed in die Lunæ orto Sole iterum incipiunt ipsam aquam extrahere vsque ad diem sabbathi ad meridiem. Vide plura apud Carthagenam. Defuncto Herode monitus ab Angelo Ioseph recessit ex Ægypto cum Maria, & in Palæstinam reductus, ac in Galilæam perductus Nazareth habitauit. Cum autem Iesus Christus Dominus noster ageret suæ ætatis annum duodecimum, & à parentibus duceretur ex more Hierosolymam ad diem festum Pasceatis, nescientibus illis, remansit illius subductionis veriorrem esse putat Baronius. Nimirum, inquit, quod illi Hierosolymis recessuri vnà cum cognatis & notis ac reliquo comitatu, cæteris præcedentibus, in prouisa aliqua, sed Dei prouidentia oborta (vt accidere solet) occasione, detenti; mox velociter consecuturi, præmisserint cum cognatis ac notis

*Reditus**B. Virg. in
Palæstinam.*Baronius
tomo 1.*Causa sub-
ductionis
Christi à pa-
rentibus.*

in scis,

in scis diuino consilio se subduxerit: nec id illis sentientibus, nisi emenso eius diei itinere. Sed nec tunc eo inuento, sequenti die iidem eius parentes Hierosolymam sunt reuersi: & cum ad tertium vsque diem quæssissent: tandem post triduum (inquit Lucas) inuenerunt eum sedentem in medio Doctorum. Hæc Baronius. Inuentus à parentibus Iesus, inquit Euangelista, descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. His tantum verbis totam Christi adulescentiam ac iuuentutem perstrinxit, ut nihil præterea de eo scripserit, vel ipse, vel ex quatuor aliis aliis: sed hoc solum, quod erat subditus illis.

SÆCULI I.

Annus Christi XXXI.

CVM autem Christus Dominus 31. ætatis annum attigisset, vocatus est ad nuptias in Cana Galileæ, simul cum matre & discipulis. Desiciente autem vino misericordiæ Mater primum miraculum à filio, impetrauit, nempe conuersionem aquæ in uinum.

*Miraculum
primū Chri-
sti impetrat
B. Virgo.*

Annus Christi XXXII.

DOMINI nostri Iesu Christi anno 32. cū Iudæi ipsum blasphemarēt: Mulier quædā exclamauit dicens: *Beatus uenter qui te portauit, & uera que succisti.* Quæ uerba in Matris laudem prolata, Christus confirmauit dicens. *Quinimò, Beati qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud.* Meritò igitur hæc mulier (quæ secundum quosdam Marcella vocabatur, pedissequa S. Marthæ,) potius uentrem & uera Beatæ Virginis beatificauit, quam alia eius membra: quia in diuina incarnatione, facta sunt maiora miracula, in ventre, & uerbis Mariæ, quam in aliis membris, & in his maioribus, comprehendit alia membra subministrationem habentia ad ista. Nimirum in ventre Mariæ, Deus factus est homo, & sic immensus factus est paruulus, immortalis mortalis. Magnam etiam miraculum factum fuit in ventre Mariæ, quia maius seipso, imò præ toto mundo continuit uenter ille. Vndè canit Ecclesia. *Sancta & immaculata uirginitas quibus te laudibus efferam nescio, quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Postremo, quia uenter ille uirginali integritate concepit, & peperit, ac post partum uirgo permansit. Denique in uerbis Mariæ, facta sunt miracula maxima in hac incarnatione. Primum quia de cælo plena per miraculum ipsa uera lacte extiterunt, ut canit Ecclesia. Secundo quia ipsa eius uera uirginea Regina Angelorum Deum lactauerunt, & aluerunt. Tertio, quia eius uera uirginea, sine lactis meatu aperto, solo diuino miraculo, lac filio Dei sigendum exhibuerunt. Alia igitur membra uirginis his deleruerunt, & non tot miraculis corrumpunt. Laudatis ideo illis tacite: hæc comprehensa in Euangelio, manifeste beatificantur.

Auctor Stellarij B. Mariae lib. 124. p. 1. art. 1. Uenter & uera B. Virginis cur magis beata, quam cætera membra.

Annus Christi XXXIII.

*S. Lucas Iona-
ginem B Vir-
ginis pingit.
Epiphanius.
Nicephorus.
Baronius &
alij omnes.*

*Thomas Mas-
suetus in
Epist. limi-
nari in vi-
S. Pauli.*

*S. Lucas.
multas Deip.
pinxit ima-
gines, & ubi.*

*Paulus V.
imaginem
Deip. pretio-
sis lapidibus
exornat.*

*S. Simeon
Metaph.
apud Sur. 15.
Augusti.
Quansus.
B. Virg. erg à
filium affo-
ctus.*

ANno ætatis 33. Christum septuaginta duos discipulos elegisse: ac in-
ter cæteros Lucam, scribit Baronius. Hunc autem Lucam Medicum
& Pictorem excellentissimum, non solum Baronius, sed etiam omnes histo-
rici fatentur. Existimo ergo post reditum S. Lucæ & aliorum ex ciuitatibus
ad quas eos Dominus miserat, qui fuit circa finem istius anni, Lucam pin-
xisse. Imaginem & effigiem Saluatoris, necnon & Beatissimæ Virginis.
Pinxisse autem easdem imagines, tradunt imprimis Nicephorus ex Epipha-
nio lib. 2. c. 23. Metaphr. Octob. 18. in vita S. Lucæ, & alij tam antiqui, quam
recentiores. Neque tempus aliud magis opportunum ad hoc præstandum
habuisse mihi videtur, nam ipso anno Christus mortuus est: & sic non
potuisset ad viuum eius exprimere effigiem. Post cuius resurrectionem
fideles multis affecti persecutionibus dispergebantur: & ipse Lucas non
diu post socius S. Pauli factus, multas cum eo peragrauit regionis. Et sic
non potuisset facile Beatæ Virginis imaginem adumbrare. Neque vnã
tantum cui B. Virgo benedixit (vt testatur Nicephorus) depinxit: sed
etiam alias. Nam cum S. Paulus Apostolus, relicta Ierosolyma, Romam
catena vinctus pro Christo, ad Neronem mitteretur, & facto propè Me-
litam naufragio, tres menses in ea insula hyemando substitisset, haberetque
secum comitem suum fidelissimum Lucam, placuit eam insulam ad Chri-
stianam fidem tunc adductam, ibi delineatis tribus sacris imaginibus ditare,
in eius Ecclesijs vsque ad hæc tempora religiosè asseruatis. Postea verò
quàm simul cum Luca Paulus Romam peruenit, & in hospitio conducto
manere cum custodiente se milite, toto biennio est permittus, plures in
ea domo Lucas B. Virginis efformauit imagines, quarum illa est in primis
conspicua, quæ in hac ipsa conducta domo Pauli, postea B. Virgini in
Ecclesiam consecrata, nomine sanctæ Mariæ in via lata, super Aram ma-
ximam est collocata, gestans anulum in digito. Sed ea, qua maximè Ro-
ma gloriatur, effigies, vt creditur in hoc eodem hospitio à Luca depicta,
illa est, quæ in templo primario in Exquilino monte, prodigiosa niue de-
signato, & S. Mariæ Majoris dicto, summa colitur pietate, ac celebra-
tione. Hanc S. Gregorius Magnus in illa solemnè contra pestem supplica-
tione deferri iussit; quam Paulus Quintus Pontifex Maximus Deiparae
cultor maximus, multo auro, torquibus, monilibus, vniõibus, gemmis &
lapidibus prætiosis exornari curauit, atque in nouo à se extracto Sacello
splendidissimo & opulentissimo, super Aram maximam collocari, in locula-
mento quatuor Columnis ex iaspide miræ altitudinis circumdato topio,
pytopo, smaragdo, chrysolito, onyce, amethysto, caruleo, persico, & alijs
gemmis incomparabilibus exornato.

Cum igitur iam adesset tempus passionis filij, & ipse Dominus iam b-
duceretur ad Pilatum, & ante Caiapham sisteretur, & ad Herodem mitte-
retur examinandus, & tandem in eum ferretur sententia, & cruce conden-
naretur; Beata Mater ab illo minimè recessit. Hæc S. Simeon Metaphra-
stes. Qui etiam subdit, scribens in hunc modum. Sic autem vnã quoque
ingressa

Ingressa est in atrium Annæ & Caiaphæ, cernens vnumquodque eorum quæ gerebantur : & apud eum quidem manens , dum iudicaretur : vnâ autem proficiscens, dum abduceretur ad mortem. Postquam autem scelerati verterunt in locum Caluarie, & fixa quidem fuit Crux, in ea verò pendebat eius filius, quomodo erat affecta animo, eum videns sic patientem? Quomodo videbat eum, nudatum vestibus, qui cœlum regit nubibus? Quomodo habentem puras carnes clavis confixas? Quomodo non in eius potius carnes tela immittebantur? vt etiam hinc finem acciperet, quod dixerat admirabilis, Simeon. *Tuam quoque in suis animam pertransibit gladius.* Quid verò irrisiones, quid impia transeuntium scommata, ingratorum subfannationes, probra eorum qui circumstantabant? Quæ quidem omnia, eam transtulerant profundius; quam vlli clavi. Et innumerabilibus, quidem plagis fauciebatur: stimulis autem confodiebatur innumerabilibus. Hæc ille. Et licet incredibili affecta fuerit dolore Beata Virgo, numquam tamen Spasnum passa est, vt quidam asseruerunt: nō solum illum qui alienationem mentis & sensum affert, sed neque eum, qui illam debilitatem in corpore causat, vt collabi eam compelleret, saluo semper vsu rationis, & sensuum. Itā docent grauissimi Theologi, Clichthouæus, Caietanus, Iansenius, Bartholom. Medina, Suarez, Toletus, Carthagona, & alij multi. Nam spasmus, dicit contractionem & conuulsionem neruorum, quæ à voluntario motu retorquet. Ita Auicenna tractatu de Spasmo, S. Thomas lect. 2. 17. lib. 2. Meteor. In beata autem Virgine, non fuit hæc neruorum, vel membrorum contractio, cum aperte Ioannes dicat: *Stabat iuxta crucem Iesu, &c.* Charius etiam erat Deo, quod Beata Virgo compateretur Christo, secundum partem rationalem, quàm quod à rationalis sede abducta, sensibus quoque priuata, in terram colliaberetur. Deindè, qui ad exaggerandum Virginis dolorem, spasnum in ea confingunt, dum eam commendare student, plurimum eius dignitati detrahunt. Nam tollunt ab ipsa heroicum illum constantie gradum, quem maximè Patres in ea commendant, & præcipuè sanctus Antoninus, qui dicit, quod B. Virgo stabat ante crucem verecunda, modesta, lachrymis plena, doloribus immersa: itā tamen diuinæ voluntari conformis, quod si oportuisset, ad implendam voluntatem Dei, ipsa filium in cruce posuisset, atque obrulisset: nec enim minoris fuit obedientie quam Abraham. Hæc ille. Collapsa autem in terram, manifestum est, quod id non potuisset præstare. Tertio, quia B. Virgo commendatur, non semel ab egregia ad eò complexione & corporis temperie, vt nunquam in morbum incidere, vt testantur Caietanus & Suarez præcitatis locis, necnon Galatinus lib. 7. c. 10. Et quidem cum Beata Virgo similis creari debeat filio per omnia, quantum fas est: de filio autē omnes vnanimiter fateantur, nullo morbo vnquam laborasse; non est cur Virgini denegeretur. Igitur nulla ratione admitendus est spasmus, in B. Virgine contractionis membrorum, morbum inducens. Atque hinc est, quod Medina loco supracitato, temerariam iudicat, ac scandalosam oppositam sententiam, dicens: Sunt qui dicant, quod tempore passionis Domini Christus ipse sub crucis pondere lassus ceciderit, & quod B. Virgo Mater eius compatiens, etiam ceciderit spasmata, & pala fuerit animæ de-

Luc. 2.

Spasmi nullum passum est B. Virgo in passione filij. Clicht. hom. de Statione Virginis iuxta crucem. Caiet. tomo 2. opusculorum, questione vltima.

Iansenius in Concord. Euang.

Medina 3. p.

q. 27. art. 4.

Suarez 3. p.

tom. 2. disp.

41. sect. 2.

Tolet. in

in Ioan. Car.

thag. de B.

Virg. tom. 3.

lib. 12. ho.

mil. 7.

S. Antoninus

4. p. summæ

Theol. tit. 5.

c. 41. §. 1.

Egrotauit

nunquam

B. Virgo.

SÆCUL. I.

liquidum : hæc omnia dicuntur temerariè & scandalosè. Hæc ille. Sed iam quoad secundam partem , nimirum quod in Beata Virgine non fuerit spasmus , prout importat , vehementem aded dolorem, vt corporis vires debilitet , & ne terram collabi compellat , saluo etiam , & incolumi vsu rationis , & sensum, in hunc modum ostendo. Primò , quia cum B. Virgo , vt Lucæ 1. dicit Angelus plena esset gratia , longè ab ea relegandi sunt omnes illi corporales defectus , qui plenitudini illius gratiæ obstant : quia excellentior modus compatiendi, iuxtà plenitudinem illius gratiæ , erat compati Christo secundum rationem , quàm secundum partem sensitiuam , cum illa sit nobilior ista , & propriè meritoria , & per se grata. Secundò , qui ad eandem plenitudinem gratiæ pertinebat, vt tota pars sensitua subderetur rationi eius vigilanti : stante autem dominio , & rationis vsu actuali super partem inferiorem, ad illum spectabat corpus compescere , ne dolori cedens collabebatur ; sed fortiter persistens , vt fortissimam foeminarum decebat. Tertio , quia B. Virgo propter diuina charismata , & specialissima auxilia Dei , quæ eius actiones præueniebant , non habuit motus primò primos , sed omnes eius potentiæ , & actiones imperio , & dominio rationis erant subditissimæ. Vide plura apud Carthagenam.

S. Bernardin.
de glorioso
nomine Ma-
riæ serm. 1.
art. 3. c. 2.
Alexand.
Allens. in
Psal. 141.
Situs B. Vir-
ginis iuxta
Crucem.

Quod pertinet ad situm Beatæ Virginis iuxtà crucem , S. Bernardinus Senensis , & Alexand. r. Allensis , affirmant Beatam Virginem debere depingi ad sinistram Christi , qui stans in cruce faciem tenebat ad orientem : & sic ad sinistram , id est ad aquilonem , stabat Virgo Beata , vt oraret pro peccatoribus qui sunt ex parte sinistra Christi. Vnde propheta in persona Christi in cruce pendens, dicit : Considerabam ad dexteram & videbam , & non erat qui cognosceret me, quia ibi non erat Virgo, sed in sinistra parte, perfectissimè cognoscens Christum.

Metaphr. 15.
Aug.

Ipsam etiam Dei genitricem, cum aliis piis mulieribus , magna cum reuerentia collegisse, quantum licuit , sanguinem & aquam , quæ è Domini latere fluxerat , ex antiquioribus monumentis recitat Metaphrastes. Dicunt, (inquit) hi, qui de his rebus tractarunt , eam ab initio vsque ad finem se fortiter , atque constanter gessisse, honestè quidè & non indecorè vrentem motu animi : factis etiam ostendens se esse matrem , sed matrem omninò illius , qui amico mortuo ostendit amorem , & motum animi certis sinibus continuit ; mortuumque videns filium , eo motu animi vsa est , vt oportuit , quin etiam in eo de Cruce deponendo maternis manibus inseruivit , & clausos qui extrahebantur in sinu suo accepit , & membra illius amplexa est , partim quidem vlnis adstringens , partim quidem suis lachrymis plagas mundans. Et infra subdit, Iosepho in manu tradens sudarium , ait : Tibi autem deinceps curæ erit , vt sepulturæ tradens , hocque eum honestè componas , myrrha condias , & ei iusta facias. Hæc ille. Additque Iosephum adhuc occultum discipulum propter metum Iudæorum , & timentem illos , hortatu tamen Deiparæ , grande opus ac planè arduum aggressum esse , & omni excussa formidine audacter introisse , vt ait Evangelista ad Pilatum ac perisse dari corpus Iesu. Porò cum non omnia , quæ à Christo gesta sunt , Evangelistæ memoriæ fidelium commendarint : tamen verus traditio per manus maiorum ac per subsequenta secula ad posteros dilapsa testatur , Dominum nostrum

Vt erga filij
mortem se
gesserit B. Vir-
go.

Baronius
tom. 1.

Marc. 15.

Christus post
resurrectio-
nem primo
Matri appa-
ruit.

nostrum Iesum Christum apparuisse primò sanctissimæ Genitrici Maræ: quod nemo pius, puto, negarit.

Post filij resurrectionem remansit in Hierusalem in domo Ioannis, cui fuerat commissæ à filio, atque cum alijs Apostolis in terfuit Ascensioni: deinde cum ipsis, & alijs fidelibus mansit in cœnaculo perseverans in oratione, expectans Spiritus sancti aduentum, cuius dona multo excellentius recepit. Tradunt etiam doctores ipsam fuisse solitam religiosè visitare sacra loca natiuitatis & passionis filij: atque etiam permulta tam doctrinæ, quàm consolationis, verbo & opere Ecclesiæ Catholicæ impendisse beneficia. Etenim Dominus Matrem, & magistram, ipso discedente, reliquit superstitem, cuius dulcis præsentia, omnibus in mœrore solatium, & doctrinæ lumen, in certamine robur, in illis primordiis præsidium singulare præstaret. Multis autem modis expediebat, ac illius temporis Ecclesia tenera postulabat, talem columnam non statim suo moueri loco, sed potius annos aliquot ad totius mysticæ domus fulcimentum, atque stabilimentum immotam persistere, vt ita Spiritus sanctus multa, & præclara per hoc suum lectissimum organum in multis ægris, ac sanis illius recens nati corporis membris potenter operaretur. Vndè sancta Brigitta in libris suarum Reuelationum, non semel affirmat, quod Beata Virgo magistra fuerit Apostolorum, confortatrix Martyrum, doctrix Confessorum, clarissimum speculum Virginum, consolatrix Viduarum, in coniugio viuientium saluberrima monitrix, atque omnium in fide Catholica perfectissima roboratrix: cuius demùm verbis, exemplis, studiis, ac operibus honestissimis effectum sit, vt innumerabiles Iudæi, ac ethnici ad Christi fidem conuerterentur. Hinc notat Emyssenus, Mariam vt sapientissimam matrem, omnia verba in corde suo contulisse, nobisque conseruasse, & memoriæ commendasse; vt tandem ipsa docente, narrante, atque nunciante, scriberentur, & vniuerso mundo prædicarentur, cunctisque nationibus communicarentur. Moxque subiungit. Ab ipsa enim hæc Apostoli audierunt, & ipsa dictante scripserunt, nobisque legenda mandauerunt. Cui rei maiorem fidem facit, quod eruditè Rupertus admonet: duplex tempus docendi, & loquendi, videlicet à Maria obseruatum, atque à nobis etiam in illa spectandum esse. Quamdiu, inquit, filius hominis manere debuit minoratus paulominus ab Angelis, ferè tamdiu fuit Beatæ Virginis tempus tacendi: & tamdiu tacuit, tamdiu in silentio fuit, velut hortus conclusus. Vbi autem gloria & honore coronatus est filius hominis resurgendo, & in cœlos ascendendo, vbi sedet ad dexteram Patris: tunc eidem Beatæ Virginis tempus fuit loquendi, & hoc amicis, id est sanctis Apostolis, & talia loquendi, qualia prius portare non potuissent. Vbi venit Spiritus veritatis, primus quidem, & princeps ipse, illos omnem veritatem docuit; sed & ipsa Beata Virgo testimonium suæ vocis adhibuit, & taliter locuta est auribus fidelibus, vt proinde rectè dicat dilectus eius: *Fauus distilans labia tua, mel & lac sub lingua tua.* Hæc Rupertus.

Annus Christi XXXIV.

Sequitur Annus Christi 34. in quo quidam ponunt conuersionem S. Pauli Apostoli factam. Contigisse autem precibus & meritis, non

Exercitia
B. Virg. post
filij resurre-
ctionem.
 D. Hieron.
 S. Ildefons.
 Sophron
 s. Antoniu.
 Dionys.
 Carth.
 Vincentius.
 Guericus.
 Canisius.
 Pomerius.
 Carthage-
 na. de Al-
 sumpt.
 S. Brig.
 B. Virg ma-
 gistra Apo-
 stolorum.
 Emyssen. in
 Euang de
 festo Al-
 sumpt.

Rup. in
 Cant.

Thomas
 Massuc. in
 vita S. Pauli
 lib. 2. c. 2.

SÆCVLI. solum sancti Stephani protomartyris : verum etiam B. Virginis, colligit Thomas Massurius scribens in hæc verba. Illud multi testantur, qui, loca Terræ sanctæ circa Ierosolymam descripserunt, & confirmatur ab indè redeuntibus peregrinis, extare adhuc lapidem, non procul à porta Ephraim, quæ porta S. Stephani postea est appellata, supra quem Beatissima Virgo, & cum illa sanctus Evangelista Ioannes, tamdiu pro Stephano deprecarentur, quamdiu inter ictus lapidum, quos à longè prospiciebant, immaculatum Deo spiritum Martyr Christi reddidisset. Quod si Stephanus, in tali positus angustia ità pro se oravit, ut lapidantium minime obliuisceretur, quominus pro illis oraret : quis poterit dubitare, sic Deiparam, & S. Ioannem Evangelistam orasse pro Stephano, ut Saulum, aliosque aduersarios Deo commendare, illisque placare iram numinis prætermiserint? Quare si orationibus S. Stephani, Paulum debere se, agnoscit Ecclesia : & orationibus sacratissimæ Virginis, dicere possumus deberi quodammodo ipsum Stephanum : cur non dicamus & Paulum? Cum enim Virgo Beatissima sub Cruce Mater omnium electorum in persona S. Ioannis à Christo fuerit constituta, quid mirum, si inter summos dolores, quos propter necem S. Stephani & peccata lapidantium tunc patiebatur, Paulum quasi Benjamin, hoc est filium dexteræ Christi, oratione sua peperit; quem tamen ipsa Benoni, hoc est, filium doloris mei potuerit appellare? Nam & de tribu Benjamin, & Apostolorum minimum, & tanquam abortiuum se fuisse testatur Paulus, qualis fuit Benjamin inter duodecim Patriarchas.

Annus Christi XXXV.

Baron. to. I. Anno Domini 35. Lazarus, Maria Magdalena, & Martha, à Iudæis profigati applicuerunt Massiliam. Quod & tradit Baronius in hæc verba. Insuper inquit colligere possumus, hoc quoque tempore, Lazarum, Mariam Magdalenam, Martham, & Marcellam pedisequam, in quos Iudæi maiori odio exardebant, non tantum Hierosolymis pulsos esse, sed vna cum Maximino discipulo, nam absque remigio impositos, in certum periculum mari fuisse creditos: quos diuina prouidentia Massiliam tradunt appulisse. Hæc ille. Et Lazarus quidem & Magdalena manserunt Massiliæ: Martha verò profecta Auinionem, ibi Ecclesiam ad honorem Deiparæ Virginis construxit, quæ hodiè est Archiepiscopalis, vocaturque Domina nostra de Donis in cuius Ecclesiæ Claustro, adhuc hodie videtur Cella sanctæ Marthæ.

Annus Christi XLI.

Thomas de Trug. to. 2. Thesauri Concionat. in vita S. Iacobi. Anton. Beut. in Chron. B. Virgo adhuc vivens apparet S. Iacobo Apostolo in Hispania. Cardinalis Baronius ponit Martyrium S. Iacobi Apostoli anno Domini 44. consentitque perrexisse eum antea in Hispaniam: quod etiam apertissimum est ex traditione Ecclesiarum Hispaniæ, præsertimque hoc testatur Ecclesia præclarissima Cæsaraugusta del pilar, id est de Columna nuncupata, ex sua origine, & miraculosa fundatione, & principio suo. Quod quidem

quidem ita contigit. Exiuerat aliquando Beatus Iacobus cum discipulis suis cum prædicaret Casaraugustæ, iuxta flumen Iberum nocte, ut melius eos exereret & occuparet in oratione. Itaque apparuit ei sacratissima Virgo Maria super Columnam quandam ex Iaspide, quæ ibi erat, in multo Angelorum comitatu & societate, qui Matutinas preces & horas suauissimè modulabantur. Quam cum vidisset Beatus Iacobus Apostolus genibus flexis, cœpit preces suas ad eam supplex fundere. Quæ dixit ei. In hoc loco ædificabis Ecclesiam sub inuocatione mea, scio enim hanc Hispaniæ regionem fore mihi deuotissimam, & posthac ego eam sub patrocinium meum recipiam. Postea autem discessit Beata Virgo, & Beatus Iacobus cœpit cum magna diligentia & sedulitate incumbere in opus ipsum, & intrà ipsius templi ædificium conclusit columnam illam ex Iaspide, ex qua nomen sumpsit totum templum. Hæc Thomas de Trugillo Dominicanus. Ex quibus concludendum, quod cum S. Iacobus manserit in Hispania per quinque annos, apparitionem illam Beatæ Virginis fuisse factam, cum adhuc ipsa viueret. Nam si eadem gloriosa Virgo obiit anno à Christo nato quadragesimo octauo, ut vult Eusebius, ætatis vero suæ sexagesimo: vel ut ex Cedreno probat Baronius, anno ætatis suæ septuagesimo secundo, prædictam apparitionem fuisse ipsa adhuc viuente necesse est. Sed de obitu B. Virginis infra suo loco plura dicens.

Anno Dom. XLVI.

Verùm quia non potest certò sciri tempus, nec annus quo S. Ignatius, S. Ioannis Apostoli discipulus, scripserit Beatæ Virgini, annum Domini 46. assumere volui. Nam quisquis ille sit, certum est B. Ignatium scripsisse B. Virgini, & Virginem illi per literas respondisse. Hæc autem est Epistola quam Ignatius Deiparæ dedit.

*Epistola
Ignatij ad
B. Virginem.*

CHRISTIFERÆ MARIÆ

SVVS IGNATIVS.

ME Neophytum Ioannis tui discipulum confortare, & consolari debeueras, de Iesu autem tuo percepi innumera dictu, & stupefactus sum ex auditu; & à te autem, quæ semper ei fuisti familiaris, coniuncta, & secretorum eius conscia, desidero animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi aliàs, & rogavi de eisdem. Valeas, & Neophyti, qui mecum sunt, ex te, & per te, & in te confortentur. Amen.

D. EPISTO

EPISTOLA DEIPARÆ
RESPONDENS IGNATIO.

Ignatio Ioannis discipulo, humilis Ancilla Iesu Christi.

DE Iesu, quæ à Ioanne audisti, & didicisti, vera sunt, illa credas, & illis inhereas, & christianitatis votum firmiter teneas, & mores: & vitam factò conformes. Veniam autem unà cum Ioanne te, & qui tecum sunt visura. Sta in fide viriliter, ne te moueat persecutionis austeritas, sed valeat, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo. Amen.

SCio Cardinalem Baronium tomo 1. Annalium, anno Christi 48. has Epistolas, & sequentes, quas mox subiungemus, his verbis imperere. Fertur eiusdem Dei Genitricis Epistola ad Ignatium reddita, eiusdemque Ignatij vna ad ipsam scripta, duæ verò ad Ioannem Euangelistam de eadem ipsa loquentes. Sed Hieronymus, & alij antiquiores, qui eiusdem Ignatij recensuerunt Epistolas, eas non nouerunt. Traduntur & aliæ ab ipsa ad alias scriptæ ciuitates: quas cunctas, cum careant Ecclesiæ auctoritate, non nisi in apocryphorum classem reiticiendas esse, omnes facile iudicabunt. Verum ad obiectiones illas respondens doctissimus Carthagena, scribit in hunc modum. Ego non video, cur his Epistolis humana fides adhiberi non debeat. Vt enim à recentioribus exordiar, illas acceptant doctissimus Canisius lib. de Deipara c. 1. & insignis concionator Hieronymus Ferrariensis, qui illam quæ ad Florentinos spectat, pro concione explicauit 25. die Octobris anni 1495. Accedit, quòd cum antiquissima, & immemorabilis sit vtriusque vrbis huius celebris traditio, quòd Beata Virgo eas per Epistolas salutariè: non videtur verisimile rem esse confictam. Quod verò attinet ad Epistolam Ignatio scriptam à B. Virgine, multorum est grauissimorum Doctorum auctoritas cum Cardinalis Baronij sententia pugnans, qui absque vlla hæsitatione illam recipiunt. Hi sunt Marcus Michaël Carnotensis lib. de viris illustribus, Dionysius Carthus. in Commentariis Dionysij de diuinis nominibus Trithemius de viris illustribus, Laurentius Maselli lib. 6. de Beata Virgine c. 18. necnon Marianus Victorinus, Symphorianus Champerius, & Richelius quos refert, & sequitur Canisius lib. 5. de Deipara c. 18. & quod his omnibus amplius meritò cèseri debet, S. Bernardus serm. 7. in Psalmum. Qui habitat, illam probat in hæc verba. Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Iesus auditor, martyr noster, cuius preciosis reliquiis nostra ditata est paupertas, Mariam in pluribus, quas ad eam scripsit Epistolis, Christiferam consalutat. Egregius palam titulus dignitatis, commendatio honoris immensi. Vt quid ergò propter solum silentium Diui Hieronymi refutabo, quæ Diui Bernardi, & tantorum auctoritate sunt consignata, cum & illius silentij alia potuerit esse ratio? Hæc Carthagena. Sed ad institutum nostrum redeamus.

Annus

Epistolarum
B. Virginie
Auctoritas
& veritas.
Carthag. de
B. Virg. tom.
3. lib. 13.
hom. 2.
Canisius.
Ferrariensis.

Marc. Mi-
chaël. Dion.
Carthus.
Trithemius.
Laurent.
Maselli.
Macian.
Victor.
Symphor.
Champ.
Richelius.
Canisius.
S. Bernard.

Annus Christi XLV.

IVXIA Cardinalem Baronium ad annum Christi 46. sanctus Petrus Apostolus è Roma misit discipulos suos vndequaue ad prædicandum Christi Euangelium. Et iuxta Breuiarium Ecclesiæ Senonensis, & antiquitates Ecclesiæ Carnotensis, misit sanctos Sauinianum & Porentianum, qui apud Senonenses primò prædicauerunt: deindè apud Carnotenses. Qui cum lustrarent totius ciuitatis aras, inuenerunt Aram in qua scriptum erat, VIRGINI PARITURÆ. Vndè notandù, quod Druides in Gallia apud Carnotù, & vicinas ciuitates, erant homines peritissimi & insignes, qui centum & eo amplius ann. antè B. Virginis natiuitatem, ei consecrarent Imaginem & Aram. quæ adhuc hodiè extant, titulum ponentes Virgini paritura. Mirum est quod etiam diu ante Deiparæ Virginis natiuitatem, ad ipsius imaginem, miracula multa fierent: nam & filius Reguli Montleheriaci, in aquis præfocatus, oblationibus & precibus antè ipsam imaginem factis, rediit ad vitam. Liberalitate Reguli Montleheriaci ad illum locum, animatus Priscus Carnotensium & Druidensium Rex, carens liberis, totius Regni, & dominationis suæ Virginem parituram fecit hæredem. Ex quo tempore ille Principatus deuolutus est ad illos sapientes Druidas. Cum autem prædicti sancti Sauinianus & potentianus venissent Carnotum, prædicarentque Christum filium Dei esse natum ex Maria Virgine, quam illi ignorantes colebant: insuperque adderent, visitatam fuisse à Regibus Orientis, & muneribus affectam: magno gaudio affecti, sine magno labore omnes ad Christi fidem conuersi sunt. Et ne quis eos excelleret, in tantæ Dominæ veneratione: ipsi solemnes Legatos ad Beatam Deiparam Virginem miserunt, quæ tunc morabatur Hierosolymis, eum cum narrassent qualiter dudum antequam nasceretur, conciuēs ei imaginem & Aram crexerant: & Priscus eam hæredem patriæ constituisset: eam suppliciter rogauerunt Druidatum & totius populi nomine, quatenus Principatum & hæreditatem, licet tantæ maiestati indignam, dignaretur acceptare. Virgo autem gloriosa, Legatos sereno vultu accipiens, eis gratias egit, & lubenti animo donum acceptauit, promisitque totius patriæ & ciuium perpetuam foret protectricem. His lætis nunciis acceptis, Legati redeuntes ad propria, ciuibus narrauerunt omnia, qui ineffabili gaudio repleti, multo amplius in Beatæ Virginis amore & obsequio profecerunt.

Annus Christi LI.

Iesu Christi Domini nostri anno 51. Apostoli primum celebrarunt Concilium. Huic autem Concilio interfuisse Deiparam asserit Rupertus, & omnem illam controuersiam de cessatione legalium soluisse. Sed hanc opinionem, non sequuntur, nec probant Theologi, & imprimis Suarez scribens in hunc modum. Hoc inquit, neque in scriptura legitur, neque consentaneum est his quæ in Actibus Apostolorum narratur, neque est verisimile, quia munus illud in Ecclesia ad statum, & sexum femineum non

Baron. to. I.

Rouillardus in Parth. cœu Historia Ecclesiæ Carnot. c. 4. Druida Galli sapientes Aram Virgini paritura extruxerunt, Carnoti. Miracula ad Imaginem B. Virg. nondum nata apud Carnotum.

Priscus Carnotensium Rex B. Virg. facit hæredem ditionis suæ. Carnotenses ad fidem conuersi per sanctos Sauinianum & Porentianum. Legati mittuntur Hierosolymam ad Deiparam Virg. à Carnotensibus. Acceptat, ditionem Carnotensis prouincia B. Virgo.

Rupertus lib. 1. in Cæntica circæ medium. Suarez tom. 2. in 3. partè S. Thomæ q. 37. art. 4. Sect. 3.

SÆCVL. I.

Concilio Apo-
stolorum non
interfuit
B. Virgo, &
quart.

pertinet. Neque oportuit Beatam Virginem ex singulari aliqua dispensatione, illud exercere, tum quia hoc nihil ad eius perfectionem pertinebat, tum maximè, quia eo tempore veluti indicabatur forma futurorum Conciliorum, & docebatur Ecclesiæ modus, qui in definiendis fidei quæstionibus obseruandus esset. Quapropter licet quilibet Apostolus per se posset quæstionem definire, maluerunt tamen publico Concilio totam rem statuere, & ob eandem causam non oportuit, vt Virgo in Concilio adesset, vel loqueretur, quamquam fieri potuerit, vt Apostoli priuatim Virginem consuluerint, & ab illa fuerint instructi. Hæc Suarez.

Annus Christi LII.

Ferreol. lib.
5. de Maria
Augusta c.6.

ANno Domini 52. vt testatur Baronius, S. Dionysius Areopagita, conuersus fuit à sancto Paulo Apostolo. Hic audita fama Beatæ Virginis, perexit Hierosolymam vt videret eam, de cuius excellentia & grauitate, scripsit sequentem Epistolam ad sanctum Paulum, vt ex multis auctoribus eam probantibus commemorat Ferreolus de Maria Augusta, Titulus Epistolæ hic est.

SERVVS ET NOVISSIMVS VINCTVS DIONISIYS ELECTISSIMO VASCVLOCOE- lico Paulo præceptori, & Principi salutem.

Epistola
S. Dionysij
Areop. ad
sanctum Paulum.

S. Dionysius
inuisit Dei-
param.
Dionys.
Rich. in elu-
cid. 3. c. de
Diu. nom.
Vbertinus de
Cas. lib. de
vita Saluat.
Bernardinus
de Busto in
Mar. Car-
thagena to.
2. de B. Virg.
lib. 1. hom. 5.

Confiteor coram Deo, Princeps mi, ab hominibus non posse percipi, quam ego oculis, non tantum mentis, sed corporis vidi, perspexi, atque propriis oculis intuitus sum Deiformem, atque supra omnes cælicos spiritus sanctissimam Matrem Iesu Christi Domini nostri quam mihi benignitas Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Deiformis Virginis matris eius ostendere dignata est: quoniam cum à Ioanne vertice Euangelij & Prophetarum, qui corpore habitans, quasi sol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem presentiam altissime Virginis, tantus me immensus diuinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundauit fragantia, vt nec corpus infelix, nec spiritus posset totius, ac tanta felicitatis insignia sustinere: Defecit cor meum defecit spiritus meus, tanta gloria maiestate oppressus. Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua doctrina non me docuisset, hanc verum Deum esse credidissem: quoniam nulla videri posset, maior gloria beatorum, quàm felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustavi. Gratias ago summo, atque optimo Deo, diuinaque Virgini, & eminentissimo Apostolo
Ioanni,

Ioanni, & tibi Ecclesie vertici, atque Principi qui triumphanti mihi talia clarissimè, & clementissimè prastitisti. Vale.

SÆCVL. I.

MVtius lib. 1. c. 13. & Laurentius Maselli lib. de B. Virg. cap. 18. tradunt Beatam Virginem Messanensibus sequentem scripsisse Epistolam. Occasio scribendi hæc fuit, dum scilicet Paulus Romam proficiscens; esset Rhegij, rogatus à Messanensibus, duas habuit conciones vnã de Incarnatione Verbi, & de Mariæ Virginitate alteram, adhuc viuentis, qua excitati, duos miserunt nuncios Hierosolymam, protectionem illius deposcentes per quos illa, misit vnã Epistolam Hebræicè scriptam manu sua, quam Paulus Græcè conuertit, & in Latinum his temporibus Constant. Lascaris. Sic autem habet.

Legati Messanensium missi Hierosolymam à B. Virginitate. riu. protectionem.

MARIA VIRGO IOACHIM FILIA,
DEI HVMILLIMA CHRISTI IESV MATER,
ex Tribu Iuda, stirpe Dauid, Messanensibus omnibus salutem, & Dei Patris omnipotentis benedictionem, &c.

Vos omnes fide magna, Legatos ac nuncios per publicum documentum ad nos misisse constat. Filium nostrum, Dei genitum, Deum, & hominem esse fatemini, & in cælum post suam resurrectionem ascendisse. Pauli Apostoli electi predicatione mediante, viam veritatis cognoscentes, ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectricem nos esse volumus, &c.

Epistola Deipara Virginis ad Messanenses.

Paulum anno Domini 59. venisse Syracusam & Rhegium, expressè testatur Baronius tomo 1. Scripsisse etiam Deiparã ad Florentinos Epistolam, testatur Hieronimus Ferrariensis quam pro concione ipse interpretatus est in eadem Vrbe die 25. Octobris anno Domini 1495. exemplar huiusmodi est.

Hieronym. Ferrar. Carthagena.

Florentia Deo, ac Domino Iesu Christo filio meo, & mihi dilecta tene fidem, in ista orationibus, roborare patientia: his enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.

Epistola Deipara ad Florentines.

Annus Christi LVII.

Sed iam ad sanctissimum B. Virginis obitum veniamus, qui accidit anno Domini 57. vt doctissimè probat Baronius, cuius rationes infra ponemus. S. autem Simeon Metaph. Beatissimæ Virginis obitum describens, it

SÆCVL. I.

5. Simeon
Metaph.
apud. Suri. 15
Augusti.
Obitus B.
Virginis ab
Angelo nunciatus.

Nicephorus
lib. 2. c. 21.
Hist. & lib.
15. c. 14.

Duas tunicas
testamenti
loco dat pro-
pinquis Vir-
ginibus.

Apostoli ad
sunt migran-
ti Virgini.

Dominus Ie-
sus venit ad
marie de cor-
pore migra-
turam
Felicissime
illa obdormit.

ait. Cum ætate prouecta, ad multam senectutem peruenisset, & peregrinationis tempus præsens esset, per Angelum, se migraturam esse, à filio edocta est, sicut & antea, quo tempore in eius ventrem ingressurus erat, nunciatum illi fuerat. Cum igitur excessus sui mysterium didicisset, eam rem letitiæ tantæ, quanta verbis explicari non potest, materiam iudicans. (quid enim illi suauius euenire poterat, quam cum filio suo esse, & vnâ regnare?) statim iussit plurima lumina domum afferri: idque factum est, Tota verò domus mundata est. Lectus item, & thalamus ornabatur: & conuocabantur quotquot erant cognati & vicini, vt cum ea lætitiæ fierent participes. Deindè parata erant omnia ad excessum. Significat itaque iis qui conuenerant, id quod ei filius per Angelum nunciauerat. Ostendit autem brauium, quod sibi ab eo datum fuerat. Id verò erat ramus palmæ, vt linguæ assuesctæ vera loqui de eo dixerant: signum victoriæ mortis, & vitæ imago immortalis. Sicut etiam Hebræorum pueri id eius faciebant filio, inspirati diuinitus. Illi enim appropinquanti ad passionem, ij ramos palmarum offerebant, eum futurum victorem mortis antè significantes. Cum autem iam adesset tempus excessus, illa quidem veræ vitæ mater in Sion iacebat in grabato: aderat verò is, qui eam domo exceperat, Ioannes. Aderant etiam quicumque electi in Hierusalem, amicæque & cognatæ simul adstant. Virgo ergò ad Ioannem adspiciens Virginem cum pauca cum eo esset locuta, deinde, duas inquit tunicas quas toto vitæ tempore habui tegumentum mei corporis, eas dari iubeo, hisce duabus mulieribus. Hæc illa quidem dixit. Qui aderat verò, videntes signa decessus, ex oculis multas fundebant lachrymas. Quis enim priuari tali muliere tulisset sine dolore? Deindè è cælo quidem descendit eius filius, illius diuinam assumpturus animam. Per nubem autem suos congregat discipulos: vt venerandum eius corpus mandarent sepulturæ.

Postquam verò vidit eos Deipara, cognouit autem causam, propter quam omnes statim accersiti fuerant, & vnus cuiusque audiit petitiones, eos quidem, vt par erat, impertit benedictionibus. Cum verò omnibus dixisset verba, quæ in decessu dici solent: Vos, inquit, valete filij: meum autem hinc decessum ne luctu, sed lætitiâ potius prosequamini: quandoquidem vobis est persuasum, nos transire ad gaudium: & videre, vt corpus meum mandetis sepulturæ in hac figura, in qua ego me cõposuero. Hæc est enim inquit, mea voluntas. Accersit autè Petrum, deindè alios, & cum lucernas accendissent, illa in spiritu exultans, diductis labris: Benedico, inquit, tibi datori omnis benedictionis, causæ luminis, qui meum ventrem inhabitasti. Benedico tuæ charitati, qua non dilexisti, Domine: & magnifica verba tua, quæ nobis data sunt in veritate, & credo mihi affutura, quæ dixisti. Cum sic dixisset: se reclinat in lecto, & manibus in altum subleuatis, cum nulli reprehensioni affine suum corpus in honestam & decoram figuram composuisset, & os venerandum aperuisset (etenim iam videbat Dominum ad ipsam venientem cum multitudine Angelorum) tota impletur gaudio & voluptate. Et cum cursus dixisset, Fiat mihi Domine secundum verbum tuum: emittit tanquam in somno spiritum, & cum in amicis deponit filij manibus. Ne autem videatur esse inane, quod dictum est de congre-

congregatione Apostolorum, quæ facta est in dormitione Virginis: satius fuerit ea summam addere, quæ à Dionysio Areopagita dicuntur. Quandoquidem, inquit, apud ipsos quoque nostros à Deo afflatus sacrorum Principes, quando nos quoque, ut ipse nosti, & multi ex nostris sacris fratribus, ad videndum corpus, quod vitæ principium dedit, & Deum suscepit, convenimus (aderat autem Dei quoque frater Iacobus, & Petrus, qui erat Theologorum suprema & antiquissima summitas) visumque est, ut post illud spectaculum, omnes sacrorum Principes hymnum canerent, & laudarent, prout poterat unusquisque infinitam bonitatem diuinam virtutum: &c.

Cum autem in orbem sanctum Virginis corpus circumdedisset Apostolorum chorus, & quicquid erat electum ex viris & mulieribus, & hymnis honorabant, qui illud deducebant, & omnia membra reuerenter simul & amanter amplectebantur: non solum suum ostendentes desiderium, sed vel ex tactu credentes percipere vtilitatem. Fidem autem consecuta est quoque operum demonstratio. Cæcis oculi illuminabantur, surdis aures aperiebantur, claudis bases pedum confirmabantur, & quodlibet morborum & ægitudinum genus facillè dissoluebatur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aer quidem & cælum ascensu spiritus sanctificabatur: terra autem similiter despositione sacri corporis. Cæterum nec aquæ quidem natura erat expers benedictionis: sed ipsa quoque lauacro purissimi corporis fuit particeps sanctificationis. Neque enim illud habebat operum purgationibus (quis enim hoc diceret, nisi emotæ mentis?) sed suo contactu potius sanctificabat id quod attingebatur. Deindè quid? Mundis sindonibus mundum corpus inuolutum; rursus in lecto ponitur. Deindè cum lucernis & vnguentis, intelligentibus quidem desuper laudantibus virtutibus, Apostolis autem & diuinis patribus Deo digna cantica canentibus, diuina arca ex Sion vecta Apostolicis manibus & humeris, ad Geth semane sacrum prædium exportatur, Angelis, ut est consentaneum præcurrentibus, circumcursantibus, sequentibus, Angelicis pennis adumbrantibus, longè inquam, splendidiore & venerabiliore facta deductione, quam propter translationem veteris illius arcæ testamenti Domini, ut sacra narrant eloquia. Hæc Metaphrastes: Qui etiam pergit referre miraculum factum in Iudæam, qui cum feretrum quo sacrum Virginis corpus ad sepulturam ferebatur, conatus esset euertere, manus eius, ex vlnis protinùs fuerunt abscessæ. Sed pœnitens, iussu Petri partibus vulnis applicatis, statim consecuta est manuum curatio. Hinc ergo ad sacratissimam adducitur Geth semane, & illic sanctissimum corpus mandatur sepulturæ. Tertio autem die, cum venisset Thomas, qui funeri Beatæ Virginis non interfuerat; iussu Apostolorum referatum fuit sepulchrum: sacrum verò corpus nequaquam erat in eo, sed solæ erant vestes, in quibus fuerat conditum. Quas cum ipse esset amplexus, & qui cum eo aderant, & repleti essent inexplicabili odore, rursus quidem clauserunt sepulchrum. Siquidem quod ex ea natum erat, totam eam Verbum ad se transtulit, & voluit eam apud se & esse, & perpetuò simul viuere. Hæc ille.

Sed ne hæc apochrypha videantur, sanctus Ioannes Damascenus admittit illam

SÆCUL. I.

S. Dionys.
Areop. lib. 9.
de diuinis
nominibus
c. 3.

Miracula ad
sacratissimū
corpus eius.

Honorificen-
tissimum fu-
nus eius.

Vlno diuina
in sacrilegii
Iudæam.
Sepelitur cor-
pus sanctissi-
mum B. Vir-
ginis.

Corpus eius
in calos as-
sumptum.

S. acvl. I. illam miraculosam & portentosam Apostolorum traslationem, ita scribens. In sancta quidem, & diuinitus inspirata scriptura, de discessu sanctæ Deiparæ nihil traditur. Ex antiqua, & verissima accepimus traditione, quod tempore gloriosæ eius dormitionis, vniuersi quidem sancti Apostoli qui orbem terræ ad salutem gentium obibant, momento temporis in sublime elati, conuenerunt Hierosolimis, &c.

Mich. Syng. Hæc etiam diu antea testatus est S. Iuuenalis Hierosolimorū Antistes coram Imperatore Marciano. Accedit Michaël Syngelus presbyter Hierosolymitanus, qui in vita S. Dionysij hæc verba habet. Quod verò cursum apostolicum peregerit, & admirandis æditis miraculis diuinitus gloriosus apparuerit; multa quidem, & alia fidem facient & in primis nubes illa, quæ ab Occidentis partibus abreptum, sublimis ipsam per aërem ambulantem, & elatum abduxit; vt etiam summos Dei inspectores, & Theologos, Apostolos alium aliunde repente è finibus terræ in celeberrimam communem omnium Christianorum matrem asportauit: & in excelsa diuinorum mysteriorum arce Sion Ecclesiarum matre cæteris Christi discipulis copulauit.

Niceph. lib. 15. c. 14.

S. Greg. Turon. lib. 1. de historia martyrum c. 4. Andr. Crensis.

Breu. Rom. Baron. to. 1.

S. Iuuenalis.

Hæc ille. Testatur etiam Nicephorus, instante Virginis obitu ex ipsis orbis terrarum finibus vbi dispersi erant, Apostolos sublimes in aëte Hierosolymam venisse, ac tandem S. Gregorius Turonensis Archiep. ait. Congregati sunt omnes Apostoli de singulis regionibus ad domum eius: cumque audissent, quia esset assumenda de mundo, vigilabāt cum ea simul. Hæc ille. Constat hæc etiam Breuiarum Romanarum ex dictis S. Damasceni: Neque Baronius hæc impugnat, quasi minus vera: quandoquidem (inquit) non sit impossibile apud Deum omne verbum: sicut nec ob eam causam quod ibidem referatur (nempe apud Melionē, & alia quæ vocat apocrypha) resurrexisse, & vnā cum corpore esse assumptam, in cælum, id negamus, vel in dubium reuocamus, accidisse, quæ præsertim Iuuenalis Hierosolymorum Episcopus, non ex scripto aliquo commentario, sed potius ex antiqua traditione se accepisse testatus sit. Hæc ille.

Nicephorus. Beda.

Carthagena. Cosm. Vest. Pom.

Nora quid mirū de Palma missa B. Virgini sub mortem in signum victoria.

Laurent. Mass.

Zona B. Virginis.

Velum capitis.

Gabriel Barius.

Quod attinet ad ramum eidem Dei genitrici morienti in victoria signum allatum, Nicephorus lib. 2. cap. 21. & lib. 15. cap. 14. Beda retract. in Act. c. 5. Carthag. & alij tam antiqui quam recentiores, verum esse fatentur. Quod etiam Cosmas, cognomento Vestitor, apud Pomerium lib. 15. pa. 5. c. 5. Hist. & apud Carthagenam tomo 3. de B. Virgine recipit, imò testatur se vidisse particulam eiusdem palmæ. Folia, (inquit) ipsius, vt stella matutina fulgebant, & ego fateor me vidisse apud quendam Comitum Regium, particulam quandam, quæ dicebatur esse de illa palma & pro certo erat fulgidissima admodum micantis stellæ quasi coloris argentei fulgidissimi, cuius intuitus deuotionem ingererat contuentibus. Hæc ille.

Addit deindè Laurentius Maselli lib. 6. c. 21. Beatam Virginem paulò ante mortem, sacras reliquias, quas apud se conseruauerat, Ioanni reliquisse: vt fasciam Christi, syndonem sepulchri Domini. Zonam item cuius meminit Germanns Patriarcha in orat. de Zona Virginis. Reliquit etiam velum, quod verecundissimo Virginis cultui cum nupsit, deseruiuit; cuius meminit Gabriel Barius lib. 2. de antiquitate Calabriae. Peætē, deindè Treuerensibus

sibus ab Helena Constantini matre donatum tradit Iacobus Meddendorpius, lib. 5. Academiæ, in Treueris Galliarum vrbe asseruatum, de quo Vgo Pharcitus lib. Miraculorum B. Mariæ. Annulum sponsalitiij B. Virginis, quo Semimurenfis apud Mandubios in Burgundia Prioratus nobilitatur, cuius meminit Genebrardus in Chronographia lib. 4. ad annum 868. Extat alius annulus Perusiæ, qui propter multa miracula edita, in magna veneratione habetur, vt refert Ferreolus lib. 5. de Maria Augusta, c. 31. Extat etiam Fusus, quo Beata Virgo ad otium vitadum utebatur, vt tradit Nicephorus lib. 14. c. 2. de sudario & fasciis sepulchralibus, meminit etiam Nicephorus c. 14. In horum numero, etiam Carthagena refert pelliculam in circumcissione Christi detractam, quæ nunc extat in oppido, nomine Calcata viginti milliaribus à Roma distante, ad cuius honorem Sixtus V. Pontifex Maximus concessit indulgentiam plenariam anno 1584. Reliquit etiam coronam spinæam, & velum, quo ipsa caput cooperiebat, cuius meminit Nicephorus lib. 2. c. 23. Insuper addit reliquisse eidem Ioanni, capillos, & lac vberum suorum.

Ad extremum cum de morte Virginis sermonem habuerimus, nunc quo anno eius felix obitus acciderit orationem conuertamus. Eusebius quidem anno à Christo nato quadragesimo octauo, eam assumptam esse in cælum tradit. Cedrenus etiam affirmat, eam ex hac vita decessisse cum ageret annum suæ ætatis septuagesimum secundum: refert tamen aliquorum fuisse sententiam, vt clauserit humanæ vitæ diem anno ætatis suæ quinquagesimo octauo. Sunt enim hæc verba ipsius. Tradit sanctam animam Domino ac filio suo, annos nata septuaginta duos; Quidam tradunt quinquaginta octo. Vixit ergo viginti quatuor annos post Christi ad cælum ascensum. Quosnam autem ex prædictis potissimum sequamur, ambiguum nobis est. Nam siue Eusebij sectemur sententiam, vt ipsa Dei genitrix diem obierit anno sexagesimo secundo suæ ætatis, vel quod alij traditione quadam affirmant, anno sexagesimo tertio, siue etiam cum alijs sentientes, anno quinquagesimo septimo, octauo, vel nono; nullatenus ei conuenire possunt, quæ scribit Dionysius de diuinis nominibus, cogereurque ea Dionysij verba, in illum accipere sensum, quo Hilduinus accepisse videtur. Ait enim Dionysius: Apud ipsos diuino spiritu plenos Pontifices nostros, vt nostri, & plerique alij ex sanctis fratribus nostris, ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ, Deumque receperat, conuenissemus: aderat autem frater Domini Iacobus, & Petrus, supremum decus, & antiquissimum Theologorum culmen: vbi post contutum placuit, vt infinita potentem diuinæ virtutis bonitatem, Pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo, &c. Quæ quidem Dionysij verba Hilduinus non de sacratissimo corpore Dei genitricis, sed de venerando sepulchro, quod continuit corpus Iesu, esse dicta existimauit, sic dicens: Ostendit se apud sanctam ciuitatem petes sepulchrum Iesu, vitæ principis, à Iacobo fratre Domini & Petro Theologorum principe, necnon à Theologo Ioanne, vnà cum præfato Hierotheo, & sancto Timotheo, aliisque quam plurimis fratribus sanctis audisse disputationem, & fidei sacramentum, quomodo ab omnibus tenebatur Theologis de diuinitate & humanitate Domini Saluatoris, Sed & ex conse-

SÆCUL. I.

Genebrard.
Annuli sponsalitiij B. Virginis duo.
Fusus B. Virginis.

Nicephorus.
Salian. to. 6.
Annal. ante Christum.

Euseb. in
Chton.

Varia opinio-
nes circa an-
num ætatis
quod obiit
B. Virgo.
Baron. co. 1.

S. Dionys. de
Diuinis
Nom.
lib. 1. c. 3.

Hildu. in
Arcop.

SÆCUL. I.

quentibus suppresso nomine, Paulum his interfuisse demonstrat. Hæc ipse. Si igitur aliquo prædictorum anno Dei genitricem esse defunctam dixerimus nequaquam potuit Dionysius eius funeri interfuisse, qui nondum anno Christi 48. vel sequenti, sed nec vsque ad quinquagesimum secundum annum Domini (vt ex his quæ supra diximus) exacta temporum ratione constat, cum Paulus Athenas venit, est conuersus ad fidem; imò ex Luca, qui mira diligentia ex eo tempore cuncta loca, ad quæ Paulus accessit, & tempora quibus in eis permansit, vsque ad eius Hierosolymam aduentum relegit, liquidò apparet, ipsum non antè annum Domini quinquagesimum-septimum Hierosolymam venire potuisse, cui ætati, si quatuordecim, vel quindecim addas, quibus (vt dictum est) sanctissima Virgo vixit, cum peperit Saluatorem: manifestè colliges ipsam eo anno quo Paulus nouissimè Hierosolymam venit, egisse ætatis annum septuagesimum secundum, quo ipsam ex hac vita migrasse, Epiphanius presbyter, & Cedrenus, quos retulimus, affirmarunt. Quibus si consenserimus eisdem æquè aptari possunt, quæ scribit Dionysius, vt de factosanto Dei genitricis corpore voluerit intellexisse, quo quidem sensu accepisse noscuntur verba illa Græci omnes. Iuuenalis enim, Hierosolymorum Episcopus, cuius orationem de ea re coram Marciano habitam, Niephorus recitat, locum illum Dionysij ad verbum recitans, de Dei genitricis corpore illum esse locutum explicauit, sic & Ioannes Damascenus, Andreas Cretensis, Epiphanius presbyter, Metaphrastes, Euthymius, Maximus, Glicas, & alij.

Baronius ergo, ad obiecta Hilduini, qui prædicta S. Dionysij verba non de Dei genitricis corpore, sed de sepulero Dominici corporis accepit, cui etiam magnopere fauet Matthæus Galenus in sua Arcopagitica præfatione, (licet ipse existimet prædicta rectius accipi posse de ædibus Ioannis Evangelistæ, in quas sanctissima Virgo recepta est) responder in hunc modum. Dicat velim vterque, quænam subiit ratio, vt non tantum Hierotheus, ac Dionysius, sed & Apostoli antea per orbem dispersi, ad contuendum sepulchrum dominicum, vel Ioannis ædes conuenerint, atque ad illa contuenda, vel laudanda omne tunc studium & vim spiritus adhibuerint? Nunquid non aliàs sæpè viderant, atque vberius laudare poterant? Esto quod Hierotheus, & Dionysius, vel si qui alij Apostolorum discipuli, qui nunquam hætenus vidissent, eò conuenerint, & ad eius præconia fuerint diuinitus excitati: quid de Apostolis dixerimus, qui multos annos, vt diximus, post Ascensionem Domini Hierosolymis manentes, & sepulchrum Christi, & ædes Ioannis præ oculis semper habentes, tunc potissimum ad ea contuenda aduenerint, & ad laudanda nouiter excitari fuerint? Hæc & plura Baronius. Qui etiam subdit inferius. Hætenus inquit de Assumptione Dei genitricis Mariæ; quam non sic recensuimus hoc anno, (nempe 48.) quàm affirmare velimus, hoc ipso anno esse defunctam, & in calum assumptam: sed quod hoc anno ponatur ab Eusebio, nobisque quoniam anno certo decesserit, esset inexploratum. Hæc ille. Ex cuius dictis & rationibus supra positis, colligitur Beatam Virginem obiisse ætatis suæ anno 72. Quod & constat Carthagena de Beata Virgine to. 3. lib. 73. hom. 4. Illa inquit, nihilo secius sententia, quæ affirmat obiisse anno 72. ex eo mihi videtur cum veritate magis

Quo ætatis
anno obiit
B. Virgo.
Cedrenus in
Cōp. in Tib.

Baronius to.
1. ad annum
48.

Carthagena.

magis coniuncta &c. Quam prolixius probat, ut videre est apud eundem: *Sæcvi. I.*
 qui etiam prolixius probat eam sine dolore & ægritudine corporis sanctissi-
 mam efflasse animam.

Annus Christi LX.

SANCTUS Petrus Apostolus anno Domini 46. multos ex discipulis suis mi-
 sit in Gallias ad prædicandum Christi Euangelium. Inter cæteros autem
 sanctum Frontonem misit Petragoricas, & sanctum Georgium Anicium.
 Hic autem Georgius primus Aniciensis in Velauia Episcopus magno cum
 labore, ciuitatis prædictæ populum ad Christi fidem conuertit: nam expul-
 sus ab illis regionibus, inuisit sanctam Martham, à qua consolatus, breuique
 sedandos esse contrà ipsum tumultus asserens: rediit ad propriam diœcesim,
 prædicationibus sicut prius insistens. Cum autem Beatissimæ Virginis
 Mariæ Dei genitricis præconia auditoribus suis sapissimè refertret: erga
 B. Virginem populi amor & deuotio paulatim crescere cœpit. Quare de-
 structo per eum Apollinis simulachro, quod in vertice rupis Poliniacæ a-
 dorabatur, Ecclesiam in honore Deiparæ Virginis construxit. Tunc magis
 ac magis cœpit populus affici ad Beatam Virginem. Inter cæteros autem,
 honesta quædam & deuota matrona cuiusdam loci, cui nomen erat Villa,
 iuxta fluuium Bornæ, cum quartana dudum laborasset, iamque esset morti
 proxima, apparuit ei Beata Virgo dicens: Surgè è lecto charissima filia, in
 quo tot noctes insomnes duxisti, & citius quam poteris, te ad montem &
 rupè Anicij confer, ibi enim te ab infirmitate tua liberabo. Non aures surdas
 ægrota mulier ad hanc continuit vocem: nam summo mane deferri à suis
 domesticis curans ad assignatum locum, largum & quadratum lapidem ibi
 annotauit, altaris instar, & in eo quiescens obdormiuit. Interim denuo inuisit
 eam Virgo, talibusque verbis est eam affata: nimirum iste est locus (inquit)
 quem tibi constitueram, in quo euigilans pristinæ sanitati restitueris, in si-
 gnum tibi, & posteritati, electionis istius loci à me factæ, ut ibi deinceps me
 in æuum mortales colant, mihi que in postærum famulentur. Ad hæc verba
 ægra mulier, sanata, & excitata, ad sanctum Georgium accurrit, eique omnia
 quæ euenerant, enarrauit.

*Odo Giffæus
 in Hist.
 B. Virg. Ani-
 censis.*

*S. Georgius
 primus Ani-
 censis Epi-
 scopus con-
 struxit Ecclē-
 siam in hon-
 Deiparæ.*

*B. Virgo sa-
 nat mulierē
 febrientem.*

Tunc Beatus Georgius absque mora locum miraculosam uisitat, hæc Dei
 famula, aliisque uiris ecclesiasticis comitatus. Qui cum ad hoc montis ver-
 ticem ascendissent, aduerterunt in extrema Cornelix rupis parte locum, ubi
 hodiè uisitur basilica Deiparæ, niue albicantem, licet undecima Iulij dies ef-
 set, feruentibus tunc caniculæ æstibus. Ad clariorem autem huius miraculi
 notitiam, concito gressu accurrit Ceruus, qui in niuem insiliens demetitus
 est longitudinem & latitudinem, spatiumque ædificij, statimque disparuit.
 Quod prodigiosum factum attenta mentis acie sanctus Georgius conside-
 rans: iubet à Ceruo factum ei, cuium, sepe ex uirgultibus cingi, partim ne
 pollueretur: partim ut hoc onus, quod à se tunc minime sulcipi poterat,
 successoribus suis aliâ commodiori tempestate faciendum se uaretur.

*Miraculosa
 Aniciensis
 Ecclesie des-
 gnatio.*

Interim prædicti miraculi fama ad aures sancti Martialis Aquitanorum
 Apostoli peruenit, qui ad prædictum Anicij montem venire non distulit:

SÆCVL. I.

Calceus Deipara Anicii.
latus à
S. Martial.

atque in eodem loco versus miraculosam rupem, ad honorem Deiparæ erexit altare: atque ad perpetuam suæ peregrinationis memoriam, huic loco Calceum Deiparæ donauit, qui adhuc hodiè religiosè seruetur.

Annus Christi LXIII.

S. Iacobus
Apost. Maria
dignitatè &
cultrâ astruit

ANno Christi 63. sanctus Iacobus Apostolus, primus Hierosolymorum Antistes, Martyrio coronatus est. Hic in Liturgia sua, siue sacrificandi forma, quam ipse laudatissimus Apostolus edidit, quamque non solum Proclus generosus Nestorij Antagonista, sed etiam sexta Synodus generalis, quæ in Trullo sub Iustiniano celebrata est, libenter agnoscit, multique Theologi probant, Deiparæ Virginis honorificam facit mentionem. Vocat enim eam non solum pretiosiore seu honorationem quàm Cherubim: veram etiam gloriosiore Seraphim. Nec simpliciter illam benedictam, sed cum augmento, id est super benedictam appellat. Præterea populum cohortatur, ut vnà cum Sacerdote, qui sacris operatur, non modò Deiparæ memoriam habeant, sed eius etiam intercessionem respiciant & quærant, sicut hæc verba demonstrant. *Commemorationem agamus sanctissima, immaculate, gloriosissima, benedictæ Domine nostræ Matris Dei, & semper Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum & iustorum, ut precibus atque intercessionibus eorum, omnes misericordiam consequamur.* Deindè, subiicit Chorus. *Dignum est, ut te beatam verè dicamus Deiparam, semper Beatam, & omnibus modis irreprehensam Matrem Dei nostri, honorabiliorem quam Cherubim, & gloriosiore quàm Seraphim, quæ sine corruptione Deum Verbum, peperisti: te reuera Deiparam nominamus.* Et rursus. *Tibi ò plena gratia vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cætus & hominum genus, quæ es templum sanctificatum. Paradisus spiritualis. Virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit & puer factus est Deus noster, qui est ante secula. Tuum enim uterum thronum fecit, & tuum ventrem latiore & ampliore coelis ipsis reddidit, tibi, ò gloria plena, vniuersa creatura gratulatur, gloria tibi.* Quam verò sunt ista dilucida, præclara, fortia, nec aliundè quàm ex Apostolico spiritu Deprompta? Quæ & primo Ecclesiæ sæculo congruunt, & singularem nostræ Virginis arguunt maiestatem. Cur enim Apostoli Deiparæ dignitatem non agnoscerent, simulque primos Christianos docerent, ut summum Deum in eius matre omnium præstantissima creatura, glorificarent, utque & ipsi in tremendis illis mysteriis peculiarem eius, quæ maximè gratiosa & gloriosa est, memoriam celebrarent?

Annus Christi LXVII.

S. Maternus
Discip. S. Petri
Apost. Ecclesiæ
Tungr. Deip.
construit.

Circa hæc tempora S. Maternus discipulus S. Petri Apostoli, apud Tungras in Belgio, Ecclesiam de nomine Deiparæ Virginis Mariæ condidit, quam primam omnium omnino Ecclesiarum infra Alpes dicunt fuisse. Ad eam basilicam adhuc istis temporibus ex remotis orbis partibus, ob crebra quæ ibidem fiunt miracula, magna confluit peregrinorum multitudo. Ad cuius Basilicæ ædificationem, materialia diuinitus fuisse allata, scribit Balinghem in Calendario B. Mariæ.

Annus Christi L XIX.

ANno Domini 69. S. Petrus Apostolus glorioso Martyrio vitam finivit. Hic teste Volaterrano, Tortosæ Sacellum (quod etiam nunc extat) Dei genitrici excitavit primus omnium, in quo primum ipse quoque sacrificavit. Idem tanquam Apostolorum caput, cæteris Apostolis cooperantibus Virginalem domum seu Cubiculum, in quo Deipara genita, & educata, & in quo Verbum caro factum est, in templum consecravit, & in templi formam redegit.

Sanctus quoque Paulus Apostolus cum B. Petro etiam Martyrio coronatus, migravit in cælum. Hic in Epistola ad Galatas de Deipara honorabilem facit mentionem, in hæc verba: *Misit Deus filium suum factum ex muliere.* Quibus verbis ex mente sancti Cyrili Hierosolimitani Episcopi adstruit eius virginitatem, non enim dicit ex viro & muliere, at ex muliere duntaxat, hoc est ex Virgine, mulierem etiam Virginem appellant sancti Patres. Significat ergo Apostolus, Christum sine patris semine conceptum & formatum ex sola matris substantia, & purissimis sanguinibus. Indicat etiam Christum non sumplisse corpus è cælo, quod transeundo per Beatam Virginem Mariam, tanquam per canalem in terram detulerit, ut olim aiebant Valentiniani, & modo Anabaptistæ, sed Christi corpus ex Virgine factum & formatum esse.

Annus Iesu Christi L XXIV.

Neceteri omnes Apostoli, perpetuam Deiparæ virginitatem & dictis & scriptis studuerant novis Christianis inculcare. Nam tunc temporis (prætermisissis gentilibus & Iudæis) Ebion & Cherintus contra Deiparæ Virginitatem arma funesta sumpserunt. Ut enim ambo illi sese fidos Satanæ satellites declararent, & Zizania tritico, Christianismum Iudaismo commiserent, sicut in Christum Dei filium Dominumque nostrum blasphemii: sic etiam in matrem eius Mariam contumeliosi esse minimè dubitarunt. Quare hoc impiæ doctrinæ virus & toxicum sparserunt, Deiparam, ne ante partum quidem mansisse Virginem, sed ex Iosepho, suum sustulisse filium.

Annus Christi L XXX.

Quam blasphemiam & perfidiam ut S. Andreas Apostolus de gentili-um cordibus facilius euelleret, hanc adhibebat similitudinem. Quomodo (inquit) de pura & incontaminata terra, primus homo in lucem prodierat; qui rebellionem suam mundo mortem intulerat: ita necessarium fuit, ut de immaculata Virgine, Christus Dei filius natus homo, perfecta sua obedientia, vitam eternam, quam perdidierant omnes, repararet. Hæc ille, qui in Archaia tunc temporis, nempe anno Christi 80. vel ut alij volunt 81. martyrij palmam adeptus est.

In Geographia Annales Flumenses apud Angelicam.

S. Petrus Apost. Tortosæ sacellum Dei genitrici excitat, & Cubiculum eiusdem in templi formam.

Galat. 4. Catechisi 12. S. Paulus Apost. Deipara Virginitatem adstruit.

Vide Canisium de Deipara lib. 2. cap. 6. Ebion & Cherintus pugnant contra perpetuam Deiparæ Virginitatem.

Metaphrast. Surtius. Lippomanus & alij in vita ipsius. S. Andreas Apost. egregia similitudine Virginitatem Deiparæ probat.

Annus Christi LXXXIX.

*S. Hieron. de
Script. Eccl.
Ebionitarum
hæresis.*

Circa hæc tempora, nempe anno Domini 99. sanctus Ioannes Aposto-
lus nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ Episco-
pis, aduersus Cherintum, aliosque hereticos: & maximè tunc Ebionitarum
dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: vnde &
compulsus est diuinam eius naturam edicere. In quo Euangelio mul-
ta præclara de B. Virgine scripta, ab aliis Euangelistis prætermissa.

Annus Christi C.

*Antiq. Eccl.
Parisiensis.
S. Dionysius
venit Pari-
sius, ubi con-
struit Ecclē-
siam in hon.
B. Virgin.*

Anno Christi 100. vt quidam volunt, sanctus Dionysius Areopagita
Missus est in Galliam à sancto Clemente Papa. Cum ergò Luteciæ
Parisiæ prædicaret verbum Dei, & Beatissimæ Virginis perpetuam vir-
ginitatem, & magnalia quæ Deus ei contulerat populo prædicaret, paulatim
omnes facillè ad eiusdem Virginis amorem pertraxit. Construxit etiam ad
eius honorem paruam Ecclesiam, atque traditio est ipsum attulisse imagi-
nem Beatæ Virginis, quæ extat adhuc hodiè in Ecclesia ipsius.





SÆCVLVM SECVNDVM.

Annus Christi CCV.

NITIVM huius secundi sæculi illustrat S. Irenæus Lugdunensis Episcopus & martyr. Passus est enim anno 205. Hic in Deiparam Virginem, si quis alius, præclarissima/ornamenta congestit, Sic enim de ea loquitur. *Vt Eua viro nupta, Virgo tamen Dei auctoritatem violando & sibi, & humano generi uniuerso mortifera fuit: sic Maria desponsa viro, & nihilominus virgo, audiens & auscultans Dei Imperio, tam sibi fuit, quam uniuerso hominum generi salutaris.*

Et alibi. *Inobediencia nodum, quo nos contumax Eua constrinxerat, Maria obedientia dissoluit. Quod enim virgo Eua non credendo ligauit, uinxit, irretiuit; Maria virginis uina fides expediuit, soluit, liberauit. Hæc sancti Irenæi uerba S. Augustinus agnouit, & Iuliano Pelagiano hæretico fidenter opposuit.*

ex eius libro aduersus Hereses in c. 64 Isaiæ. S. Irenæus Episc. & martyr. laudat Deiparæ.

Annus Christi CCVII.

Tertullianus quoque ipso tempore scribebat, qui & ipse Christi matrem, & beatissimam & gloriosissimam uocat, de qua dicere non ueretur. *Quod Eua credendo deliquit, cum nempè serpentem audiret: Maria credendo Gabrieli delentit.*

Tertull. de præscriptione. Hæret. Tertullianus quam reuerenter de Maria loquitur.

Annus Christi CCXX.

ET sanctus Cyprianus, Episcopus & martyr, prædictum Tertulianum magistrum suum uelut interpretans docet: *Hoc uas electionis plurimum à cæteris differens, natura quidem, sed non culpa communicabat, cui ut Matri plenitudo gratiæ, atque ut Virgini abundantior gloria debebatur.*

S. Cypriani encomium in laudem Deiparæ.

Annus Christi CCXXI.

IN initio Pontificatus sancti Callixti, sanctus Euodius septimus Episcopus Aniciensis, profectus est Romam, ut haberet licentiam construendi Ecclesiam ad honorem B. Virginis, simul & transferendi sedem Episcopalem ubi nunc est, quæ antea erat in oppido S. Pauliani. Causa profectionis fuit hæc. Pia quædam mulier, longa ægritudine confecta, in somnis iussa est à Beata Virgine famulorum obsequio deferri in montem Anicij iussu Diui Georgij uirgulis clausi, ubique pristinam recuperaret sanitatem. Quod cum à famulis ducta fuisset, & supra rupem obdormisset, circa noctis medium excitata,

Odo Giffæus in hist. B. Virg. Aniciensis.

S. Euodius Aniciensis Episcopus.

SÆCVL. II.

Mulier agra
sanatur à
B. Virgine.

excitata, melodiosam concentum audiuit, simulque inusitaram animaduertit claritatem, ductaque est statim ad altare, quod olim S. Martialis exererat, vbi Deipara duabus legionibus, vna nimirum Angelorum, altera Virginum stipata, talia ad eam verba habuit: Iam sana facta es charissima filia, Vade ergò ad famulum meum Euodium Episcopum, & meo nomine ipsa renūcia, quatenus quamprimum poterit, ædificij fundamenta iaciat, in quo futuris seculis inclamata, ægris leuamēto sum, & afflictis solatio. Mulier sanctissimæ Virgini pro incolumitate sua peractis gratiis, perrexit ad Episcopum: ipsique à Deipara collatum sanitatis beneficium, & vnà sibi impositum quoad construendam in monte Anicij (quamprimum fieri posset) basilicam, mandatum defert, refertque. Ille his auditis gauisus est, sed timens Diaboli illusiones triduanum indixit ieiunium, quo peracto, cum Clero & populo ad montem perrexit, atque, rem miram, in feruentiori ætatis calore, niuem adinuenit. Et licet monitu Angelico iussus esset operi manum adiuuere: prius tamen honoris gratia ad summum Pōtificem Callixtum perrexit, consilium insuper & auxilium super prædictis petiturus.

S. Scrutarium
Aniaccensis.
Episc.

Summus Pontifex, qui rem omnem priusquam ille veniret, diuina reuelatione nouerat, sanctum Euodium honorificè suscepit: atque in reditu sanctum Scrutarium, tanquam Sedis Apostolicæ in illis partibus, Vicarium illi adiunxit, datis ei prius pretiosissimis od ornatum Velauorum Ecclesiæ Reliquiis. Reuersi ego, magna num diligentia opus perfecerunt, multis apparitionibus Beatæ Virginis excitati & compulsi. Absoluto ædificio, cum nihil præter quam dedicatio desideraretur, statuerunt ambo Romam redire, quatenus dedicationis licentiam obtinerent. Vix quartam leucæ partem confecerant; cum duo venerabiles senes, albis induti, inusitata modestia spectabiles, ipsis ex improviso occurrere. Quos cum diuus Euodius, quo se conferent percontari cœpisset: subiecere, se Roma venire delegatos esse à summo Pontifice ad Episcopum, sociumque Scrutarium, ne scilicet solliciti essent super consecratione basilicæ ab eis erectæ: fuisseque eam ab Angelis indubitanter consecratam asseruerunt: dederuntque eis duo scriniola Reliquiarum, quas nudis pedibus ad prædictam basilicam deferri iusserunt, atque subiunxerunt: Ne putetis in his illusionem latere, reuersi, portas templi eo modo quo eas occluseratis, inuenietis, statimque se, vobis patebunt: campanæ etiam nemine impellente personabunt: totumque templum accensis cereis & lampadibus fulgidum reperietis; necnon & altare nouissimè chrismate celesti perunctum. Sic locuti sene illi, continuo disparuerunt. Redeuntes ego viri sancti inuenerunt omnia sicut eis fuerant prædicta: atque cum vniuerso populo, cantica lætitiæ modulantes, magnificas diuinæ maiestati grates habuere.

Ecclesia
Aniaccensis
ab Angelis
consecrata.

Annus Christi CCXXIV

Lamprid. in
Alex.
Baronius
tomo. 2.

Alexander Imperator Romanus, vt auctor est Lampridius, non solum Christianos esse passus est: sed Christo, Deo aliquem qualemcumque cultum exhibuit: ita tamen vt ait Baronius, vt qui Deorum cultui assueuisset, & à puero Gentilicis quoque superstitionibus imbutus esset, Deos

pariter

pariter coleret, & quodcumque numen sibi fuisset ab aliis antea prædicatum. Recensent igitur prædicti auctores, eiusdem Imperatoris iudicium pro Christianis exhibitum. Cum inquirunt, Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra Popinarij dicerent sibi eum debere: rescripsit, melius esse, vt quomodocumque illic Deus colatur, quam Popinariis dedatur. Hæc de Alexandro Lampridius. Sed (vt ait Baronius) singula sunt accuratius explicanda, & vt ex iis incipiamus. Quantum coniectura consequi licet in re antiquissima & obscura, existimo hunc locum publicum Christianis adiudicatum ad construendam Ecclesiam, aliquo fuisse ad religionem spectante olim nobilitatum monumento; quod Christiani ad eum cuperent illum Ecclesia erecta desuper illustrari, quibus complura priuata loca ad id opus deesse non potuissent. Quamobrem hunc illum arbitror fuisse locum trans Tiberim positum, vbi Augusti tempore Taberna meritoria erat, ex qua oleum magno miraculo è terra erumpens copiosè fluxisset, in signum Christi humani generis Redemptoris in mundum proximi aduentus. Loco igitur illo publico destituto, Popinarij, quod publica in eo taberna fuisset, ad se artis vsu pertinere rati, rescripto Principis proprium efficere conabantur. Nam popina propriè locus erat, vbi publica obsonia, carnesque coctæ publico vsui venum expositæ comederentur, cuius vsus etiam Taberna Meritoria erat hospitium mercenarium.

Nota de fonte oleum fluente paulo ante Natiuitatem Christi.

Contra verò Christiani, vt in eo Ecclesiam erigerent, postulabant: quibus cum annuisset Imperator, illic nobilem Ecclesiam erexerunt, sanctissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Partui, olim eo prodigio præsignato, religiosissimè consecrandam. Fauet huic nostræ coniecturæ, immò & firmiter ad stipulari videtur, ac rem propemodum certam reddere, quod in gestis sancti Callisti Papæ, qui his Alexandri temporibus vivebat, legitur ab eo erectam fuisse Ecclesiam trans Tiberim positam. In libro enim de Romanis Pontificibus, sua antiquitate omnibus noto, hæc verba descripta habentur. Hic fecit Ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim. Cum verò nonnisi de hac Ecclesia memoria sit, Alexandri Imperatoris temporibus Romæ excitatam fuisse; pro ea ædificanda locum illum Christianis ipsum Imperatorem adiudicasse, affirmare necesse videtur. Extat ipsa quidem veneranda antiquitate nobilis, & tantæ rei gestæ memoria celeberrima, quæ propè Confessionem sacrum illud foramen continet, ex quo olim seaturit oleum: feruntque qui hoc experimèto didicerunt, terram intus positam, adhuc oleo esse madidam; quam erutam si quis comprimat, manum sentiat vugine delibutam: Hæc Baronius.

S. Callistus Papa Ecclesiam B. Virginis trans Tiberim ædificat.

Anno Dom. CCXXX.

Sæculum quoque istum secundum sanctitatem & doctrinam nec non etiam glorioso Martyrio illustravit S. Methodius tantoperè à Hieronymo celebratus, Olympi, & postea Tiri Episcopus. Hic Deiparæ laudes longa & diserta oratione prosequitur. *Benedicta tu celeberrima & desideratissima; tuum Dei genitrix nomen diuinis benedictionibus & gratis omni est, ex parte refertum. Tu fidelium fax, tu incircumscripti* (si ita quidem loqui fas est) *circumscripti,*

In Catalogo Scrip. Ecclesiasticorum. In oratione habita ob Hypopatem Domini.

S. C. VI. II.

S. Methodius
Martyr qui-
bus Epithe-
tis Deiparæ
æxornet.

ptio, tu speciosissimi floris radix, ut Creatoris mater, tu nutrix omnia nutriens, tu cuncta continens & comprehendens comprehensio, tu illius gestatrix, qui verbo suo portat uniuersa. Tu Porta, per quam in carnem ingressus est Deus, tu purificantis carbonis forceps. Tu præangustus illius sinus, qui sinu suo omnia complectitur. Tu incomprehensibilis illius roris vellus. Tu Bethleemica illa cisterna, quam velut vita refocillatricem Dauid desiderauit, & ex qua immortalitatis poculum immortalibus emanauit. Tu propitiatorium, per quod Deus humanam naturam indutus, mortalius innotuit. Tu impollutum illius indumentum, qui luce uti vestimento circumfunditur. Tu Deo, nullius alioquin rei indigo, carnem quam non habebat mutuata es, quo nimirum hac ratione Omnipotens, id quod esse dignatus est, homo videlicet, verè appareret. Quid hoc illustrius? quid ve sublimius? Qui celum & terram implet, cuius præterea sunt omnia quacumque mouentur atque subsistunt, is tui factus est indigus. Tu enim admirabilem incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuo dedisti. Tu potentem illum, corpore, tanquam decenti quadam, panoplia induisti, per quam quidem ipse facile à me caperetur, & cerneretur, ego verò tutum & commodum ad illum accessum haberem, per quam etiam ignita omnia maligni tela extinguuntur. Euge, euge, Mater Dei & ancilla: euge, euge, que debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur. Deo, namque, uniuersi debemus: tibi verò etiam ille debet. Hæc & alia multa præclara epitheta, sanctus hic martyr prosequitur, quæ breuitatis causa per transeo. Si quis tamen ea plenius scire desiderat, consulat Canisium, passim per totum Opus suum de B. Virgine.

Annus Christi CCXXXII.

Origenes
hom. i. in di-
uinos, &
homilia 8. in
Lucam.

Origenes tunc temporis clarissimus Doctor, Deiparæ laudes celebrauit. Vocat enim eam, Matrem immaculatam Matrem incorruptam. Matrem intactam unigeniti filij Dei: per cuius obedientiam, Eue inobedientia excludatur que nihil humile atque deiectionem habeat, cuius iustitiam & virtutes alias respexerit Deus, ac propterea illi fecerit magna, qui potens est. Ut reliqua, genus præconia veneranda & inuocanda Virgini Matri congrua prætermittam.

Annus Christi CCXXXIII.

Ipso quoque tempore, nempe anno Domini 233, sanctus Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neocesariæ designatus fuit. Cum autem olim fuisset auditor Origenis, illumque dixisse atque scripsisse nonnulla meminisset, quæ à communi aliorum Christianorum orthodoxorum sententia discreparent; cum iam adstringeretur, ut subditis euangelicam veritatem (id ministerio Episcopatus, quod susceperat exposcente) sermonis prædicatione concederet, mente anxius, ambiguusque quæ potissimum incederet via, diu multumque versatus est. Sed quomodo per mirificum quendam visum sit illi diuinitus sapientia impertita, S. Gregorius Nyssenus, declarat his verbis. Cum enim per totam noctem aliquando de ratione atque sermone fidei speculareretur, & varias animo cogitationes agitarer (erant nimi-

S. Greg. Nyss.
orat. de vita
S. Gregorij
Thaum.
Baron. to. 2.

rum

tum etiam tunc nonnulli, qui piam & sinceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes sæpenumero etiam doctis & prudentibus veritatem facerent ambigam) pro qua tunc ei pervigilem curis atque sollicitudine noctem agenti, quidam in figura humana, facie ac forma senili, euidenter apparet, ornatu atque compositione indumenti augustum quendam, factum, atque diuinum referens decorem, magnam gratia vultus atque dispositione figuræ præ se ferens virtutem. Hic vero visu perterritus, & surgere è lecto, & quis esset, cuiusne rei gratia venisset, sciscitari.

Cum autem ille perturbationem mentis eius submissa voce sedasset, ac dixisset se iussu diuino apparuisse ei propter eas rationes quæ apud ipsum controuersæ & ambiguae essent, & piæ fidei veritas reuelaretur: & bono animo esse, audito sermone, & quodam cum gaudio atque consternatione illum contueri cœpit. Deinde cum ille directò manum protendisset, & quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id quod ex transuerso apparebat: hic & vna cum directâ manus protensione circumagere suum obrutum, & videre aliam imaginem aduersam ei quæ prius apparuerat, in figura muliebri, excellentiorem quidem & augustiorem, quam pro humana conditione: rursus autem perterritus, & facie aduersa, vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæsitare de spectaculo, cum oculis apparitionem ferre non posset: etenim miraculum visionis nimirum in hoc potissimum erat, quod, cum nox esset obscura, lumen vnà cum iis qui apparuerant ei effulserat, quasi aliqua lucida teda accensa. Cum igitur oculis ferre apparitionem non posset eorum qui sibi apparuerant: inter sese rationem eius rei, de qua ambigebatur, exponentium ratiocinationem audiuit: per quam non solum accepit veram cognitionem fidei: verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognouit, utroque eorum propria appellatione alterum alloquente.

Audiuisse enim dicitur ex ea quæ in muliebri habitu visa erat, cum hortaretur Euangelistam Ioannem, vt adolescenti mysterium veræ pietatis aperiret ac declararet atque illum dixisse, se paratum esse etiam in hoc Matrî Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esse: atque ita exposito sermone, qui & rei quæsitæ conueniret, & admodum benè definitus & circumscriptus esset, rursus ex oculis discessisse. Atque hunc extemplò diuinam illam institutionem & disciplinam literis mandasse, & secundum illam postea in Ecclesia sermonem prædicasse; ac posteris, tanquam patrimonium quoddam & legatum, diuinitus datam illam doctrinam reliquisse, per quam vsque in præsentem diem instituitur illius ciuitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permanfit. Hæc S. Gregorius Nyssenus.

B. Virgo apparet S. Gregorio Tammango.



SÆCVLVM TERTIVM.

Annus Christi CCCII.

AM ad Tertium seculum veniamus; videbimusque eum multis miraculis à Beata Virgine illustratum. Primò igitur dicendum est qualiter S. Iustina Virgo & Martyr, Deiparæ inuocatione Dæmonis tentationem, & incontinentiæ periculum euitarit. Quidam Cyprianus à fide Christi adhuc alienus, ac rebus Magicis omninò deditus, consuluit dæmonem pro quodam iuvene, qui sanctæ Iustinæ pudicitæ virginali insidiabatur. Quæ præsentem Sathanae thecnas, & ardentis libidinis faces non potuit non persentiscere, multum his ac grauiter exagitata. Proindè, vt par erat, ad pudicitæ suæ custodem Deum sese conuertit, simulque Mariam castissimum & clarissimum Virginiū decus supplex obsecrauit, vt sibi periclitanti auxilium ferret, corpus interim ieiunio, atque humi cubitatione, quæ sunt continentie arma, castigans, vt in hoc certamine hostem impurum vinceret, suamque pudicitiam saluam tueretur. Quid multis? Non irrita fuit Mariæ inuocatio, per quam propitius afflictæ virgini affuit Deus, & vt hostis deuictus abscederet, & Cyprianus Christianæ sapientiæ non modo discipulus, sed & martyr beatissimus efficeretur. Passi sunt ambo anno Domini 302.

S. Iustina Virgo & Martyr. inuocans Deiparæ, Dæmones & magicam leuicentem superat.

Annus Christi CCCIV.

Metaph. tom. 4. Suri.

S. Agnes Virgo & Martyr, pedisse qua Deipara.

Quo ferè tempore, nempe anno Domini 304. Martyrio etiam coronata fuit sancta Agnes Virgo, quam sanctus maximus homil. in Natali Agnetis, Mariæ pedisse quam appellat. Hæc publicè Deiparæ Virginitatem confessa est, his verbis. Cuius Mater Virgo est, cuius Pater sceminam nescit, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur: quem cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum, cum accepero, Virgo sum.

Annus Christi CCCVII.

Petrus de Natalibus. Episc. Equil. in Catal. Sanctorum lib. 10. c. 105. Rib. in vita S. Cath.

Sancta quoque Catharina Virgo & martyr ipso ferè tempore martyrio coronata fuit, nempe anno 307. Hæc cum adhuc pagana peteretur in coniugium à quodam Principe, & illa etiam super hac re preces matris, contemneret, diceretque se neminem vnquam in sponsum velle accipere nisi æquè vt ipsa nobilis, speciosus, diues, & sapiens esset: Ducta ergò quadam die à matre extrà urbem ad deambulandum, venerunt ad cellam cuiusdam

iustam Eremitam. Cui cum mater retulisset verba filiae suae in causa coniugij : Eremita spiritu Dei tactus, promisit Virgini Catharinae sponsum dare, nedum ei similem, sed ipsam, & quamlibet creaturam in omnibus excedentem. Quem dum puella sibi ostendi petiisset : ille tabulam pictam eidem tradidit, in qua erat imago deuota B. Virginis Christum puerulum bajulantis. Dixitque Catharinae illas esse imagines sponsi, & genitricis : quos si deuotè oraret, se ab ea videri permetterent. Virgo domum reuersa dum nocte illa ante imaginem orans aliquantulum obdormisset, vidit in somnis cum matre Virgine Christum ultra omnem pulchritudinem speciosum. Cui cum Dei genitrix Catharinam offerret in sponfam, Christus eam respuit : atque eam non esse pulchram asseruit. De quo dum Virgo excitata, & iam amore sponsi capta tristaretur ad mortem : facto mane matrem vocauit, & concita secum ad Eremitam perrexit, cui omnia visa exposuit. Quam ille de fide plenius instruens, baptizauit, promissione ei facta, quod iam sponso grata esset. Cum igitur rediisset ad propria, & prostrata ante imaginem obdormisset : iterum eidem mater cum filio sole splendidior, & coetu Angelorum apparuit : mater filio sponfam obtulit, & ipse eam uti pulchram & purificatam accepit, caelestique annulo subtrauit. Excitata Virgo, annulum in digito reperit, matrique cum gaudio ostendit, & visa retulit : atque deinceps amore Christi succensa, mundi pompas contemnere cepit.

*S. Catharina
Virgini &
Martyri ap-
ret Deipara.*

Annus Christi CCCVIII.

PAssus est etiam circa hoc tempus sanctus Procopius martyr, qui praesente iudice Flauiano multisque aliis ethnicis, retulit Historiam de Templo ab Argonautis extructo, & Deiparae sacrando, ex Apollinis oraculo. Sic enim loquitur. Cum Iason Princeps eorum, qui dicuntur Argonautarum de templo quod Athenis primum constructum est in arce, sciscitatus esset Delphicum Apollinem, & dixisset : Praedit nobis propheta Phoebe Apollo, cuiusnam erit haec aedes, & ad quid futura sit in posterum ? sic respondit. Quaecumque ad virtutem quidem & honestatem vos incitant, facite. Ego autem tres cupio, Deum vnum regnantem apud superos, cuius Verbum ab interitu alienum, conceptum in simplice Virgine, qui tanquam ignitus arcus percutrens mundi medium omnes capiens, eos adducet domum Patri : huius erit haec aedes Maria autem erit, nomen eius. Haec ille. Igitur templum illud celeberrimum, ab Argonautis Rheae deorum, seu potius demonum matri constructum, tandem cum imperaret Zenon, ad Christianae pietatis usum conuersum, egregium templum Deiparae Virgini Mariae sacrum praebuit : multisque fuit singulari venerationi.

*S. Procopius
Martyr praedictionem
Oraculi Apollinis de templo Argonautarum, recitat publice.*

S. Maria Deipara nomen ab Oraculo Apollinis, nominatum. Argonautarum templum Deiparae consecratum.

Annus Christi CCCXXIV.

Constantinus Magnus Imperator, multis in prouinciis celeberrimas ad honorem B. Virginis, summis impensis construxit Ecclesias. Meminit autem S. Gregorius Turonensis de ea sanctissimae Dei Genitricis Mariae ab

SÆCUL. III.

S. Gregor.

Turon. de gloria Martyrum c. 9. Constantinus Imp. construit templum in hon. Deiparae. Columna immensa ponderis. miraculose à tribus pueris eleuatur.

codem in Gallia excitata, in cuius erectione eiusmodi insigne miraculum accidisse testatur. Maria verò (inquit) gloriosa genitrix Christi, vt ante partum, ita Virgo creditur & post partum: quæ (vt supra diximus) angelicis choris canentibus, in paradysum, Domino præcedente, translata est. Cuius basilica ab Imperatore Constantino admirabili opere fabricata renidet: ad quam adductæ columnæ cum præ magnitudine leuari non possent, eo quod esset circuitus earum sexdecim pedum: ac diebus singulis casto labore fatigarentur, apparuit artificii sancta Virgo per visum, dicens: noli mæstus esse, ego enim tibi ostendam, qualiter hæc queant eleuari columnæ. Et ostendit ei quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur trochleæ, atque funes extenderentur, illud addens: Coniunge tecum tres pueros de scholis, quorum hoc adiutorio explere possis. Quod cum ille vigilans, quæ præcepta fuerant, coaptasset; vocatis tribus pueris ab scholis, erexit summa velocitate columnas. Præstitum est populis spectare miraculum admirandum, vt quod multitudo virorum fortium leuare nequiuerat tres pueruli absque virtute perfecti corporis subleuant.

Annus Christi CCCXXV.

Petrus Steph de locis Sacris Neap. Festum S. Mariae qua occasione celebratur Neap. & ali.

Neapoli celebratur festum S. Mariae nuncupata à Principio, occasione Sacelli eidem Virgini erecti ab Helena Constantini matre. & à S. Syluestro consecrati, & S. Mariae à Principio nuncupati, in quo ipse frequenter, præsentem Constantino sacrificium Missæ obtulit. In eo sacello visitur imago Deiparae opere musiuo, ad quam ingens populi concursus. Die autem festo suprascripto ab omni opere seruili, & à litibus forensibus vacatur.

Annus Christi CCCXXVI.

Petr. de Nat. Episc. Equil. in Cat. 55. lib. 1. c. 33. Pepinus in serm. de S. Nicolao. Petrus Sanchez in lib. de Regno Dei. cap. 8. nam 13.

Illo in tempore (anno scilicet 326. (florebat sanctus Nicolaus Episcopus Myrensis qui iam senex interfuit Concilio Nicæno, vbi zelo fidei, Arrium in maxillam percussit, eo quod blasphemando diceret. Iesum Christum non esse consubstantialem patri, & ideò Patres, Nicolaum Mitra & pallio priuarunt. Sed cum aliquando Missam de Beata Virgine, cui erat deuotissimus, in Pontificalibus celebraret, & priuationem Mitrae & pallij molestè ferret; quasi magno zelo fidei ablata: Beata Virgo eadem sibi restituit.

Annus Christi CCCXXX.

Constantinopolis B. Virgini dedicataur.

Tunc etiam Imperante eodem Constantino Magno nempè anno Domini 330. Constantinopolis ciuitas, ab ipso Constantino reparata & aucta, conuocatis ad dedicationem multis Episcopis, incruento sacrificio, precibus, votisque (vt ait Nicephorus) Beatæ Virgini Mariæ Dei genitrici solemniter cum pompa fuit dedicata.

Annus Christi CCCXXXV.

Sanctus Syluester Papa tunc temporis nempe anno 335. migravit in Cœlum. Hic Deiparæ templum quod cognominatur *Libera nos à pœnis inferni* erexit, & in eius ara multis repositis Reliquiis dicauit, quod ab eius conditore aliquando vocatur templum Syluestri in Lacu. Hoc templum nobilitatum est propter Draconem suo afflatu vrbi pestilentissimum, ibi sancti Syluestri precibus mirabiliter extinctum. Est autem id templum in foro Romano, vbi olim fuit fanum Iouis Statoris. In eo loco olim cum vasto ac repentino hiatu terra subsedisset, Curtius eques Romanus equum conscendit, & præcipitem in illud profundum egit, adductus superstitione cuiusdam responsi quo viuens aliquis ad eam visendam deposebatur.

Circà hæc tempora S. Helena prædicti Constantini Magni Imperatoris mater, Pectem Beatæ Virginis Treuerensibus tradidit, vt scribit Iacobus Medendorpius.

Hæc etiam, non solum in Bethlehem sacram ædem magnificè construxit, sed & ipsi Verbi puerperæ (vt ait Nicephorus) ac sponso eius Iosepho templa condidit Meminit & Eusebius, quod eadem religiosissima scœmina inter alia, quæ permulta reliquit suæ pietatis documenta gestationem vteri Dei genitricis admirandis monumentis cohonestauerit, & sacrum illud antum vbi Christus de Virgine natus est, multifariam exornarit.

Annus Christi CCCLXIII.

Veniamus ad annum Christi 363. in quo accidit mors pessimi Iuliani Apostatæ, ope & auxilio Beatissimæ Virginis. Hic cum ad præliandum properaret contra Persas, mandauit sancto Basilio Cæsariensi Episcopo, vt sibi, suoque exercitui necessaria prouideret. Quo respondente, quod res Ecclesiæ, non essent suæ, sed Iesu Christi patrimonium, & Deo militantium, non prædonum, (cum tamen curram oneratum victualibus pro redimenda vexatione misisset eidem) iratus tamen Imperator & furens, iurauit quod in reditu suo Ecclesiam destrueret. Episcopus autem confidens in Domino, & in Beatæ Virginis præsidio, indicto ieiunio, Ecclesiam B. Virgini dedicatam continuis precibus Deo commendabat. Raptus ergo in extasim, vidit Beatam Virginem de destructione Ecclesiæ suæ, filio quæulantem. Qui ab omnibus requirit, quis velit matris suæ iniuriam vindicare? Mox sanctus Mercurius martyr Christi qui in eadem Ecclesia sepultus erat, præ omnibus se obtulit ad vindicandum. Egressus igitur de tumba, & armis suis indutus, ad exercitum peruenit, & omnis omnibus aliis sibi locum dantibus, Iulianum hasta perfodit. Qui sumpto proprio sanguine, proiecit in cœlum dicens: Vicisti Nazarene vicisti, & sic miserabiliter fugato exercitu expirauit. Hæc per ordinem Episcopo referente populo, pro signo veritatis, nec sanctam Mercurium in sepulchro, nec eius arma, quæ pendere consueuerant in Ecclesia, reperta sunt: sed post diem tertium in locis suis omnia

Balinghem
in Cal.
B. Mar. 31.
Dec.
S. Syluester
templum in
honor. Deipa-
ra construit.
Baron. ad
annum 324.
Liuus lib. 7.
Iac. Med-
dend. apud
Carthagenâ.
Pharcirus in
lib. Mirac.
B. Mariæ.
Nicephorus
lib. 8. c. 30.
& 31.
Eusebius lib.
3. de vita.
Constantini
Canisius de
B. Virg.
lib. 5. c. 23.
S. Amphilo-
chius in vita
S. Basilij.
Naucerus
tom. 2.
Chronici,
generatione
23.
Niceph. lib.
10. c. 35.
Lyranus.
Discip. in
Prompt.
Exempl. c. 18
Abbas vfr-
pergensis in
Iuliano Apo-
stata.
Bozius de
signis Eccle-
siæ tom. 2.
Auctor Po-
merij lib. 2.
p. vltima. c. 1.
Iulianus Apo-
stata in Iu-
B. Virginis oc-
ciditur.

SÆCVL. III. omnia inuenta sunt. Redeuntibus autem de prælio, veritatem de omnibus retulerunt, & omnes gratias egerunt, qui saluat sperantes in se.

Roma

Hoc ipso anno nempe 363. cœpit ædificari Romæ Basilica S. Mariæ maioris, ob miraculum niuium quæ deciderunt 5. Augusti. Historiam ex Breuiario Romano describere libet. Liberio summo Pontifice, Ioannes Patricius Romanus, & vxor pari nobilitate, cum liberos non suscepissent, quos bonorum hæredes relinquerent, suam hæreditatem sanctissimæ Virgini Dei matri vouerunt, ab ea summis precibus petentes, vt in quod pium opus eam pecuniam potissimum erogari vellet, aliquo modo significaret. Quorum preces & vota ex animo facta B. Virgo Maria benignè audiens, miraculo comprobauit. Nonis igitur Augusti, quo tempore in vrbe maximi calores esse solent, noctu nix partem collis Exquilini contexit. Quanocte Dei mater se paratim Ioannem & coniugem in somnis admonuit, vt quem locum niue conspersum viderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur: se enim ità velle ab ipsis hæredem institui. Quod Ioannes ad Liberium Pontificem detulit, qui idem per somnium sibi contigisse affirmavit. Quare solemniter sacerdotum & populi supplicatione ad collem venit, niue coopertum, & in eo locum Ecclesiæ designauit, quæ Ioannis & vxoris pecunia extracta est, postea à Xysto tertio restituta. Variis nominibus primum est appellata, Basilica Libertij, sancta Maria ad Præsepe. Sed cum multæ iam essent in Vrbe Ecclesiæ sub nomine S. Mariæ Virginis: vt quæ Basilica nouitate miraculi, ac dignitate cæteris eiusdem nominis basilicis præstaret, vocabuli etiam excellentia significaretur: Ecclesia S. Mariæ maioris dicta est. Cuius dedicationis memoria, ex niue, quæ die quinta Augusti cecidit mirabiliter, anniuersaria celebritate colitur.

Basilica
S. Mariæ maioris
dedicatio ob miraculum
niuium descensum.

Annus Christi CCCLXVI.

Sozomenus
hist. lib. 7. c. 1
Metaphr. in
vit. S. Marciani pres-
byteri.

Anastasia,
Constantinopoli
B. Virg. Ecclesia
miraculis illustra.

Ipso tempore S. Martianus presbyter venit Constantinopolim, & Ecclesiam ab Arrianis Demophylo antesignano occupatas offedit Gregorius, Theologus aliàs Nazianzenus, illis præsidebat, qui tres diuinas personas vnus esse naturæ, atq; substantiæ catholico more sentiebant. Et hic quidē Dei ecclesiam vnā cum orthodoxis in parua domuncula precandæ causâ constructa, bono exemplo pastoris congregabat; quæ domus omnium quæ in vrbe erant, templorum gloriam & splendorem, ingens facta Basilica, superauit, non modo ædificij venustate, sed miraculorum etiam salubri granditate. Nam plurimorum morbi sanabantur, indigentiarque subuentum, Beataque Mariæ Virginis benignitas illa fuit, quæ sua multos præsentia recreabat. Ea Ecclesia, Anastasia dicta est, quod Nicæni dogma Concilij hæreticorum fraude sepultum & diuini agricolæ semen, erroris lolio succrescente oppressum in illa æde reuixerat, & vera fides surrexerat Gregorio prædicante. Sunt qui existimant, ob prænantem mulierem, quæ ex illius ecclesiæ pergula sublimi delapsa, & mortua fidelium precatione reuixerat, fecerit in columi, dictam esse Anastasiam. Hæc ita Sozomenus. Metaphrastes hanc basilicam, quæ breuis & angusta fuerat, Gregorium cognomento Theologum prædixisse ait multo maiorem, amplioremque quam tum esset, in postea

in posterum esse futuram. Et cum Martianus ad immortalitatem, & gloriam sempiternam natus, hoc Gregorij vaticinium repeteret memoria ad Anastasiam hoc templum dignius exornandum, animum quamprimum appulit, neque operis vel magnitudine, vel sumptibus retardari potuit, quominus molitioni manus alacriter admoueret. Eam porro rationem inuit, vt antiqui templi forma, integra, atque intacta remaneret, ad Theologi vaticinium comprobandum: nouum siuè tum maximum, tum pulcherrimum ab ipsis fundamentis excitaretur, quòd sphericum, & rotundum, atria, porticus, vestibulaque clauderent, ac veluti lunam stellæ cingebant. Columnarum præcelsitatem, splendorem, colorem, exquisitos lapides, præstantiam, orbis dignitatem, auri vim, picturas, vasa, donaria, facilius erat animo, quam oratione complecti. Secuta templi dedicatio est, magna sacrorum cæremonia, Bizantiorumque læticia. In hoc templo, Deipara hominibus se præbuit salutarem, morbos enim fugauit, dæmones expulit, veneficia sustulit, omniaque malorum genera relegauit: eoque diuinæ parentis beneficentia peruenit, vt quæ, in hoc templo Deipara, vel miracula edidit, vel beneficia præstitit, enumerare nihil aliud esset, quam immensum mare cyatho velle metiri: vt ait enim Simeonis Metaphrastæ verbis, eloquentis, & vera dicentis historici.

Annus Christi CCCLXXIII.

Anno Domini 373. sanctus Epiphanius claruit, item & Theodoretus, qui ex scriptis Apollinaris, Polemium quendam testatur hoc tempore hæresim deduxisse, qua affirmaret, Verbi atque carnis commixtionem confusionemque factam esse, à quo denominatos Polemios hæreticos tradit. Rursum verò discipulos quosdam eiusdem Apollinaris in Arabia hæresim aduersus Dei genitricem disseminasse, Epiphanius habet: illamque horrendam iactasse blasphemiam, qua dicerent post natum Christum Iosepho viro coniunctam esse: quam scelestissimam opinionem impius Heluidius in Occidente studuit propagare: sed ne profanæ quidem & impiæ mentes tantam blasphemiam calumniam in aures admittere tolerarunt: quamobrem vtrobique prauum semen exaruit. Sed de Heluidio dicendum inferius. Ad hos confutandos hæreticos, dictos Antidicomarianitas, rogatus sanctus Epiphanius Epistolam scripsit ad Ecclesiam quæ est in Arabia: qui & in Panario aduersus eosdem pluribus disputauit, vbi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur.

In ea etiam prouincia addit exortam esse aliam hæresim dictam Collyridianorum, qui eandem sanctissimam Virginem vt Deum colerent, placentamque illi sacrificantes offerrent, de quibus ita Epiphanius. Admirati, inquit, sumus, cum aliud rursus audiuissetis, alios nimirum ita decipere, vt in tractatione de ipsa sancta Virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim, quod quædam mulieres in Arabia è partibus Thraces hanc vnitatem inuenerunt, vt in nomen semper Virginis collyridem quamdam sacrificent, & simul congregentur, & in nomen sanctæ Virginis vltra modum quid tentent aggredi nefario ac blasphemio negotio, & in nomen ipsius sacra celebrent

Theod. hæret. fabul. lib. 4.

Apollinaris hæresis contra perpetuam virginitatem Maria.

Epiph. hæres. li. 77. & 78.

Antidicomarianita hæretici.

Collyridianorum hæresis.

S. Epiphanius B. Virginem defendit contra hæreticos.

S. CYL. III.

S. Epiph. hæ-
rcsi 79.Baronius to
4 ad Annum
373.

per mulieres : quod totum impium est , & nefarium , alienum à prædicatione S. Spiritus. Et alibi de iisdem Quædam enim mulieres currum quendam siue fellam quadratam ornantes, expanso super ipsam linteo in quadam illustri anni die, per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ : omnes autem pane participant. &c. Cum autem Epiphanius hæresim confutat primo loco demonstrat, procul à more catholicæ Ecclesiæ abhorrete, vt mulieres sacrificent : deinde pluribus docet, nequaquam Dei genitricem colendam tanquam Deum. Cæterùm Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, vt tamen nunquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemorationem duntaxat, eadem Deo offerat. Hæc Baronius.

Annus Christi CCCLXXIV.

S. Basilii de
intercessione
B. Virg. me-
minit.

Claruit ipsis temporibus S. Basilii Magnus, qui Deiparam egregiè claudat in scriptis suis, & de eius intercessione meminit, præcipuè in Liturgia. *Sanctissima inquit, & intemerata Dominatrix nostra, Dei genitricis & semper Virginis Maria, cum omnibus sanctis memorantes, nos ipsos & ad inuicem atque omnem vitam nostram Christo Deo commendamus.* Ac deinde sanctæ Dei genitricis intercessionem petit, & exprimit. Ipse etiam perpetuam Deiparæ virginitatem contra hæreticos acerrimè defendit.

Annus Christi CCCLXXV.

S. Ephram
plurimū Dei-
param com-
mendat, &
eius opem lu-
culenter im-
plorat.

Eodem tempore S. Ephram claruit, eximius Deiparæ encomiastes, & de eiusdem inuocatione nescio quid dulcius adferri possit, quam quod ille diserta & longa oratione ad eam facta, scriptoque consignata orbi testatus est. *Intemerata (inquit) & prorsus pura Virgo Deipara, Regina omnium, eademque optima, sublimior cælicolis, purior solis radiis & splendoribus, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & sine comparatione cæteris omnibus superis exercitiis gloriosior, spes Patrum, gloria Prophetarum, Apostolorum præconium, & honor Martyrum, Sanctorum lætitia, Hierarcharum cætus, omnium Sanctorum ac Virginum corona, ob fulgorem inaccessa, omnium princeps, omnium dux, sacratissima puella. Per te reconciliati sumus Christo Deo meo. Sub aliis tuis custodi me & protege. Miserere mei, qui sum luto inquinatus, qui sceleribus quamplurimis Creatorem Deum meum & iudicem offendi, ne aduersus me gloriatur Sathanas exitiosissimus, ne in me exurgat execrandus inimicus meus, ne seruum tuum à tui spe destitui cognoscam, ne calumniatur me detractantium lingua. Non mihi alià fiducia, ô Virgo sincera. Tu enim meus portus, ô Virgo inuisolata, & presens auxiliatrix. Denique sub tutela & protectione tua totus sum. Crebris lacrymis te, ô celeberrima mater, imploro, & aduoluo tibi, ô Domina mea, suppliciter clamans, ne dulcis filius tuus, & vita omnium dator, ob multa quæ patri sui scelera, tollat me de medio, & miseram animam cui leo diripiat, vel velut sterilem ficum infelicem me excidat. Imple os meum gratia dulcedinis tue. Illumina mentem ô gratia plena. Moue linguam & labia ad laudes tibi læto & alacri animo canendas, & melos illud Angelicum celebratissimum, quod Gabriel in Nazareth seruili habitu ad te Virginem & matrem Dei*

Dei mei integerrimam clamans cecinit salutationem maximè congruam & dignissimam, mundi salutem, cunctamque animorum tutelam. Dignare Virgo te tuum seruum laudare & dicere: *Aue Dei splendidissimum & luculentissimum vas, Aue Domina Maria gratia plena, aue in mulieribus Virgo beatissima, aue stella fulgentissima, ex qua Christus prodiit, Aue illustrissima lux, Mater & Virgo, aue qua miserificè Regem omnium peperisti: aue per quam nobis sol præclarissimus illuxit. Aue Domina cunctis sublimior, aue canticum Cherubim & hymnus Angelorum. Aue pax, gaudium, & salus mundi, aue generis humani letitia, aue Patrum præconium, & Prophetarum decus, aue Martyrum pulchritudo, & corona Sanctorum, aue piorum gloria, & in solitudine degentium hymnus. Aue præclarissimum Hierarcharum celestium ornamentum, aue Hymnigraphorum omnium oratio, aue præstantissimum orbis terræ miraculum, aue terrigenarum omnium delectatio. Aue Paradisi deliciarum & immortalitatis, aue lignum vite, gaudium & voluptas. Aue Vallum fidelium & mundi salus, aue tranquille portus, & à fluctibus agitatorum liberatrix. Aue nostra periculantium auxiliatrix, aue progenitoris illius Adam resurrectio, aue iucunda libertas, aue omnium parens, aue fons gratiæ & consolationis, aue refugium peccatorum & hospitium, aue propiciatorium laborantium. Aue anima mee spes bona & fida, aue Christianorum omnium firma salus, aue lumen præfulgens, quo mundus illustratur. Aue qua nullo spacio comprehensum in sensibus comprehendisti. Aue qua Christum viua datorem educasti, Christum piensimum omnium creatorem Deum, Iesum meum dulcem, hominem amantissimum, omnipotentem patrem meum, cui competit gloria & honor, & potestas in sæcula, laus & magnificentia, cum æterno Patre & Spiritu sancto nunc & semper & in sæcula seculorum. Aliam prætereà deuotissimam ad Deiparam habet orationem, quam breuitatis causa pertranseo.*

Annus Christi CCCLXXVII.

NVnc sanctum Gregorium Nazianzenum eiusdem temporis scriptorem, & Theologi nomine meritò decoratum accersimus, ut & ipse Deiparæ causam suo iuuet suffragio, & simul exemplo confirmet. Non illi satis fuit significare, Deiparam etiam ante suam ætatem, id est sæculo Martyrum à piis inuocatum fuisse: sed & ipse illam sibi salutandam, ac reuerenter inuocandam putauit, præsertim cum Cypriano, Athanasio & Basilio hunc etiam inuocationis honorem detulerit, illorum iam defunctorum opem clarissimis verbis implorans. Quid ergo mirum, si de Maria quoque dicat?

O filia celestis, & interius gloriosa,

O magnis choris assistens Regnatoris

Cantoribus, & si te corpus & terra continet

Huc ades, & fare verbum: ego verò ante te

Stabo, quippè cum mihi diuino munere venisti Regina

Venisti, sed magis adhuc venias, & propitia sis.

Rursum cum à Deo misericordiam petiisset, ne se in peccatis perire pateretur, ad Virginem matrem se potius conuertit, & post laudes illi dictas, hoc subiicit.

Regina adesto vocibus meis preces

S Greg. Nazianz. in Tragedia de Christo patiente.

SÆCUL. III.

Admitte Virgo.

Et iterum postea.

S. Gregorij
Nazianz. ad
Deip. in-
uocatio.

*Regina Domina, generis humani bonum
Amica semper esto tu mortalibus,
Maximaque quouis in loco mihi salus.*

Et ne ignoremus, quod meritò & cum fructu Mariam ille coluerit ac inuocavit, ingentia beneficia per illam sibi collata repetit, ac plura etiam sibi dari petit, utpotè cum hoc modo canat.

*Plexamque de prato coronam florido
Tibi offero, Regina, quòd me plurimis
Dignata quondam gratis, variis adhuc
Me liberas semper calamitatibus,
Multisque defensas ab aduersariis,
Tam qui videntur, quàm videri qui haud queunt.
Me flecte tandem quomodo in vita auctior
Virtute fiam, teque semper praesidem
Vite meae, ac demùm benignam ac sedulam
Habeam aduocatam Filio ceram tuo,
Cum ceteris charis Deo virgunculis.
Ne me ergo tradier sinas tortoribus,
Aut perditori hominum fieri ludibrio,
Adsisse, & à tenebris & igne libera:
Fac ut fide tuaque saluer gratia,
Quare hunc tibi hymnum pango charisterion.*

Pergit Deiparam, hoc etiam carmine, sicut antiquus interpres vertit, salutare.

*Aue puella gratiosa, Mater, &
Virgo omnium castissima ac pulcherrima,
Exercitiis praestantior caelestibus,
Regina mundi, gaudium mortalium,
Semper benignam te exhibe mortalibus,
Mihique sis salus ubique maxima*

Idem in eadem Tragædia de Christo patiente, sic salutat B. Virginem.

*Aue parens, virgoque plena gratia,
Tu Virginum longè omnium pulcherrima,
Exercituque caelium potentior,
Domina, omnium Regina, mundi gaudium,
Nostrum genus benigna semper aspicias,
Mihique opem tu fers ubique maximam.*

Annus Christi CCLXXVIII.

Quid vero S. Athanasius, qui obiit anno Christi 378. ingens huius sæculi decus? Is sanè pro Deipara pugnauit, & aduersus impios illius honorem præclare defendit, hacque luculenta oratione publicè celebrandum duxit. [Ista noua Eua Maria mater vitæ appellatur: variegataque permanet ad pri

ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus igitur eam iterum atque iterum, & semper & vndequaque beatissimam. Sicut ergo cum ad ipsum respicimus, Regem Dominum & Deum appellamus: ita quoque cum ad eam oculos reuicimus, Reginam, Dominam, & Deiparam esse animaduertimus &c.] Et infra. [Et iam audi filia Dauidis & Abrahæ, & inclina aurem tuam ad preces nostras, ne obliuiscaris populi tui. Decet enim te matrem, regeneratricem, Dominam, ac heram cognominari: eo quod ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noster: assistentem illi nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti. Qua de causa factum est, vt gratia plena appellata sis, vt potè quæ in omni gratia abūdares, idque per superuentum in te Spiritus sancti. Ideoque vultum tuum deprecamur omnes diuites plebis, ditari scilicet istiusmodi bonis,] &c.

Annus Christi CCCLXXX.

Circa hæc tempora accidit sequens miraculum de candela accensa coram imagine B. Virginis, quæ non consumebatur. Historiam narrat Sophronius in hunc modum. Narrauit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctæ Ecclesiæ Ascalonitarum, & sacrorum vasorum custos, de Abbate Ioanne Anachoreta dicens: Quasi verè magnus in generatione ista fuit, atque ad commendationem summorum illius apud Deum meritum hoc de ipso miraculum narrabat. In spelunca, inquit, morabatur senex, in partibus villæ quæ dicitur Sochus, viginti ferè miliaris ab Hierusalem. Habebat autem senex in spelunca, imaginem immaculatæ Domine nostræ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ in vlnis ferentem Christum Dominum, & saluatorem nostrum. Quoties igitur volebat abire ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, siue Hierosolymam ad adorandam sanctam crucem, & venerabilia loca, vel in Sinay montem orationis gratia, siue ad Martyres distantes ab Hierosolymis, multis prolixisque interuallis (erat enim senex Martyrum reuerentiæ mirabiliter deditus) Et nunc quidem pergebat Ephesum ad sanctum Ioannem, nunc autem Euchairam, ad sanctum Theodorum, nunc verò ad sanctam Teclam in Seleuciam Isauriæ. Nunc ad sanctum Sergium in Saraphas: & modo ad istum, modo ad illum sanctum, recipiebat candelam, & accendebat, vt sibi consuetudo erat, atque ad orationem stans, Deo vt suum iter dirigeret, supplicans dicebat ad Dominam, intendens in imaginem ipsius. Sancta Domina nostra Dei genitrix, quia longum iter iturus sum diebus multis perficiendum candela tuæ tu curam habe, eamque ne extinguatur, iuxta propositum meum serua. Ego enim adiutorio tuo comitante, iter arripio. Hisque ad imaginem dictis, egrediebarur, peractoque proposito itinere reuertebatur, aliquando post mensem, sæpè etiam post duos, vel tres menses, nonnumquam post quinque vel sex: & ita reperiebat candelam integram, & ardentem, sicut eam cum iter arripere dimiserat: & nunquam hanc à seipsa extingui vidit, neque de somno surgens, à peregrinatione rediens, neque ex cremo ad speluncam pergens. Hæc Sophronius, vel Ioannes Moschus in Prato spirituali.

Pratum Spirit. c. 180.

Candela accensa ante imaginem B. Virginis non consumitur.

Annus Christi CCCLXXX.

Pratum Spi-
rit. c. 75.

SVbdit Sophronius vbi supra celeberrimum miraculum Beatæ Virginis Sergâ vxorem & filiam viri fidelis, qui hospitio suscipere Monachos confucuerat. Erat inquit, in Alexandria, vir quidam fidelis, religiosus valdè & misericors, & hospitio suscipiens Monachos. Habebat autem vxorem, & ipsam humilem valdè, & ieiunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quasi annorum sex. Quadam veto die vir ille pius profectus est Constantinopolim, erat enim negotiator. Relictis ergò domi vxore & puella, & vno seruo abiit vt nauigaret. Cum verò iret ad nauem, ait ad illum vxor. Cui nos commendatos relinquis? Respondit vir eius. Dominæ nostræ sanctæ Dei genitrici. Die verò quadam cum sederet vxor & operaretur, habens & puellam secum, seruus ex suggestione diaboli, voluit necare Dominam, & eius filiam, & diripere quicquid haberent, & fugere. Sumpto igitur ex coquina cultro, petrexit in triclinium vbi erant ambæ. Cum verò venisset ante ianuam comprehensus est cæcitate, ita vt neque triclinium ingredi neque ad coquinam reuerti posset. Cum autem vna fermè hora perstitisset, frustra que conaretur ingredi, cœpit vocare Dominam suam dicens: Veni huc vtique. Illa admirans quod in medio ianæ persistens, ad illam non ingrederetur, ait illi: Tu magis huc veni, ignorans quod cæcitate teneretur. Seruus autem cœpit eam adiurare vt iret prope illum. Illa vero iuravit se non ituram, Tunc ait illi. Mitte puellam. Quæ noluit, sed ait. Si quid vis ipse potius veni. Videns autem seruus, quod nihil potuisset agere, seipsum gladio percussit, & corruit. Domina verò illius, cum vidisset quid egerat, clamauit: continuo que vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem ex officio Prætorij nonnulli, puerumque reperientes adhuc viuum, didicerunt ab ipso omnia, & glorificauerunt Dominum, qui ostenderat miracula, & matrem saluauerat cum filia.

Mulier à vi-
ro commēda-
ta B. Virgini,
liberatur à
morte.

Annus Christi CCCXC.

Breuiarium
Rom.

HOc etiam anno nempe 390. sanctus Alexius sanctitate clarus migrauit in cœlum. Hic Romanorum nobilissimus, propter eximium Iesu Christi amorem, prima nocte nuptiarum relinquens intactam sponsam illustrum orbis terræ Ecclesiarum peregrinationem suscepit. Quibus in itineribus, cum ignotus septemdecim annos fuisset, aliquando apud Edessam Syriæ Urbem, per imaginem sanctissimæ Mariæ Virginis, eius nomine diuulgato, inde naui diceffit. Ad portum Romanum appulsus, à patre suo tanquam alienus pauper hospitio accipitur: apud quem omnibus ignotus, cum decem & septem annos vixisset, relicto scripto sui nominis, sanguinis ac totius vitæ cursu, migrauit in cœlum.

Imago B. Virg.
diuulgat sã-
ctissimæ S. Ale-
xij.

Annus

Annus Christi CCCLXXXIV.

CLaruit quoque tunc S. Maurilius Episcopus Audegauenſis, qui in Fortunatus
in vita ipſius Commonienſi pago, igne purgato loco, in quo in edita rupe Pagani ſolemnia ſua ſacra celebrabant, in eodem baſilicam ad honorem Dei genitricis extruxit.

Annus Christi CCCLXXXV.

Quam Diabolus moleſtè ferat honorè B. Virgini, & imagini eius exhibitù, Ioannes Moſcus, ſive Sophrenius in Prato Spirituali oſtendit in hunc modum Dicebat (inquit) Abbas Theodorus Æliotes, quod fuerit quidam Incluſus in monte Oliuarum, certator maximus. Impugnabat autem illum fornicationis ſpiritus. Die verò quadam, cum inſtaret illi vehementer, cœpit ciulare ſenex, & dicere dæmoni: Quamdiu non dimittis me Recede iam à me, qui mecum conſenuiſti. Apparuit autem ei dæmon viſibiliter dicens: Iura mihi quia nemini dices, quod tibi dicturus ſum: & te amplius non oppugno. Iuravitque illi ſenex dicens: Per inhabitantem in altiffimis, nulli dicam quæ mihi dixeris. Tunc ait illi dæmon. Noli adorare hanc imaginem, & ultra te non impugnabo. Habebar autem hæc imago expreſſam figuram Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ferentem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ait Incluſus dæmoni, Dimitte me, ut deliberem. In craſtino autem hoc ſignificauit Abbati Theodoro Æliotæ, tunc habitanti in Laura Pharam, narrauitque ei omnia. Senex autem ait recluſo. Verè Domine Abba illuſus es, quia iuraſti dæmoni. Verumtamen bene feciſti hoc reuelans. Expedi autem tibi, in iſta vrbē nullum lupanar omittere, quod non ingrediaris, quam ut neget te adorare Dominum & Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum matre ſua. Conſirmatum igitur & corroboratum verbis, reliquit eum in loco ſuo. Apparuit ergo rurſus dæmon incluſo dicens: Quid eſt hoc peſſime ſenex? Nonne tu iuraſti mihi, quia id nemini diceres? Dico tibi quia ut periurus, in die iudicij iudicaberis. Reſpondit Incluſus dicens: Scio quidem quia iuraui, verumtamen Deum & Creatorem meum adorabo, tibi autem non obediam.

Pratum Spi-
rit. c. 45.

Diabolus quæ
moleſtè ferat
honorè Ima-
gini B. Virg.
exhibitum.

Annus Christi CCCLXXXVII.

Ipo tempore doctrina & ſanctitate Eccleſiam illuſtrabat S. Ambroſius, lib. 2. de
Virg. nam migravit in cælum anno 397. Hic Deiparæ laudes egregiè celebrauit in libro de Virginibus. (Sit vobis (inquit) tanquam in imagine deſcripta. virginitas, vitaque B. Mariæ: de qua velut in ſpeculo reſurgit ſpecies caſtitaſis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempli viuendi, ubi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitaſis, quid corrigere, quid eſſugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius ea quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis contagione generauit?

S. Ambroſius
eximius Dei-
paræ lauda-
tor.

Nam

SÆCVL. III. Nam de cæteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu, sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens: intenta operi, verecunda sermone arbitrum mentis solita non hominem sed Deum quærere: nullum ledere benè velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem] Hæc & alia plura notatu digna refert de virtutibus Deiparæ, quæ breuitatis, causa pertransio.

* *
*





SÆCVLVM QVARTVM.

Annus Christi CCCC.

FLOREBAT quoque tunc sanctus Martinus Archiep. Turonensis, quique iuxta Baronium obiit anno Domini 402. Huic ut testatur Sulpitius sæpius apparuit Beata Virgo familiariterque cum eo loquebatur. Quem etiam grauiter insidiis diaboli vulneratum, Virgo gloriosa sanauit. Historiam scriptam & pictam vidi in Monasterio Maioris Monasterij prope Turones, quod ipse viuens ædificauit. Cum nocte quadam sutrexisset ex more media nocte ut cum alijs fratribus Matutinas laudes decantaret; diabolus eius sanctitati inuidens, supra gradus superfeminauit pisa. Vir autem Dei nullas suspicatus insidias, festineque descendens, per gradus voluebatur, contractisque costis, & fortè etiam miserandum in modum totum corpus contriuisset, ni aditisset ei Deipara, quæ eum alleuans, sanatisque eius vulneribus, ad propriam reduxit cellam, tantæ malitiæ authorem diabolum fuisse asserens.

Sulpit. in vita S. Martini. Antiq. Maioris Monasterij, galliæ de Marmoutier.

B. Virgo Martinum vulneratum ex insidijs Diaboli sanat.

Annus Christi CCCCVII.

CLaruit quoque ipso tempore S. Ioannes Chrysostomus, eximius Deiparæ encomiastes. Hæc enim notatu digna de eadem scribit. [Cum Beata Maria supra omnem creaturam humanam castitatem seruaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimam Virginem, & Dei matrem accurrentes, eius patrocinij utilitatem assequamur. Itaque quæcunque estis virgines, ad matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incurruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conferuabit. Magnum reuera miraculum, fratres dilectissimi, fuit Beata semper Virgo Maria. Quid namque illa maius aut illustrius vllò unquam tempore inuentum est; seu aliquando inueniri poterit? Hæc sola cælum ac terram amplitudine superauit. Quidnam illa sanctius? Non Prophetæ, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphin, non Cherubin, non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles aut inuisibiles, maius aut excellentius inueniri potest. Eadem ancilla Dei est & mater; eadem virgo & genitrix. Hæc eius mater est, quia Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli & homines agnoscunt Dominum rerum omnium. Visne cognoscere, quanto virgo hæc præstantior sit cælestibus potentijs? Illæ cum timore & tremore assistunt, faciem velantes suam: hæc humanum genus illi offert quem genuit. Per hanc, & peccatorum veniam consequimur. Ave igitur, mater, cælum,

S. Chrysost. apud Metaphrastem.

S. Chrysostomus egregiè laudes Deiparæ celebrat.

SÆCUL. IV. cœlum, puella, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus; gloria & firmamentum, assiduè pro nobis precare Iesum filium tuum, &c.] Hæc ille.

Annus Christi CCCCXIV.

Bern. Luxemb. in Cat. Hæret. Nicephorus lib. 14. c. 32. & 36. Canif. lib. 5. de Deipara. c. 20. Nestorius hæresiarcha negat B. Virginem esse matrem Dei.

Lingua eius à vermibus corrosa.

MAledictus & detestandus Nestorius, quondam Episcopus Constantinopolitanus anno Domini 424. sub Cælestino Papa primo, & Theodosio, Hæresiarcha fuit, asserens Beatam Virginem, non Dei, sed hominis tantummodo matrem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei & carne credidit, sed separatim, atque seiunctum: alterum filium Dei, alterum filium hominis prædicavit, & negavit Mariam Theotocon, id est Dei genitricem, sed Christocon, id est Christi genitricem, quem tertia Synodus Ephesina ducentorum Episcoporum sub Theodosio iuniore Augusto, & Cælestino Papa primo, iusto anathemate condemnauit. Maledictus iste summas, & plurimas toto vitæ decursu ærumnas passus est: neque propterea animum inducere potuit, ut recipisceret. Demum sub mortem, lingua eius, à vermibus corrosa ingemiscens, & lamentans, ad maiora, & sempiterna supplicia, poenas solutus migravit.

Annus Christi CCCCXXIX.

S. Hieronym. perpetuam Deip. Virginitatem defendit.

TVnc, nempe anno 429. S. Hieronymus sanctitate & doctrina clarus migravit in cœlum. Hic scripsit librum unum de perpetua Virginitate S. S. Deiparæ Virginis Mariæ contra Heluidium hæresiarcham, qui eam impugnabat.

Annus Christi CCCCXXX.

Pratum Spirit. c. 46.

BEatam Virginem ipso tēpore detestatā fuisse non solum Nestoriū, verū etiā libros ipsius, testatur Sophronius scribēs in hūc modū. Accessimus, inquit, ad Abbatem Cyriacum presbyterum Lauræ Calamonis iuxta sanctum Iordanem, narrauitque nobis dicens: Die quadam vidi per somnium mulierem honesta facie, purpura indutam, & cum ea viros duos, & ipsos venerando habitu, & aspectu præclaro. Arbitratus sum mulierem illam esse Dominam nostram sanctam Dei genitricem, duosque viros qui cum ea erāt, sanctum Ioannem Baptistam, & sanctum Ioannem Theologum & Euangelistam. Egressusque de cella, rogabam illam ut ingrederetur, quæ non accessit. Permansit ergo diutius orans & obsecrans, dicens. Ne, quæso auertatur humilis factus confusus, & alia plurima huiusmodi. Illa igitur ut me vidit in stare precibus, eandemque postulationem iterare, seuerius mihi respondit dicens: Habes intra cellam inimicum meum, & vis ut ingrediar? Et his dictis, abscessit. Euigilans autem affligi coepi, & cogitabam nunquid in mentem peccatum contra illam admisisset: neque mecum erat aliquis alius in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur me ipsum discutiens, nihil inueni quod in eam peccassem. Cum vero vidissem me nimio mœrore absorberi,

forberi, surgens cepi librum vt legerem, quo per huiusmodi lectionem dolorem meum cogitationesque repellerem: librum autem illum mutuo acceperam à B. Elychio Presbytero Hierosolimitanæ Ecclesiæ. Enoluensque librum inueni duos ipsius Nestorij libros, in fine voluminis scriptos: moxque agnouì hunc esse inimicum illum sanctæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ. Tunc surgens abij, librumque illi, qui cum mihi accommodauerat, reddi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater; neque enim ex tantum utilitatis accepi, quantum detrimenti. Cum ille verò detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo succensus, protinus duos illos Nestorij libros ex volumine præcidit, eosque igni tradidit dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ, S. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ inimicus.

Ipsò tempore anno nempe 430. migravit in cælum præstantissimus Ecclesiæ Doctor S. Augustinus. Quanto ardore animi sanctissimam Virginem supplicaret, ex variis locis patet. At ex his maximè, Ex serm. 35. de SS. & 2. de Assumpt. eius affero verba. *Sancta Maria succurre miseris, &c.* quæ ab eo, mutuata est Ecclesia. Tum pergit; [Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super colorum peregrinis: & cum te lætantem semper aspicias, fletus nostros quæsumus ipsa ad Deum admittas, eumque vt propriû filium pro nobis interpella. Nos enim adhuc in terra hac affligimur, persequimur, iniuriis lacessimur, opprobriis afficimur, esurimus; sitimus. Tu verò in cælestibus regnis prælata es cunctis Virginum choris. Tu Agnum quocumque perrexerit, sequeris. Tibi thronus regius ab Angelis collocatur. Tu aula æterni Regis, teque ipse Rex Regum & matrem veram, & decoram sponsam præ omnibus dilectam amoris amplexu sibi associat. Has ergo tantas felicitates possidens, cõuertere ad nostrarum miseriarum salutem. Inter hæc igitur fratres toto mentis affectu, beatissimæ Virgini nos intercessionibus committamus, omnes eius patrocinia omni nisu imploremus; & dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris: ipsa nos fedula prece commendare dignetur in cælis. Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis, impendere suffragium.]

Neque istud ex serm. 7. de Annunt. qui est 18. de Sanctis, minus exhibet tanti Doctoris in Deiparam studium. Quas tibi (inquit) laudes, O Beata Maria, ò scæmina super scæminas benedicta, fragilitas generis humani persoluat, quæ solo tuo commercio quæcumque perditæ recuperandi aditum reperisti? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones. Et cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intrâ sacrarium exauditionis & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile quod per te ingerimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timeamus, quia tu es spes vnicæ peccatorum; & in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Assiste ergo parata votis poscentium, & repende nobis optatum effectum, sint tibi studia assidue orare pro populo Dei, quæ meruisti benedicta, Redemptorem ferre mundi.

Idem se mente medium collocabat inter Christi vulnera, & sanctissimæ

Callam Cyriaci Eremitæ refugit B. Virgo propter Nestorij libros.

S. Augustinus inuocat Deip.

SECVL. IV. Deiparæ vbera, vndè aiebat: Hinc pastor à vulnere, hinc lactor ab vbere, positus in medio, quo me vertam nescio.

Annus Christi CCCCXXI.

Baronius to.
5. ad annum
432.

*Addita in
salutatione
angelica à
Concilio
Ephesino.
Plal. 8.*

POST prostratam cum authore hæresim & blasphemiam Nestorianam in Concilio Ephesino, quoniam omne donum perfectum, & datum optimum descendere à Patre luminum sancta Dei Ecclesia nouit, eidem ipsi immortales gratias egit, quod vindex extitisset filij Dei, & Matris eius honoris, vtriusque præconia illis vocibus celebrans, quas à sanctis sciret frequentatas esse Patribus, vbique locorum *Matrem Dei Mariam* omnium ore cantans, laudans, atque prædicans. Tunc & additamentum illud accepisse creditur Angelica saluatio: *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis, &c.* quod omnium fidelium ore dici, ac frequentius repeti & tanquam prima quedam elementa à piis parentibus vnà fermè cum lacte infantibus propinari consuevit: vt fieret secundum illud propheticum. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam, illuderentque superbo draconi pueruli.

Annus Christi CCCCXXXII.

Antiq. Eccl.
Vird. De-
moch. de
Sacrif. Missæ
tom. 2.

*Pulcheria
Aug. templi
extruit in
hon. Deiparæ.*

*Cultus Dei-
paræ vbique
auctus.*

CIRCA hæc tempora S. Pulchronius Episcopus Verdunensis qui interfuerat Concilio Ephesino contra Nestorium, ad Ecclesiam suam reuersus, pulcherrimam omninò beatæ Virginis imaginem fieri iussit: in cuius vestimenti fimbriis, Responsorium, siue Antiphonam istam à sancto Concilio editam, *Gaude Maria Virgo cunctas hæreses sola interuenisti in vniuerso mundo, conscripsit.* Sed & Pulcheria Augusta virgo sanctissima, cuius in seruanda fouendaque aduersus nouam hæresim fide Catholica commendata est semper vigilatia atque studium, excitauit amplissimum tantæ victoriæ monumentum, veluti triumphalem fornacem, erigès nimirum sub nomine Dei genitricis Mariæ augustissimum templum in Blachernis iuxtà mare positum, quod sua postea mole labans, Iustinianus Imperator restituit. Hæc quidem Constantinopoli Nouæ Romæ à sancta Pulcheria facta fuere: cuius exemplo excitatæ sunt fidelium mentes, vt in diuersis Orbis partibus id ipsum præstarent; factumque est, vt licet frequens antea esset cultus sanctissimæ Dei matris, post hæc diuino excitante Spiritu frequentior fuerit atque celebrior, vixque reperiri esset, qui absque titulo Dei genitricis nominaret sanctam Mariam. Verum de Pulcheria plura dicenda sunt infrà.

Annus Christi CCCCXLIV.

NUNC agendum est nobis de sancto Cyrillo Episcopo Alexandrino, quem summus Pontifex Cælestinus primus idoneum iudicauit, cui vices suas in Ephesino Concilio delegaret. Hic beatissimæ Virginis amator egregius, cum aliis Patribus Nestorium damnauit. Quia verò sancto Ioanni Chrylostomo infensus fuerat: Beata Virgo (cuius honorem & dignitatem contra

contra Nestorium deffenderat) non est passa eum perdurare in illa similitate. Qualiter autem reconciliatus fuerit Chrysostomo, Nicephorus scribit in hunc modum. Cum inquit dissentirent inter se orientales & occidentales Episcopi ob abiectum Ioannem Chrysostomum, maximumque ob id esset in Ecclesia dissidium, aliis alios excommunicantibus: Cyrillusque imprimis Patriarcha Alexandrinus, Chrysostomo infensus esset, hac visione sese correxit. Videre namque visus est, seipsum sacris adibus expulsum esse à Ioanne, comitatu diuino, qui circa eum erat, satellitio maximè fretus: & Matrem Domini pro ipso deprecantem: atque cum multa alia etiam, tum illud præcipuè, quod pro ipsius gloria plurimum ille decesserat referentem, vt in sacra templa reciperetur, orare. Hanc visionem cum diuus Cyrillus cogitabundus in animo secum volueret, seipsum quod in sanctum virum inuestus esset, damnauit, & deindè ipse quoque recognita, Ecclesiæ Chrysostomi addictus, virum eum admiratus est, valdeque eum, quod contra illum imprudens prorsus iratus fuerit, pœnituit. Hæc Nicephorus. Hæc autem nunc commemorauimus, quia obiisse Cyrillum hoc anno 444. testatur Baronius.

Hic sanè Deipara fuit eximius cultor, eiusque laudes scriptis suis celebravit. Inter multa, hæc pauca hic inserere libet. *Tu es (inquit) pretiosa margarita orbis terrarum: tu lampas inextinguibilis, corona virginitalis, sceptrum orthodoxa fidei, templum indissolubile, continens eum qui nusquam contineri potest, mater & virgo: tu benedicta inier mulieres, eius parens qui benedictus venit in nomine Domini. Per te Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat cœlum, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur demones, & homo ipse ad cœlum reuocatur. Per te omnis creatura idolorum errore detenta, conuersa est ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad sanctum baptismum perueniunt, atque in toto orbe terrarum constructa sunt Ecclesia. Te adiuuante gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Perte unigenitus Dei filius, vera illa lux offudit sedentibus in tenebris, & umbra mortis. Per te Prophetæ prænunciarunt, per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt. Quisnam poterit tuarum laudum præconia explicare, Maria mater & virgo? Hanc fratres delectissimi celebremus. &c. Hæc ille.*

Annus Christi CCCCXLVI.

PER id tempus, nempe anno Domini 446. cum mœnia Constantinopolitane civitatis terræ motu corruissent, Theodosius Imperator iunior ea reficere aggressus est: & maiorem mœnium partem, quæ in siccò loco sunt, Anthemius instauravit. Cyrus autem Præfectus Urbis reliquum qui conciderat, & vi temporis labefactus fuerat, murum erexit. Et cum aliquando Imperator in Hippodromo equestre exhibens certamen staret, Byzantij structura Cyri delectati, magnificam illam emisere vocem: Constantinus condidit, Cyrus restauravit. Qua ex causa ira percitus Princeps, Præfecti dignitatem, illo sub prætextu, quod Græcæ superstitionis cultor esset, homini ademit, & substantiam eius omnem publicavit. Hæc Nicephorus. Passus est autem hæc Syrus, etsi invidia (vt videbatur Principis) iusto tamen

SÆCVL. IV.

Niceph. lib. 14. c. 28.

S. Cyrillus
antea S. Chry-
sostomo in-
fensus sub
mortem præ-
cipuus B. Virg.
pœnitet.

S. Cyrillus in
homil. cōtra
Nestorium.

S. Cyrillus
eximius Dei-
paræ cultor
& laudator.

SÆCUL. IV. men iudicio, sed bono suo cessit. Qui enim inter tot signa & prodigia quæ Deus tunc operabatur, adhuc cultor Deorum perseueraret, violento aliquo remedio ab eo mentis delirio curandus erat, & sanæ menti reddendus: dum namque hisce necessitatis vinculis alligatus, in ordinem redigitur: pro salute ad Deum Christianorum, in Ecclesiam confugiendo, licet inuitus, adire cogitur. Subdit enim de eodem Cyro Nicephorus. Ille autem animus deponens, ad Ecclesiam confugit, & in sacrum sacerdotum Ordinem allectus, Smyrnæorum vrbis præfuit. Smyrnæi vbi illum audire Græcorum sacra coluisse, communionem eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos in Ecclesia talia verba fecit: Viri amici, Natiuitatem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi silentio colamus: quoniam auditu etiam solo in Virgine sancta conceptum est Dei verbum. Ei gloria sit in sæcula. Amen. Ac deinde gratus ciuibus fuit, & Ecclesiam pie gubernauit. Hæc de Cyri in sedem Smyrnensem promotione: alij autem Cotyæi dicunt creatum fuisse Episcopum: sed ex vna in aliam sedem translatum existimamus. De templo insuper ab ipso in memoriam Dei genitricis erecto, idem auctor hæc subdit.

Baron. to. 6.
Cyrus qua occasione templum exerit B. Virgini.
Niceph. lib. 14. c. 46.

Imago B. Virg. intra Cupressum abscondita, inuenitur, multaque ad eam sunt miracula.

Huius quoque est templum Dei genitrici dicatum, quod Cyri dicitur: in quo fama est Romanum illum cantorem eximium propter carmina decantata honorem & præmium virtutis à Dei genitrice recepisse. Templum autem id huiusmodi occasione istuc est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus, nescio quomodo, imaginem Dei genitricis quidam occultauit. Cum autem multum præterisset temporis & imago lateret, ipsa seipsam indicauit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atque fax vna ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis ab obscura & latenti efficacia manauit. Vbi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, vnde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei genitrici construxit templum. Sed iam ad Pulcheriam redeamus.

Annus Christi CCCCL.

Niceph. lib. 15. c. 14.

Diximus suprâ Pulcheriam Augustam, Templum beatissimæ Virgini in Blachernis, ædificasse: verum alia etiam duo extruxisse testatur Nicephorus scribens in hæc verba. Tria quoque, (inquit) Dei matri ex ipsis fundamentis templa erexit. Quorum vnum est, in Chalcostrateio, siue Fabrorum foro, sacri Tumuli nomen habens. In hoc, veluti thesaurum, Dei genitricis deposuit Zonam. Hoc in templo, vt quarto quoque hebdomadæ die peruliegium & supplicatio ad lucernas & lampades fieret, constituit, quam & ipsa pedes frequentare solita erat. Secundum templum ἀδρυᾶν, viæ ducum est, vbi Antiochia missam Verbi matris imaginem dedicauit, quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque ad eum illi formæ suæ immitte. Hæc imago primùm in loco, qui Tribunal dicitur, fuit: vbi ea, quæ nunc quoque sunt, miracula peracta sunt. Porro in templo isto vt tertio quoque

Baronius to. 6. ad annum 450.

Pulcheria Aug. tria templa construxit in hon. B. Virg.

quoque septimanæ die priuilegium itidem, & supplicatio perageretur, curauit. Tertium autem Verbi matri incredibiliter pulchritudine, & omnis generis materia ornatum consecrauit templum, cui Blachernæ cognomen est: quo abundè per ambitionem quandam & liberalitatem decorato, Martiano Romani Imperij scepra tenente, magnoperè vna cum eo operam dedit, vt modis omnibus, venerandum, immaculatum, Deifertumque illius tabernaculum inueniret, & in Ecclesia ea reponeret.

Itaque Iuuenalem Hierosolymorum Archiepiscopum, & Palæstinos Episcopos, qui Concilij celebrandi causa Calcedonem venerant, accitos interrogauit, an diuinum Dei genitricis templum & sacrosanctum tabernaculum adhuc apud Palæstinos in eo tumulo, quo primum repositum esset reperiretur: velle se id indè translatum, in templum hoc eius inferre; vt Imperantis vrbs custodia esset & præsidium. Cum enim & vrbs ipsa & templum illi dicatum esset, æquum esse dixit, vt sacrum etiam eius tabernaculum ab eis non abesset. Ad quæ verba Iuuenalis respondit. In sacris diuinitusque inspiratis scripturis, obitum sanctæ semperque Virginis Dei genitricis Mariæ minimè referri. Antiquissima autem & verissima omninò traditione receptum esse, instante illius obitu, Apostolos ex ipsis orbis terrarum finibus, vbi ob prædicationem obeundam dispersi erant, sublimes in aëre Hierosolymam venisse, visione auspiciore hymnos diuinarum potestatum exauditos esse, & absque strepitu aliquo, mirifico planè modo Verbum & filium eius aduenisse, atque in manus suas diuinum illius spiritum suscepisse. Sacrosanctum autem corpus illius Angelica & Apostolica hymnodia elatum, in tumulo quodam, in regione Getsemani repositum esse, & in tertium vsque diem eo loco carmina Angelos perpetua in honorem & laudem Dei genitricis cecinisse. Et cum eodem tertio die, is qui in obitu Virginis matris choro Apostolorum non affuerat, aduenisset, & sacrum illum coctum, vt tumultum recluderet, quo & ipse verbi Dei matri debitum supremumque persolueret honorem, precibus summoperè sollicitasset, atque sigillo ablato, sepulchrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repositum non esse, sed sepulchrales illius fascias tantum suo loco intactas atque inuiolatas, perindè atque corpus ea paulo antè reliquisset, repertas, & quidem inenarrabili odoris suauitate redolentes, eaque illos abundè afflatos, signaculo rursus tumulo imposito abiisse, ad miraculum tantum conseruatos, atque illud solum, pro eo atque decebat, animo secum meditados, illum ipsum Deum Verbum, & Dominum gloriæ, qui subsistentia sua pro beneplacito suo, eo quem neque verbis, neque intelligentia assequi liceat modo, carnem ex ea suscipere, & deindè post ineffabilem illam vteri gestationem & partum, virginitatem illæsam conseruare dignatus sit: illum inquam ipsum, etiam post obitum, & ex vita hac migrationem, miracisè immaculatum, impollutum, & modis omnibus sanctum corpus eius antè destinatum quoque & communem omnium resurrectionem, immortalitate cohonestasse: eoque per Angelorum ministerium, in loca caelestium regionum lucidissima translato, honore præcipuo prosequutum esse. Porro cum discipulis, ibi tum affuisse addidit sanctissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagytam, magnumque diuinum & sapientem Hierothæum: quemadmo

SÆCUL. IV.

*Blacherna
templum vbi
reposita Ima-
go B. Virginis
à S. Luca de-
picta.
Pulchra in-
quirit corpus
Deipara.*

*Iuuenalis
Hieros. Epi-
scopi relatio
de Assumpt.
Deip.*

Sæcul. I V.

Zona Deipara
translatio.S German.
Euthymius.
Surius.

quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis scriptis testatus sit. Hæc ubi Iuuenalis dixit, Principes ipsi ab eo, ut sanctum eum tumulum, unâ cum sacris vestibus probè obsegnatum ad se mitteret, rogarunt, eumque ità à Iuuenali transmissum, in maximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis consecrarunt, atque deposuerunt manibus, proximè ad sacram diuinamque mensam. Factum id Marciano adhuc superstitè. Veneranda enim vestis eius aliquanto post, sub Leone est allata; & in rotundo templo, quod Leo magnus ædificauit, collocata est. Hæc Nicephorus. Porro quod attinet ad sanctissimam Deiparæ Virginis Zonam, sanctus Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, necnon & Euthymius Monachus, encomio egregio eam celebrarunt: extat apud Surium tomo 4. 31. Augusti. Et Euthymius quidem ità scribit. Hodie proponatur, honoretur, & adoretur Zona, quæ diuina virtute cælos superat, & resplendet plusquam radij solares, manetque integra & intacta plurimorum annorum curriculum, non-gentorum, inquam, aut amplius. Et infia. Hodie templum omni ex parte benedictæ & venerandæ adolescentulæ, & prophetarum coronidis, est dedicatum: in quo eriguntur paralytici, qui non vident, visum recipiunt: & qui horrore ac febris laborant, curantur. Hæc ille. Translata etiam cum veneranda illa Zona, fuerunt fasciæ Saluatoris, ut ex ipsis constar.

Annus Christi CCCCL.

S. Petrus
Chrysolog.
Deiparæ en-
comiastes.
Serm. 140.

Ipsò tempore floruit S. Petrus cognomine Chrysologus Rauennæ Archi-episcopus. Hic Deiparam multis laudauit. In cæteris ità de illa. *Quantus sit Deus, satis ignorat ille qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur, pauet cælum, irenunt Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit: & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospicio, ut pacem terra, cælis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cælestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium pro ipsa domus exigat pensione.*

Serm. 142.

Idem. *Ipse Angelus miratur aut feminam tantum, aut omnes homines viam meruisse per feminam. Stupet Angelus totum Deum venire intra virginalis vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura.*

Serm. 143.

Iterum. *Aue gratia plena. Hæc est gratia quæ dedit calis gloriam, terris Deum, finem Gentibus, finem vitii, vite ordinem, moribus disciplinam. &c.*

Annus Christi CCCCLI.

Metaph. in
vita ipsius.S Aixentius
perpetuam
Deip. Virgi-
nitatem des-
fendit.

Sanctus quoque Auxentius Abbas tunc temporis sanctitate & miraculis Orientalem illustrabat Ecclesiam, Hic vocatus à religioso Imperatore Marciano, ut cum Patribus sexcentis & triginta, Chalcedonenis Concilij fidem assereret, hæc his verbis palam affirmavit. Confiteor æterni Patris Verbum, carnem ex beatissima Virgine verè perfectèque sumpsisse, ex Virgine inquam non experta opus nuptiarum. Negabat idem se congregi, conuiuere, & sacra participare posse, nisi cum illis, qui pleno ore faterentur Dei parentem Virginem permansisse. Hoc idem dogma catholicum sæpè iterabat, illos detestans, qui diuersa sentirent.

Annus

Annus Christi CCCCLII.

Iam accedit Annus Christi 452. insigni miraculo Beatæ Virginis, contra Gaianum scilicet Mimum, qui Beatam Virginem publicè in theatro blasphemabat. Historiam sic narrat Sophronius. Heliopolis, inquit, Phœnicis est ciuitas. In hac Mimus quidam erat, Gaianus nomine, qui in Theatro sanctam Dei genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemix præbebat. Apparuit autem ei sancta Dei genitrix dicens: Quid tibi mali feci, quia coram tanta multitudine, mihi detrahis & blasphemas me? Ille verò surgens, non solum non cortexit: verumetiam plus blasphemabat. Vnde ipsa tertio eidem apparens, eadem repetebat. Cum ille se non corrigeret, sed magis quoque blasphemaret: metidie dormienti sibi apparuit, nihilque dicens, digito suo signauit eius manus & pedes. Euigilans autem inuenit se truncatum manibus & pedibus. Atque ita infœlix vt truncus immobilis iacens, confitebatur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo hoc passus esset: atque propter suas blasphemias cruciatus fuisset.

Pratum Spirit. c. 47.

*Miraculum
S. Dei genitricis contra
Gaianū Mimum qui eā
in theatro
blasphemabat.*

Annus Christi CCCCLVII.

Qualiter autem Anno Domini 457. Beata Virgo prædixerit Imperium Leoni I. Imperatori, magnificumque templum ipsi extruxerit; narrat Nicephorus. Cum Leo, inquit, Imperator, nondum diuino nutu Imperiali dignitate exornatus, priuatus degeret, & circà locum, qui dicitur ad Fontem, propè mœnia Constantinopolis ambularet, in hominem cæcum tota via errantem incidit: & vicem eius miseratus (erat enim vir bonus, misericors, & in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum duxit, oculi ei vicem præstans, gressumque eius per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum, aut duri esset, quod incedentem offendere posset remouit. Iam itinere aliquanto confecto, propè cœnosum locum ubi erat fons uenerunt, cæcusque ille siti plurimum conficiebatur, & quin concideret parum aberat, ita humor omnis in eo æstu uehementissimo exaruerat. Itaque Leoni valdè institit, ab eoque crebrius contendit, vt siti eius mederetur, & viâ laborem in umbra quapiam aliquantulum recrearet. Ille igitur misericordia motus ergà pauperem, densam syluam omnem perlustrauit, & si quis aquæ humor ibi scateret, scrutatus est. Vt verò pòst fatigationem multam infecta re ad illum rediit, & anxie admodum quiriraretur, quod misero illi in tali casu nihil solatij conferre posset, vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam audiit, quæ diceret: Non ita anxietate te, macerari oportet Leo, ecce aqua propè est. Proinde hac noua voce consternatus, denuò vndam inquirere institit. Sed & ipse cæcus profus fuit. Circum eam enim versabatur, minimè tamen eam videbat: quod & syluæ densæ opacitas ei obstaret, & cœnum profundius illum indè remoueret. Quapropter partim indignans, quod quem manu duxerat cæcus eam ærumnam pateretur, partim vocem eam in animo fixam considerans, & aquam rursus inuestigans, denuò eam ipsam exaudivit sane quiddam & facerum

Niceph. lib. 15. c. 25.

SÆCUL. IV. cetum cælitus sonantem vocem. Nam & de nomine eum compellauit, & Imperialem dignitatem primo quoque ei tempore aduenturam certò denunciauit, ità inquit: Leo Imperator densum hunc & umbrosum lucum ingressus, turbidam aquam hauri, eaque sitim hominis agri refice, & limum cœnosum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ verò sum, dudum hunc obtinens locum, eoque me oblectans, mox scies. Tu fac vt ædem mihi sacram hic extruas, in qua identidem verfer, & suauiter deambulem, in qua etiam præcantibus omnibus, locumque hunc ardore & fide certa aduentibus, oprata præstem omnia. Neque quidquam est prorsus, quod mihi aduerferet, & non continuò potestati meæ celsurum sit, etiam si dæmon sit, aut morbus, qui omnem superet medicinæ curam, aut aliud quicquam quod factura non sum, dummodò ritè, pièque sit petitum. Verbis eis Leo parens, cœnum & vndam ad cæcum parum iam id curantem, vt in quo spiritus propè iam extinctus esset, attulit, & oculos eius luto, non secus atque Saluator, à natiuitate cæci, liniuit: deindè etiam aquam præbuit oculis atrectanti. Ecce autem maiestas & magnificentia tua, ô Dei genitrix, se exhibet, & misero illi aqua turbida & lutum: Silcè fit. Confestim enim visum recipit, & diuturnas abiicit tenebras. Leo postea atque ei Dei genitrix prædixerat ad Imperiale fastigium sublimatus, statim pro tanto illius in se beneficio, ei gratiam rependit, & loco eo repurgato, & fontis vena altissimè inuestigata & restituta, quicquid erat cœni & terræ aggestæ eiiciendum curauit: & fonte ipso circumquaque structura solida probè munito, delubrum Dei matri construxit, & ædificium ipsam suprâ fontem statuit. Hæc Nicephorus pergitque describere magnificentiam illius templi, asseritque se conscripsisse librum Miraculorum, ad Fontem ipsum per Beatam Virginem factorum.

B. Virgo Leonis Imp. prædicte Imperium.

Cæcus illuminatus à B. Virg.

Templum in hon. Deip. construit Leo Imp.

Annus Christi CCCCLX.

CONstruxit præterea iste Leo Imperator aliud ad honorem Beatæ Virginis templum in Blachernis iuxtà muros vrbs Constantinopolitana, vbi sacram Virginis tunicam è Palæstina Constantinopolim deportatam reposuit. Historiam narrat S. Metaphrastes in hunc modum. Leo ille magnus, qui illo tempore (nempe anno 460) optimè Romanorum administrabat imperium, duos sub se habebat, qui curam gerebant exercitus: quorum vni quidem erat nomen Galbius, alteri autem Candidus, fratres genere, & vt semel dicam, in cæteris quidem valdè insignes & paucis similes: sed vnum eis deerat, idque maximum. Siquidem non rectam habere fidem, est laborare in rebus maximis & præcipuis, Arianæ enim peltis erant participes, cum ex paterna fortè traditione malum hoc, tanquam hæreditas ad eos venisset. Dicebantur enim proximi fuisse Ardaburio & Aspari, qui illis temporibus in regia obtinere tyrannidem: quos cum Arrio sensisse, aperte arguit veritas. Verum enim verò Galbium & Candidum, qui alioqui rectè se gerebant, non sinit diuina gratia non esse illuminatos in eo quod est præcipuum salutis: sed eos ab errore traducit ad veritatem, aded constanter & stabiliter, vt non solum rectè se haberent, & tuti essent

Metaphrastes apud Suerium 15. Aug.

Galbius & Candidus ab errore Arianæ, redeunt ad fidem Catholicam.

essent quòd attinet ad pietatem : sed etiam alios quos nossent non recto pede ingredi ad veritatem , studerent pro viribus efficere vt eiusdem essent secum sententiæ. Ii cum piè essent affecti, magno quoque & excelso animo se dedunt misericordiæ exercendæ in pauperes vt qui pro agnitione veritatis satagerent Christo reddere gratias. Castissima ergò mater magni illius Dei & Saluatoris nostri, sacrosanctum thesaurum, nempe suam vestem, volens suæ largiri ciuitati , vt hoc fiat, per dilectos illos viros prouider quodammodo diuiniore. Modus autem irà habet.

Immittit eis desiderium adorandi sancta loca , quæ sunt Hierosolymis. Quod planè & ab illis factum est. Cumque Leoni & Verinæ rem apperuisissent, comitatum non exiguum eorum familiarium & amicorum secum adduxerunt. Cùm autem iter ingressi essent, & iam venissent Palæstiqam, viam quæ ducit in Galilæam, præferunt maritimæ, pluris facientes contemplari Nazareth & Capernaum , quam maritimis frui delectationibus. Ex quibus illa quidem fuit sacrum Deiparæ, & in ea multo tempore vidit Deum Verbum ex se genitum : hæc autem eius filij charum & consuetum diuersorium. Cum hic ergò fuissent , vt diximus, quoniam non permittebat tēpus vt ulterius progredieretur, (iam enim erat vespera & nox obscura, prouisum autem omninò hoc quoque fuerat diuinitus) vicus quidem eos excipiebat, isque paruus. In eo autem habitabant & alij non pauci, & muliercula quoque quædam insignis castitate, & planè honestissima & moderatissima : quæ propter profundum quidem senium & canos honorata, sed propter magnum virtutum ornamentum longè honoratior erat. Apud eam autem Vestis, diuinus fuerat hic thesaurus reconditus. Quomodo verò fuisset illa tantæ rei custos, nisi & virtutum fuisset ornata pulchritudine & animi puritate? Quanquam enim Hebræa quidem erat illa mulier (est namque amica veritas) illius tamen animam locum dixisses, qui est in præsentia quidem obscurus, apertus est autem ad lumen excipiendum, & valde accommodatus. Diuinum verò erat in hoc quoque apertè consilium, vt res apud eam mulierem recondita, quæ sic affecta erat, vt eam totis viribus celare studeret, postea in lucem prolata maiorem fidem haberet.

Vide ergo, quam eleganter processerit diuinum consilium. Nam apud eam venientes, excipiuntur hospitio Galbius & Candidus sapientes, eos sic diuina ducente gratia. Erat verò propter id solùm, quod in ea latebat, dominus admirabilis; alioqui autem nihil habebat magni, sed erat planè vilis & abiecta. Cùm eos autem tempus vocaret ad cœnam, vbi accubuisent, vident interius aliam domunculam, quæ multo quidem lucernarum lumine illustrabatur, multis verò suffribus & vnguentis suaue spirabat: in ea autem sitam magnam ægrotorum multitudinem. Ex quo diuinum quidem quippiam suspicabantur esse & venerabile, tei tamen veritatem omninò excogitare non poterant. Inuitant itaque ad conuiuium egregiam illam anniculam, cupientes ex ea aliquid scire eius, quod desiderabant, illa autem hoc recusabat, causans religionem, & quòd non fas sit ei, cum sit Hebræa, vesci cum Christianis. Illi verò, cùm propter magnam sitam cognitionis eius, quod erat propositum, nihil de propenso suo studio remitterent, eam adhuc inuitant ardentius, & illius non parendi pertinaciæ obiciunt aliud

Inmisit sacra loca passionis Domini Hierosolymis.

Tunica Deiparæ apud Anum In. dæam recondita.

Domuncula in qua latebat eius tunica suauissimum spirabat odorem.

SÆCULI. IV. validius. Quid, dicentes obstat, si cum tu acceperis cibos, quibus pro more vesceris, nobiscum quidem colloquaris, sola autem tuis alimentis utaris? His itaque paret mulier, & congreditur.

*Miracula
multa fiunt
apud illam
sanctissimam,
uestem.*

Postquam autem comedissent, apud eam viri illi precibus egerunt, vt eis id significare non recusaret, quænam essent ea, quæ fiebant in domo interiori. Existimabant enim esse aliquid legale, & ex vmbatilibus illis & veteribus. Illa autem ea dicit quidem, quæ fiebant: causam verò, quamobrem ea fierent, minimè persuadetur vt aperiat. Videris, inquit, ô viri diuinissimi, ægrotorum multitudinem. Etenim cum Deo ita videatur, in hoc quidem loco dæmones expelluntur, cæcis autem vt liberè videant, claudis vt ambulent, surdis aut audiant, & mutis vt loquantur, efficitur mirabiliter; & alij morbi & corporum mutilationes, quæ medicorum artibus nullo sint modo medicabiles, curantur facile. Illi autem (non enim erant imprudentibus hominibus similes, neque quod interrogare oportebat, ipsi præ simplicitate prætermittebant) vndenam verò, rogabant, principium cepit locus talia operandi? Illa verò apud nos inquit, Hebræos, à patribus tradita habetur narratio, quod Deus in hoc loco visus sit cuidam ex patribus: ex quo factum est, vt loco hæc seruetur gratia. Hæc cum ea diceret, illi ei corde minimè assentiebantur: sed videbatur eis muliercula, sicut res erat, probabiliorum verborum pulchra specie celare veritatem. Ipsi ergò eam quidem adhuc rogabant vehementius, vt eis rem, vt se habebat, aperiret, respiciens, si nihil aliud, laborem saltem tanti itineris, qui nulla alia de causa erat susceptus, nisi vt viderent sancta loca, & audirent ea quæ à pijs & sanctis dicuntur hominibus. Illa autem nec sic quidem cedebat, sed manebat, vt statuerat, apertum religionis existimans esse dedecus si aperiretur veritas, & dicens se nihil scire amplius, quàm quod locus sit plenus diuina gratia.

Cum autem illi pulchrè sensissent eam optimè quidem scire, vitare autem, ne eam scire esset apertum, & idèd præ se ferre ignorationem, euadunt audiores inueniendi eius, quod querebatur, & sicut Cleophas, & ille alius discipulus, corde cœperunt ardere. Eos enim Virgo Beatissima incitabat, volens Byzantinis diuinum hunc & sacrosanctum largiri thesaurum. Omnem ergò statim mouebant lapidem, vt mulier remittens immobilem hanc occultationem, eis id quod tacuerat, in apertum proferret. Quin etiam iurifurandi necessitatem adhibebant, eiusque adèd validi, vt animum quantumuis inexpugnabilem suo possent loco mouere. Cùm sic eam omni ex parte adstrinxissent, & tanquam inuitabilia ei vincula imposuissent, vix tandem persuadent, vt eis rem aperiat. Cum itaque ex alto, & cum lachrymis suspirasset, & in terram fixisset oculos, perindè ac si eam puderet enunciare: O viri, inquit, nunquam in hodiernum vsque diem, diuinum hoc mysterium, viro euasit manifestum. Quæ enim ex genere meo me præcesserunt, iureiurando adhibito, vni mulieri, eique virgini, ita tradiderunt, vt singulis atatibus ea res sic traderetur. Sed quoniam video vos esse viros reuerendos & pios: & alioqui (nam hoc quoque vobis significabo) ad me vsque redactæ sunt mei generis fœminæ, nec alia superest post me virgo, cuius fidei à me credi possit cognitio mysterij; rem modo vobis aperiam.

*Nota non nisi
fœminas vir-
gines asser-
uisse vstem
Matris Dei.*

Existimo

Existimo enim fore, ut quod à nobis dicitur, apud vos conseruetis. Mariæ illius Deiparæ (hoc enim est nobis ab alto traditum) hic custodita sita est vestis. Obstupuerunt viti, illi, cum solum rei audiissent principium. Deinde adiiciens mulier: Etenim hæc inquit, Deipara vitam finiens, duabus mulieribus virginibus suas vestes donauit loco benedictionis. Ex quibus vna fuit ex mei generis Maioribus, quæ id accepit, quod donatum fuerat, & in arca deposuit: & omnino iussit iis, qui erant sui generis, ut esset virgo vnaquæque, quæ eam acciperet. Est ergo arca recondita in interiore domo, quam nunc videtis: & quæ in ea est vestis, est causa omnium, quæ fiunt, miraculorum. Hæc, o viti, est vera narratio eius, quod à vobis quaeritur. Et videre, ut ad vos vsque solum deducta sit cognitio, & nemo sciat ex iis omnibus, qui sunt Hierosolymis.

*Iudicant præ-nominata
Anus his vi-
ris thesauri
S. Mariæ Vir-
ginis.*

Cum hæc audiissent, adhuc maior metus viros subiit, & lætitia. Metus quidem, propter magnitudinem eorum, quæ audita fuerant: lætitia autem, quod essent participes talium sacramentorum. Quid ergo deinceps consequitur? Viri seipsos humi deiiciunt, & pedes illius prehensantes; Nulli quidem inquit, ex iis qui sunt Hierosolymis, notum erit id, quod nobis dictum est: ne dubites Domina. Dominam enim iam te vocamus, quæ sis talibus dignata mysteriis: ipsam tibi huius rei testem citamus Deiparam. Vnum autem aliud concede nobis rogantibus. Rogamus verò ut dormiamus in eo loco, in quo diuinus hic reconditus est thesaurus. Cum hoc autem statim concessisset mulier, stragulo quidem vestes portatæ sunt in eum locum: illi verò non se somno dederunt, sed cum nocturnum accepissent silentium, totam noctem perseverabant in oratione, & cum lachrymis agebant gratias Deiparæ, quòd talibus auditionibus & spectaculis digni essent habiti. Cum autem eos qui ægrotabant, vidissent somno oppressos, mentuntur omni ex parte ambitum arcæ, in qua erat diuinum repositum indumentum: ipsamque ligni speciem & habitudinem, ex quo erat arca, accuratè admodum & diligenter considerant. Deinde mane egressi, honestam salutarunt mulierem, & cum rogassent, ut audacter iuberet, si quid sibi opus esset Hierosolymis, se enim rursus ad ipsam venturos per eandem viam: inierunt iter versus Hierusalem, cum illa dixisset, se nullo alio egere, nisi eorum precibus, & ut eos rursus lætos videret & alacres.

*Vide antiquã
deuotionem
erga sacra
Reliquia.*

Cum fuissent itaque Hierosolymis Galbius & Candidus, & partim quidem Deo preces fudissent partim autem pauperibus & egentibus liberaliori dextera eleemosynam erogassent, secterè vocant quosdam fabros lignarios, quibus iubent, ut eis construant arcam forma, & figura, & magnitudine illi, quam viderant, similem: mandantes præterea, ut formaretur etiam ex ligno veteri, quo nihil in ea cerneretur, quod non esset omni ex parte simile prædictæ. Excogitant deinde aliquid aliud idoneum ad celandum, id, quod erat futurum. Comparant sibi auratum operculum, ut eo arca tegeretur. Postquam autem & precatio, & erogatio eis satis benè habere visa fuit, eo accepto, quod fuerat fabri factum, redeunt in vicum sani, & alacres, aromatibusque & suffitibus aptis ad sacrificium, venerandam donant mulierem. Et illa quidem rursus viros, tanquam sibi familiares, iucundè accipit. Illi autem rursus ab ea petunt, quòd priùs, ut scilicet in sacro habitaculo totam noctem

SÆCUL. IV. transigerent. Illa verò rursus quoque permittit, nihil omninò suspicans. Qui ingressi summo ocio utebantur precibus ad inculpatam, & ab omni reprehensione alienam Dei matrem, eas tanquam sacram hostiam lachrymis pinguefacientes. Non ignoramus nos serui tui, dicentes ô diuinissima, & in primis illustris Domina, quænam olim Ozia euenerint, qui ausus est tangere arcam, quæ erat secundum legem. Quomodo ergò nos, qui sumus multis obnoxij peccatis, te non iubente, ausi fuerimus diuinam hanc arcam omninò tangere, intrà quam talis est thesaurus repositus, & non solum tangere profanis manibus, sed etiam eam aliò transferre? Annue ergò voluntati nostrarum animarum, ô boni filij bona mater. Ad tuam enim ciuitatem est translatio, quæ est omnium aliarum Regina, & te semper magno studio studuit honorare. Ad eam nos hoc diuinum donum exportare statuimus, ad eius tutelam & gloriam, quæ nunquam extinguatur. Hæc tora nocte dicentes in oratione, & solum lachrymis madefacientes, repente impletur fiducia, fiducia inquam, temperata reuerentia. Deindè ad diuinam accedunt arcam, simul læto & tremente animo, & cùm omnes, qui illic erant, efficeret somnus nullo sensu præditos (ô beatas manus, ô furtum, in quod nulla potest omninò cadere reprehensio) hanc accipiunt, eis quoque omninò hæc in re fauente gratia. Et eam quidem sic tollunt: apponunt autem, quam Hierosolymis ad eius similitudinem fabricati fuerant, cum ei etiam imposuissent operculum, quod quidem erat aureum, vt diximus.

Galbicus & Candidus clāsecum abspontant sacram vestem.

Cùm primùm autem illuxisset, sanctam mulierem quidem iubent valere, & rogant, vt non cesset pro eis orare & eorum facere commemorationem. Deindè ei quoque digito ostendunt operculum, quasi veram illam tegeret, & primam arcam, quod mulieri quoque visum est ab illis allatum esse honoris gratia. Et cum præterea iis, qui fuerant inuenti, pauperibus suppeditassent, quæ erant necessaria, valdè læti protinùs iter ingressi sunt, domum reuersuri. Postquam autem venissent Byzantium, non honestum esse statuerunt, iis, qui in illo tempore erant, Imperatoribus, mysterium prius communicate, quam Patriarchæ. Eos enim subibat timor, ne quod ipsi suum esse bonum statuerant, eo ab illis priuarentur. Cùm ergo multa consultassent, eis hæc visa est optima sententia, latenter eos ad hoc quoque monente Deipara. Erat eis prædium apud muros ciuitatis, propinquum marini situs cornui. Huic loco nomen erat Blachernæ, in eo extruunt quidem domum oratoriam. Cum autem eis magnæ esset curæ, vt laterent, Petri Apostolorum Principis, & Marci domum nominant. Cùm in eo certè sacrum illum thesaurum posuissent, omne statim studium adhibuerunt, vt in templo esset perpetua hymnodia, perpetuus odoramentorum suffitus, & assiduus splendor luminum. Et sic quidem longo tempore hoc diuinum mysterium, fuit re vera semper mysterium.

Hymnodia suffitus luminum, antiquitus in templis.

Quoniam autem ei, quæ per ipsum honorabatur, & cuius erat ille amictus, visum est tantum bonum ad solos duos testes, non debere contrahi, & tanquam profundo aliquo contegi silentio, & communes diuitias esse eorum tantum propriis & communi epulo eos se solos explere: mouet ipsos ad id quod tacuerant proferendū in lucem & accedentes, annunciant iis, qui tunc erant, Imperatoribus, & aperiunt quale sit miraculum, & declarant

declarant quemadmodum sit allatum. Eos autem, cum audissent, magnum inuasit gaudium: & protinus fit publicum, quod fuerat occultum. Et beati quidem inter omnes reputantur Galbius & Candidus propter tale mysterium, & publicis honorantur honoribus diuina autem ædes in eo loco regis impensis Deiparæ ædificatur: & capsula ex argento & auro constructa, sacrum illum thesaurum excipit: plurimis aliis muneribus, & donis domus Dei honoratur. Leo vero & Vebina (ij enim tunc imperabant, quorum tempore hoc quoque magnum & reuelatur mysterium, & ad regiam urbem exportatur) cum pulchre & pie imperassent, & Galbius & Candidus, qui hoc ministerium pulcherrime obierunt transferuntur postea ad senectuti non obnoxiam vitæ conditionem.

Cum ergo hæc sacra arca nobis contineat, non quasdam tabulas manu Mosæica, politas, sed Vestem planè diuinam, & summè venerandam, quæ non solum intemeratam & ab omni labe alienum corpus textit: sed in qua (vt audacter dicam) cum esset infans, Deus Verbum fuit inuolutus & auctus: aded vt ea sæpè conspersa sit guttis lactis venerabilis, quo nutritus fuit is, qui est omnium alimentum & vita: ad eam quidem vere laudandam nulla sufficit oratio: sola autem gratiarum actio, res est prosequenda, & ipsi Deiparæ sunt agendæ gratiæ, & eius filio communi Saluatoris & Regi, qui omnia ad nostram vtilitatem & salutem dispensat. Ei gloria & potentia nunc semper, & in secula seculorum, Amen. Hæc omnia Metaphrastes. Qualiter autem hæc translata fuerit in Gallias suo tempore dicetur.

Annus Christi CCCCLXXII.

Ipsò tempore S. Euthymius Abbas sanctitate & miraculis refulgebat; Inam migravit in cælum anno 471. Hic honorem Deiparæ contra hæreticos acerrimè deffendit. Theodosius enim quidam veste Monachus, moribus & secta dæmon horribilis, Palæstinæ bonam partem infecerat, Eudociam religiosi Imperatoris Theodosij iunioris religiosam vxorem deprauarat, Nestoriano nefario dogmate ab inferis reuocato, Chalcedonensique synodo vehementer oppugnata. Et cum Monachos multos falsus propheta coëgisset errare, magnum quoque per duos oratores inuadit Euthymium, ad suam corruptissimam sententiam conatus adducere. Ille impudentissima audita legatione, Catholicæ Ecclesiæ Concilia sequi palam affirmavit, & cum Cyrillo Alexandrino sentire se dixit, qui veritatis magister optimus esset, deinde Mariam Virginem, Deiparam pleno ore pronunciat, quæ vni-genitum filium Dei peperisset, qui filius, quod ad diuinitatem attinet, æternus sit, & ex patre natus ante omnia sæcula, idem carnem & corpus suscepit in tempore, vt nos in libertatem vendicaret. Duas etiam Euthymius in vna persona hypostasique naturas, se agnoscere professus est, vtque illa suo nomine Theodosio pseudomonacho, fidei desertori, & religionis Catholicæ fugitiuo, responderentur imperavit.

SÆCUL. IV.

In capsula argentea & aurea reponitur vestis S. Mariae. Baton. ro. 6. ad annū 474.

Cyrillus in vita ipsius.

S. Euthymius honorem Deiparæ contra hæreticos deffendit.

Annus

Annus Christi CCCCLXXVIII.

Præf. Spirit.
c. 175.

Zeno Imperij habenas moderabatur circa annum Domini 478. qui licet pessimus fuerit : attamen B. Virgini deuotus fuit , cui Cizici in Hellesponto templum per magnificum dedicauit:quod olim oraculi iussu constructum fuerat, & Cibele Deorum matri dicatum. Hic cum vi oppressisset Virginem cuiusdam viduæ filiam, vidua illa summo dolore affecta, non cessabat vindictam petere à B. Virgine (cui valdè erat addicta) contra Imperatorem. Cui aliquando tandem apparens B. Virgo dixit ei : Crede mihi mulier, quia manus Zenonis impediunt me. Erat enim pius erga pauperes, multasque eleemosynas faciebat.

Annus Christi CCCCXCII.

Baron. in
notis ad Mar
ty Rom. 2.
Febr.
Purificatio
nis institutio.

Festum Purificationis B. Mariæ hac quarta ætate, nempe anno Domini 492. vel circiter, sumpsit initium institutore S. Gelasio Papa, licet alij dicant sub Iustiniano Imp. fuisse institutum. Verba audiamus Baronij. Constat (inquit) Gelasium Pontificem Romanum, qui annis triginta ante Iustiniani tempora Romanæ Ecclesiæ præfuit, huius diei (nempe Purificationis) celebrandæ in Occidentali Ecclesia aperuisse viam ; dum Lupercalia, mense Februario agi solita (vt scribit Varro lib. 5. de ling. lat.) Romæ ad ea tempora permanentia legibus Ecclesiasticis abrogauit. Iure itaque opinamur, abrogatis Lupercalibus, Romæ, (sicut in multis accidit) eiusmodi fuisse solemnitatem introductam, quam paulo post, Iustiniani temporibus, Orientalis Ecclesia, ob ingentem pestem quæ Constantinopoli grassabatur recepit. Addidit huic solemnitati Sergius Papa) vt habet ordo Romanus) Litantias, sic institutas, vt exeunte Clero cum populo ab Ecclesia S. Adriani, procederet cum cereis ad talem vsus benedictis, ad Basilicam S. Mariæ maioris. Hæc & alia Baronius.





SÆCVLVM QVINTVM.

Annus Christi CCCCIII.

DE CVRSO iam quarto Sæculo, ad quintum veniamus, cuius initium S. Sabbas Abbas, sanctitate, & miraculis, & denique gloriosa morte illustravit. Obiit iuxta Baronium anno Christi 503. Sanè S. Sabam immaculatæ Virginis fuisse amantissimum, deque gloriosa matre omnia præclara & divina sensit, ex eo intelligi facillè potest, quod multiplicato numero Monachorum, cum templum quoddam diuinitus fabricatum frantum synaxi satis esse non posset, quod templum idem ille, qui ex nihilo conderat, Sabæ amico demonstravit, alteram ipse ædem Deiparæ sacram à fundamentis excitavit, quæ tam ornata, quam magnitudine, nulli eorum, quæ aliorum & manibus & consiliis elaboratæ essent, concedebat. In hoc Deiparæ templum primos suos, Monachos convenire iussit, Armeniis qui se postea ad Sabam aggregaverant, diuino illo attributo, quod ab spelunca nomen accepit, quæ spelunca Sabæ oblata cælitus, quod sæpè repetimus, cælestem auctorem testabatur. Eam quippè sol oriens illustrabat, auraque frigidior ita temperabat, ut neque lux deesset, quam domicilia sub terra abdita desiderant, neque insulabris quæ loca humentia & opaca funestat, sacram illam ædem vi numinis, quod res ipsa monstrabat, instructam infamaret. Idem Sabas ad Iustinianum Imperatorem, missus orator, quicquid postulavit obtinuit, & inter cetera, ut Deiparæ templum ob Helia Patriarcha Hierosolymitano ædificari cœptum, consummaretur: à quo inquam Iustiniano ita perfectum exornatumque est, ut Cyrillo, Procopioque testibus, simile nullum inueniretur, ac proinde noua quædam, & inaudita diceretur Ecclesia. Verum de Saba satis, ad alium Archimandritam sanctissimum S. scilicet Benedictum omnium Monachorum Occidentalium patrem properemus, qui scilicet anno Domini 510. cœpit discipulos congregare.

Hic sex Monasteria in Italia, & vnum quidem ex ipsis B. Virgini consecrauit, quod S. Mariam Portiunculæ appellavit, ad cuius exemplar postmodum altera fuit constructa Ecclesia sub eodem prope Assisium, quæ scilicet ex Monasterio Cassinensi dependebat, quamque Benedictini voluntariè & charitatiuè cesserunt, donoque dederunt S. Patri Francisco cum prima sui Ordinis iaceret fundamenta. Ad imitationem S. Benedicti, innumeri penè ex Ordine ipsius prodire alumni, qui Beatam Virginem ardenti amore dilexerunt. Quin & ipsemet Ordo latissimus, præcipuo semper studio Beatam Virginem coluit & honoravit, quod Rupertus Abbas Tuisien-

Cyrillus in vita S. Sabæ. Procopius lib. 5. de ædificiis Iustiniiani.

S. Sabas templum in honorem Deip. construit.

Item & S. Helias Hierosolymitanus Patriarcha, quod mirabili opere perficit Iustinianus Imp.

Anthoyn Yebes in Chro. Ord. S. Bened.

S. Benedictus Ecclesiam & Monasterium ad honorem B. Mariæ construxit.

Rup lib. 7. de diuinis Officiis c. 25.

SÆCVL. V.

Ordinũ S. Be-
nedicti nota-
bilis ergã
B. Virgiam
de uoio.

sis, testatur, explicans hæc verba psalmistæ. *Adbareat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: si non proposuero Ierusalem in principio letitiæ meæ.* vbi asserit hoc mysticè & spiritualiter adimpleri in Ordine S. Benedicti in quo viguit, statutum in omnibus Monasteriis, absolute & generaliter obseruatum, quod scilicet in quolibet Monasteriorum Claustro, sit Oratorium siue Sacellum ad honorem Deiparæ constructum, vbi fiat prima statio Processionis, quæ singulis Dominicis diebus fieri consuevit.

Annus Christi CCCCXIII.

ANno Domini 513. mulier quædam nobilis Seueriana hæresi infecta, ad fidem Catholicam per Beatam Virginem hoc modo perducta est. Historiam narrat Sophronius in hunc modum. *Cosmiana* vxor Germani Patricij voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ sola adorare sanctum Domini nostri Iesu Christi viuificumque monumentum. Et cum appropinquaret ianuas sacrarij, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum aliis quoque mulieribus dicens: *Quomodo, cum nostra nõ sis, præsumis huc ingredi? Et prohibebat eam. Neque enim inquiebat, nostra est. Erat enim de hæresi Seueri Achephali. Illa verò multum rogabat, vt mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi mulier, huc non ingredieris, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem, quod cum esset hæretica, ingredi prohiberetur: quodque nisi accederet, ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini & Dei nostri, intrare non permetteretur: continuo accito Diacono orauit sanctum calicem sibi dari, quò allato, sumpsit sacrum corpus & pretiosum sanguinem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, atque ita absque vlla prohibitione digna est habita adorare sanctum & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi.*

Pratum Spi-
rit. c. 48.
Baronius to.
mo 6. ad an-
num 513.
Seueriana
mulier per
B. Virginem
ad fidem ca-
tholicam cõ-
uersa.

Annus Christi CCCCXX.

3. Greg. Papa
lib. 1. Dial.
cap. 9.

Ipsis temporibus sanctitate fulgebat Beat. Bonifacius Episcopus Ferentinus, cui erat nepos Constantius presbyter, qui equum suum duodecim aureis vendidit, quos in propria arca ponens, ad exercendum opus aliquod discessit: cum subito ad Episcopum pauperes, venerunt, qui importune precabantur, vt eis sanctus, vir Bonifacius Episcopus, ad consolationem suæ inopiæ aliquid largiri debuisset. Sed vir Dei, quia quid tribueret, non habebat, æstuate cœpit in cogitatione, ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriam rediit, quia Constantius presbyter nepos eius equum quem sedere consueuerat, vendidisset, atque hoc ipsum in arca sua pretium haberet. Absente igitur eodem nepote suo, accessit ad arcam, & piè violentus, claustra arcæ comminuit, duodecim aureos tulit, eosque indigentibus, vt placuit, diuisit. Itaque Constantius presbyter reuersus ex opere, arcam fractam reperit, & caballi sui pretium, quod in eam posuerat, non inuenit. Cœpit itaque voce magna perstepere, & cum furore nimio clamare. Omnes hic viuunt: solus ergo in domo hac viuere non possum. Ad cuius

cuius nimirum voces venit Episcopus, omnesque, qui in eodem Episcopio aderant. Cumque eum locutione blanda vir Dei temperare voluisset, cœpit ille cum iurgio respondere dicens: Omnes tecum viuunt, solus ego hic ante te viuere non possum, redde mihi solidos meos. Quibus vocibus commotus Episcopus, Beatæ Mariæ Virginis Ecclesiam ingressus est, & expansis manibus stando cœpit orare, vt ei redderet, vnde presbyteri insania mitigari poruisset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo duodecim aureos inuenit, ita fulgentes, tanquam si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de Ecclesia egressus, eos in sinum furentis, presbyteri proiecit dicens: Ecce habes solidos quos quæstisti: sed hoc tibi notum sit, quia post mortem meam tu huic Ecclesiæ Episcopus non eris, propter tuam auaritiam. Ex qua sententia veritatis colligitur, quia eosdem solidos presbyter pro adipiscendo Episcopatu præparabat. Sed viri Dei sermo præualuit: nam idem Constantius in Presbyteratus officio vitam finiuit.

SACVL. V.

S. Bonifacium
Ep. Ferentinus
12. num.
mos aureos
im petras à
B. Virgine.

Annus Christi CCCCCXXIV.

Tunc temporis S. Ioannes eius nominis Papa primus & Martyr, Romanam vniuersalemque moderabatur Ecclesiam. Hic à S. Galla Synnarchi Consul filia admonitus est in domum suam delatam esse miraculosè Angelicis manibus, Deiparæ, filium suum in vltis fouenis imaginem, aureis lineis in lapide pretioso Zephirino Angelicis manibus efformatam, ac multa luce circumfulam, is cum in domum venisset, fufis ad Deum precibus, campanis nullo impulsu, sed sponte sua tota vrbe concrepantibus, in aère suspensam imaginem admirandus conspicit, quæ nouo miraculo ab Angelis in eius est deposita manibus; Atque eo ipso die Virginis sanctissimæ beneficio, quæ tota vrbe grassabarur pestis, depulsa est.

Balinghem
in Ephem.
siue Calendario
B. Mar. 27. Maij.

S. Galla affer-
tur imago
Deip. mini-
sterio Ange-
lorum.

Annus Christi CCCCCXXV.

Qualiter autem circà hæc tempora, nempe anno Domini 524. Maria Ægyptiaca fuerit per Beatam Virginem conuersa, scribit Paulus Diaconus in vita ipsius. Cum (inquit) sancta Maria Ægyptiaca perrexisset Hierosolimam ad festum Exaltationis S. Crucis, voluissetque cum cæteris ingredi in templum, diuinitus repulsa fuit. Hoc autem ter quaterque passa, recedens, discessit, stetitque in quodam augulo atrij templi, & vix aliquando ob quam causam prohiberetur videre viuificum lignum crucis, in cogitationem reduxit. Tetigit enim mentem, & cordis eius oculos intellectus, recogitabatque, quia squalida actuum suorū scelera, ei introcundi aditum obserabant. Cœpit ergò pectus tundere, prospexitque in loco vbi stabat sursum imaginem Beatæ Mariæ Dei genitricis stantem, & ait ad eam. Domina Virgo, Deum verum genuisti secundum carnem, scio quia non est condecens, nec oportunum, quod tam horribilis peccatrix, qualis ego sum, contempletur sacram tuam imaginem. Tamen quoniam (vt audiui) ob hoc effectus est Deus homo, quem ipsa digna genuisti,

S. Maria Æ-
gyptiaca im-
plorato Dei-
para auxilio,
facile templi
ingreditur, à
quo ante ar-
cebatur.

SACVL. V.

vt peccatores vocares ad pœnitentiam, adiuuame me solitariam, & nullum habêtem adiutoriũ. Præcipe, & mihi licentiã tribue in Ecclesiã patefactum aditum. Iube Domina, & mihi indignã, ob diuinã crucis exaltationem, ianuam petasieri: promittoque quia nunquam vltra meam carnem coinquabo per horrida commixtionum ludibria. Sed mox vt filij tui, ô Virgo, me lignum adorare concesseris, renuciabo seculo, & omnibus quæ sunt sæculi, & vadam vbi præceperis, ac demonstraueris salatis viam. Hæc dicens surrexit, & miscuit se inter eos qui templum ingredebantur, nullusque repertus est, qui eam foras repelleret: sed magis vt vnda maris, ita eam turba intrò impellebat appropinquare loco sancto, quem prius, nec pedibus calcare poterat. Egrediens vero stetit ante imaginem Deiparæ, & gratias agens dixit: Appropinquauit ô Domina tempus, in quo mea debeat impleri promissio. Nunc vbi tibi placuerit dirigo me, & demonstra mihi pœnitentiæ & salutis viam. Cum hæc diceret, audita est vox dicentis: Si Iordanem tranferis, illic bonam inuenies requiem. Quotes ergo in deserto tentabatur, inuocata Beata Virgine liberabatur.

Annus Christi CCCCCXXVI.

Leander.

Ipsò tempore, nempe anno 526. obiit Theodoricus Rex Italiæ. Hic Rauennæ admirabile illud templum Diuæ Mariæ Rotundæ ædificauit, Princeps eius Sacellum, vno duntaxat lapide constat, quo nihil admirabilius cerni potest, aut rarius.

S. Fulgentius
eximius Dei-
paræ lauda-
tor.
Serm. de
laud. Mariæ.

Adhuc in viuis erat tunc temporis S. Fulgentius Episc. Ruspensis luculentus Deiparæ laudator. [Facta est inquit, Maria fenestra cæli, quia per ipsam Deus verum fudit sæculis lumem. Facta est Maria scala cælestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos, &c.] Postea subdit. [Tali ergo tãtæque personæ nihil tandem ad honoris cumulum accidere maius posset, quam vt Dei filium virgo conciperet, & Virgo mater ederet. Hac nempe dignitate facta est venerabilis ipsi etiam Angelorum ordinibus sacris.]

Annus Christi CCCCCXXIX.

Procop. de
bello Persi-
fico. lib. 2.

S. Maria tem-
plum erexit
Iustinianus
Imp. apud
Absagos.

S. Maria nou-
hilo templum
Hierosolymis
construitur à
Iustiniano.

Procop. de
ædificiis Iu-
stiniani.

Sequitur annus Domini 529. quo florebat Iustinianus Imperator. Hic Anno tertio Imperij sui, apud Absagos populos habitantes ad montem Caucaſum (vt tradit Procopius) templum Deiparæ erexit, sacerdotisque illic constituit, à quibus populi illi Christianam religionem addiscerent.

Annus Christi CCCCCXXX.

ANno eiusdem Imperatoris Iustiniani 4. Templum Dei Genitrici Hierosolymis ab eodem Imperatore locatum fuit, cui nullum planè aliud æquiparari

æquiparari potest. Nouam Ecclesiam incolæ vocant: quod quale sit, ipse declarabo, tantum præfatus, quod hæc scilicet vrbis fermè tota collibus abundet, collibus inquam non glebacis, sed asperis, duris, ac præcipitibus, per quos biuæ & semitæ ad graduum similitudinem ex arduo decliuè protenduntur. Cætera igitur vrbis ædificia vniuersa in vno loco constructa sunt, in colle videlicet, aut in plano secundum terræ aperturam. Solum templum hac ratione non exurgit: mandauit enim Iustinianus Rex illud fieri in radice collium; præter cætera quoque declarans, quantam ferè oporteret templi latitudinem & longitudinem. Non sufficiebat collis Regis mandato & operis inchoandi necessitati: nempe ad Meridiem & Solem orientem, vbi sacerdotes sacra obire conuenit, quarta pars templi defectura videbatur. Quapropter ij quibus opus commissum erat istæ excogitauerunt. Super fundamenta in extremas partes subiectæ terræ deiecta, structuram erexerunt in altitudinem scopuli assurgentem: deindè in summo vertice mutorum testudinibus collocatis, ædificium applicant alij terræ pavemento. Hac ratione templum hinc in solida petra firmatur, inde in sublime erectum est, dum Regis potentia, colli aliam molem artificio imposuit.

Huius autem structuræ saxa hæc quidem . . . illa verò magnitudine qualia nouimus. Etenim huius operis artifices cum natura loci certantes, & molem altitudinis scopulum æquantem ex aduerso statuentes, omnibus quibus vti cõsueuerant destituti, in admiranda prorsus & ignota studia, & molimina se conuerterunt. Nam vasta & ingentia saxa ex montibus, qui in longum ante urbem assurgunt, exacta & icitè expolita hoc modo huc euexerunt: saxi magnitudine æquales affixerunt currus, & singulis curribus singula imposita saxa, electissimi boues quadraginta à Rege substituti portauerunt. Sed cum per vias quæ in Urbem ducunt, currus perferri nequirent; exactos plerosque montes perducendis curribus aptarunt: & sic templum oblongum extruxerunt, quemadmodum Rex voluit, cui quoque latitudinem adhibuerunt secundum mensuræ rationem. Templo autem tectum imponere minimè poterant: proindè nemora & loca syluosa perambulantes, sicubi audissent locum sublimibus arboribus consitum, inuenerunt syluam quandam cedris abundantem, cedris scilicet in tantam altitudinem subleuatis, quantam finiri possibile est. Ex his tum tectum templo indiderunt secundum mensuræ rationem subiecta altitudine. Hæc igitur potestate humana & arte Rex Iustinianus effecit. Crescit autem religionis spes, quæ & Regi honorem rependit, & hoc studium adiuuit & promouit.

Templo vndique opus erat columnis, quarum & forma templi elegantie responderet, & ea magnitudo foret, quæ molem impositam sibi sustineret. Regio autem in medio terræ sita longè à mare aberat, vndique præruptis quibusdam montibus vallata, quemadmodum dictum est. Addubitabant ergò opifices, quæ scilicet possent aliundè columnæ inferri. Quod cum Rex propter operis difficultatem molestè ferret: Deus in proximis montibus lapidis naturam indicauit huic operi satis congruam, qui planè lapis aut prius existens hic delituit, aut nunc primum conditus est. Vtrique probabilis ratio adest, quæ causam in Deum referebat. Nos humana potestate omnia metuentes, multa arbitramur impossibilia: Deo nihil omnium neque anceps,

SÆCULI V.

Desunt aliquæ in exemplari.

S. Maria Ecclesia quævis structura.

S. Maria Ecclesia constructa Hierosolymis noua lapidicina adiuenta.

SÆCUL. V.

neque impossibile. Hinc igitur ingentium columnarum & ignis flammam quodam colore imitantium magna copia vndique suffulciunt templum partim supetnè, partim infernè: ad porticus quoque totum ferè templum obeuntes, præterquam ad latus auroræ obuersum.

In primis autem excellentes duæ columnæ stant antè fores templi, nullis fortasse columnis totius orbis secundæ. Deindè altera quædam porticus excurrit, à ferula (vt opinor nomen habens, quod scilicet in latum non protendebatur: post hanc, atrium similibus columnis in triangulo exurgens. Atrij fores ad eò magnificæ sunt & decentes: vt iis qui extrà vagantur & deambulant, palam significant quale spectaculum sint adituri. Vestibula indè admirationis plena, nempe veluti fornix quidam duabus columnis euectus immensam atque inexplanabilem altitudinem procul accedenti ostentans, & duo semycicla aduersas inter se facies habentia. Hoc templum Dei genitrici consecratum, Iustinianus Rex magnarum pecuniarum reditu honorauit. Hactenus de templo illo mirifico Procopius. Qui etiam subdit ab eodem Imperatore Dei genitrici aliud templum in Hiericho ædificatum fuisse: insuper in Sina monte, in quo degebant Monachi vita sanctissimi, ad radicem eius erexisse nobilem Ecclesiam itidem Deiparæ Mariæ nomine nuncupatam.

Baron. ad annum 530.

Alia templa à Iustiniano, B. Virgini erecta.

Annus Christi CCCCXXXIV.

Deipara opitulante multis victorias reportat Iustinianus Imp.

QVia verò Iustinianus Imperator summo honore simul & amore prosequeretur Beatam Virginem: hinc est quod victor euasit contra multas nationes, & totam Africam sibi subegit. Pro qua tanta victoria, præter redditas priuatim in cubiculo, & publicè in Ecclesia ingentes gratiarum actiones, adhuc illud subiecit in Codice à se edito. In nomine Domini nostri Iesu Christi Imp. Iustinianus, &c. Quas gratias, aut quas laudes Domino nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circà nos eiusdem beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus. Præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude, & pro suo amore demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera quæ in seculo contigerunt, vt Africa per nos tam breui tempore reciperet libertatem, antea nonaginta quinque annos ab Vvandalis captiuata, &c. Sed attende quæso quæ subdit de imploratione diuini auxilij, precibus Beatæ Virginis, quam solitus inuocate cum esset, cuius opitalatione tanta à Deo Iustinianus consequi meruerit beneficia intelligas, precibus namque sanctissimæ Dei genitricis Mariæ id factum cognosces ex iis quæ idem mox subiicit, cum ad reliqua impetranda rursus per eiusdem preces diuinum implorans auxilium, mox ista subiungit: Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper Virginis & Dei genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus est Reipublicæ nostræ, per nos vltimos seruos suos, restituat in suo nomine Deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere. Hæc ille.

Baronius tomo 7 ad annum 534.

Baronius autem hæc notatu digna subdit in laudem Imperatoris Iustiniani. In

ni. In primis autem grati animi signum illud rependit, cum ob gratiarum actionem, veluti triumphales quosdam fornices ei, cuius fultus præsidio & intercessione ad Deum vicerat, ipsi Dei genitrici semperque Virgini Mariæ Carthagine nobiles ædificauit Ecclesias. Quodammodo enim visum sunt mutuis officiis, atque etiam beneficiis certasse Dei genitrix, atque Iustinianus: cum enim hic aduersus improbos Nestorianos eius defendisset summum omnium titulum dignitatis, quo verè Dei mater appellaretur: ab ipsa datum est ei, vt Imperio potiretur: & cum ipse complures erexisset Ecclesias, potissimum verò Hierosolymis nobilem basilicam, ab eo repensum est, vt quam facillè vniuersam Africam subingaret: qui rursus ob accepta à Deo tam ingentia munera, pluribus ipsam basilicis honorauit, quas Carthagine extruendas curauit. Ità quidem reddendis beneficiis cum muro ò simul certent Deus & homo: semper tamen vincit Deus: sed vnā tantum illam consequi potest homo victoriam; si gratias agens, se fateatur diuinis beneficiis superatum: quod quidem Iustinianum fecisse vidimus. Hæc Baronius.

SÆCUL. V.

S. Maria
vniuersis
officiis
certauit cum
Iustiniano.

Carthagine
nobiles Ecclē.
sias ad hono-
rem Deiparæ
extruit
Iustinianus
Imp.

Annus Christi CCCCXXVII.

Imperante autem prædicto Iustiniano, quidam Theophylus in oppido Ciliciæ Adana, Oeconomus Ecclesiæ fuit: multis quidem ille gratus, & Episcopali munere (quod tamen constanter recusauit) dignus existimatus est. Qui ab æmulis immeritò accusatus, & de officio œconomiae deiectus, in eam animi impotentiam, adeoque impietatem deuenit, vt hortatori mago Iudæo morem gerens, Christum Dei Filium, ac matrem eius Mariam, data syngrapha, turpissimè abnegaret, seque totum imperio sathanæ, qui se videndum obtulerat, traderet, atque manciparet. Quid faceret miser tam nefarij criminis sibi conscius? Totus animo perturbatus, vt nusquam ferè posset consistere, cum irato Deo, se dæmonis esse mancipium cerneret: mutato consilio, tandem ad sanctissimam Dei genitricem confugiendum duxit, ac templum ei sacrum petiit, in quo suas preces, ac supplicationes, cum multa ciuatione coniunctas, noctes ac dies indefessè consumpsit: magnumque veræ pœnitentiæ specimen edere cœpit. Addidit præterea quadraginta dies in hoc Beatæ Deiparæ templo perdurans, nullumque orandi, & lamentandi finem faciens, tantus in illo erat feruor pœnitentiæ. Denique sacra Virgine opitulante, suam scriptam & consignatam diabolo syngrapham, qua Christianissimum abiurauerat, (mitabile dictu) recepit, & in Dei gratiam rediit: sanctoque sine quieuit.

Metaph.
apud Sur.
tomo 1. in
mense Febr.
Petr. Dam.
serm. 1. Nat.
B. Mariæ.
Sigeb. in
Chron.
Deltio lib. 3.
Disq. Mag.
q. 7. lect. 1.
Theophylus
abnegato
Christo syn-
grapham quæ
diabolo dede-
rat, ope B. Vir-
ginis recipit.

Annus Christi CCCCXL.

Sub eodem Iustiniano Imperatore eximia sanctitate fulgebat S. Andreas Hierosolymitanus, magnus Deiparæ encomiastes, qui inter plurimas maximalque Virginis Deiparæ laudes, has etiam in medium attulit. *Gaude ornatisimū diuine gloriæ templum, gaude sacrosanctū Regis palatium, gaude thalamus, in quo sibi Christus humanam naturam despondit, gaude diuinum inter Deum atque homines conciliationis instrumentum, gaude thesaurus vitæ immortalis, gaude domi*

Ex eius Ora-
tione in An-
nūciat. apud
Metaphra-
stem.
S. Andreas
Hierosolym.
Deiparæ lau-
des eximie
celebras.

SIGVL.V.

domicilium cælo præstantius, in quo sol gloria splendet. Gaude sancta terra virginea ex qua nouus Adam formatur, qui veterem seruet, gaude fermentum sanctum à Deo datum, ex quo totius generis humani massa conditur. Gaude gaudy mater sempiterni, gaude noua Dei arca, in qua Dei spiritus conuiescit, in qua noster Noë Christus, genus seruaui humanum, in qua noua gloria Author, & qui natura sanctus est, in virginali officina, corpus sibi ratione mirabili conformauit, non deserens quod erat, quippe immutabilis, sed assumens id quod non erat. Gaude urna aurea qua continet illum, qui dulce manna, & mel ex petra ingrato populo dedit. Gaude seraphica mystici carbonis ardentis forceps. Salue spirituale præcognitionis perspicua speculum, per quod propheta infinitam erga nos Dei submissionem uaticinati sunt. Gaude speculari, per quod iustitia solem uenientem è celo suspicientes ij qui densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt. Salue Prophetarum & Patriarcharum omnium decus, & præclarissima arcana præcognitionis humana suba. Benedicta tu in mulieribus, tu uere benedicta, per quam clamant gentes, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedicta tu in mulieribus, quam Reges honorant, Principes uenerantur, diuites populi obsecrant, Virgines que uel præcesserunt, uel sequuntur in templum Regis comitantur. Benedicta tu mulieribus, quam Esaias Prophetissam, & Virginem, & laterem, & locum, & caput libri ob signatum arcana ratione nominauit. Tu sola uere benedicta, quam uir desideriorum Daniel montem uidit, & Abacuc admirabilis, montem opacum, montem quoque Dei, montem pinguem, montem coagulatum, montem, in quo placitum est Deo inhabitare te tuus ille progenitor, atque Rex, prophetice decantauit. Quam Zacharias rerum diuinarum inspector eximius, candelabrum aureum uidit septem lucernis, id est septem Spiritus sancti muneribus exornatum. Tu uere benedicta cuius uerus area cumulus est, quia benedictionis fructum immortalitatis spicam Christum sine semine, sine cultoris labore multiplicem frugum innumerabilium messem nostra saluti agricola protulisti. Hæc ille.

Ex illius Eucomio de Dormit. Deip. Andreas Cretensis eximius Deipara laudator.

Fuit & alter eius nominis Andreas Cretensis Episcopus, qui in Virginis laudem plenis & passis uelis excurrit. Placa inquit Dominum, pro ea, qua tibi nobiscum intercedit, cognationis necessitudine. Quamdiu uersata in terris es, te exigua pars terra continebat, ex quo autem ex terris excessisti, te commune propiciatorium mundus continet uniuersus. Idem Andreas, Mariam Christianæ fidei propugnaculum dicit, eandem cælo affirmat esse puriorem, seraphicis mentibus celsiorem, hominum Dominam, & thesaurum Trinitatis.

Annus Christi CCCCCXLV.

Euag. lib. 4. c. 20. Proc. de bello Persico lib. 2. Sgeb. in Cron. Genebr. lib. 3. Chron. Baron. to. 7. Ann ad ann. 545. Mart. Pol. ib. 4.

ANno Domini 545. eodem Iustiniano Imperante, pestis grauissima in Oriente grassari cœpit, quæ nulli ætati, nulli sexui, parcebat; nullam ei remedium, præterquam ex Deo est inuentum. Nam 50. annos per uniuersum orbem est propagata. Hæc uero lues (ut uerbis utar Procopij) Constantinopoli tribus tantum mensibus præualuit. Et ab initio quidem pauci, deinde in singulos dies quinque, sæpe etiam decem milia efferebantur: ad eum ut etiam plures diuites, ministris iam omnibus extinctis, curatorum penuria, magis quam morbo perirent, & insepulti manerent. Quod uero tam breui tempore fuerit extincta, id Deiparæ beneficio factum est festo Purificationis

tionis Dei genitricis hanc ob causam instituto. Cuius diei festi in Occidente Gelasium Papam fundamenta iccisse, in notis ad Martyrologium Romanum Baronius dixit.

Ipso tempore & anno migravit in cælum S. Rhemigius Rhemensis Episcopus, qui Laudunensem Ecclesiam sub titulo B. Mariæ Virginis (quæ est in præcipuis Galliarum Ecclesiis) ex propriis redditibus locupletavit, ac Cathedralam fecit, consecrato ibidem S. Genebaldo Pontifice. Hic servabatur feretrum celeberrimam reliquiarum S. Mariæ Laudunensis, quod per varias terras, & oras circumductum, innumeris coruscabat miraculis.

Annus Christi CCCCCLII.

Sed ad annum Domini 552. veniamus, qui est Iustiniani Imperatoris 26. Sin quo scilicet sedem Constantinopolitanam gubernante Menna, sequens miraculum accidit de puero Hebræo miraculosè à Beata Virgine ab incendio liberato. Historiam sic narrat Evagrius. Mennæ temporibus miraculum editum fuit plane memorabile. Vetus fuit consuetudo Constantinopoli, ut si quando multæ admodum particulæ, puri & immaculati corporis Christi Dei nostri superessent, pueri impuberes, qui scholas frequentabant, accerferent, easque manducarent. Quod cum factum fuit, filius cuiusdam hominis Hebræi quidem opinione, arte autem virtuariorum, unà cum pueris versatus est: qui quidem, parentibus percunctantibus ab eò causam moræ respondit, uti res se habuit, seque cum aliis pueris pariter comedisse. Hebræus bile furore & iracundia inflammatus, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare solebat, puerum coniicit. Postquam verò mater puerum queritans reperire non potuit, passim per totam urbem ibat, Deum cum gemitibus obtestans, & flebilibus lamentis se dedens. Triduo autem post ad ostium officinæ viri sui consistens, luctu miserabiliter diuexata, nomine puerum compellat. Puer matris vocem ut agnovit, è clibano responsum dat. Mater effractis foribus introrumpit videre puerum in mediis carbonibus candentibus consistentem illæsum ab ignis incendio. Qui cum rogaretur quo pacto illæsus manserit: Mulier, inquit, veste amicta purpurea crebrè ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammæ corpus ambientes extinguerem, cibum denique dedit quoties esuriebam. Qua re ad Iustinianum perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingendos decrevit: partem autem pueri, qui recusavit in numerum Christianorum ascribi, in Syrii cruci suffigendum curavit. Hæc Evagrius. Simile quid contigisse Baurigis in Gallia scribit S. Gregorius Turonensis. Et ego vidi ad eam in prædicta civitate B. Virgini sacram, quæ gallicè dicitur *Nostre Dame du Fourchaud*. Domus enim Iudæi illius qui filium suum in fornacem misit, in Ecclesiam Virgini sacram consecrata fuit. Et quia de Iudæis mentio facta est, aliud illustre miraculum de quadam Iudæa ope Beatæ Virginis à morte liberata recensere necesse est.

In Regno Castellæ, civitate Segobienfi, cum cuidam mulieri Iudæa imponeretur falsò crimem adulterij, tradita fuit marito, ut de ea faceret quicquid veller. Qui cum eam duceret ad supercilium cuiusdam excelsæ rupis

SÆCUL. V.

Constantinopolis B. Virginis intercessione liberatur à peste.

Hugo Farcius.

S. Rhemigius

Rhem. Ep.

Laudun. Ecclesiam locupletat, & Cathedralam efficit.

Euagr. lib. 4. c. 35.

Baron. to. 7. ad ann. 552.

S. Gregor. Turon. in lib. de Gloria

Martyrum

c. 9.

Puerum Induum ab incendio liberat B. Virge.

Fortalit. Fidei lib. 3. de bello Iudæorum.

Manusc. Codices.

SÆCUL. V. ciuitati coniunctæ, vt ex loco illam præcipitaret, currentibus ad spectaculum plurimis, prædicta Iudæa, quæ adhuc iuuenis erat, & immunis à crimine & deuota Beatæ Virgini (licet occultè) in articulo illo grandi, cum deuotione Beatæ Virgini se commendauit, vt sicut immunis erat eam liberaret, proponens in corde suo, si eam liberaret, fidem Christi recipere. Præcipitata igitur fuit: sed apparens Beata Virgo, eam suis manibus recipiens, illasam in profundo vallis deposuit. Cumque plurimi ad locum transfugissent: inuenerunt eam illasam, gaudentem, & laudantem Deum, & gratias referentem Virgini gloriosæ, publicè affirmans, fuisse manibus eius liberatam. Ducta est ergò mulier vti petierat, ad maiorem Ecclesiam prædictæ ciuitatis, quæ S Maria maior intitulabatur: vbi sacrum baptismum suscepit, & vocata est in vulgari Marionsaltos, à Maria quæ eam liberauit, & saltos, propter saltum periculosum quem fecit. Vixit autem in Ecclesia multo tempore in timore Domini seruiendo laudabiliter, resplenduitque spiritu prophético, feliciterque cursum suum consummauit. Prædicti autem miraculi in prædicta Ecclesia extat memoria in picturis.

Iudæa quadam de monte præcipitata, invocata B. Virgine, liberatur à morte.

Annus Christi CCCCCLXIV.

Euagr. Eccl. Hist. lib. 4. c. 23. Niceph. lib. 17. c. 13. Baron to. 7. Narses Dei para Virginis auxilio vicis Gothos.

IN illis diebus, nempe anno Domini 564. Narses Princeps militiæ Iustiniani Imperatoris celebris habebatur, qui Gothos Arrianos, multis à se præliis fusos, ac domitos, in seruitutem, liberata Italia, redegit. Sed vnde tantum virium semiuirto Narseti, ex Euagrio audi, dum ait. Commemoratum est ab his qui vnà cum Narsete fuere, dum precibus & aliis pietatis officiis diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret; sacram Virginem Deiparam ei apparuisse, planeque tempus præscripsisse, quo bellum cū hostibus gereret, atque vt non prius ad prælium committendum se accingeret, quam cælitus signum acciperet. Intelligis lector, cuius niti præsidio Duces debeant, vt maxima quæque & inconcessa aliis præstare valeant, nimirum Dei genitricis Mariæ, quæ interpellata precibus, aduersus hostes consurgat. De ea enim canit Ecclesia: Terribilis vt castrorum acies ordinata.

Annus Christi CCCCCLXV.

S. Germ. Patr. Conlt. in Ep. ad Thomam Episc. Claudiopopolis. Bozius de Singis Eccl. tom. 1. lib. 9. c. 9. Baron. to. 7. Oleum nascitur ex B. Virg. imagine ad curandos infirmos.

IN illis temporibus Sozopoli Pisidiæ, fuit imago Beatæ Dei genitricis Virginis Mariæ, è cuius manu abundè scatebat vnguentum, ad omnes morbos curandos valens, vt auctor est sanctus Germanus Constantinopolitanus Patriarcha, qui tempore Leonis Isauri florebat, suoque tempore adhuc hoc miraculum vigeat. Sed multo antiquius fuisse, ostenditur ex Baronio, ad annum supradictum, qui agens de Euthychij Miraculis, hæc scribit ex Auctore vitæ eius. Confugiunt (Amaseni scilicet) ad beatum virum, supplicantes vt precibus suis impetret, ne infantes sibi in lucem editi statim moriantur. Cum illis precatus esset, ambos vnxit oleo sancto, tum eo quod è pretiosa Cruce, tum illo quod ex sanctæ puræque Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ nostræ Dominiæ veneranda imagine scaturire solet Sozopoli dicens: In nomine Iesu Christi, &c.

Subdit

Subdit Eustathius aliud egregium miraculum in vita eiusdem S. Euty-
chij Patriarchæ Constantinopolitani, de quodam Pictore, quod hic referre
libet. Iuuenis quidam arte pingendi peritus, eam in domo Chryso-
stomij in ipsa ciuitate Amasenorum exercebat. Hic aliquando veterem
in pariete Veneris picturam delebat, vt historias pias reponeret. Volebat
enim vir ille ex domo sua superiore, Archangeli oratorium facere ex infe-
riore autem oratorium sanctæ immaculatæque Dominæ nostræ Dei geni-
tricis, & semper Virginis Mariæ. Cum igitur pictor fœdam impudicæ Ve-
neris historiam euertisset: dæmon qui illi inhærebat, artificis manum sic in-
uasit, vt inflammata tumesceret, & graui vulnere accepta, necessariò ampu-
tanda videretur. Quare cum periculum aspiceret, vile capit consilium, &
ad virum sanctum confugit, vt per ipsum à Deo auxilium impetret. At ille
cum pro ipso Deum orasset, vnxit oleo sancto dexteram ipsius manum, quæ
inflammatione & vlcere laborabat: idque fecit tribus diebus, & manus eius
diuino miraculo conualuit, atque alteri similis reddita est, &c. Qualiter
autem Constantinopolis à peste fuerit liberata supplicationibus in templo
eiusdem Deiparæ factis, dicemus infra.

SÆCVL. V.

*Pictoris ma-
nus à demo-
ne vulnerata
ob delictâ ve-
neris imagi-
nem, oleo ex
imagini Deip.
profuente,
sanatur.*

Annus Christi CCCCCLXXIV.

Circa hæc tempora, nempè anno Domini 574. B. Munio Oniez in Hi-
spania, ex insigni latrone, insignis Anachoreta euasit. Hic igitur pec-
nitentiam agens in montibus Disterciis, diuinitus iussus est inquirere ima-
ginem Beatissimæ Virginis in Valuanera, seu valle veneris, signaque data ad
pretiosum illum thesaurum inueniendum, fuerunt, fons de pede, vel radice
quercus scaturiens, examen apum, & fulgor mirabilis procedens de Imagi-
ne quæ latebat in quercu. Cum autem reuelationem cuidam Dominico so-
cio suo sacerdoti, reuelasset; ambo per concaua vallium, per montium &
scopulorum altitudines, inquirere cœperunt. Cumque venissent ad quem-
dam locum inaccessibilem, ferro, aliisque instrumentis fecerunt sibi viam;
ingredientesque Imaginem Beatæ Virginis in concauo quercus, & signa,
sicut Munioni Eremitæ fuerat reuelatum. Manserunt ergo ibi, angelicam
potius, quam humanam ducentes vitam. Volens autem Deus thesaurum in-
uentum manifestare mundo, fecit vt sancti Eremitæ visitarentur à multis.
Soror etiam Munionis quæ dudum erat cæca, audiens quæ de fratris sancti-
tate dicebantur, venit absque læsione aliqua per semetipsam ad locum præ-
dictum: vbi meritis beatissimæ Virginis Mariæ visum recepit. Inde multo
magis hic locus frequentari cœpit.

Anth. Yepes
Abb. Vallis.
to. 1. Chron.
Ord. S. Be-
ned.

Vide Vitæ
Patrum Oc-
cidentis,
quas nuper
edidimus.

*Inuentio Ima-
ginis B. Vir-
ginis valua-
næ, cuiusque
miracula.*

Annus Christi CCCCCLXXVII.

Veniamus ad Annum Domini 577. quo tēpere Iustinus iunior impera-
bat. Hic cum à Persis vastari audiret Imperium, ad conciliandum sibi
diuinum numen Dei genitrici Mariæ templum erigendum curauit. De quo
itā hoc anno eiusdem Imperij duodecimo in Miscella. Iustinus Imperator,
synagogam Iudæorum, quæ erat Constantinopoli in Chalcopecteis ablata

Miscell.
Baronius.
*Iustinus Imp.
Deipara eri-
git templum
Constantino-
poli.*

SÆCVL. V.

ab eis, fecit Ecclesiam Dominae nostrae sanctae Dei genitricis, quae proxima est magnae Ecclesiae. Quenam autem sit Iustinus à Deo ob piè factum beneficium consecutus, idem auctor mox addit, nimirum, quod cum deliquo mentis laboraret, ob idque res Imperij in summo essent discrimine positae, tantum ei Dei genitrix praestitit sanitatis, ut dilucido interuallo potius, cunctis rectè dispositis statum Reipublicae in tuto collocaret, ascito sibi Tiberio in collegam.

Annus Christi CCCCCLXXVIII.

*Pestis cessat
Constantino-
poli ob suppli-
cationes in
ado Deipara
factas.*

Pestis saeuissima tunc temporis Constantinopolim opprimebat: quae quidem ita saeuiebat, ut nisi sanctus Euty chius Patriarcha Constantinopolitanus, tanquam alter Phinees obstitisset, omne genus hominum, atque omnis aetas interiisset. Quomodo autem placatus est Deus? Supplicationibus, quas ipse cum Christi studio populo adhibuit, à sanctissima magna Ecclesia incipiens, vsque ad aedem sanctae & immaculae Dominae nostrae Dei genitricis semperque Virginis Mariae, quae in Blachernis colitur. Dum igitur supplicationes ad Christum Deum nostrum, quem ipsa Virgo de Spiritu sancto concepit, fierent: pepercit ille populo, Angelumque cohibuit, qui ciuitatem sine intermissione percutiebat. Haec Eustathius in vita S. Euty chij.

Annus Christi CCCCCLXXIX.

*Euagr. Eccl.
Hist. lib. 5. c.
17. & 18.
Niceph. lib.
18. c. 3.
Baron. to. 7.
Delrio Dif-
finit. Ma-
gic. q. 26.
sect. 5.*

Quid autem impio Anatolio per id tempus, nempe anno Domini 579. Qacciderit: qualiterque Beatæ Virginis imago eum auersata fuerit, scribit Euagrius in hunc modum. Anatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, postea verò ad magistratus & alia munera obeunda subdole (nescio quo modo) arrepsit, & Antiochia aetatem traduxit: quo in loco res, quas habebat in manibus, sedulo executus est. Vnde cum Gregorio eius urbis Antistite maximam conflauit familiaritatem, persaepeque illum adiit, partim gratia de negotiis suis colloquendi, partim ut maiorem auctoritatem ex crebra eius consuetudine sibi conciliaret. Iste Anatolius hostias simulachris immolasse, forte deprehensus est, qui cum vocaretur in quaestionem, homo impius, praestigia tor, & infinitis inuolutus sceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat, quin & ipse & sui omnes (habuit namque alios sui similes, qui idolis sacrificasse manifestò tenebantur) liberi dimissi fuissent, nisi populus excitato tumultu, omnia turba ita miscuisset, ut consilium de illis impiis initum eo pacto diremptum esset. Quin etiam contra Gregorium Episcopum, clamores tolluntur, eum consilij Anatolij participem fuisse, palam praedicatum. Porro autem execrabilis daemon, humanae vitae perturbator, nonnullos induxerat, ut victimis immolandis cum Anatolio se socios adiungerent. Hinc Gregorius in maximum venit discrimen, populo eum grauissimè exagitante, insectanteque: hinc etiam in illum tam vehemens mouebatur suspicio, ut Imperator ipse Tiberius coram ex ore Anatolij veritatem expiscari laboraret. Mandatum igitur dat, uti Anatolius & sui omnes
quam

quam celerrimè aduentarent. Quibus rebus cognitis, Anatolius ad imaginem quandam Mariæ Deiparæ fuscè in carcere sublimen appensam accurrens, manibus à tergo complicatis, se ei supplicare, precesque adhibere ostendit. Illa autem veluti sacrilegum detestata, & ut Deo iniuriam coarguens penitus ab se auertit: spectaculum planè horribile, & sempiternæ memoriæ prodendum: quod quidem à præfidiariis militibus & ab his quibus illius custodia commissâ fuit, visum est, & ab his omnibus aliis divulgatum. Apparuit item Deipara re ipsâ nonnullis aliis Fidelibus, eosque contra scelestum illum incitauit, inquitens, Anatolium filium suum contumeliis afficere.

Vbi verò Anatolius ad urbem Constantinopolitanam ductus fuit, & ibi verberibus supra modum cæsus, nihil contra Episcopum potuit dicere, ipse cum suis maioris tumultus & seditionis planè popularis ciuitati auctor & causa extitit. Nam cum quidam illorum sententiam haberent de se pronunciatam, ut non morte, sed exilio dumtaxat mulceteretur: populus diuino quodam zelo succensus, omnia turbare, bile & iracundia exardescere, exilioque damnatos rapere cœpit: qui in nauem piscatoriam impositi, totius populi suffragiis viui ignis tradebantur incendio: contra Imperatorem porro, & Eurychium Episcopum suum tanquam fidei proditores grauitè vociferari. Nec dubium quin & Eurychium, & eos quibus potestas in Anatolium cum suis inquirendi permittâ fuit (istos namque in singulis locis inquirere, & vndique circumfedere cœperunt) prorsus è medio sustulissent, nisi Dei prouidentia, quæ omnium salutem prospicit, illos è querentium manibus eripuisset, & tam ingentis multitudinis furorē pedetentim sedauisset. Siquidem ita factum est, ut neque vllum atrox facinus eorum manibus ederetur: & Anatolius primum in amphiteatro bestiis expositus, ab iisdem dilaniaretur, deindè ageretur in crucem.

Neque tamen ita finem suppliciorum sibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus eius in terram disturbantes (quod ante nunquam visum fuisset) pastu crudeli membratim deuorauerunt. Erat autem quidam è nostris hominibus, qui priusquam res istæ confectæ essent, dixerat se secundum quietem vidisse sententiam contra Anatolium ac suos à populo latam. Quin etiam vir illustris, qui Imperatoris palatio præfuit, qui que Annatolij causam acriter admodum tuebatur, dixerat, se quoque vidisse Deiparam Mariam eamque sic ipsi locutam: Quousque defendis causam Anatolij, qui tum me, tum filium meum tantis onerat contumeliis? Sed de his hoc modo.

Annus Christi CCCCCLXXXIII.

Procedamus vterius, videamusque qualiter anno Domini 583 in templo Deiparæ ostensa fuerit visio de futuro Mauritij Imperio. Historiam narrat Euagrius in hunc modum. Signa quoque, inquit, diuinitus ostentata antegressa sunt, quæ Mauritium Imperatorem fore præsignificauerunt. Nam ad multam noctem ei intrâ sanctuarium templi sanctæ & castissimæ Virginis & Deiparæ Mariæ dedicati (quod quidem ab Antiochenis templum Iustiniani nuncupatur) thus incensum offerenti, aulam sacræ mensæ igne

SÆCUL. V.

Imago Deiparæ impij Anatolium auersatur.

B. Virgo incitat fideles contra Anatolium.

Horrendus interitus Anatolij.

B. Virgo reprehendit defensorē Anatolij.

Euagr. lib. 5. c. 21. Baronius.

SÆCVL. V.

*Visio facta in
sancta Maria
templo de fu-
turo Mauri-
tio Imperato-
re.*

conflagrare visum est : adeò vt ingens admiratio ac stupor illum inceserit, visionemque magnopere extimuerit. Cui adstans Gregorius illius vrbis Episcopus, dixit : visionem cælitus demissam esse, & summum ei splendorum, atque eximium portendere. Apparuit præterea versus orientem re ipsa Christus Deus visionem de hostibus requirens : qua quidem visione, Imperium Mauritij perspicuè demonstratum est. Nam à quo, quaeso, nisi ab Imperatore, & ab illo homine qui ipsum piè colebat, rem huiusmodi postularet ?

Annus Christi CCCCCLXXXIV.

TVnc temporis adhuc erat in viuis S. Domnolus Episcopus Cœnomannensis : nam excessit è vita anno 584. qui fuit Childeberti Francorum Regis 6. Huius tempore, vir quidam genere nobilis, & opibus prædiues, qui Regi à consiliis erat, villam Ecclesiæ Tridentem nomine, cui vir Dei præerat, inuaserat, eamque obstinato animo, per summam iniquitatem sibi vendicabat. Vir autem sanctus cum crebrò illum admoneret, vt à suis maleficiis resipisceret, nihilque tamen monendo proficeret : tandem ad precandum Dominum se contulit, vt res pro expiandis peccatis olim à fidelibus Ecclesiæ donatas ipsi restitueret. Interim sacrilegus reum Deo dicatarum occupator, diuina ultione febre corripitur, neque tamen res malè usurpatas reddeere voluit, vt eius pœna fieret cumulatio. Cum autem ea febre dirè affligeretur, lecto decumbens, visus est sibi, nocte quadam videre Matrem Domini (cui res ab ipso usurpatæ, vnâque beatis martyribus Gervasio & Protasio dicatæ erant) ferreo malleo ipsum in fronte percutientem. Mox igitur multo terrore correptus, vocato ad se Domnolo, res ipsi ablatas cum fœnore restituit, & precibus sancti Domnoli, sanitatem quidem recuperauit : sed vulneris eius fronti malleo impressi, quoad vixit, vestigia referuauit. Non alia haud dubium de causa, quam vt suo exemplo, à simili facinore alios abstereret. Fuit porro Domnolus Virginis Mariæ cultu apprimè celebratus, in cuius laudem Xenodochium, Monasteriumque fundauit, vt peregrinis perflugium, Monachis quasi gymnasium esset.

*Visionem sum-
mis Desipara
de quodam
usurpatore res
Ecclesia sua.*

*S. Domnolus
eximium Dei-
para cultor.*

Annus Christi CCCCCLXXXVII.

PRædicti Mauritij Imperatoris anno secundo, Christi verò Domini nostri 587. accidit sequens exemplum vindicatæ diuinitus in Virginem Matrem blasphemix. Audiamus Nicephorum historiam hoc modo narrantem. Græci quidam siue Gentiles, in cuiusdam domo conuiuantes, & vino sese inuitantes, post prandium simul atque satis adbibent blasphemare, & conuiciis proscindere Verbi Matrem cœpere : postremum hoc computationi adhibentes studium, vt quæcumque aliquis eorum excogitare posset, absurda & indigna, per ea ridens cœconomix & dispensationis salutis nostræ mysteria illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulantis linguæ pœnas dedere. Adium autem, in quibus confidentes graui blasphemix indulserant, Dominus, à sacris nostris non alienus, cum quidem, quòd

*Niceph. lib.
18. c. 33.*

*Blasphemi in
Deiparam à
Deo puniun-
tur.*

quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multo verò post, noctu ei dormienti in somnis Dei genitrix adstitit, cui diligentius, Ecquid se, quænam esset, percunctanti: postquam ipse, nosse se eam professus est: illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tum ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere, & ne tam citò morte mulctaretur, orare. Illa daturam se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum, promittere: vimine autem; quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca veluti exarans, circumscribere. Id ubi factum, auolans, ei postea non apparuit. At ille somno discusso, membra ea quæ vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta inuenit, recenti sanguine profluente. Et in publicum productus, iustum omnibus iudicium promulgauit. Qui verò id audierunt, laudes Deo propter tam inopinatum miraculum, cantarunt. Matrem ipsam Dei celebrarunt, quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæque nouo quodam modo affectionem ergà nos suam, quamuis præter naturam eius sit vt quenquam puniat, vi quadam adacta ostenderet, vt scilicet religio nobis stabilis ac firma esset. Hæc Nicephorus. Cedrenus prædictam etiam refert historiam, asseritque Græcos illos blasphematores Beatæ Virginis, à demonibus correptos fuisse.

SÆCUL. V.

Cedrenus in
Annab. anno
1. Mauricij.

Annus Christi CCCCCXC.

SEquitur Annus Christi 590. præclaro beatæ Virginis miraculo illustratus, acciditq; Pôtificatus S. Gregorij Papæ primo. Quo scilicet tempore, fluuius Tyberis alueum suum egressus intantum excreuit, vt super muros vrbis Romæ influeret, & plurimas domos euertetet. Tunc etiam per Tyberim serpens multitudo cum Dracone ad mare descendit, sed à fluctibus præfocati, & ad litus proiecti, aërem terribiliter infecerunt. Sicque plaga pessima, quam inguinarum vocant, sequuta est. Quæ primò omnium Pelagium Papam percussit, deindè in populum adeò delæuit: vt domus plurimæ vacuæ remanerent. Tunc Gregorius ab omni populo in Pontificem electus, processionem cum Litanis instituit, & omnes diuinam misericordiam implorare monuit. In qua processione, octingenti de populo spiritum exhalauerunt. Quia verò hæc pestis populum prægrauabat nimis, processionem iterum cum litanis urbem circumeundo, ordinauit; & imaginem Beatæ Virginis, quam Lucas Euangelista pinxisse dicitur, circumferri iussit. Et ecce tota aëris infectio imagini cedebat, ac si ipsam fugeret Virginem, & eius præsentiam ferre non posset. Sicque post imaginem mira serenitas, & aëris puritas remanebat. Tunc in aëre iuxta imaginem audita sunt voces Angelorum canentium. Regina cæli latere alleluya, &c. Statimque Gregorius, quod sequitur adiunxit. Ora pro nobis Deum alleluya. Tunc Beatus Pontifex, vidit supra castrum Crescentij, Angelum Domini qui gladium cruentatum detergens, in vaginam remittebat. Intellexitque Gregorius, quod pestis illa cessasset: & sic factum est. Vndè & castrum illud, castrum Angeli deinceps vocatum est.

Carolus Sigonius lib. 1. de Regno Italix Petr. de Nar. Ep. Equil. in Catal. SS. lib. 3. c. 192.
Canisius lib. 5. c. 22.
S. Antoninus 4. p. tit. 15. c. 24 §. 2. Nauclerus to. 2. Chronici, generat. 10. Bedebach. lib. 1. c. 19.
Baron. to. 8. Pestis cessat Roma ob genitricem B. Virginis imaginem.

Romæ

SÆCUL. V.

Balinghem
in Calend.
B. Mar. 12.
Martij.
S. Gregorium
imago Dei-
paræ alloqui-
tur.
Eius ergà
Deiparam li-
beralitas.
Sententia S.
Greg. de Ex-
cellentia &
dignitate
Deiparæ.

Romæ in sacra æde sanctæ Mariæ Imperatricis prope Hospitale S. Ioan-
nis Lateranensis imago visitur Deiparæ, quæ S. Gregorium dicitur allocuta.
Quam liberalis ergà Deiparā fuerit, S. Gregorius eius Epistola ad Petrū Sub-
diacoconum declarat. Nam B. Mariæ Virginis Oratorium dicaturus, ad con-
uiuium quod veteres Christiani Agapem dicebant illic parari iubet his ver-
bis. Sed quia cellæ ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa diei festiuitate
concurrere, propterea volumus, vt ad celebrandam dedicationem dare de-
beas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras tri-
ginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verueces duodecim, gal-
linas centum, quæ tuis possint postmodum rationibus imputari.

Magnus sanè fuit S. Gregorius Papa sanctissimæ Virginis Deiparæ enco-
miastes, vt ex eius scriptis liquet, præcipuè in Comment. in libros Regum,
vbi explicans illa verba 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, &c.
itā scribit [Potest montis nomine beatissima semper Virgo Maria Dei geni-
trix designari. Mons quippè fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem,
electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ vt
conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem suprâ omnes
Angelorum choros vsque ad solium deitatis erexit? Huius enim montis
præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans ait. Erit in nouissimis die-
bus preparat mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in
vertice montium fuit: quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit.]
Hæc ille.

Annus Christi CCCCCXC.

Prud. Sando-
ualus in vit.
S. Leandri
Ioan. Horio.
Christoph.
Brouerus
apud Surium
nouissimè
excusum 27.
feb. Ioann.
Maria lib. 6.
cap. 1.

TVnc quoque florebat S. Leander Archiepisc. Hispalensis, S. Gregorio
familiaris. Constans est autem apud Hispanos fama, à sancto Grego-
rio missam ad Leandrum hoc tempore, nempe anno Domini 591. imaginem
Deiparentis quæ hodie Gadalupi visitur, singulare in Castellæ Regno pris-
cæ stimonix monumentum. Ea imago, cum in quodam illorum montium
specu fuisset abdita, postea ibidem vnâ cum corpore S. Fulgentij fratris
S. Leandri reperta est. Ioannes Marietta cap. 5. Biblioth. Hisp. scribit ac-
colas tradere eam illam imaginem esse, quam S. Lucas depinxit.

Annus Christi CCCCCXCV.

IN illis etiam diebus florebat S. Sulpitius cognomento Pius, Bituriensis
Archiepiscopus, quiq; mortuus est anno Domini 595. Hic celeberrim-
um Monasterium cum basilica extruxit in suburbis Bituric. in hon. Dei-
paræ Virginis quod adhuc extat: deguntque in eo Monachi Ordinis S.
Benedicti, Congregationis Casalis Benedicti.

Annus

Annus Christi CCCCCXCVII.

Circà hæc tempora nempe anno Domini 597. sanctitate illustris S. Theodorus Siceotes ex Anachoreta, Episcopus Anastasiopolis, fulgebatur. Hic cum semel celeberrimam Deiparæ Virginis ædem intrasset: manibus in crucis figuram expansis, preces sacrosanctæ Virgini offerebat. Cumque in salutari Dei matris imagine oculos defigeret: eccè repente oleum efferuescens, ex imagine, in Theodori oculos iaculando resiliuit, orantisque faciem, luminaque conspersit: iis qui viderant acclamantibus, magnum Dei seruum esse Theodorum.

*Oleum ex
Imaginem Dei-
para resilit
in S. Theodo-
ri Siceotem.*

Annus Christi CCCCCXCVIII.

Aliud præterea beatissima Virgo Maria huic Beato Theodoro præstitit beneficium, anno scilicet Domini 598. Cum enim Episcopus Anastasiopolis esset, & perditissimi quidam illum perimere statuissent, venenum illi porrexerunt: quo ille imprudenter, & inscienter epoto, triduum sine sensu iacuit, ita ut de eius morte rumor increbresceret. Die tertio ad extrema tendenti apparuit beatissima Virgo, quæ sceleratissimis, insidiosissimisque parricidis exitum comminata, Theodoro à mortis periculo liberato, & morbi causam, & veneni auctores patefecit, ut eos vel vitaret, si nocere persistenterent, vel resipiscentes, flagitiique pertæsos, ad saniora consilia traderet. Quin etiam terna Theodoro aduersus toxicum medicamenta porrexit, quibus quasi pilulis affectam bilem perpurgaret. Theodorus mortifero somno solutus, gratias egit Saluatori Christo, atque eius parenti, funestæ agritudinis curatrici. Amicis deinde qui gratulatum deinde venerant, deliquij causam morbiq; detexit. Veneni tamen spargendi artifices, nequaquam nominavit, quos vlcisceretur, tantum abfuit, ut eorum potius salutem assiduis precibus immortalis Deo commendaret. Paulo post tamen deposuit Episcopatum; & ad Monasterium rediit.

*S. Theodorus
Siceotes mor-
ibundus à
B. Virgine sa-
natus.*



SÆCVLVM SEXTVM.

Annus Christi DC.

Baron. to. 8.



Nno Domini 600. cum idem Theodorus de quo supra, in Dei genitricis Ecclesia oraret, habuit reuelationem de morte Mauritij Imperatoris. Tunc etiam Thomas Patriarcha Constantinopolitanus dedit eidem Theodoro, particulam veli sanctissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ.

*Bonifacius
Papa Pantheon in honorem Deiparæ consecrat.*

Hoc etiam anno Bonifacius Papa I V. cum videret Phocam Imperatorem erga Romanos Pontifices propensorem (quod nemo Romanorum Pontificum hactenus tentasset) ab ipso Imperatore dari sibi Pantheon nobile Romæ delubrum petiit, vt illud expurgatum ab antiquæ sordibus idolatriæ, in honorem Dei genitricis Mariæ, & sanctorum Martyrum Deo consecraret. Quod ipso liberaliter concedente, id quod optauit, absque mora felicissimè præstitit.

Annus Christi D CV.

*Vincent. in spec. hist. lib. 7. c. 89.
Anniuationis festâ violans puella diuinitus puniatur.*

SANCTITATE & miraculis tunc temporis refulgebat S. Eligius Episcopus. Eo igitur Ecclesiam Nouiomentem moderante vindicta diuina in puellam festum Anniuationis violantem deseuit, quam scribit Vincentius in hunc modum. In suburbio Nouiomentis, quædam puella pauper, manu & arte victum quærens, dum in die Anniuationis nendo, filum saliuæ defaceret, id linguæ eius adhæsit, & labia vtraque quasi conuinculata distorsit, labroque intumescente, penè lingua obmutuit præ nimio dolore. Os eius deturpauerat saliuæ coagulata in spumam, & labia linguæ connexa vim naturalem expuendi amiserant. Flente ipsa, & quid ageret ignorante, vicini eam sancto præsentauerunt Eligio, sed redierunt infecto negotio. Tunc ad pontificale B. Mariæ templum itum est, vbi in conspectu adstantium, & pro ea rogantium, Deiparæ meritis, Deus labris vinculum excussit: & populum ad gratiarum actionem prouocauit.

Annus Christi DCX.

*Paul. Diac.
Theoph.
Cedrenus.
Baronius.*

ANNO Domini 610. cum propter ignauiam Phocæ Imperatoris, crudelitatemque in suos, Persæ cunctas Asiæ regiones, vsque ad Chalcedonem cepissent, neque ille Reipublicæ ruenti opem ferret: Heraclius in Cosroem mouit, & accepta beatissimæ Virginis Mariæ imagine à Stephano

Stephano Metropolita Ciziceno, ipsum vicit. Deinde rursus imaginem Christi haud manufactam secum deferens, Persas qui non Asiam modo, sed & Syriam, Ægyptum, Lybiamque & Carthaginem ceperant, debellavit: in suamque potestatem adduxit, præsidio duarum imaginum, Deiparæ & Christi.

Annus Christi DCXXV.

Heraclius occiso Phoca, factus Imperator, anno Imperij sui decimo sexto, Christi vero 625, cum Cosrhoes Persarum Rex copiosissimum exercitum misisset ut obsideret Constantinopolim, Sain Cosrhois primarius Dux pollens selectissimis copiis, perueniens ad fratrem Heraclij Imperatoris Theodorum, bellavit contra eum. Deo autem per intercessionem semper laudabilis Dei genitricis opitulante, bello commisso, grando miræ magnitudinis contra Barbaros cecidit, eorumque plurimos percudit: at verò Romana acies tranquillitate aëris potita est.

At verò Sarbaras alius Cosrhois Dux, Chalcedonem properans, Auaresque Thraces Vrbi appropinquantes, hanc depopulari parant multis machinis aduersus eam commotis: iidemque & nauium sculptarum ex Istro flumine multitudine infinita delata, sinum repleuerunt maris. Decem sanè dies vibem obsidentes, bellum terra marique gerentes, Domini virtute pariter & cooperatione, necnon & intemeratæ Dei genitricis & Virginis Mariæ intercessionibus superati sunt: amissis verò terra marique ingenti numero suis, magno cum dedecore discesserunt. Vigebat tunc quidem Constantinopoli, post omnipotentis Dei primarium honorem, cultus Deiparæ Virginis, cui ab ipsis Constantini temporibus, Constantinopolitani ciues omnes ipsam Dei genitricem enixius inuocari soliti erant, sicut & Heraclium fecisse apparet, eiusque ope tam grandia confecisse, quæ diximus, atque hoc eodem anno, à Theodoro superatum robustissimum Persarum exercitum, pariterque à tot leonum faucibus inhiantibus urbem ereptam. Ex quibus singuli discant Duces exercitus, quibus debeant niti è superis petitis auxiliis, & pollere viribus, nimirum conciliare sibi obtinentem cuncta semper à Deo genitricem Mariam.

Ne autem inanis hæc fiducia videretur de ope Beatæ Mariæ Virginis; diuinitus factum est, ut non solum obsessi id perspicuè intelligerent, sed etiã hostes ipsi suo experirentur damno. Nam audi quæ à Cedreno narrantur. Tale enim, inquit, quipiam hostibus accidit. Viderunt Barbari prima luce, cum Sol oriretur, mulierem quamdam illustrem eunuchis comitatam, porta Blachernarum exeuntem (erat namque à Blachernis Deiparæ templum à Constantinopolitanis frequentari solitum) quam cum Heraclij opinarentur vxorem esse & ad suum Principem ob mariti absentiam ire, pacis petendæ causa, transitum ei concesserunt, subsequenter ex vrbe hominum turbam ipsi adorturi. Ut verò fossæ ambitum egressam, non ire ad Regem viderunt, insecuti sunt eam vsque ad locum, cui Veteris saxi nomen est; vbi cum ferè iam essent assecuti, illa cum suis, ex oculis & conspectu omnium euauit. Ipsi autem tumultu concitato, inter se congressi, ad vesperam vsque mutuo strages ediderunt. Mane insequentis diei, Dux causam inquirens,

Theoph. anno 16.

Heraclij.

Cedrenus

eodem anno.

Theodorus

Heraclij Imp.

frater, ope

Deiparæ de

Saracenis

triumphat.

B. Virgo liberat Constantinopolim ab obsidione.

Visa hostibus Dei genitricis Constantinopolis liberatrix.

SÆCUL. VI.

quod maiorem suorum partem intestino conflictu periisse videret, turpiter domum rediit: statimque classis ab obsidione recessit; quam domum revertentem in Euxino mari oborta tempestas ita afflixit, ut perpauca ad suos redierint.

Annus Christi DCXXVI.

*Heraclius
Imp.
Ope Deiparæ
Persas vin-
cit.*

Aliam etiam celeberrimam victoriam ope B. Virginis reportavit Heraclius anno Domini 626. Nã & Persas vicit, & Cosrhoë in fugam dedit.

Annus Christi DCXXX.

*Fortunatus
Ep. Auctor
Hymnorum
Quem terra
poc. & ô glo-
riosa Domi-
na.*

Circà hæc tempora florebat Fortunatus Episcopus Pictaviensis, doctrina, & vitæ integritate celebris. Hic composuit egregios illos hymnos. *Quem terra pontus, & ô gloriosa Domina* qui canuntur in officio B. Virginis. Sunt qui dicunt etiam composuisse hymnum *Aue Maris stella*, alij auctorem esse dicunt S. Bernardum.

Annus Christi DCXXXIII.

*Imago B. Virg.
Bononiensis
Gallia, Ange-
lorum mini-
sterio ad eam
Vrbem porta-
ta.
Pyrcæus in
Cor. Mariæ
Tra&. l. c. 12.*

Hoc ipso tempore imago Deiparæ Virginis allata fuit Bononiam Gallia, in naui, ministerio Angelorum, quam Bononienses exceperunt cum applausu, & læticia magna, innumeraque ex tunc edidit miracula. Anno autem Domini 1544. cum Henricus octavus Angeliæ Rex inuassit urbem Bononiensem, abstulit imaginem, tulique in Angliam. Sed postmodum capta ciuitate per Henricum secundum Francorum Regem anno 1550. coactus est Angliæ Rex imaginem restituere; quæ ad pristinum deposita locum, sicut prius miraculis clarere cœpit. Sed cum hæretici etiam urbem cepissent, imaginem proiecerunt in ignem, quæ licet lignea esset, nunquam tamen comburi potuit. Conati etiam securibus confringere eam, nunquam valuerunt. Proiecerunt igitur eam in profundum puteum castelli vicini. Sed cum Domina Castri esset catholica, noctu eam inde extrahi curauit; atque in occulto loco, honesto tamen, reposuit, ad quam orare solebat: propterea impetrauit viri sui conuersionem qui erat hæreticus. Mansit autem ibidem hæc imago per spatium quadraginta annorum, vsque ad annum 1609. cum opera cuiusdam boni Eremitæ, nomine fratris Vespasiani de Fonte, diuinitus inspirati, necnon & alterius cuiusdam sacerdotis, pro tercia vice in urbem fuit reportata.

Annus Christi DCXL.

*Robert.
Holc. in Sa-
pient. sect.
35. cap. 3.
Arcturus Bri-
tonum Rex,
B. Virgini de-
uotus.*

Dictum est supra Heraclium & Theodorum ope B. Virginis victores euasisse: quod & Arcturo Britonum Regi, circà annum Domini 640. contigisse ferunt historia. Habebat enim in interiori parte Scuti ceu Clipei, imaginem Beatae Virginis egregie depictam. Quam quoties in bello fatigatus aspiciebat, spem recuperabat & vires, victorque euadebat.

Annus

Annus Christi DCXLI.

IN illa diebus Musa puella, vt quidam volunt, adhuc superstes erat. Huius (vt scribit S. Gregorius Papa) quadam nocte sacra Virgo & Dei genitrix Maria per visionem apparuit, eique multas puellas coæuas in vestibus albis ostendit. Musa illarum aspectu & splendore delectata, libenter eis sese aggregasset, sed cum præ pudore non auderet, amanter à Deipara interrogatur, velle ne vnà cum aliis in hoc viuere gynæceo, & sibi quoque deseruire. Cum illa se velle respondisset, hoc vnum in mandatis accepit, vt maiorem vitæ ac morum indueret grauitatem, seque à risu, iocis, omnique leuitate puellari abstineret: ira demùm fore, vt die trigesimo puellis aliis, quas præsentibus adspiceret, consociaretur, atque in suum ministerium cooptaretur. His monitis paruit Musa, & deinceps suprâ ætatem ac consuetudinem grauius sese gessit, vt subito mutasse mores, & sicut aiunt, nuces reliquisse videretur. Parentes & si hanc aded repentinam filiarum mutationem primùm admirarentur, tamen cum factæ apparitionis arcanum intellexissent, puellæ instituto non repugnant, fidemque certiorum narrationi præbuerunt, quod sequens mors filiarum trigesimo die ex hac vita migrantis visionem non vanam esse monstraret. Morienti verò Deipara rursus apparet, speciosis illis puellis, vt ante stipans, quæ Musam vt ad se veniat, vocare dignatur. Mox puella quantumuis moribunda oculis reuerenter depressis, & aperta voce clamando responderet: Ecce Domina, venio, ecce, Domina venio. In qua etiam voce, spiritum tradidit, & ex virginico corpore, habitatura cum sanctis virginibus, exiuit.

S. Greg. lib. 4. Dial. c. 14. Bredenbach. lib. 2. Collat. sac. c. 15. Canisius de B. Virg. lib. 5. c. 23. *Musa puella apparet B. Virgo.*

*Annus Christi DCXLII.*

Multa quoque tunc temporis in Gallia fiebant miracula, quæ S. Gregor. Turonensis Episc. scripsit. In vrbe (inquit) Turonica, est ecclesia S. Mariæ Virginis ac Ioannis Euangelistæ nomini consecrata, in qua perituris vltio diuina apparuit. Quidam enim cum ad periurandum, in hanc ecclesiam fuisset ingressus: vbi manus ante altare stans, sursum extulit, vt sacramentum mendax proferret, statim resupinus ruens, ita caput in pavementum collisit: vt vix vel viuens erigi potuisset. Ad se autem reuersus, dolum periurij quod occultabat, publicè patefecit. Vidimus enim & nos, quosdam de Turonicis in loco eodem periurasse: qui in diuino iudicio condemnati sunt: vt in ipsius anni curriculo finirentur à sæculo.

S. Gregorius Turon. in lib. de gloria Mart. c. 19. *Periurus in Ecclesia B. Virg. punitur.*

Subdit & aliud. B. Virginis (inquit) festiuitas sacra mediante mense Augusto celebrabatur. Nâ oratorio Marciacensis domus Atuerni territorij, eius reliquæ continentur. Adueniente verò hac festiuitate ego (inquit S. Greg. Turonensis de se loquens) ad celebrandas vigilias, ad eum accessi. Cumque per obscuram noctem properarem ad oratorium suspicio à longè per fenestras, ita immensam claritatem effulgere; vt putaretur ibi multitudo lichnorum, aut cereorum esse accensa. Credens igitur quod aliqui deuotorum, iam nos ad celebrandas vigilias præcessissent, accedo ad ostium, pulso, nec quen-

S. Gregorius Turon. de gloria Martyrum c. 8. *Iste Reliquia poterant esse de lacte. capillis, vestit, & huiusmodi: non autem*

SÆCUL. VI.

*de corpore,
quia paulo
post mortem
surrexit, et q;
in calo cum
anima glo-
riofum.*

*Claritas in-
gens apparet
in ade Dei-
para.*

*S. Gregor.
Turon. de
gloria Mar-
tyrum c. 18.
Reliquia
B. Virginis nō
possunt com-
buri.*

quam inuenio : sed repertum ostium clauē munitum , cunctaque silentio data deprehendo. Quid plura ? Transmittimus ad custodem , cui tunc erat obseruandi cura, vt scilicet ostium clauē exhibita referaret. Dum autem ille venit, nos accendimus à foris cereum. Intereà aperitur sponte & ostium, ingressisque nobis, (credo à caligine peccatorum meorum effugata claritas quam admirabamur) apparente nostro cereo discessit. Nihil tamen præter virtutem gloriosæ Virginis aliud penitus videre potuimus , vnde claritas illa fuisse exorta.

Annus Christi DCXLIII.

Quidam reliquias B. Mariæ Virginis ab Hierosolymis accipiens , reuer- rebatur in Gallias : sed prius Romam adire disposuit. Verùm vbi altas Italiæ solitudines est ingressus , incidit in latrones. Nec mora spoliatur indumentis, & ipsa quoque capsula, in qua beata gestabat pignora, capitur. Existimantes eum inimici illi, auri festertias aggregatas, effracta clauē omnia rimantur intentè. Sed cum nihil in ea pecuniæ reperissent , extracta pignora in ignem proiciunt : casoque homine discesserunt. Tunc ille semiuivus exurgens, vt vel cineres exultorum colligeret pignorum , inuenit super carbones accensos, illæfas iacere reliquias : ipsumque linteum quo inuoluta erant , ità admiratur integrum , vt non putaretur prunis iniectum , sed ex aquis collectum. Collegit ergò cuncta cum gaudio , & viam qua pergebat ingressus, vsque ad Gallias peruenit incolumis.

Annus Christi DCXLIV.

Quid etiam in Oriente actum fuerit pergit describere idem S. Gregorius in hunc modum. Monasterium (inquit) est valdè magnum in Hierusalem, non modicam habens congregationem , in quo loco deuotio populi sæpè plurima confert , ac etiam Imperatoris iussu , ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore, vt præ penuria egestatis , valdè eis victus necessaria deficerent. Congregatio enim garrula Monachorum, cum vna atque alia die refectionis alimoniam non caperet , vociferant ad Abbatem dicentes : Largite cibos , aut permitte discedere vnumquemque in locum quo vitam propagare possit , alioquin te inconsulto abscedimus, ne pereamus fame. Hæc his dicentibus, ait Abbas. Oremus fratres dilectissimi, vt Dominus nobis ministret cibos, nec enim potest fieri, vt deficiat triticum in eius monasterio , quæ frugem vitæ ex vtero pereunti intulit mando. Quibus vigilantibus nocte tota, ac psallentibus, mane orto, ità reperit cuncta horreorum habitacula repleta tritico, vt vix vel referari ostium posset. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Post multos vero annos, iterùm deficiente cibo, clamauerunt Monachi ad Abbatem, qui ait, Vigilemus, ac deprecemur Dominum, & forsitan transmittere dignabitur alimenta. Denique prosternuntur ad pavementum templi vigilantes totam noctem in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Cum autem se post maturinas somno dedissent, venit Angelus, & posuit super altare multitudinem innumeram

*Monachos
Hierosolymita-
nos semel
ex iterū mi-
raculosè pa-
ressit B. Virgo.*

meram auri. Erant autem ostia ædis obserata. Exurgente autem mane Abbate cum Monachis ad celebrandum, rursus viderunt multitudinem auri super altare. Et ait Abbas custodi ædium. Quis Præfectorum huc ingressus est, qui hæc derulit? Respondit, Post egressum vestrum, nullus huc hominum accessum habuit, sed ostij clauem munitam retinui, & mecùm habui, donec surgerem ad commouendum signum. Tunc stupens Abbas cum Monachis, munus cæleste intelligit, gratias Deo agens colligit, comparatisque victui necessariis, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirum si beata Virgo sine labore suis protulit auxilium, quæ sine coitu viri concipiens, virgo permanit & post partum. Hæc S. Gregorius, qui & aliud subdit miraculum.

Annus Christi DCXLV.

HVius (inquit) Beatæ Virginis reliquias, cum sanctorum Apostolorum, vel Beati Martini reliquiis, super me in cruce aurea positas exhibebam. Cumque per viam graderemur, conspicio haud procul à via hospitium cuiusdam pauperis incendio concremari. Erat autem foliis, quæ ignibus maxima præstant fomenta, contactum. Currebat miser cum liberis & vxore, aquam deportans, sed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pedore crucem eleuo contra ignem; mox in aspectu sanctarum reliquiarum ita cunctus ignis obstupuit; ac si non fuisset accensus.

Obiit tunc temporis Dagobertus Francorum Rex eius nominis primus, qui Ecclesiæ quam in honorem Deiparæ S. Aubertus Cameracensis Episcopus construxerat, locupletissimum vestigal attribuit. Præterea ad restituendam Argentinensem Ecclesiam, quæ Deiparæ dedicata erat, oppidum Rubicum, totamque in circuitu ditionem pro sua liberalitate donauit. Neque labori præmium defuit. Siquidem mulierosum, & parum in castitate constantem hunc Principem, hæc in Virginem, & cælites pietas, à purgantis flammæ dirissimis pœnis liberauit.

Annus Christi DCL.

PER id tempus accidit in Longobardia sequens miraculum. Quidam enim Iudæus, à latronibus captus, plagis impositis, carceri obscurissimo vinctus traditus est. Sic in dolore posito, & expectanti mortis aduentum, occurrit in mentem, vt adiutorium Beatæ Mariæ, in qua sperant Christiani requireret. Cumque flendo diceret, ô Domina Regina cæli & terræ, verifica in hoc cane, quod de te prædicatur: quia dicitur à Christianis, quod per te mundus saluatur, & detenti à dæmone liberantur, captiuique eripiantur. Adiua ergo nunc me. Atque tribus diebus, cum sic mansisset, & præ lassitudine paululum obdormisset; affuit quædam Domina splendidissima cum duabus puellis quarum vna dissoluit vincula quibus miser erat constrictus. Euigilauit mox præ gaudio Iudæus, & admirando, cœpit respicere quæ esset ista persona. Et vidit non in somnis, sed vigilando, Dominam cæli adstantem, ex cuius claritate torum diuersorium replebatur. Ad quam Iudæus ait. Dic mihi ô Domina quæ es, quæ tam benignum affectum mihi misero ostendisti?

At illa,

*Reliquia
B. Virginis,
& aliorum
Sanctorum ex-
tingunt ignem.*

*Canisius de
B. Virg. lib.
5. c. 23.
Dagobertus
Francorum
Rex Ecclesiæ
Deiparæ bo-
na attribuit.*

M.S. Cod.

*Iudæus à la-
tronibus vin-
ctus implora-
to Deiparæ
auxilio libe-
ratur.*

SÆCUL.VI. At illa, ego sum Maria, quam tu cum gemitibus aduocasti. Et licet tu & gens tua, me, & filium meum Redemptorem mundi abnegaueritis: tamen eccè malis pro vestris, reddam bona, ut scilicet ab errore, ad viam veritatis te adducam. Idcirco ad te veni vocata. Tunc disparuit Beata Virgo. Iudæus autem mane venit ad villam, & suscepto baptismo, deinceps in fide & bonis operibus perseuerauit. Hoc celebre beneficium contulit Beata Virgo inimico sue, videamus & aliud quod contulit charissimo amatori & defensori suo S. Ildefonso.

Annus Christi DCLVII.

Iul. Pomerius in vita ipsa apud Surium 23. Ian.

S. Ildefonso apparet B. Virgo, etique vestem preciosam adit.

Vinc. in Speculo Hist. lib. 7. c. 81.

Conqueritur B. Virgo deludat imaginem filij sui crucifigere volentibus.

SANCTUS Ildephonsus Toletanæ urbis Archiepiscopatum tenebat anno Domini 657. Hic Beatæ Virgini deuotus, contra hæreticos qui tunc in Hispania perpetuam eius Virginitatem impugnabant, strenuè verbis & scriptis decertauit. Propterea cum in festo Assumptionis ante Matutinas surrexisset, & perexisset ad Ecclesiam Clero eum comitante, ostium aperientes, & Ecclesiam intuentes splendore cælesti micantem, deficientes ad lumen quod ferre non valebant, cum timore aufugerunt. Vir autem Dei Ildephonsus benè sibi conscius, ingreditur, procedensque ante altare Beatæ semper Virginis reperit in cathedra ipsam Dominam sedentem, vbi solitus erat sedere, & populum salutare. Et eleuatis oculis vidit in circuitu eius, omnem absidem repletum Virginum choris, quæ de canticis David modulata suauitate aliquid decantabant. Aspiciensque in eam, talem Dominæ nostræ ad se loquentis vocem audiuit. Propere in occursum serue Dei restissime, & accipe de manu mea munusculum, quod tibi de thesauro filij mei attuli. Sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis quæ tibi data est, in meo tantum die vtaris. Et quia oculos fidei fixos in meo semper seruitio tenens mansisti, & laudem meam, diffusa in labijs tuis gratia, dulciter in cordibus fidelium depinxisti: hoc Ecclesiæ vestimento, iam in hac vita ornatus eris; & in futura in promptuarijs meis, cum alijs seruis filij mei lætaberis. Et his dictis vnà cum Virginibus, & luce qua venerat ab oculis eius remeauit. Remansit verò Dei seruus intantum securus de adipiscenda gloria, quantum præscijs de promissa sibi victoriæ palma. Vestis quoque quam derulerat Dei mater, seruetur in Ecclesia Tolerana, miræque stultitatis, mirique candoris: Cathedram autem Episcopalem, in qua dignata est residere Dei Mater, nullus postea sedere præsumpsit Episcopus, nisi Sigebertus: qui statim sedem ipsam perdens, exilio relegatus est.

Fortè tunc sequens accidit miraculum (ut quidam opinantur) quod refert Vincens. In vrbe inquit Toletana cum ab Archiepiscopo, in festo Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ, Missarum solemnia agerentur, & à populo preces Domino deuotè funderentur: inter ipsius Missæ secreta, quædam vox quærlula de cælo elapsa est in hunc modum. Heu, heu, quam dira calamitas, quod intrà filij mei saluatoris mundi, salutiferæ crucis signaculo signati gregis ouilia, manet & regnat Iudaicæ gentis insania, quæ filium meum vnicum, lumen & salutem fidelium, iam secundò conuiciatur, & crucis supplicio mortificare conatur! Hæc cum intentione sedula populus percepisset,

percepisset, Archipræfulis & plebis communi consilio decretum est, vt ad domos Iudæorum eiusdem ciuitatis accederent, & pergerent, & quod virginali voce conquestum est, prudenter & sollicitè perquirerent. Omnibus itaque domorum abdita perscrutantibus: inuenta est quædam imago cerea, quam quasi viuentem, ad Christianæ fidei, & professionis dedecus, sputis, colaphis, ac morte crucis perimere desiderabant. Hac igitur inuenta, Christiani dolum & perfidiam Iudæorum doluerunt; ipsosque mox neci traderunt.

Annus Christi CCCCCLX.

Circà hæc tempora qualiter Hugo Monachus ab ipsis inferorum claustris, meritis & intercessione B. Virginis liberatus fuerit, scribit Azzo Abbas in vita S. Bercharij Abbatis & martyris. Frater quidam Hugo inquit, nomine dictus, cuius mirificam visionem, simulque pia merita piissimæ Dei genitricis Mariæ, S. quoque Bercharij Martyris ab ipsis inferorum claustris manifestam liberationem scribere conamur. Hic sub strenua Monachorum disciplina, puer Deo oblati cui à primis annis viuere vt libuit, maiorum religio prohibuit, sed diuersis artium exercitiis non mediocriter instruxit, & eorum rectos actus volens nolensque secutus est, vsque in tempora iuuenilis ætatis, quando vt illa fert ætas nimis dissolutè vt libuit, viuere quæsiuit. Sed quia Religionis vsus talia prohibendo compescuit, exosum tenuit quod piè amare debuit, fratrumque cum quibus fuerat alius collegio posthabito, fugit Cathalaunum. Huius tunc urbis Pontifex Gibuinus, agnita eius scientia, gratanti cum benignitate retinuit, impellens eum ad renouanda opera suæ Ecclesiæ, quæ erant obnubilata multorum temporum verustate, suarum opum tribuens ei fruendi liberum arbitrium. Ille verò dum huiusmodi mortalis vitæ gloria frui liberè, vltra modum cepit obliuisci futuræ. Sed amator benignissimus, qui omnes vult magis saluos fieri, quam perire, mirabiliter reuocauit laqueis mortis deuinctum misericordissima pietate sua. Nam prædictus Antistes cuius utebatur suffragio, ad consecranda mœnia templi SS. Apostolorum Petri & Pauli, sanctique Bercharij martyris, cuius prima fundamenta leuata fuerant, ire disponens, Deo ordinante duxit secum hunc sibi familiarem. Itaque prudentiam studiorum huius auditu percipiens honorandus Abbas Berengerius eum suis, ingenti supplicatione impetrauit ab ipso eum sibi dimitti. Redeunte autem Pontifice ad propriæ sedis cathedram, prædictus Abbas, fraterque, hunc sibi fauoraliter relictum, in remoto diuersorio cum sibi necessariis manere constituerunt, vbi ad vorum cuncta ei etiam superflua (quod dictu græue est) ministrantes, formam crucis Dominica iubent vt nouerant eum posse, fermose componere. Sed saluator sæculi, qui lauit crimina mundi, non passus est impunè formari imaginem sui vultus ab eius neglectis manibus, quem longanimitas tolerantia iam expectauerat diu: nam componens effigiem Crucis, dum formolam in ea sculpet et imaginem Redemptoris pro redemptione omnium patientis, acri languore correptus, ad extrema perducitur. At verò oppressus supplicio vix tolerabili, lachrymosis supplicationibus auxilium fratrum implorare cepit,

N.

vt eum

Apud Suriem
edit. recentioris 16.
Octob.

SÆCUL. VI. ut eum quam citissimè habitu monastico renouarent, sub quo se confitebatur vixisse vt lupum sub ouina pelle fraudulenter. Fratres ergò eius vehementissimæ angustiaë compatibles, diuersorium in quo languebat compleuerunt lachrymantes, ac feruenti charitate quod petierat, concesserunt regulariter. Inuidus autem omnium bonorum & seductor animarum diabolus cernens miserum iam reformatum indumentis dudum stolidè spretis, diu conquestus iniurias sibi illatas ab ordine monachorum sacro eique odioso infremuit in eum, renouans per multa machinamenta dolosum ac multiplex ingenium. Mox itaque cum immensa dæmonum, turba duo adsunt terribilissimi, qui barbarico impetu irumpentes domicilium ægri, moliebantur si foret possibile violenter abstrahere miseram animam à corpore. In quorum contentione dum fierent moræ, Deo protegente, vnus alterum arguit cur inducias darent, pro qua venerant animam rapiendi. Cui cum responsum opponeret, quod præclarissimus Dei martyr Bercharius, cuius sacra ossa inibi tumulata venerabantur, eum protexerat, alter se non posse respondit, quoniam videret eum munitum viatico corporis Christi, & defendi precibus Monachorum ipsius martyris Bercharij. Sed dum prolongata altercatione, horribilo strepitu terrent miserum, subitò & mirabiliter ipsi ægro patienti cernentique hæc omnia, apparuit manus sola, quæ eis ineffabili misericordia fecit diuiduum atque aufugium, sicut imperiosa Dei auctoritate liberans viribus defectum. Beata siquidem Dei genitrix, & verè beata omni fulgens pietate, dum piissimis auribus atenderet querimonias fratrum exitum ægri orationibus præmuniendum, non distulit mittere Vnici protectionem ad sustentandam imbecillitatem infirmi. Ipsa quoque Archangelorum Domina non multo post venit: sua benigna pietate manifestè visere dissoluta membra infirmi, ne raperet malignus, quem sacro sanguine suo Iesus Christus eius redemerat filius. Nam in titulo crucis qui stabat ad pedes artificis decumbentis, subitò visus est illucescere globus æthereus, lacteis inuolucus circulis, & condecoratus per designata loca radiantibus stellis. Hic visus est mirabiliter Deo cooperante in binas partes diuidi, eiusque in medio caelestis regina subtili & ineffabili veste fulgere, vt nulli foret dubium genitricem Dei esse: in cuius apice, dum tam sancta micaret beatitudo, descensum fecit per mediam crucem à summo vsque ad imum strata via auro resedens quia Domina in filij folio. Tunc fratrem non minus attritum, grauissimis languoris tormentis, quam dæmonum insidiis, virgo piissima talibus dignata est roborare alloquiis. Ecce miser homo meis & famuli mei Bercharij precibus, filius meus ad misericordiam flexus, tibi poenitentiaë indulsit tempus, vt ad locum in quo Deo & sanctis eius oblati fuisti rediens, vitam deinceps vt expedit corrigas. Hæc dicens protensa manu misericordiaë, perturbato dæmonum agmine, eum erexit & reliquit benè se habentem; ac quæ pertulerat conspexeratque, astantibus flebiliter referentem.

Hugonè Monachū à dænatione æterna, necnon ab infirmitate liberat B. Virg.
80.

Annus Christi CCCCCLXXII.

SEd ad res Orientis redeamus. Ostendimus supra Constantinopolitanam Sciuitatem sæpè fuisse à Beata Virgine ab inimicis liberatam: simile verò
confe

consequutam beneficium anno Domini 672. Constantini verò Pogonati Imperatoris quinto, produnt Græcorum Annales. Siquidem Saraceni ingenti numero traicientes in Thraciam, appropinquantes Constantinopolim, assiduis præliis à mense Aprili vsque ad Septembrem eam expugnare tentarunt: quod cum facere minimè à Deo concessum fuerit, hyemare statuerunt Cyzici, vt ad proximum ver ad aggrediendam ciuitatem paratas haberent, quod non semel tantum factum est, sed id ipsum per septem annorum spatia iteratum annis singulis, ex Theophane, tradunt Græci in Annalibus. Aiunt enim: Per septem annos, eisdem gestis, diuina, deque genitricis ope multitudine virorum bellicosorum amissa, & vulnere maxime in eis effecta, confusi ac reuersi cum ingenti mœrore sunt.

SÆCVL. VI.

Theophanes & Cedr. anno 5. Const. Imp. Baron.to.8.

Constantinopolim ab ob-
sisione libera-
rat B. Virgo.

Annus Christi CCCCCLXXXIV.

TVnc in partibus Italiae, cultus Beatæ Virginis vigeat; multique diuites, vel Ecclesias construebant, vel constructas, muneribus locupletabant: præcipuè verò Benedictus Papa II. qui Ecclesiam Beatæ Mariæ ad Martyres egregiè exornauit. Rodelinda etiam Regina Bertharidi Regis Longobardorum vxor, basilicam sanctæ Dei genitricis, extrà muros ciuitatis Ticinensis, quæ ad Perticas appellatur, opere mirabili condidit, ornamentisque mirificis decorauit anno Domini 691.

Benedictus
pa II. Eccle-
siam B. Ma-
rie ad Mar-
tyres ornat.
Rodelinda
Regina Ec-
cles. Deiparæ
construit.

Annus Christi CCCCCLXXXIII.

NEc diu post nempè anno Domini 693. Iustinianus Imperator iunior dictus, basilicam Deiparæ, Metropolitana dicta, quæ erat vicina Palatio, deiiciendam curauit. At hæc impia, & alia in Romanæ Ecclesiæ Pontificem ausus infœlix Augustus, haud leui dato supplicio luit, sed Imperij iactura, atque narium obruncatione perfoluit.

Paul. Diac.
lib. 6. c. 17.

Iustinianus
Imp. eius na-
minta 2. Ec-
clesiam Dei-
para deiicit,
non sine di-
uina ultione





SÆCVLVM SEPTIMVM.

Annus Christi CCCCCC.

Sur.to. 1. 15.
Januarij.



DE CVRSO iam Sexto Sæculo, Septimum ingredimur, in quo scilicet S. Bonitus Aruernorum Episcopus claruit, qui insigne donum à Beata Virgine recepit. Historiam hoc modo narrat Surius: Sanctus Aruernorum Antistes Bonitus, cum se totum contulisset ad perfectè amandum Christum, & eius sanctissimam genitricem, quodam tempore cum turbis ingressus templum S. Michaëlis, in angulum se abdidit. Peractis mysteriis, aliis abscedentibus, ille in suo permansit latibulo. Et custodes quidem more suo circumspexerunt, num quis adesset: sed natu Dei factum est, vt ad eius latebram non pertingerent. Obseratis indè foribus, sanctus vir tanto liberius, quanto secretius, coram Domino effudit animam suam, talisque ei prolixè oranti visio oblata est. Repentè è cælo insonuit vox tanquam suavis melodiæ, & micantibus luminaribus vir sanctus quasi multitudinem quandam conspexit eò aduentantium. Ingressa autem in templum est Virgo mater Maria, cum candidissimo Angelorum & sanctorum hominum cœtu, tanquam Regina circumstante exercitu. Cantabant autem omnes illi, laudes Domino. & matri eius: atque ipsa etiam sanctissima Virgo in laudibus filij vocem exercebat suam. Procedebant autem per medium templi chorum, cumque ventum esset ad altare, quæsitum est à sanctis nonnullis, quisnam Missam celebraret. Tum Virgo Beata, Eccè, inquit, adest hic Bonitus præsul verè bonus, & benè dignus, cui hoc muneri demanderetur. Audiens hoc ille, extimuit, seque subducere conabatur: cui sanè lapis cessit, in quo hodieque eius rei apparent vestigia. Tandem quæsitus, & inuentus, ad illum beatissimum conuentum perductus est, sanctisque ministrantibus, vestibus sacris indutus est, & diuinæ aræ applicatus. Consummato autem, ea qua par erat, ratione sancto illo opere, beatissima Virgo valefaciens dilecto suo, pro munere celestem illi vestem largita est. Res est nota satis, & apud Aruernenses celebris, maximè in ipsa Aruernorum vrbe, vbi vsque in præsentem diem, populis illa vestis ostenditur: cuius quidem materia & textura à nullo mortalium potest dignosci. Est autè candoris eximij, miræque tam lenitatis, tū leuitatis.

Deipara Virgo celestem vestem S. Bonito Episc. tradit.

S. Agricola B. Virginem omnium bonorum suorum instituit heredem.

Vide vitam eius in nostro Sancto- rum Choro.

Migravit in cælum circa finem anni istius septingentesimi, S. Agricola Auenionensis Episcopus; qui sanctorum operum plenus, condito testamento, sanctissimam Virginem, omnium bonorum suorum in sua æde reliquit heredem; cuius sacrum corpus, sicut antè obitum obnixè petierat in templo diuæ Virginis de Domnis, in sacello sancti Petri, in eo loco qui nunc Capella Rosarij nuncupatur, sepulcrum fuit.

Annus

Annus Christi CCCCCCCI.

IN illis diebus sedebat in Petri cathedra Sergius Papa, qui præcepit fieri Litanias in die Præsentationis Domini in templo. Quod Albinus Flaccus habet his verbis cum agit de Purificatione Beatæ Mariæ: De hac festiuitate & festiuitatibus S. Mariæ in gestis Pontificalibus legitur, quod Sergius Papa præcepit litanias fieri in Præsentatione Domini in templo. Ità enim scriptum est; vt in die Annunciationis Domini, Dormitionis, ac Natiuitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Simeonis, quæ Ipapanti dicitur Græcè, cum litanis exeant à S. Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat, &c.

Alb. Flacc.
de diuinis
officiis.
Baron. to. 8.

*Litania in
die Purif in-
stituta à Ser-
gio Papa.*

Præter hæc autem in antiquis monumentis diaconia S. Mariæ in via lata testatur se legisse Baronius, ab eodem Pontifice eam ecclesiam fuisse dedicatam, locum sanè insignem, quem tradunt fuisse olim hospitium Apostoli Pauli, & aliorum sanctorum.

Annus Christi CCCCCCCV.

PER id tempus, nempe anno Domini 705. S. Vilfridus Episcopus Eboracensis sanctitate & doctrina clarus habebatur. Cum autem grauer agrotaret in ciuitate Meldensi in Gallia, atque sine cibo & potu, sine voce & auditu quarridudò perseuerasset, quinta demum illuscente, quasi de graui expe-rectus somno, exurgens resedit, apertisque oculis, vidit circà se choros psallentium monachorum. Iussu Pontificis omnibus ad horam egressis, solus remansit Acca presbyter, ad quem ità loqui exorsus est. Visio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire, ac silentio tegere volo, donec sciam, quid de me fieri velit Deus. Astitit mihi quidam candido præclarus habitu, dicens se Michaëlem esse Archangelum. Et ob hoc inquit missus sum, vt te à morte reuocem. Donauit enim tibi Dominus vitam, per intercessionem suæ beatæ genitricis semperque Virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modo quidem ab infirmitate hac seruaberis: sed paratus esto, quia post quadriennium reuertens uisitabo te, &c.

Beda lib. 5.
c. 20. Hist.
Angl.

*S. Vilfridus
Deipara in-
tercessione
sanatur.*

Annus Christi CCCCCCCVII.

CIRCÀ hæc tempora obiit Ioannes VII. Pontifex. Hic Romæ Ecclesiam S. Mariæ nouæ restituit, & exornauit. In eius summo altari imago eiusdem Deiparæ à S. Luca picta colitur, quæ cum templum hoc Honorio III. Pontifice conflagrasset nihil incendio est passâ. Ideo Pontifex in D. Petri sepultus est, coram altari Deiparæ Virginis, cuius & statuam in medio uariarum imaginum in oratorio à se in eodem templo extracto, opere tessellato collocarat, graui vultu decoram, armillis & coronis ornatam, expansis manibus, Græco ritu, habitu coloris castanei, staturæ palmorum quindecim. Ad eius dexteram stabat erectus idem Ioannes VII. vestitus planeta, & ornatus pallio, habens in capite quadratum diadema, & sublatum manibus offerens Deiparæ ipsum Oratorium cum hac inscriptione.

Anastasius.
Baronius.
Ioannes Papa
VII. ornat
Basilicâ Dei-
para.

SÆCUL. VII.

*Ioannes indignus Episcopus fecit,
Beata Dei genitricis seruus.*

Annus Christi CCCCXXXVII.

Cedr. anno
2. Leonis
Imp.
*Cultus Dei-
para Constā-
sinopoli.*

Annus sequitur Redemptoris septingentesimus decimus septimus, Leonis verò I'auri Imperatoris 2. cum Constantinopolitana ciuitas Sarracenorum obsidione in maximum est discrimen adducta, sed liberata Dei genitricis auxilio. Vigilabat in ea spiritualibus intentus excubiis sanctus Germanus eiusdem ciuitatis Episcopus, longæuus ætate senex, sed vigenus animo, florensque meritis, renouatus vt aquila in senectute sua. Famosa obsidio ista, cum Græcorum, tum Latinorum scriptis reperitur esse vulgata, quæ si quod Beda, atque Paulus Diaconus huius temporis Auctores, & Anastasius tradunt, verum est, triennio perdurauit, oportet dicere, ipsam cœptam iam fuisse anno superiori. Beda sic de ipsa in Leone.

Beda de sex
ætat in hoc.

Sarraceni cum immenso exercitu Constantinopolim venientes, triennio ciuitatem obsident, donec ciuibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis abscederent. Qui inde regressi, Bulgarorum gentem, quæ est super Danubium, bello aggrediuntur, & ab hac quoque victi refugunt, ac naues repetunt suas. Quibus cum altum peterent, ingruente plurimum tempestate, plurimi etiam, meris, siue confractis per littora nauibus, sunt necati. Hæc Beda. Eadem Paulus Diaconus in gestis Longobardorum totidem verbis, addens hoc funestum: Intra Constantinopolim vero trecenta millia hominum pestilentia interierunt.

Paul. Diac.
lib. 6. c. 47.

Sed viciniore Græcos, quid de his scripserint, consulamus. Id ipsi factum tradunt decimaquinta Indictione, decimonono Calendas Septembris, cum Malsama Princeps Sarracenorum Constantinopolitanam urbem obsidere cœpit; cum & vocato Zuleimino Atabum Duce, classe potente, idem hoc anno mensè Septembris, quo prima Indictio inchoatur, cum classe peruenit Constantinopolim. Iamque descensurus erat in urbem, nisi Deus citò præstò ciuitati illi fuisset. De his enim breuiter Theophanes. Imperator verò protinus igniferis nauibus contra eos directis, ab Argyropoli, diuina ope consumpsit, & aliæ quidem ex eis ad ripæ muros projectæ sunt, aliæ verò vnâ cum hominibus in profundum demersæ sunt: porro aliæ vsque ad acutam & latam insulam consumptæ, portatæque sunt. Hi ergò qui erant in urbe, fiduciam perceperunt: at hostes magno pauore concussi sunt, cognoscentes efficacissimam ignis operationem. Volebant enim eadem die vesperi ad ripæ muros applicare stationem, & remones supra pugnacula ponere: sed consilium eorum dissipauit omnipotens per intercessionem castissimæ genitricis eius Mariæ Hæc Theophanes. Erat populus ille Dei genitricis studiosissimus cultor, cuius ope, quam sæpissimè (vt vidimus) fuit à Barbaris liberata.

*Dei genitricis
ope defensa
ciuitas Con-
stant. à Sar-
racenis,*

Sed non hic finis victoriæ; etenim addit, hoc eodem anno post omnia ista quæ diximus, accidisse, vt duæ classes Sarracenorum, quarum altera soluerat ex Ægypto, ex Africa verò altera, quibus annona ferebatur obsiden-
tibus

ribus urbem, pariter malè perierint, missis ab Imperatore contra vtramque classem igniferis nauibus. De quibus Theophanes. Cum inquit, Deo cooperante submersi sunt inimici, & assumptis spoliis nostri, & expensis eorum, annona videlicet, cum gaudio reuersi sunt. Tunc & qui in stationibus arant Sarraceni obsidentes urbem, destituti annona, fame & peste periire, trucidatis ex illis etiam à Bulgarijs viginti duobus millibus. Cum tot tantaque atrocità vnà simul passi sunt Sarraceni experimento (inquit Theophanes) didicerunt, quia Deus & sanctissima Virgo Dei mater Maria hanc muniunt urbem, & Christianorum Imperatorem; & non est omnimoda dimissio Dei in iis, qui eum inuocant in veritate, licet admodum quid castigemur propter peccata nostra. Hucusque Theophanes, qui non modo tantum, sed ferè semper cum magnum aliquid à Deo consequutum esse Constantinopolitanum populum tradit, id quidem acceptum precibus sanctissimæ Dei genitricis affirmat, non aliam ob causam, quam quod celeberrimus illic esset beatissimæ Deiparæ cultus, cui (vt suo loco superius dictum est) eadem ciuitas fuerat dedicata. Porrò cum eius cultus vbique locorum amplissimæ ciuitatis celebris esset, frequentissimus in Blachernis erat, vbi Deiparæ nomine augustissimum templum fuit.

Porrò quod pertinet ad eandem liberationem Constantinopolitanæ ciuitatis, de qua est sermo, factam auxilio Dei genitricis Mariæ, meminit Gregorius Papa II. qui his diebus moderabatur Catholicæ Ecclesiæ clauum, in Epistola ad S. Germanum Constantinopolitanum Patriarcham, qui huius obsidionis temporibus eidem præerat Ecclesiæ, dum id quod ope Dei genitricis acciderat, in memoriam reuocat istis verbis. Pugnaticis illius sanctæ & omnium Christianorum Dominæ miranda facta, quæ in se declarata sunt, per quæ tu quoque inter hostes seruatus es, non sunt reticenda. Illi enim cum insania multa tumultuarentur, tantum inuenerunt in se aduersitatis hostilis, quantum eorum causa iniustitiæ habuit. Neque tamen hoc mirandum est: nam si Bethuliam per manus Iudith Israëlitis seruata est, cuius opus Holofernis erat sublatio, & per ea tempora ob id salus Israëlitis vocata est: quomodo non oportebat & tuam sanctitatem huiusmodi propugnatrice ventem hostibus ciuitatis præualere, ipsamque victoria coronare? &c.

Annus Christi CCCCCCXVIII.

Septuagesimus decimus octauus sequitur annus primæ Indictionis, quo Sarraceni, qui frustra Constantinopolim obsedissent, reuersuri, qui reliqui erant ad propria, naufragio, (vt dictum est) periire. De quibus ista Theophanes. Sarraceni ergò moti decimo octauo Calendas Augusti cum multa confusione reuersi sunt. Cum autem nauigaret classis eorum, tempestas à Deo per intercessionem Dei matris incumbens in illos, hos disperisit, & alios quidem eorum penes Proconnesum & reliquas Insulas, alios verò in vertigines & cætera demersit in equora: residui quoque cum transissent Ægeum pelagus, extemplo peruenit in eos terribilis indignatio Dei. Grandio namque ignea descendens super eos, aquam matris ebullire fecit, & pice liquefacta naues simul cum hominibus inductæ sunt in profundum, decem

*Sarracenorum
nauesq; exer-
citus omnis
dissipatus per
intercessionē
B Virginis.*

foliis

SÆCUL. VII. Solis ex eis saluis, & ipsis providentia Dei Salvatoris ad annunciandum nobis & Arabibus magnalia Dei, quæ in ipsis facta sunt: quas etiam nostrates inuenire potuerunt, & quinque earum comprehendere; alia verò quinque saluæ in Syriam deductæ sunt, Dei annunciaturæ potentiam. Hæc Theophanes, eadem quoque Cedrenus.

Tantam gratiam consecuti ciues, statuerunt pro ea celebrare annis singulis solemnes gratiarum actiones. Nam in Menologio Basilij Imperatoris 15. Augusti ista leguntur: Commemoratio aduentus Sarracenorum, & perditionis eorum deum impiorum. Sub Leonis Principatu magna Sarracenorum venit multitudo, & Constantinopolim obsederunt, terra, marique. Et Imperatore necessitatem vidente, & cum eis fœdera sancire volente; ipsi dicebant, se civitati iam quoque custodes constituisse: perindè atque capta esset. Sed superbis resistens Deus obstitit eorum consiliis. Videns igitur eorum Princeps, quod nihil ageret; petiit vt saltem urbem ingrederetur, & eam cerne- ret, pollicitus post hæc indè discedere. Quod cum concessum esset, & per portam Bosphoriam equo sedens intrare vellet; aliis suis sine molestia ingredientibus, Principis solius equus intrare, omninò volebat. Respicens verò sursum, vidit supra portam Dei genitricis imaginem: tunc se nouit hoc passum, quod eandem auxiliatricem ciuibus blasphemasset, desistent- que & recedens cum suis, in Argeo pelago vnà cum nauigijs ab ignifera procella consumpti sunt. Huius tanti miraculi gratia populus solemnes ce- lebrat gratiarum actiones annis singulis.

*Princeps Sar-
racenorū bla-
sphemus in
Dciparam,
portam Con-
stantinopoli-
tana cu a-
tis non post
ingredi, pro-
hibente Ima-
gine B. Virgi-
nis.*

Hoc pariter anno, vt Tudensis numerat, Era scilicet septingentesima quinquagesima sexta (est is annus Domini septingentesimus decimus octauus) Astutes omnes in vnum collecti, super se Principem erexerunt Pelagium. Fuit iste Regis Theodorici Spatharius, qui fugiens impressionem Sarracenorum, cum suis in Asturios se contulit montes. Cum autem auditum esset à Sarracenis Hispaniam occupantibus, id magna audacia esse præsumptum; in eum acies mouent: sed primam insidijs ipsum appetendum putarunt, misso ad ipsum Oppa Archiepiscopo Toletano Vvitzæ Regis filio, qui magnis pollicitationibus deditionem ei suaderet. Ad quem ista Pelagium respondisse idem Auctor affirmat: Tu (inquit) & fratres tui cunctos subuertistis, & Christi ecclesiam deiecistis: & propter scelera patris vestri, qui peccare coegit gloriosam gentem Gothorum, reliquit Dominus Eccle- siam suam. Et quia Deo facile est saluare siue in paucis, siue in multis, nos de misericordia Dei confidentes, committimus ad Dominum Deum nos- trum, vt fidem Catholicam conseruemus, quam vos spreuistis, & pater ves- ter. Est enim Ecclesia Dei sicut Luna, quæ aliquando apparet plena, ali- quando valdè diminuta, & iterum reuertitur ad plenitudinem primam. Ecce in ista tumba (spelunca loci natura munita illis erat, vbi cum suis Pelagius degebat) hodiè inclusa est maxima pars militia Gothorum: sed egreditur ex illa, dante Domino, semen quo genus Gothorum, vt erat, Christo in to- ta Hispania restauretur. Et quia deuotam eam habemus, apud Deum pa- trem, & Dominum nostrum Iesum Christum totam spem nostram ponentes, hanc multitudinem paganorum, quibus ducum præbes, despiciamus. Confidimus enim per intercessionem gloriosæ Virginis genitricis eiusdem

D omni

Domini nostri Iesu Christi saluari; & ipsa adiuuante, quæ mater misericordiarum est, gentem Gothorum de paucis, qui sunt in ista spelunca, restituitur, sicut ex paucis granis infinitæ segetes germinantur.

Quibus dictis Pelagius & qui cum eo erant, tanto hoste perterriti, inclusunt se in spelunca, beatæ Mariæ suffragia expetentes, eius ibi memoriam venerabantur, & pro recuperatione Christianorum orationibus insistebant. Videns autem Oppa quam Pelagius confidentiam in Domino posuerat, reuersus ad Ismaëlitas dixit: properate ad speluncam, & pugnate fortiter, quia ut ex verbis eius comperi, nisi per gladium pacem cum eo habere non possumus. Alchamam illicò fundibulariis & sagittariis, & iacientibus iacula portam speluncæ fetire præcepit. Tunc cæteres saxa intermixtis iaculis sicut densissimas pluias euolare contra beatam speluncam. Sed in hoc turbine iaculorum & lapidum, qualiter diuina manus, quæ percudit & sanatur, pro Christianis pugnauerit, exemplo poterit aduertiri, quod lapides & iacula & sagittæ à Sarracenis emissa, contra eos retorquebantur, & maximam Sarracenorum multitudinem prostrauerunt.

Barbari autem ubi non solum ad peragendum negotium quod volebant, se nihil proficere, sed maximam suorum partem vident prostratam armis suis, confusi & turbati retrocedendo, speluncam oppugnare destiterunt. Pelagius ad prælium Dei gratia & fortitudine roboratus, cum totam multitudinem hostium prostratam aspiceret, reliquos superaturus Sarracenos aggressus, de spelunca districto ense inuadit vbique. Statim Oppa captus est, & Alchamam cum viginti milibus Sarracenorum interfectus. Sed nec sexaginta milia quæ remanserant, Domini vindictam euadere potuerunt. Si quidem dum per verticem montis Ausenæ fugam arripere, atque per concaua petrarum & deuia loca adueniebant, & venire vellent ad quoddam supercilium montis, dum graderentur secus flumen Deuæ, diuinum numen oppressit eos: vnde cum idem flumen inundatione aquarum propria alueum excedit, multos ex eis occidisse, signa armorum & ossium euidenter ostendunt. Porro spelunca illa Dei genitricis memoriæ dicata est, eius quoque nomine nuncupari cœpta, dictaque sancta Maria de Couadouga. Recitatæ autem historiæ adstipulantur scriptores omnes qui res Hispaniarum sunt prosequuti.

*Pelagius ope
B Virginis in-
gensi potitur
victoria.*

*S. Maria de
Couadouga.*

Annus Christi CCCCCCX.

Tunc S. Stephanus iunior in oriente sanctitate fulgebat: à Beata Virgine parentibus impetratus. Historiâ ita scribit S. Ioannes Damascenus. Pij eius parentes cum masculina prole carerent, ob eam causam in diuinis templis versabantur, & à Deo obnixè precibus contendebant, ut sibi hoc suo voto frui daretur. Ac quodam die, cum peruigilium de more celebraretur, Anna ipsius mater cum orationem in longum produxisset, & cum Dei genitricis imagine, tanquam cum viua disseruisset, seque, si quod optabat, consequeretur, ipsius filio id quod peperisset, consecraturam esse, recepisset: sub orationis finem, somno arrepta, fœminam incredibili quadam atque omni sermone præstantiore, forma præditam cernit: quæ & ipsius pedem

*S. Stephanus
iunior à Bea-
ta Virg. pa-
rentibus da-
tus.*

*S. Ioann. Da-
masc. in vita
S. Stephani
iunioris.*

O. vellicans,

SÆCULI VII. vellicans, Abi, inquit, in pace, muliercula. Est enim tibi in utero filius. Ipsa autem non sine admiratione confurgens, maxima voluptate perfundebarur. At postea mature in lucem edito filio, confestim ad Blachernense templum una cum marito proficiscitur: eumque ei à qua acceperat, offert.

Annus Christi CCCCCEXXIV.

Balinghem
in Calend.
B. Mar 30.
Decemb.
S. Eguino ap-
paret B. Vir-
go.

IN Anglia tunc temporis S. Eguinus Episcopus sanctitate fulgebat. Huic cum in loco quodam deserto sese ieiuniis & orationibus totum dedisset, apparuit B. Virgo Maria, cum aliis virginibus, crucem & librum manu gestans. Quæ cruce Eguinum benedixit. Quam ob causam ibidem Cœnobium Benedictinorum extruxit, in quo & conditus est.

Annus Christi CCCCCEXXVII.

*Imaginē Dei-
para lapide
percutiens,
mala morte
perit.*

HOc tempore crescente malitia Leonis Isauri Imperatoris Iconoclastæ, cum infractores sacrarum imaginum eius affectæ, Constantino- poli non desinerent impiè agere, quidnam vni ex illis acciderit, ex Theophane sic accipe. Constantinus quidam Strator Artabaldi videns imaginem Deigenitricis stantem, apprehensum lapidem, aduersus eam proiecit & contriuit, & cum cecidisset calcauit. Et vidit in somnis stantem sibi Dominam nostram, & dicentem: Nosti quam fortem causam, in me operatus fueris? Verùm contra caput tuum hoc fecisti. Postea verò dum Sarraceni aduersus murum congressionem facerent, & ageretur bellum, currens ad murum ut fortis miles, infœlix ille eiicitur è lapide transmissò ex Mangone, machina ita dicta, contritum est caput eius & facies, dignam impietatis suæ retributionem percipiens.

Annus Christi CCCCCEXXVIII.

ANno sequenti nempe 728. S. Ioanni Damasceno manus abscissa, restituta est per Beatam Virginem. Audiamus historiam ex Ioanne Patriarcha Hierosolymitano. Cum inquit, dextera manus S. Ioannis Damasceni à barbaro Rege iussa fuisset amputari, in foro suspensa fuit. Et cum vesper factum fuit, coniectabat Ioannes furorem tyranni resedisse, misit ad eum supplex & rogans, atque huiusmodi verbis utens. Dolor mihi ingravescit, meque intolerandum in modum excruciat, neque acerbioris aculeo leuari possum quamdiu præcisâ mihi manus in aère pendet. Hanc igitur quaeso, donari mihi iubeas, ut ea humo condita, doloris acrimonia relaxetur. His precibus statim cessit tyrannus: redditaque est viro iusto manus.

Qua accepta, ille ad oratorium, quod domi habebat, ingreditur, pronoque omnino corpore ante diuinam imaginem, quæ Dei genitricis effigiem gerebat, prouolutus, excisamque manum pristinae suæ commissurâ admo- uens, intimo pectore ingemiscit, ac cum lachrymis exclamans, illam ad misericordiam propensissimam, hunc in modum obsecrare cepit. Domina, & castissima mater, quæ Deum meum peperisti, diuinatum imaginum causa
dextera

dextera mihi manus amputata est : neque enim te fugit , quid Leonem in furorem coniecerit. Quare quam celerrimè accurre , & manui meæ medicinam adhibe. Dextera excelsi quæ ex te incarnata est , per tuam intercessionem virtutes multas efficit. Tuo itaque rogatu meam quoque dexteram obsecro sanet, vt tuas quemadmodum concesseris, Filiique ex te incarnati laudes modulo concentu, ô Dei genitrix, litteris consignet, atque orthodoxo cultui adiumento sit. Potes enim quicquid lubet, vt Dei mater. Hæc Ioannes lachrymis dicens obdormiit, atque in somnis Dei genitricis imaginem videt, placitis & lætis oculis ipsum intuentem, ac dicentem : Ecce sanitati est restituta manus tua. Iam ergo sine vlla cunctatione, quemadmodum nunc pollicitus es, eam scribæ velociter scribeatis calamum effice. Experrectus igitur ille qui sanus fuerat, cum excisam manum contempleretur, eamque sanatam conspexisset, spiritu exultauit in Deo salutari suo atque ipsius matre: quoniam fecit ipsi magna qui potens est, pedibusque stans, manus in altum extulit, carmemque quod tempori maximè conueniret, cecinit; totaque nocte vnà cum vniuersa familia latebatur; ad grati animi significationem canticum nouum Deo cantans, ac dicens. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: Dextera tua manum meam amputatam sanauit, ac per eam hostes, qui venerandam tuam, ac genitricis tuæ imaginem honore minimè prosequuntur, conscindet: atque in multitudine gloriæ tuæ aduersarios, imaginum fractores per manum meam confringet.

Manum abscissam Ioanni Damasceno restituit B. Virg.

Hæc non occultè in silentio peragebantur, verum admirandus ille sonus, atque continua illa iubilatio ad vicinos sese diffundebar. Ex quo factum est, vt confestim quidam ex Sarracenis Principem suum adirent: Ioannis dexteram minimè abscissam esse affirmantes, verum alij cuiuspiam, seruo putà, aut alioqui ipsi ministranti, qui beueuolentia ergà eum ductus, seipsum Domini loco huic supplicio exposuisset: eos autem quibus huiusmodi sectio imperata fuisset, pecunia corruptos pœnam in alium transtulisse: En enim Ioannes (inquirebant) domi desidens canit, ac perindè oblectatur, ac si nuptiale festum celebraret, epithalamiumque aliquem tantum ederet, immo & huiusmodi letitiam ipsius exultatio superat. Hoc nuntio allato, statim Ioannes accersitur. Ac eum venisset, excisam dexteram extendere iubetur. Quas demonstrata, certo Dei matris consilio ac prouidentia, linea quædam in ea elucebat, verissimam excisionem esse ostendens. Tunc igitur ex eo Barbarus quæsiuit, quisnam medicus ipsum in sanitatem afferuisset, ac quænam medicamenta imposuisset? Ille clara & ingenti voce miraculum prædicat. Dominus meus, inquit, omnipotens medicus, cuius vis ac potentia orationem pari pede comitatur, in sanitatem me vendicauit, &c. Hæc Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus.

Annus Christi CCCCCCCCXXX.

IPso tempore S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus strenuè aduersus Imperatores Iconoclastas id est infractores sanctarum imaginum, eorumque affectas hæreticos, strenuè decertabat; Vnde & hoc anno 730.

SÆCVL. VII.

post multas contumelias, post multa opprobria, è sua sede pulsus est. Hic mirum in modum Deiparam coluit, & laudavit, cuius concionantis, & Mariam compellentis, verba illa meminisse oportet, & habere semper in promptu.

Excus Epist.
ad Ioann.
Episc. Sin-
nad. & ex
homilia de
Zona & fa-
scis Deipa-
ræ.
S. Germanus
Patriarcha
Cōstantinop.
praclarus en-
comiastes
Deipara.

Quis (inquit) proximè & secundum Deum ita genus curat humanum? Quis ità nostros defendit langores? Quis tam festinanter tentantis, insidiantisque dæmonis nos laqueis eripit, ereptos, expeditosque conseruat? Quis similiter pro supplicante peccatore propugnat? Quis quæ corrigi non possunt excusat amantius? Tu pro materna tua apud filium & fiducia & potentia condemnatos nos, & præ pudore in cælum suspicere non audentes Christo reconcilias, & facis amicos. Ergo qui angitur, confugere solet ad te, qui patitur iniuriam accurrit ad te, qui turbidorum temporum tempestate iactatur, tuum subindè implorat auxilium. Etenim ô Deipara quæ habes, quæque agis admirabilia sunt omnia, ingentia, summa, supra naturam, humanis superiora vitibus, tuumque ob eam rem patrociniū maius est, quam vt intelligentia possit comprehendi. Hæc ille.

Annus Christi CCCCCCXII.

Anastas.
Baron.
Gregorius Pa-
pa III. Ec-
clesiam Deip.
Virginis or-
nat.

Tunc Cathedram S. Petri possidebat Gregorius Papa III. qui multa egit ad beatissimæ Virginis honorem. Fecit enim in Ecclesia sanctæ Dei genitricis per circuitum super columnas regulare candelabrorum ad instar Ecclesiæ S. Petri Apostoli, & fecit ibidem in oratorio sancto, quod ad Præsepe dicitur, imaginem auream Dei genitricis, amplectentem Saluatorem Dominum nostrum, in gemmis diuersis pensantem libras quinque. Hæc Anastasius.

Annus Christi CCCCCCXLI.

Constantini
Copro. in
Christum &
beatam Vir-
ginem bla-
sphemis.

Defuncto impio Leone Isauro, ei successit Constantinus Copronimus, Imperij & impietatis paternæ hæres. Nam Anastasius Patriarcha publicè hæc de eius impietate testatus est. Tenens enim (vt ait Theophanes) honoranda & viuificalia signa sanctissimæ crucis, iuravit populo, dicens: Per eum qui in ipsis affixus est, sic dixit mihi Constantinus asseuerans: Nò existimes filium Dei esse quem genuit Maria, quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria autem eum peperit, sicut me peperit Maria mater mea. Quibus adedè horrendis blasphemis populus valdè commotus, probra & blasphemias in eum iacere non cessauit.

Annus Christi CCCCCCXLVII.

S Damasc. in
vita S. Ste-
phani iunio-
ris

Florebat tunc S. Stephanus iunior, ab eodem Constantino martyrio affectus ob defensionem sacrarum imaginum. Ad eum igitur aliquando accessit miles quidam nomine Stephanus, genere Armenius, ab Europæ partibus profectus, qui dimidia sui parte contabuerat, totusque præ morbo
humi

humum urgebat, cum magna illa miracula, quæ à magno hoc viro designabantur, intellexisset, atque ad eius pedes accedens, ea postulare cœpit, quæ & ipse accipere summopere optabat, & ille facile præbere poterat. At ille qui fide erga Dominum ac benevolentia præditus erat, miraculum ad ipsum transfert. Cumque ei qui ægrotabat, ut & ipsius & Matris imaginem adoraret imperasset, atque ille id faceret: sanum eum profus ac valentem reddidit. Ut igitur ad commilitones se recepit, quærebatur ex eo quam ratione conualuisset; ille autem minime eam reciebat, nimirum: Monachus quidam (dicebat) Stephanus nomine, qui apud Proconnesum in angustiſſima quadam ædicula degit, duas me imagines adorare iussit, vnam quæ Christi, alteram Deiparæ, dicebatur: ac protinùs conualui, corpusque omninò erexi. At impij illi & conscelerati manus non sine magno terrore complaudentes: Væ tibi, inquit, qui in idololatriam proruisisti. Confestim itaque eum ad summum Thraciæ Præfectum deferunt. Qui cum de eo quæſtionem habuisset, nulla interposita mora, eum ad Imperatorem misit. Is verò cum accuratius eum examinasset, atque recuperatæ valetudinis modum intellexisset, pro ea qua laborabat stoliditate, non intellexit. Verum quod ipsi summo studio erat, percunctabatur eum qui morbo liberatus fuerat, an in simulachrorum cultu perstaret. Qui cum ingenti pœnitentia se affici, atque huiusmodi simulachra execrari dixisset: Tyrannus ut ei impietatis mercedem referret, Centurionem eum creauit. Cæterum vindex Dei iustitia in vestigio ingrati illi persecuta est: nam cum statim ab aula reuerteretur, atque in equum conscendere pararet, ille subito saltitans, in terram ipsum prostravit, atque contriuit; nec calcibus in eum insilire destitit, quoad ille ingrati animam euouisset.

SÆCUL. VI.

*Miles ægrotus
venerata
Deiparæ ima-
gine conua-
lescit.*

*Ob ingrati-
tudinem
mala morte
perit.*

Annus Christi CCCCCCL.

Sed ad reliqua Copronimi monstri portenta redeamus, quæ sic pergit Snarrare Theophanes. Si quisquam inquit, corruens vel dolens, solitam Christianorum vocem emitteret, dicens, Dei Genitrix iuua, ut inimicus Imperatoris damnabatur, & Immemorabilis habebatur. De horrendis eius blasphemis in Deiparam agens Theosterictus, hæc ait. Habitu erat Christianus, mente Iudæus. Quam enim sibi Christus in domicilium elegit, gloriosissimam inquam suam Matrem omnibus aliis rebus creatis superiorem, omnium hominum salutem, mundi patrociniū, quæ propter virginitatis suæ præstantiam propè Deum versatur: huius, inquam venerandum nomen multis modis ab Ecclesia expellere studuit; eius verò intercessionem, per quas mundus consistit, illas ne nominare quidem voluit, cum diceret, nemini eam posse opitulari. Conabatur autem quod dicebat hoc exemplo confirmare. Cum enim aliquando marsupium aureis nummis plenum in manum sumpsisset, & iis qui cum ipso versabantur illud ostendisset, ab eis quærens: Quantinam, inquit, marsupium hoc valet? Multum, inquit illi. Cum verò aurum eiecisset, rursus quæsiuit; quanti-

*Apud Sarzū
die 3. Apr.
tomo 2.*

*Blasphemia
horrenda Co-
pronimi Imp.
in Deiparam:*

SÆCUL. VII. nam marsupium esset. Cumque illi respondissent, nihil valere. Ita, inquit, miser ille, & Deiparens Maria (neque enim sanctam dignabatur nominare eam indignus ille) quo tempore Christum in se habebat, valdè honoranda illa erat: ex quo autem tempore illum peperit, nihil differebat à reliquis. O blasphemiam, ô superbiam, ô immensam Dei tolerantiam, ô summam patientiam! Quomodo ipsius lingua non obmutuit, quæ aduersus Christi matrem tam superbè iniquitatem loquuta est? Quidnam à blasphemis Iudæis nouus hic Pharisæus, & Deo inuisus differebat? Ità quidem Theostictus, quem attendant nostri temporis Nouatores, sciantque se eandem habituros patrem absque dubio cum Copronymo in inferno, qui eius discipuli impietatis se esse, factis dictisque in omnibus profitentur.

Annus Christi CCCCCCLXVII.

Anast.
Biblioth.
Paulus Pa-
pa I. Orato-
rium ad hon.
Deip. con-
struit, ubi
collocatimag.
eiusdem ex
argento.

Paulus Papa primus hoc tempore nempe anno 767. feliciter obiit. Hic intra Ecclesiam B. Petri Apostoli foras muròs vrbs Romanæ, oratorium in honorem Deiparæ construxit, musiuis, & diuersis metallis illud adornans. Ibi & statuam Dei genitricis ex argento deaurato pensantem libras centum collocauit; in quo oratorio sepulturam sibi parauit.

Annus Christi CCCCCCLXX.

Alicuius lib.
4. c. 1. Du-
rant. in Rat.
Offic. diui-
norum.
Sabbatum
cur, & unde
Deipara sa-
crum.

Sub annum 770. Alcuinus Missam de B. Virgine Sabbatho attribuit, cuius institutionis hanc causam refert Durandus in Rationali diuinorum Officiorum. Olim, inquit, in quadam Ecclesia Constantinopoli visebatur imago Deiparæ, coram qua dependebat velum, quo tota tegebatur imago. Sed hoc velum feria sexta post vespèras recedebat ab imagine, nullo remouente, sed Dei miraculo, quasi deferretur in cælum, vt plenius posset imago à populo videri. Celebratis verò vespèris sabbathi ante ipsam imaginem, ibi manebat, vsque ad sextam feriam sequentis hebdomadæ. Quo viso miraculo, statutum est vt semper illa feria, de B. Virgine Sacrum caneretur.

Annus Christi CCCCCCLXXV.

Theoph.
Suidas.
Sigon. de re-
gno Ital.
lib. 3.
Sur. in vita
S. Nicetæ
Baron. to. 9.
Mors horren-
da Caprony-
mi Imp.

Sed quam horrendus exitus sequutus sit Constantinum, breuiter Theophanes narrat, sic accipe. Anno trigésimo quinto, (inchoato scilicet) sui Imperij mense Augusto tertia decima Indictione exiuit contrà Bulgaros Constantinus qui diuinitus est in cruribus plaga percussus, quæ Græcè *ἀντραξ*, appellatur. Et hinc febre validissima detentus, Archadiopolim rediit à subiectis humeris in lectum delatus. Et veniens Silimbriam, nauem ingressus est, cumque Strongylum peruenisset castellum miserabiliter in Chelandio moritur, clamans & dicens, viuens adhuc igni sum inextinguibili traditus: sanctamque Virginem & Dei genitricem laudari exposcens, cum sine fœdere eius fuerit inimicus. Hæc Theophanes. Eadem & reliqui omnes Græci auctores testantur.

Annus Christi CCCCCLXXX.

ANno 780. quidam fodiens in longis Thraciæ muris, inuenit arcam lapideam, in eaque virum iacentem, & conglutinatas arcæ literas continentes hæc verba: Christus nascetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Constantino & Irene Imperatoribus ð sol iterum me videbis. Vatis alicuius fuit sepulchrum.

Annus Christi CCCCCLXXXI.

Iisdem Imperatoribus Constantino & Irene imperantibus, nempe anno Domini 781. sedem vero Romanam tenente Adriano Papa, celebrata est secunda Synodus Nicæna. Cui cum interfuisset Constantinus Constantiæ Cyprî Episcopus, sequens miraculum Beatæ Virginis retulit dicens. Rusticus quidam (prædictæ scilicet ciuitatis) cum ingressus fuisset in templum Deiparæ vt oraret, vidensque imaginem eius depictam in pariete, arrepto stimulo quo boues vtgere solebat, oculum dextrum imaginis pupugit, & deleuit. Confestim verò vt egressus est, cum voluisset stimulo agitare boues, ferrum subito fractum est: cuius particula aduolans contra oculum dextrum Rustici, illum penitus contuit, & in terram proiecit.

Conc. 2.
Nicæn.
Rusticus pū-
gens oculum
imaginis
B Virginis,
& ipse amittit
oculum.





SÆCVLVM OCTAVVM.

Annus Christi CCCCXXXI.

Carolus Magnus Imp. Ecclesias innumeras ad honorem Deiparæ construxit.

Nitium Sæculi Octavi illustrabat Carolus Magnus Francorum Rex, & Imperator Occidentis. Hic sanè mirum in modum coluit Deiparam, multasque ad honorem ipsius in Christiano orbe ædificandas, vel reficiendas curavit Ecclesias. Sed insignis est illa Aquisgrani, vbi sepultus iacet, admirabili opere, & structura, & Reliquiis pretiosissimis ab eo ditata. In qua tunc temporis sacram vestem, vel (vt Antiquitates Carnotenses vocant) camisiã, interulam, ceu subuculam Beatæ Virginis, quam dono acceperat ab Imperatoribus Constantinopolitanis, reposuit.

Annus Christi CCCCXXXIV.

Quantius.

Idem Carolus Imperator, qui obiit anno 814. Monasterium in Vestphalia à fundamentis in Deiparæ honorem ædificauit, & ad insignem amplitudinem erexit, quod postea miraculis ad eò respensuit, vt ad illud plurimi confluentes, urbem celeberrimam in loco *Mimingrade* dicto condiderint, ac ex Monasterio Carolino deinceps illam appellarint. Duo præterea alia in gloriam Deiparæ templa erexit; primum Sicambriæ, secundum Campidonæ.

Canif lib. 3. c. 29.

Binetus in Nona prædest.

Ludouicus

Pius Imp.

*Deiparæ imaginem semper ad pectus ge-
cebat.*

Eutrop. lib.

22. rerū Ro-

manarum.

Zonar. to. 3.

Annalium.

Biedemb.

lib. 2. c. 11.

Leonis Ar-

menis Imp.

mors præstè-

sa à B. Vir-

gine.

Annus Christi CCCCXXXV.

Defuncto prædicto Carolo Imp. successorè in Regno Francorum, & Romano Imperio habuit filium Ludouicum cognomento Pium, qui etiã magna deuotione ergà B. Virginè afficiebatur. Nam eius imaginem semper gestabat ad pectus. Et si quando inter venandum aberraret, appendebat imaginem ad arboris ramum, flexisque genibus, præces ad eam dirigebat. Propterea quidam dicunt, ope, & auxilio Beatæ Virginis rediisse ad regnum & imperium, cum à propriis filiis in Monasterium detrusus fuisset.

Annus Christi CCCCXXX.

ET Ludouicus quidem imperabat in Occidente, Leo verò Armenus in Oriente. Qui cum Copronymi vestigiis insisteret: mater eius vidit in somnis Deiparam quasi in æde sibi in Blachernis dicata, iubere, vt ei propitiaretur è vase pleno etuoris, Ecclesiæ pauimentum cooperientis. Quod cum

cum auersaretur illa, Regina cæli dixit. Atqui tuus filius haud finem facit effundendi sanguinis eorum qui me venerantur, ideoque haud cessat in se Deum, filiumque meum prouocare. Neque mult post impius ille interfectus est.

Sæc. VIII.

Annus Christi CCCCCCCCXXI.

TVnc etiam cum Paschalis primus, S. Cæcilia templum, quod vetustate ruinam minabatur, magno studio in meliorem formam construere cepisset, & fama esset, corpus eiusdem S. Cæciliæ, ab Astulpho Longobardorum Rege, hostiliter Romam obsidente, furto esse per eius homines sublatum: facta Cæcilia virginali aspectu, & habitu decora, Paschali ante confessionem S. Petri, matutinali lucefcente Dominica, dum psallentium harmoniam obseruat, sopore grauato apparuit, eumque hortata est, vt suum corpus requireret & in templo quod reparauerat recondere. Cumque Põrifex obiiceret, eius corpus à Longobardis sublatum, illa in hæc verba respondit. Veritas est, quod Longobardi me multum desiderauerunt, & quaesierunt; sed gratia Dominae meæ, semperque Virginis Dei genitricis Mariæ effecit, quod nec me inuenire, nec me deportare, sicut voluerant, hinc longius potuerunt. Hæc illa. Quod ipsum Anastasius Bibliothecarius illorum temporum scriptor testatum reliquit in codice quodam è Cauensi Monasterio accepto apud Baron.

Anast. Biblioth. Baronius to. 9. Corpus S. Cæciliae Virginis & martyris conseruat B. Virgo, ne inueniatur à Longobardis.

Annus Christi CCCCCCCCXXII.

QVO etiam tempore multi pro sanctarum Imaginum defensione Imperatoribus hæreticis sese opposuerunt: vnde etiam, martyrium constanter subierunt. Inter quos sancti Theodorus & Theophanes fratres, à pueritia in monasterio S. Sabæ nutriti, sub Leone Armeno, verberibus affecti, & exilio relegati sunt. Postea Theophilo Imperatori Iconomacho constanter resistentes, multa tormenta perpeffi, in suis cruciatibus Deiparæ opem implorabant. Nam Theodoro illud semper erat in ore, Domine miserere, sanctissima succurre Deipara, ser opem clementissima parens, & subueni. Et Theophanes: Dei sanctissima genitrix opitulare patientibus, ipsa quoque fugisti in Ægyptum, portans filium, vt eum ab immanissimo Herode seruares, respice ad me, cui similis profectio malo est, &c.

Metaphr. 27. Decéb. apud Suriū. Sancti Theodorus & Theophanes in tormentis Dei-para auxiliium implorant.

Annus Christi CCCCCCCCXXVI.

SANCTUS quoque Theodorus Studita tunc temporis contra Iconoclastas spugnabat, multaue tormenta ab iis passus est, nam obiit anno Domini 826. Hic Odas & hymnos lætitiæ ob restitutionem sacrarum Imaginum scripsit, in quibus Deiparæ præconia celebrat.

Et quidem Ode secunda, vbi hæc ait. *Verè te Dominam confitemur, qua Deum peperisti, Nestory nugis neglectis, & sanctorum Patrum dogmatibus inharemus.*

Sanctus Theodorus Studitas, Deiparæ summis laudibus effert, apud Baronium tom. 9.

S.æc.VIII.

Et Ode tertia. *Sanctis sanctior, & omnibus creaturis excelior; tu sola apparuisti mater simul & Virgo Dei genitrix, cum ipsum tuum Creatorem pepereris, quapropter tuam sanctam imaginem veneramur.*

Et Ode quarta. *Instar lucernari auro exornati, te veneramur sancta Dei genitrix, qua lumen intellectuale mundo peperisti, & tenebrosam nebula dissipasti.*

Et Ode quinta. *O purissima Virgo à Deo glorificata, Civitas à prophetis merito es prænuntiata, ex qua ortus est ipsemet tui Creator, qui te post partum, ut ante, Virginem conseruauit.*

Et Ode sexta. *Sancta Dei genitrix Mater & Virgo, hymnis celebranda, & glorificanda, libera nos ab omnibus delictis, qui tuum immaculatum partum veneramur, nullum enim aliud habemus presidium præter te, O Dei sponsa.*

Et Ode septima. *O Domina Dei genitrix tu sola existis Christianorum pons securus, & fidelium gloria atque refugium à periculis cunctis omnes adiuanus & liberans.*

Et Ode octaua. *Dei genitrix que omnium es auxilium, refugium, & protectio, ostende quesumus te, quod pro omnibus qui ad te confugiunt, uales intercedere, sicut è contra, impios reuicis, tui filij potentia; omnia siquidem potes, ut eius Mater.*

Annus Christi CCCCCCCCXXX.

Anastasius
Bibliohecc.

SEdebat anno 830. in Cathedra Petri Gregorius Papa I V. qui multa fecit ad honorem Beatæ Virginis: præcipuè verò in basilica ipsius Deiparæ ad Præsepe, contulit Ciborium de argento purissimo pensans libras quadringentas, & coronas ex auro purissimo, pensantes libras decem & semis. Deinde fecit auro textilem Natiuitatem, Baptismum, Præsentationem, & Resurrectionem, habentes in capite ipsius historiæ gemmas allbas trecentas octoginta vnas, hyacinthinas quinquaginta, prasinas viginti duas, in circuitu adamantinas, habentes nomen Domini Gregorij quarti Papæ.

Annus Christi CCCCCCCXL.

Mecap. in
vita ipsius.
S. Ioannicius
Anachoreta
destruatum
Deipara tē-
plam, mira-
bili visione
admonitus,
reædificat.

SANCTUS Ioannicius Anachoreta, tunc temporis, nempe 840. sacrarum Simaginum defensor admirandus erat. Hic cum aliquando, secum ipse, vel cum Deo potius tacitus loqueretur, aquarum impetum copiosum è terra venis erumpentem conspicatus, simul oues vidit oculis captas, nihilque omnino lucis intuentes, quæ tamen illo ex fonte potabant, sitimque suam certatim explebant, visio Ioannicium maximè corripuit diu ac multum, quid illa oculis obiecta species sibi vellet, ambigentem. Cum verò ex illius regionis incolis, immaculatæ Virginis, Deique parentis ibi quondam templum fuisse didicisset: facile coniecit mansuetarum illa figura pecudum sanctos Monachos significari, qui olim in illo Deiparæ exciso, destructoque templo versati essent. Cæcitare verò, doctrinæ ignorantiam designari, atque erroris densas, crassasque tenebras, quæ complanati illius virginalis templi vastitatem consequuta essent. Fontem porro quem acceptus viderat, ut primum ad locum venit minimè reperit, fluentaque doctrinæ rarus visione illa promitti,

mitti, eo in loco situ & amœnitate pulcherrimo, non solum virginale templum denuò struendum, sed etiam Monasterium, cuius indicium visus ille fons fuerat, ponendum, ædificandumque curauit, operi manus admouet, viperamquæ vni ex saxis hærentem, ac sæuissimum morsum imprimentem, à se illæsus excussit.

SÆC. VIII.

Annus Christi CCCCCCCCXLII.

Sed ad sanctos Theodorum & Theophanem fratres, de quibus suprâ re-
deamus. Hi cum multa pro fide passi fuissent Theodorus quidem in carcere obiit; Theophanes vero circa annum 842. Dei beneficio seruatus, Niceæ creatus est Episcopus. Hic vidit restitutionem sanctarum Imaginum in templis; vnde in gratiarum actionem Odas & hymnos composuit, in quibus Deiparæ laudes celebrat. Et quidem Ode prima in hunc modum.

S. Theophanes laudes Deiparæ celebrat apud Baronium tomo 9.

Glady impiarum hæresum iam defecerunt: templum enim tuum, ô purissima, veneranda Dei genitrix, imaginibus exornatum, omni cum pietate conspiciamus, & sacro replemur gaudio.

Et Ode secunda. *Purissima Virgo, tuum præsidium nos fideles adepti, diuina prætereâ nos gratia per te illuminari precamur.*

Et Ode tertia. *Incarnatum diuinum verbum, cum pepereris Virgo, effecta es gratia plena: quapropter tui sacri templi encania celebramus.*

Et Ode quarta. *In noua nobis antiquum decorem, immaculata Dei genitrix, & domum istam tuam gratia tua sanctifica.*

Et Ode quinta. *Ille qui testimonij tabernaculum fieri sibi præcepit Deus, tanquam in rationali tabernaculo, in te solus inhabitat glorificatus, & tuam Ecclesiam miraculis gloriosam reddit.*

Et Ode sexta. *Supra caelestes choros exaltata es, purissima Virgo, dum tu sola creatoris omnium facta es Mater; gaudentes igitur clamamus: Benedicta es inter mulieres Domina immaculata.*

Et Ode septima. *Radiis intellectualis luminis illustrata, tua sacra domus, omnes fideles Sancti spiritus nube obumbrat, & sanctificat, illos vnanimiter clamantes, Benedicite omnia opera Domino.*

Et Ode octaua. *Sublata est primæ matris Eue maledictio, per te, ô sancta Dei genitrix, cum tu vniuersorum Dominum ineffabiliter pepereris Virgo, cuius imaginem nunc in figuris veneramur.*

Annus Christi CCCCCCCCXLVII.

Nec diu post, (nempè anno Domini 847. Leonis Papæ I V. primo, Basiliscus serpens Beatæ Virginis auxilio Romæ fugatus est. Historiam sic narrat Anastasius. In primo (inquit) sui Pontificatus anno, iuxta basilicam Beatæ Lucie martyris quæ in Orphea sita est, in quibusdam terris abditisque cauernis, diri generis serpens, qui basiliscus Græcè, Latinè regulus dicitur, ortus est, qui flatu suo ac visione omnes qui ad eandem appropinquabant cauernas celeriter necabat. Ipse verò Pontifex Beatissimus hæc populi necem audiens atque perniciem, ad orationem se conuertit, ac litanias, vt Dominum

Anast. Biblioth. Sigonius de Regno Italicæ lib. 5.

Basiliscus serpens Dei-para intercessione Rem. fugatus.

Sæc. VIII. deprecaretur, quo huiusmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc aguntur, præclarus ac celeberrimus dies aduenit, quo Beatæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ Assumptio celebraretur: tunc præfatus vniuersalis Pontifex à Patriarchio cum hymnis & canticis spiritalibus, sancta præcedente Icona, ad basilicam S. Adriani martyris, sicut mos est propriis pedibus cum omni Clero perrexit. De qua regressus cum omni fidelium coetu, ad basilicam B. Dei genitricis, quæ ad Præsepe dicitur, cum Dei laudibus magna populi caterua comitante properabat. Qui cum peruenisset ad locum in quo ipse sæuissimus basiliscus tetrus (vt, iam superius dictum est) iacebat cauernis: omni Clero & populo stare præcepit: atque iuxta easdem cauernas properans, super foramen, vnde spiritus pestiferi flatus egrediebantur serpentis, intrepidus stetit, & oculos in cælum pariter tendens & palmas, Christum qui est super omnia Dominus profusis lachrymis deprecatus est, vt ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret. Et data super populum oratione, Dei laudes ad basilicam quam superius memorauimus profectus est exhibere. Ab eodem verò die ipse mortifer basiliscus ita effugatus, & ab ipsis proiectus est antris, vt vltra in illis locis, nulla læsionis eius macula appareret. Hæc ille. Subdit verò Baronius, eum dicatur (inquit) basiliscus serpens fuisse, mirum quidem videri debet, cum huiusmodi genus serpentis in Cyrenaica tantum regione nasci solitum. testetur Plinius, locis arentibus, & non humidis, vt esse solent ædificiorum fornices in vrbe, qui ædificiorum amplissimorum ruina sub terram latentes cryptarum similitudinem expriment. Sed cum Deus punire vult peccata hominum, vniuersæ vbique obediunt creaturæ, vt generet, quod gignere non consuevit. Hæc Baronius.

Baronius
tomo 10.
Plin. nat.
hist. lib. 8. c.
2. in fine.

Annus Christi CCCCCCCL.

Metaphr. in
vita ipsius
apud Suriũ
14. Augusti.
S. Athanasia
B. Virginis
deuota.

FVLgebat tunc eximia sanctitate sancta Athanasia Abbatisa, quæ Beatissimæ Virgini deuotissima, templum in eius honore construxit, simul & Monasterium. Necessitate verò postulante, Constantinopolim profecta, ibi in Monasterio sex vel septem annos morata est. Quod moleste ferens: exul, inquit, facta sum è templo illius, quæ Deum peperit: quo derelicto, en hic morior. Cum igitur diuina quædam visio illi oblata esset, ausa est iis, quæ cum illa versabantur, dicere: Tempus iam instat, vt ad eum locum abeamus, vbi olim nos sedebamus. Vidi enim in mentis excessu, templi Dominae & sanctissimæ Mariæ, quæ Deum genuit, fores patefactas, nosque illum introire iussas. Cumque hæc dixisset, ex vrbe migravit, & ad Ecclesiam Beatæ Virginis rediit.

Annus Christi CCCCCCCLX.

Roger.
Houed.
Londinum
abisione Da-
niæ à Beata
Virgine Libe-
rata.

QVo etiam tempore, nempe anno Domini 860. cum Angliæ Reges essent Catholici & pij, summoque Pontifici obedientes, & Londinum huius regni vibs regia, esset obfessa à Danis, tempore Ethelredi Regis, ope Beatæ Virginis, in festo Natiuitatis eiusdem liberata fuit. Exindè Angliæ Reges

Reges ex Artus profapia descendentes, Beatæ Virginis imaginem solent *Sac.V III.*
ferre in Scutis & armis gentilitiis.

Annus Christi CCCCCCCLXII.

Teruana anno 862. recurrebat annus Assumptionis Deiparæ dies. In-
stat ciuium aliquis ea ipsa luce, contemptis feriis, interulam siuè indu-
sium acu sibi parari. Et ecce integrum apparet sanguinolentis maculis in-
spersum. Ad Hunfridum Episcopum res defertur, & adiuncto factis indusio,
id festum apud Morinos deinceps ipse præcipuum vt sit, decernit.

Meyerus
lib. 8 Annal.
Flandriæ.

Annus Christi CCCCCCCLXX.

Sed celebre miraculum aliud Beatæ Virginis quod accidit anno Domini
870. præterire non licet. Audi igitur quæ de veneranda Dei genitricis
imagine translata Damascum scribat Arnoldus Abbas Lubecensis, qui vidit,
cum peregrinatus est in Palæstinam. Ait enim. A Damasco ad tria millia
est locus quidam in montibus situs, qui Sardaneida vocatur, & à Christianis
inhabatur. Et est ibi ecclesia in rure sita, & in honore gloriose Virginis
dedicata, in qua Moniales virgines duodecim, & Monachi octo assidue Deo
seruiunt & B. Virgini. In qua Ecclesia vidi tabulam ligneam ad mensuram
vnius vulnæ longam, & latam admodum dimidiæ vlnæ retro altare in mu-
ro Sanctuarij in fenestra positam, & ferro laquealiter cancellatim firmatam.
In qua tabula effigies Beatæ Virginis aliquando depicta fuit, (sed nunc quod
dictu mirabile est) pictura super lignum est incarnata, & oleum odoriferum
super odorem balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo multi Chri-
stiani, & Sarraceni, & Iudæi de diuersis languoribus sæpè liberantur, & nota
quod oleum illud nunquam imminuitur, quantumcumque inde accipiatur.
Nec prædicta tabula à quoquam tangi audetur, videri autem omnibus ho-
minibus conceditur, oleum verò illud, à christiano religiosè conseruatur,
augmentatur, & cum pro quocumque cum deuotione & fide sincera sum-
ptum fuerit, pro honore sanctæ Virginis, commissisque solemnitatibus, in-
dubitanter impetrabitur. Ad hunc locum in Assumptione, & die gloriose
Natiuitatis suæ omnes Sarraceni illius prouinciæ vnà cum Christianis causa
orandi confluunt. Et Sarraceni cæremonialia illic sua offerunt cum maxima
deuotione. Nota quod hæc tabula primò Constantinopoli facta, & depi-
cta fuit. Tunc temporis quædam Abbatisa supradicti loci causa ora-
tionis Hierusalem descenderat, & impetrata tabula à Patriarcha Hierosoly-
mitano eam secum ad Ecclesiam sibi commissam transportauit. Fuit autem
hoc Incarnationis anno octingentesimo septuagesimo, sed postea per multa
tempora cœpit oleum sacrum ex ea manare. Hucusque Auctor.

*Oleum ma-
nat, ex ima-
gine Deiparæ
in Sardenis,
medelam af-
ferens Chri-
stiani &
Sarraceni.*

Sed Historiam omnino mirabile prolixius describit Matthæus Parisiensis
in Historia Anglorum, quam hic in lectoris gratiam apponere digni iudico.
Fuit inquit, apud Damascum metropolim Syriæ ciuitatem, venerabilis
quædam matrona, quæ sanctimonialis habitum recipiens, Deo deuotissime
seruire studebat. Et vt liberiùs diuinis vacaret obsequiis, ciuilem declinans
P 3 tumultum,

Matthæus
Parisienſis
in Hist. An-
glorum, in
Ioann. Rege.
Arnoldus à
Damasco.

SÆC. VII I. tumultum, sex ab vrbe prædicta milliariis, ad locum Sardenay appellatum recessit. Ibiq̃ domum sibi & oratorium in honorem sanctissimæ Dei genitricis Mariæ ædificans, hospitalitatis officium deuotis peregrinis & pauperibus exhibebat. Contigit autem Monachum quendam de vrbe Constantinopoli, orationis gratia, & sacra Hierusalem loca visitandi venire, qui à sanctimoniali præfata, in hospitium est charitatiuè receptus. Quem cum cognouisset ad sanctam tendere ciuitatem, rogauit eum humiliter & deuotè, vt rediens afferret secum de sancta ciuitate Hierusalem Imaginem quandam depictam, quam in oratorio suo poneret, & quæ sibi oranti Dei genitricis imaginem repræsentaret. Ille verò fideliter promisit se imaginem illi delaturum. Qui cum Hierosolymam peruenisset expletis orationibus, sui immemor promissi, redire disposuit. Cumque iter arripiens, à ciuitate fuisset egressus: ecce vox emissa de cælo dixit ad eum. Quomodo manu vacuus siccine redis? Vbi est imago quam te sanctimoniali delaturum promissisti? Tunc promissi memor monachus effectus, in ciuitatem reuersus est. Et veniens ad locum vbi imagines vendebantur, vnã quæ sibi placuit, comparauit, & secum rediens reportauit. Et cum venisset ad locum qui Gith appellatur, vbi leo ferox, & hominum deuorator in spelunca iacebat, Monacho venienti occurrens, humiliter cœpit lambere pedes eius. Et sic diuina eum protegente gratia illæsus euasit. Deindè latronum perpeffus insidias, cum manus in eum violentas extendere decreuissent, angelica eos voce increpante, aded perterriti sunt: quod nec eloqui, nec se mouere aliquotenus potuerunt. Tunc Monachus imaginem quam tenebat diligenter inspiciens, aliquid diuinæ virtutis in ea latere cognouit. Et secum deliberans vt imaginem ad suam deferret patriam, sanctimonialem defraudando inaniter laborabat. Tunc veniens ad Achon ciuitatem, nauem intrauit, volens repatriare, si posset. Cumque dies aliquot velis cucurrissent parentibus: ecce subito tempestate suborta, aded peregrinari cœperunt, vt singuli quæ sua erant in mare proiicerent. Monachus autem cum suum sacculum, inter alios veller vndis committere: dixit ad eum Angelus Domini. Vide ne feceris, sed leua imaginem manibus tuis vehementer ad Dominum. Qui Angeli obtemperans iussionibus, imaginem in altum leuauit, & continuò tempestas quieuit. Ignorantibus autem illis quò pergerent: ad Achon ciuitatem reuersi sunt. Tunc Monachus de imagine, matris Dei intelligens suisque promissionibus satisfacere cupiens, ad sanctimonialem fediit, & ab ea beneficium hospitalitatis suscepit: Ignotus tamen ei erat propter frequentiam, & ideò imaginem ab eo non requisit. Monachus verò hoc ipsum aduertens, cogitauit cum imagine remeare. Manè autem facto, cum abeundi licentiam impetrasset, gratia orationis oratorium intrauit. Et cum facta oratione exire voluit, ostium inuenire non potuit. Ponens ergò quam tenebat imaginem super altare oratorij ostium vidit apertum. Et cum iterum assumpra imagine, ab oratorio exire moliretur, qua egrederetur non inuenit. Videns tamen Monachus circà ianuam diuinam virtutem, posuit eam in oratorio super altare: & rediens ad sanctimonialem fæminam, omnia per ordinem retulit, quæ de imagine mirabiliter vt superius relatam est, gesta sunt. Dixit ergò diuinam esse voluntatem, vt imago ibi remaneret, & debito ibidem veneraretur.

Leo non audeo ledere Monachum super se portantem imaginem Deip. Item nec latrones.

Tempestas cessat in elevatione imaginis B. Virginis.

Alia miracula.

retur obsequio. Accepit ergò imaginem sanctimonialis, benedicens Dominum, eiusque genitricem, de omnibus quæ sibi monachus reuelavit. Monachus quoque in eodem loco residuum vitæ suæ peragere decreuit, propter virtutes quas Dominus fecisse cognouerat per imaginem sanctæ suæ genitricis. Cœpit autem imago deinceps valde ab omnibus venerari: & cœperunt omnes in ea Dei magnalia admirari.

His ità gestis Sanctimonialis locum præparans, (vt sibi videbatur) honestiorem, in quo imaginem poneret, rogauit presbyterum quendam, tanquam se digniorem, & morum honestate præditum (vt credebat) vt vestibus sacris indutus, ad imaginem accederet, & eam ad locum prænominatum transferret. Ille autem verebatur nimis eam tangere, quia à tempore illo, quo super altare posita fuerat, sudare cœpit, & liquorem olei lucidissimum emittere non cessauit. Quam desudationem fœmina sanctimonialis, prius cum syndonæ munda detergens, postea vasculum parauit aneum, & liquorem recepit. Quem cum in nomine Domini eiusque genitricis, infirmis tribuisset: à variis languoribus ilicò sanabantur, & hucusque sanantur. Presbyter autem prædictus, ad imaginem temerè accedens, & vt eam transferret, protinus vt liquorem ex ea manantem tetigit, arefactæ sunt eius manus, & post triduum obiit. Postea verò nullus præsumpsit imaginem præter solam sanctimonialem tangere, vel eam de loco mouere. Tunc fœmina religiosa, subter imaginem vasculum præparauit vitreum, in quo liquor ab imagine reciperetur, & infirmorum necessitatibus seruaretur. Procedente denique tempore, res dictu mirabilis contigit, & hæctenùs inaudita. Nam imago præfata, admirantibus cunctis, cœpit paulatim mammillas carnis emittere, & mirabiliter carne vestiri. Vndè hucusque carne videtur induta, à qua liquor ille incessanter distillat, quem liquorem, fratres templi, ad domos suas deferunt, cum inducias habent à paganis, vt peregrinis orationis gratia aduentantibus, indè distribuatur, qui honorem Dei genitricis in diuersis mundi partibus reuerenter attollant.

Sunt autem Monachi in quadam Monasterij parte, diuinum agentes officium: sed dignitas & Monasterium sanctimonialium est propter reuerentiam prædictæ mulieris, quæ locum illum prius inhabitauit, & in honorem sanctæ Mariæ Dei genitricis, oratorium fabricauit. Contigit in illis diebus Soldanum Damascenorum, qui monoculus fuerat, oculo qui restabat infirmari, vt visum penitus amittens, cæcus effectus sit. Qui audiens de de imagine memorata, per quam Deus tanta operabatur miracula, venit ad locum, & oratorium intrauit. Et licet paganus esset, fidem in Domino habuit, & procidens in terram, diu prostratus orauit. Surgens autem ab oratione, vidit ignem in lampade ardentem, quæ ante imaginem Dei genitricis Mariæ pendebat, & visum se recepisse gauisus est. Glorificauit ergò Dominum, & omnes qui hoc cum ipso viderunt. Et quia primò lucem viderat in lampade coruscantem, vouit Domino votum, quod annuatim deinceps daret sexaginta metretas olei ad luminaria eiusdem oratorij, in quo per merita B. Virginis Dei genitricis visum receperat. Hæc autem omnia acta sunt circa annum 870. Hæc ille, qui subdit aliud egregium miraculum quod accidit anno Domini 1204, de quo infra Deo fauente, suo loco scribemus.

Monachus presbyteri volentis transferre imaginem Deiparæ, arefcunt.

Imago Deiparæ Virginis in Sardinay carne vestita.

Soldanus Damasci cæcus, visum recipit ad imaginem Deiparæ Virg. in Sardenay.

SÆC. VIII.

Annus Christi CCCCCLXXVII.

Carolus Caluus sacram Tunicam B. Virginis dat Carnotensibus

Circà hæc tempora Imperij habenas moderabatur, Carolus Caluus Francorum Rex, qui vt testatur Historia Ecclesiæ Carnotensis, sacram vestem ceu interulam, quam vulgò Camisiam vocant, dedit Ecclesiæ Carnotensi quæ quidem (vt suprâ diximus) fuerat missa Carolo Magno ab Imperatore Constantinopolitano, & in basilica Aquisgrani à se constructa, collocata. Quæ fuerit causa tantæ donationis, prædictæ Ecclesiæ historia non refert.

Annus Christi CCCCCLXXXVII.

Parisiensis ciuitas à Northmannis obsessa, opo B. Virg. liberatur.

Sequitur annus Domini 887. quo Northmannorum obsidione Parisiensis ciuitas laborans, Dei misericordia implorata, precibus Dei genitricis, cui ciuitas dicata est, & sancti Germani Episcopi, atque sanctæ Genouefæ, & aliorum Sanctorum eius Ecclesiæ patronorum liberata tandem fuit. Cecinit eiusmodi obsidionem duobus carminum libris Abbo, qui Aimoini historici fuit discipulus, vt idem auctor in eorundem librorum præfatione testatur. Scripsit tunc temporis, Fulco Rhemensis Episcopus Epistolam ad Carolum Crassum, pro obsidione Parisiensis auxilium implorans. Scripsit idem ad Stephanum Papam, de quibus literis Frôdoardus agit in vita ipsius Fulconis Archiepiscopi Rhemensis, in quibus meminit de Parisiensis obsidione.

Annus Christi CCCCCCCCXC.

Vita eius apud Suriũ 29 Nouẽb. S. Radbodus in infirmitate sanatur, & consolatur à B. Virgine.

Non est hic prætereunda sublimis illa visio, quam sibi obtigisse sanctus Radbodus Episcopus Traiectensis, quibusdam è suis indicauit. Cum aliquando grauius decumberet, ita vt viuendi spem omnem abiiceret, beatissima Dei genitrix semperque virgo Maria, subsequenter ipsam sanctis Virginibus Tecla & Agne, cum multa luce ei apparuit, totum habitaculum splendore perfundens. At ille tanta visione valde perterritus, loqui præ timore nihil potuit, & propemodum exanimatus est. Tum verò porta salutis, Domina mundi, consolationis medicinam ei adhibens, omnemque non modo timorem, sed etiam languorem depellens: Ne timeas, inquit Radbode, certus eam te intueri, cui crebrò supplices offers preces. Non ego te meæ dedignor consolari præsentia, qui in tuis ad Deum precibus mei semper memoriam vsurpas. Noueris autem, nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi. sed curatum te iri, nec tamen diu postea in carne victurum. Securus esto tui, vigilare & operari ne cesses, sed perge, vt cœpisti. Sub his verbis repente splendor ille disparuit, sed permansit diu odor gratissimus, & morbus omnis planè ablatu est. Hæc cum ille clam quibusdam è suis exposuisset (neque enim se viuente voluit cuiquam ea innoscere) simul etiam formam, habitum, ornatum sanctissimæ Matris Dei illis explicauit: addens pulchritudinem eius neminem satis posse admirari: sanctas autem Virgineis Teclam & Agnem, tam ex vultu, quam vestitu, potuisse dignosci.

Annus



SÆCVLVM NONVM.

Annus Christi CCCCCCCCCII.

Metaph. fin
vita S. Theo-
cristes apud
Suriū to-
mo. 6.
Baronius.

Templum
B. Virginis
insigne in
Paro Insula.

Nisiris Du-
ci tēpli Dei-
para viola-
toris interi-
tus.

ERAT tunc temporis in Pato Insula, beatæ Virginis templum in-
gne, quod fere totum destructum fuit anno 902. à sacrilego quo-
dam Nisirī qui tunc imperabat. S. Simeon Metaphrastes elegan-
tiam templi huius, simul & vltionem diuinam in sacrilegum illum Nisirim
describit in hunc modum. Erat templum frequentibus fultum columnis.
Ex lapide basilico, & secto lapide, vestiti erant eius parietes, non secus ac
columna. Lapidem autem tenuem & subtilem ad eò effecerat artifex: vt vi-
derentur parietes esse inducti textis byssinis. Marmoreus verò nitor, tantum
lapidum ostendebat candorem & splendorem, vt vel margaritarum supera-
ret fulgorem. Tam egregius erat lapis, vel potius studium artificis, quod
etiam contendit naturæ tribuere pulchritudinem. Tegumentum autem
quod diuinæ mensæ impositum erat, mirabile & stupendum. Ita enim erat
formatum, vt non videretur habere naturam lapidis, neque ferro, arte & ma-
nibus esse excisum: sed simile erat cuidam succo lactis. Nisiris autem, qui
imperauit Cretæ copiis naualibus, cum hic fuisset, & eius elegantiam admi-
ratus fuisset, in animo habuit, id in Cretam transmittere. Postquam autem
portas est dimensus, hoc sacrum & diuinum tectum deiecit humi, & ad
portas traxit, vt educeret. Id verò repente factum est maius, & maius, idque
sapè, donec tandem cessit Arabs. Cum autem frustra laborasset, & scopum
non potuisset attingere: furore correptus, cogitauit id confringere. Ille au-
tem haud ità multo post, dedit pœnas insolentiæ, vt qui nauem fregerit in
Eubœæ promontorio, quod vocatur Xylophagus, & fuerit in eo subuersus.
Hæc Metaphrastes.

Annus Christi CCCCCCCCCVIII.

Hist. Eccle-
siæ Carnot.
S. Antonin.
2 p. Hist. tit.
16. c. 2. §. 5.

Carnotensis
ciuitas obses-
sa liberatur,
ostensa ini-
micis Despa-
ra tunica.

CIRCA hæc tempora, nempe anno Domini 908. regnante in Gallia Ca-
rolo Simplice, Gauzelino 47. Episcopo Carnotensi sedente, prædicta
ciuitas per beatam Virginem obsidione liberata fuit. Nam Rollo North-
mannus, nobilis quidem, sed per vetustatem obsoleta prosapia patria pulsus,
multos quos vel æs alienum, vel conscientia scelerum exagitabat, magnis
spebus sollicitatos, secum adduxit: piraticam aggressus, Carnoti adhæsit.
Cuius ciues nec armis nec muris confisi, Beatæ Mariæ Supparum, id est Ca-
misiā venerantur, quam à Carolo Caluo acceperant. Hanc igitur ad mo-
dum vexilli super propugnacula custodum exposuerunt. Hostes visam ride-
re cœperunt, & in eam sagittas dirigere. Quorum oculis, mox obrebratis
nec

nec retrocedere, nec antecedere valebant. Quod videntes oppidani, multa eorum se cæde fatiarunt. SÆCULI. IX.

Annus Christi CCCCCCCCCXX.

Verùm relicta Gallia, ad Hispanias properemus, & quæ miracula apud Montem ferratum fuerint facta videamus. Dicunt igitur antiquæ historiæ quædam, anno Domini 920. inuentam fuisse Imaginem Beatæ Virginis Montis ferrati, inter altissimos scopulos Barcinoniæ, ex relatione pastorum qui quothidie Angelorum concentum audiebant. Quare Clerus & populus processionaliter ad locum accedens, audiuit prædictum concentum. Querentes ergo inuenerunt sanctæ Virginis Imaginem in spelunca, ex qua odor suavissimus omnium florum & aromatum suauitatem superans, procedebat. Verumtamen certum est Inuentionem istam esse antiquiorem, factamque fuisse tempore Ludouici Balbi, circà annum Domini 870. quo tempore Comitatum Barcinonensem tenebat Godefridus Pilosus, qui que habebat vnicam filiam Richildim nomine à dæmone obsessam, quam cum Ioannes Guarinus Eremita, in illis partibus solitariam vitam ducens liberasset, & denique violasset, in superque occidisset, à Beata Virgine, vitæ reddita est, vt videre est apud Oliuerium Monachum in libro Miraculorum B. Mariæ Montis ferrati.

*Imaginis
B. Virg. Adon-
tis ferrati
inuentio.*

Annus Christi CCCCCCCCCXXX.

Item in partibus Hispaniæ sequens miraculum accidisse anno Domini 930. legi in quodam antiquo Codice. Est autem huiusmodi. Iudæa quædam in partu laborans certissimam mortem expectabat. Cum autem vicinæ mulieres Christianæ eam visitassent, & vidissent eius cruciatus, instabant vt se Beatæ Mariæ commendaret. Quæ prout loqui potuit, ait. O Domina Maria, licet, non sim digna rogare te, cum sim de genere eorum, qui occiderunt filium tuum: tamen audio quod clementia tua se extendit etiam ad peccatores. Si ergo liberaueris me, en promitto vnâ cum prole baptismum suscipere. Et ecce subito peperit filium. Et quia tunc vir suus Iudæus agebat in remotis: surrexit mulier & cum nato filio baptismum suscepit. Tandem reuersus maritus suus, cum hæc audisset, euaginato gladio puerulum interemit, Tunc mulier cœpit clamare. Insurgunt vicini, Iudæus fugit, & quia ciuitas clausa erat, exire non poterat. Vnde cum locum non haberet refugij, vidit discurrendo per ciuitatem, quod oratorium Beatæ Virginis erat apertum. illuc intrauit, ibique cum expectaret eos, quos sciebat ad capiendum se venire, & sciret pro certo mortem sibi imminere, videns in altari Imaginem Beatæ Virginis, sumpta fiducia cœpit dicere. Heu Domina Maria, verè misericordia tua magna, quæ me canem pessimum, qui occidi filium meum, permittis stare in domo tua, & in præsentia tua. Audiui quia magna est bonitas tua, fac ergo propter te, mecum misericordiam: nam veraciter credo Iesum Christum ex te natum, sine virginitatis tuæ amissione, & ipsum fateor Deum verum, & hominem, in lege nostra promissum, cuius misericordiæ non est numerus. Cumque fletet,

*Oliuerius in
lib. Mirac.
B. Mariæ
Montis ferrati.
Vide etiam
vitam Ioan-
nis Guarini
in vitis Pa-
trū Occid.*

Q 2 venit

SÆC. IX.

venit curia quærens ipsum, & ibidem inuentum ligauerunt. Ipse verò cœpit baptismum petere dicens: vt cognoscatis, quia non propter timorem mortis baptizari requiro: nunc supplico vt me baptizetis, & mox ducatis ad mortem. Quia si negare vultis baptismum, Iesum Christum redemptorem mundi accipio in datorem baptismi, & sanguinem meum accipio pro aqua. Tunc stupefacti, promisit curia ipsum baptizari, & sic ad carcerem postea duci. Iudæa verò accedens vt videret filium recenter iugulatum, vidit ipsum viuere, & ridere. Moxque gaudens, audita baptizatiōe sui mariti, portans filium cucurrit ad curiam, & ostendit puerum viuentem, sola cicatrice remanente in gutture. Et ecce mirantur omnes, educiturque Iudæus paulò ante baptizatus, de carcere. Moxque puero illi data est perfecta vox: & in præsentia totius populi, hæc dicitur protulisse. Mater misericordiarum, & totius consolationis, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum, mater Christi, Filij Dei, intacta, me in suum seruitorem adoptauit. Tunc omnes laudantes beatam Virginem, Iudæum baptizatum permiserunt abire liberum. Qui seruans ex corde Beatæ Virginis, multa de ea contra Iudæorum perfidiam conscripsit: & tandem filius excrefcens, & in bono proficiens, beatissimæ Virginis deuotissimus seruus extitit.

Pueri mortuum ad vitam reuocat B. Virgo.

Quid etiam in Gallia acciderit tunc ex antiquis codicibus referam. Est autem huiusmodi. In episcopatu Carnotensi ancillaciuusdam militis cum ipso peccabat, in iniuriam Dominæ suæ vxoris illius. Septies tamen in die solebat deuotè Beatam Virginem salutare. Domina etiam erat valdè deuota Beatæ Virgini, quapropter sæpè vindictam ab ea contra ancillam suam postulabat. Semel autem valdè irata dixit ancillæ suæ. Profectò iam dudum per cognatos & amicos te curauit occidendam: sed gloriosa Virgo mihi hac nocte apparuit, præcipiens ne tibi nocerem, quia ancilla eius es. Statim illa compuncta, quandoquidem (inquit) Beata Virgo dignata est me vocare ancillam suam: ecce promitto tibi, quod veram ipsa de me faciet pacem, quia nunquam vltèrius tibi iniuriam faciam; sed pro amore Dominæ nostræ à modo recedam. Et statim de Episcopatu exiens, ad Monasterium Bonæ spei in Episcopatu. Cameracensi deuenit: & ibi Deo, & Beatæ Virgini vsque ad mortem laudabiliter seruiuit.

Ancilla peccatrix Dei, pro auxilio respicit.

Ipsò quoque anno Cameracensis ciuitas ope B. Virginis à furore Hungarorum siue Hungarorum qui eam obsidebant, liberata est.

Annus Christi CCCCCCCCXL.

Ioannes Abbas in vita ipsius, in Bibliotheca Cluuianensis

IN illis diebus sanctus Odo Abbas Monasterium Cluuianense regebat, nam obiit anno Domini 940. qui cum Latronem quendam conuertisset, Celleratio fratri eum ad obediendum subdidit. Etenim cum idiota esset, vtrumque ei imposuit, scilicet obedientiæ iugum, & studium literarum. Quod deuotè ita peragebat, vt vnâ manum obedientiæ porrigeret, altera verò psalterium ferret. Sicque frater iste vitam suam peragens, post paucum tempus, exilij huius vitæ suscepit finem. Nam cum in extremo vitæ laboraret, vocauit B. Odonem, singularem supplicans locutionem. Cui cum veniam peteret, interrogauit eum, si in aliquod peccatum incidisset post

post Monachatum. At ille. Nudo cuidam, te ignorante, mea culpa tunicam nostram tribui, & funem pilis contextum de cellario abstuli. Quem cum interrogasset, quid ex ea fecisset, Refrenando, inquit ingluuiem, quam dudum malè viuendo contraxi, ventrem meum ex ea circumligavi. Super quod factum stupefactus pius pater, cum vellet eam ab eius visceribus tollere, cutis quæ ei adhæserat, vna cum sanie est secuta. Adiecit, & ait Hac nocte pater, in cælis eleuatus sum per visionem. Obuiavit autem gloriosissimæ personæ, & excellentissimæ potestatis mulier, appropinquansque ait mihi. Cognoscis me? At ego. Nequaquam Domina. Et illa respondit. Ego, inquit, sum mater misericordiæ. Cui ego. Quid iubes vt faciam Domina? Et illa respondit. Post triduum venies huc tali hora. Quod & factum est. Terria enim die, hora qua dixerat, defunctus est. Inde beatus Odo consuetudinem tenuit, beatam Mariam Matrem misericordiæ vocare.

Hic cum refrigescente monastica disciplina S. Benedicti Regulam ad pristinum statum reducere voluisset; vt reformatio facilius succederet, instituit, vt in omnibus Congregationis suæ Monasteriis, singulis diebus sabbathi, non impeditis aliquo festo, ab octaua Purificationis, vsque ad Quadagesimam, à Paschate vsque ad Rogationes, à Pentecoste vsque ad Aduentum diceretur Officium de B. Virgine, quem ritum postea vniuersalis Ecclesia recipiens comprobauit.

Annus Christi CCCCCCCCCCLV.

Circà hæc tempora, nempe anno Domini nongentesimo quinquagesimo quinto, gens Hungarorum omni bellua crudelior, cum innumerabili multitudine erupit, omnemque Noricorum regionem à Danubio vsque ad nigram syluam, & partem prouinciæ Alamanorum vsque Hilaram fluiuium, deuastando occupauit: quæ Licum quoque transiens Ecclesiam S. Afræ combussit, atque ciuitatem Augustam obsidione circumdedit. Sed Iosue, nempe S. Vldarrico huius ciuitatis Episcopo, arcam Domini in pectore mundo gerente, & cum Sacerdotibus ac Leuitis, tubis, id est maxima prece ad Deum, & ad eius sanctam genitricem Mariam semper Virginem pro sua ereptione clamantibus, Hungari, qui erant ciuitas diaboli Ierico, ceciderunt. Nam comperto Otthonis gloriosissimi Imperatoris aduentu, retracta obsidione, obuiam pergunt, inito pralio, multa milia Hungarorum ceciderunt, cæteri arripuerunt fugam.

Annus Christi CCCCCCCCCCLX.

Hoc etiam tempore florebat S. Adalbertus Pragensis Episcopus & martyr, qui cum adhuc infans vbera matris sugeret, in grauem vitæ discrimen incidit. Quare parentes summo dolare affecti, ad Matrem misericordiæ confugientes, dixerunt: non nobis Domina, non nobis viuat puer iste, sed Clericorum portet iugum. Sic dicunt, ponuntque sub altare B. Virginis, statimque vis doloris abscessit, infantulus ad se rediit sospes in omnibus membris. Bona Angelorum Imperatrix Augusta, virgo perpetua, sic se inuocantium

S. Odo B. Virginem Matrem misericordiæ vocare consuevit & quare.

S. Antoninus 2 p. hist. tit. 15. c. 6. §. 1. Piræus In Triplici Corona cap. 12. Rubr. Breuiarij. Cluuiac

S. Odo quid instituit ad honorem Deiparæ.

Berno Abbas in vita S. Vldarr. apud Sur. 4. Iulij Baron. tom. 10.

Augusta ciuitas ab Hungaris obsessa ope B. Virg. liberatur.

Sur. 23.

April.

S. Adalbertum sanat B. Virgo.

Sæc. IX.

uocantium ad Deum portat hominum vota, dum negare nescit ex corde petentibus, dum de cælo fert opem ægris mortalibus. Splendida stella maris, signasti iam seruum Virgo Maria tuum. Hæc auctor vitæ ipsius.

Annus Christi CCCCCCCCCCLXX.

TVnc etiam sanctitate florebat sancta Opportuna Abbatisa, quæ cum in lecto mortis decumberet, quadam nocte, dum iam aurora dici sequentis inciperet, in domo vbi quiescebat, maximi luminis splendor apparuit, & suauissimi odoris mira fragrantia efferbuit. Tunc dilecta Deo virgo vidit Beatam Cæciliam & sanctam Luciam causa visitationis ad se venire. Quas cum vidisset, blando sermone ita salutauit: Auete sorores Cæcilia & Lucia. Quid præcepit ancillæ suæ, gloriosa Virgo Maria, cælestis Regina, & omnium virginum Domina? Respondentes sacræ virgines Cæcilia & Lucia dixerunt: ô splendidissima sponsa Christi Opportuna, expectat aduentum tuum intacta Virgo Maria, vt filio eius coniungatis in cælo, quem totis visceribus dilexisti in mundo. Itaque suscepto deuote Eucharistiæ sacramento, respiciens ad ostium domus, dixit his qui psalmos decantabant: Ecce aduenit Domina mea B. Virgo Maria, cui vos commendo, quos in hoc seculo amplius non videbo. Extendente autem ea brachia, quasi Matrem Dei vellet amplexari, sancta eius anima carne est soluta, & viuit cum Christo per æterna secula.

*S. Opportuna
merionda
apparet
B. Virgo.*

Annus Christi CCCCCCCCCCLXXXV.

*Vdonis Ar-
chiep. Ma-
gdeb, horren-
dus interit.
Nancletus
generat. 34.
Tritem in
Chron Hir-
saug. Cani-
sus de
B. Virg. lib.
5. c. 20.
Vuilhelm
Grannus in
Spec. Exépl.
dist. 9. num.
175. Cartha-
gena de
B. Virg. to.
4. de miran-
dis Deipar.
5. 171.
Vdoni scien-
tiarum donū
tribuit
B. Virg.*

IPso tempore nempe anno 985. contigit mors horrenda Vdonis Archiepiscopi Magdeburgensis, siue Parthenopolis in Saxonia. Is primo inertis ingenij & ad literas parum idoneus, dum in Ecclesia maiori sancto Mauritio eiusque sociis dicata prostratus, Deiparæ clementiam, & sancti Mauritij patrocinium ad ingenij acumen obtinendum implorat, aliquantulum obdormiuit. Cui Deipara apparens, non solum scientiæ inquit, munus tibi tribuo, sed etiam post huius Episcopi mortem, Ecclesiam Principis mei Mauritij tuæ fidelitati commendo: quam si bene rexeris, præmium grande conseruis sin autem male, in animo & corpore morieris. Ille euigilans, in omni scientiâ peritissimus apparuit, & post biennium in defuncti Archiepiscopi locum, multorum suffragio delectus, aliquantulum diu benè vixit. Post aliquod verò tempus, in omne scelus prorupit. Nam facultates Ecclesiæ dilapidabat, mulieres etiam Deo sacratas violabat. Cumque multis annis malè vixisset, & quadam nocte cum Abbatisa quadam cubaret, vox ad eum huiuscemodi facta est. Cessa de ludo, quia lusisti satis Vdo, quam ille contempsit: sed cum sequenti & tertia nocte cum ingenti fragore eadem vox intonuisset, aliquantulum ingemuit, verum minime respuit, quare post tres menses, quidam Canonicus Fridericus nomine, nocte orans pro Ecclesia, præsertim Magdeburgensi, vidit Christum in Ecclesia, in aurea cathedra sedentem, & iuxta eum Virginem gloriosam in alia item aurea cathedra confidentem, Sanctorum multitudine stipatos. Cumque sanctus Mauritius

de Vdo

de Vdone conquestus esset, Christo iubente, à latere Abbatissæ abstractus, eoque adductus est, quem sanctus Mauritius seuerius intuens, hæc ad Christum. Domine, inquit, ecce iste Vdo non Episcopus, sed lupus: non pastor, sed raptor, maculator, & deuorator est dominici gregis: adiecitque Deiparam ei scientiam tribuisse, & Ecclesiam Magdeburgensem commendasse, quin etiam eum tertio monitum, vitam suam nequaquam emendasse. At vero Christus eum decollari præcepit: quare ab Angelo capi e truncatus, in eodem templo malè periit, sed ante decollationem multis pugnis collum Vdonis validè percussit, & post quemlibet pulsus, hostia polluta per os Episcopi in calicem ab eo paratum decidebat: quas omnes cæli Regina reuerenter accipiens, diligentissimè lauit, & suprâ altare cum calice posuit. Mane autem facto calicem cum hostiis in altari, & caput Vdonis abscissum, ac truncum corpus, quod in suo sanguine iacebat, inueniunt: pauimentum vero marmoreum, atque candidum, aded est sanguine infectum, vt ei connaturalis videatur. In eo autem loco, vbi est decollatus, noni Episcopi ad orationem prosternuntur, vt exemplo Vdonis sibi caueant. Canonicus vero Fridericus, qui hæc omnia non in somnis, sed apertis oculis viderat, ea cunctis narravit.

Annus Christi CCCCCCCLXXXV.

Regnabat per id tempus, nempè anno Domini 988. Hugo Capetus Rex Francorum, cui successit Robertus filius. Ipsi igitur, & alij Reges ex ista linea & prosapia procedentes, semper, verbis, scriptis, & factis confessi sunt, se per Beatam Virginem Regnum Francorum tenuisse.

Moritur etiam hoc anno mirificus ille S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, cui in hac vita apparuit B. Virgo, singularemque ei honorem exhibuit. Nam cum nocte quadam perrexisset ad Ecclesiam B. Virginis Dei genitricis Mariæ vt oraret: Beata Virgo, comitata numerofo Virginum choro venienti occurrit, & summo cum honore susceptum, ad suam Ecclesiam quo tendebat ducere cœpit, præcipientibus duabus de choro puellis illud Sedulij carnem, atque dicentibus:

Cantemus socia Domino, cantemus honorem,

Dulcis amor Christi personet ore pio.

Quos versus cum chorus Virginum retumendo percantaret, prædictæ binæ præcentrices, binos qui sequuntur in ordine versus prosequuta sunt.

Primus ad ima ruit magna de luce superbus:

Sic homo cum tumuit primus, ad ima ruit.

Sicque donec vit Dei in oratorio perductus esset, virgineus chorus primos, & Virgines binæ, binos, iuxtà quod series hymni sese habet, versus modulatz sunt.

Verum quo miraculo sanctitas futura huius B. viri Dunstani sit declarata, cum adhuc detineretur clausus in utero matris suæ, Osbernus Monachus scribit in hunc modum. Eo inquit, nobilius in huius mundi lucem prodiit, quo sub materni situs ipso adhuc angustia clauso, diuino miraculo designatum est, præclarum mundo per eum lumen oriturum. Cum etenim mater

eius

S. sc. IX.

Robertus
Rex B. Vir-
gini deuotus.

Osbernus
Monach. in
vita ipsius
apud Surium
19 Maij.
S. Dunstans
apparet
B. Virgo.

SÆC. IX.

eius eo grauida, spe prolis futuræ lætaretur, dies Purificationis B. Matris Dei festiuis illuxit. Multitudo ergo vtriusque sexus hominum, pro excellentia tantæ festiuitatis circumquaque coacta, fluxit ad Ecclesiam, quæ antiquitùs Glasconiæ de lignis miro opere fabricata, in honorem erat eiusdem Dei genitricis consecrata. In qua multitudine, nobilitate dignitateque præcellens pater sancti Dunstant Heistanus nomine, cum Chinedrita matre eius, ad Dei seruitium properabat, ambo cereos, quos pro ritu ipsius diei Deo offerrent, deferentes. Iam Missæ sacrificium celebrari cœperat, & immentus populus immensa luminum claritate refulgens, in domo Dei laudibus diuinis intendebat. Tunc subitò in sua serenitate cœlo manente, admirantibus cunctis, cuncta simul luminaria extincta sunt. Aspiciunt igitur singuli super se inuicem, ac pro nouitate insueti prodigij metu nimio percelluntur. Verùm dum attoniti starent, & quid certi de tali euentu sentire deberent, ignorarent: erectis vultibus, intuentur flammam ignis cælitus labi, & cerum, quem mater Dunstanti in manu tenebat, ex ea accendi. Qui ergò prius de luminarium extinctione magnoperè fuerant admirati, nunc de tam cælestis flammæ emissionem, quàm & de cerei prægnantis mulieris accensione, maiori sunt admiratione perfunsi. Accedunt itaque singuli ad lumen cælo demissum, & indè recipiunt lumen amissum.

*Signa futura
sancti
in S. Dun-
stanti.*

Annus Christi CCCCCCCCCXC.

Aliud præterea in Anglia circà hæc tempora insigne miraculum B. Virginis, in quodam peruetusto Codice legi. Est autem huiusmodi Quædam Domina in Anglia, magnæ pulchritudini quam habuerat à natura, superaddebat quod poterat, ex inquisitione vestium & loturæ. Cum autem in quodam festo egregiè ornata, se in speculo inspexisset; multum placuit sibi ipsi. Et cum à pedissequa, quæ cooperabatur ei in compositione quæsiuisset, quid sibi de sua pulchritudine videretur, & illa diceret: vos estis Domina mirabiliter speciosa. Tunc miserrima illa Domina subiunxit dicens: Ego puto, quod non fuit ità pulchra mater Christi. Cumque sic ornata processisset ad Ecclesiam, apparuit leprosa horribiliter, ita quod qui consueuerant ei occurrere, velabant oculos suos, claudebant nares, & eam plurimum horrebant. Sed cum ipsa non modicum miraretur, dictum est ei. Tu es leprosa, & horribilis cunctis videntibus vultum tuum. Tunc illa recordata verbi stulti quod protulerat, de sua pulchritudine præsumendo, pœnitentia ducta, post lachrymas & ploratus, tandem per intercessionem, Beatæ Virginis, cuius detraxerat pulchritudini, ad statum pristinum est reducta.

*Mulier pul-
chra, lepra
percussiturob
blasphemiã
in B. Virgi-
nem.*

SÆCVLVM



SÆCVLVM DECIMVM.

Annus Christi 1000.

Sequitur annus Domini millesimus, multis à Beata Virgine miraculis illustratus. Et primo qualiter sancta Chunegundis illasa exierit ab igne dicamus. Hæc fuit vxor S. Henrici Imperatoris, & ambo in perpetua virginitate manserunt. Henricus autem instigante diabolo, vxorem de quodam milite suspectam habens, super candentes carbones quindecim pedum longitudine, nudis pedibus eam incedere fecit. Quæ ascendens dixit. Sicut me ab Henrico, cæterisque me intactam nouisti, ita me adiuua Virgo Maria. Cui vox desursum delata dixit. Maria te virginem adiunabit. Totam igitur candentem massam illasa transiit.

Tunc etiam eximia sanctitate fulgebat S. Stephanus Hungariæ Rex, Deo toto pectore deditus & addictus: seipsum quoque, & Regnum suum, per vorum & oblationem in perpetuam Virginis Mariæ tutelam assiduè precibus contulit. Cuius sacratissimæ Virginis honor & gloria, tam est celebris apud Hungaros, vt festum Assumptionis eius, tacito proprio nomine, sua lingua diem Dominæ appellent. Atque vt Rex piissimus, propensiores tantæ Virginis defensionem & patrocinium posset promereri, in ipsa regia ciuitate, quam Albam vocant, in eiusdem perpetuæ Virginis laudem & honorem, grandem & insignem atque imprimis celebrem basilicam condidit, opere sanè mirifico, celatis Chori parietibus, & pavimento marmore strato. Quam basilicam qui vidit, testimonium perhibet dictis nostris, innumera illic haberi palliorum & eorum quæ paramenta vocant, genera, tabulas altarium non paucas ex auro purissimo, preciosissimorum lapidum ordinibus conspicuas. Eucharistiæ adiculam, quam ciborium dicunt arte mirabili supra Christi mensam extructam: conclauem omni genere vasorum crystallinorum, onychinorum, aureorum & argenteorum abundè repletam. Tantæ vero elegantiam ecclesiam vsque ad eum Rex sibi vni vendicauit, adeoque immunem esse voluit; vt nullus Episcopus quicquam in ea iuris haberet, &c. Hæc Chartuicius in vita S. Stephani. c. 17. Plura autem de eo infra dicemus.

Ipsò tempore sanctitate & miraculis fulgebat S. Meinuercus Episcopus Paderbornensis, qui in Heruodia Basilicam S. Mariæ quæ vocatur ad Crucem dedicauit: quam ipsa vnica spes mortalium ad singulare ibi miserorum refugium sibi construi mandauit. Siquidem Ecclesia Heruordensis sicut Ecclesia Colbeiensis, in Episcopatu Paderbornensi sita, à Ludouico filio Caroli magni constructa, & à B. Badutando Paderbornensi Episcopo dedicata, quæ omni pristini honoris & decoris ornatu tam Vngarorum deuastatione, quam fratris Bernardi Ducis Saxonie Thietmari inuasionem

S. Chunegundis inuante Deipara illasa incedis nudis pedibus super ardentibus prunæ.

Chartuicius apud Surium 20. Aug. Baronius tomo II. S. Stephanus Hungaria Rex quantum fuerit addictus B. Virgini.

Vita S. Meinuerci. 5. Iunii. Heruordensis basilica B. Virginie fauore renouatio &c. 50.

R.

spoliata,

Sæc. X.

spoliata, propemodum fuerat destituta. Cuidam itaque fame & nuditate afflicto pauperi, in die Natali SS. Martyrum Geruasij & Prothasij ad præfatum Heruordenſe Monasterium propter auditam inibi Sanctimonialium munificentiam ire volenti, ipsa piissima Virgo Maria facie ad faciem apprensens, Abbatissa, & sororibus eiusdem Monastelij nunciare mandauit, vt mutata pristina vita, tantum spirituali inſisterent exercitio, quantum temporali instabant ad fidio, dicens se per hoc ædem suam reuifuram, adiciens se locum in quo ei apparuit ad sui nominis uenerationem, & Christianorum prælegisse intercessionem, vt si quis ibi fideliter eam quæſierit, inueniat, & quod iuste petierit se adeptum gaudeat. Paupere autem tantam uisionem indicare trepidante, & ad suæ legationis ueritatem confirmandam signum aliquod suppliciter expetente: hoc erit tibi signum, ait Virgo piissima, quod nullus illatæ pœnæ, ne cicatricis quidem uilius te contingat aliqua molestia. Quo ad maius ueritatis indicium, aliud adhuc expetente signum, præcide, ait Dei genitrix, baculum, & faciens inde Crucis signaculum, pone ubi meorum statum cognoueris esse pedum, & si non credunt uerbo signi prioris, credant ostensioni sequentis, qui quocumque tempore ad locum hunc uenient, & me super eandem quam facturus es crucem, in columbæ specie sedentem uidebunt. Ab Abbatissa ergo nomine Godeſti, cum sororibus, hoc nuntio accepto Episcopus Meinuercus cum uicinis proximorum Monasteriorum Clericis accersitur; consultu omnium ieiuniis & orationibus à Deo res inquiritur, nuntius indicio aquæ ferrique igniti examinatus, securus declaratur: columba in loco inquisita, super crucem sedere inuenitur, & maxima omnium deuotione, & ueneratione Basilica fabricatur, & nomen ad Crucem fortitur.

Annus Christi 1004.

Glaber. lib. 3.
c. 3.
*Quæſtio de
celebratione
festi Annun-
ciationis.*

SYNODI frequentes tunc in Italia, & in Galliis, sunt celebratæ, vt testatur Glaber, vt de diuerſis quæſtionibus deliberarent Episcopi. Et præcipuè de die Annunciationis, quæ celebratur 8. Calend. Aprilis, si forte quolibet alio tempore præter Quadragesimam excoli congruentius potuiſſet, ab iisdem Pontificibus non parua illata est quæſtio. Ferebatur enim à quibusdam, eandem uidelicet Annunciationem Dominicam more Hispanorum, quinto decimo Calend. Ianuarij die irreprehensibiliter posse celebrari. Nâ cum ego (inquit Glaber) postmodum in Monasterio Cluniacensi cum cæteris Fratribus degerẽ, conuenerunt illuc ab Hispaniis honestæ cõuersationis Monachi. Propinquante uerò die Natiuitatis Dominicæ, petierunt prædicti Monachi uenerabilem Odilonem eiusdem loci Abbatem, vt more suorum liceret eis celebrare Annuntiationem. Quod cum fecissent, segregati à cæteris, uisum est nocte eadem duobus senioribus loci, quod vnus de Hispanis fuscina focaria arriperet de super altare puerum, mitteretque illum in sartagine prunis plenam, ita clamantem: Pater, pater, quod tu dedisti, isti auferunt. Quid plura? Apud nos antiqua consuetudo, uti decebat, præualuit. Hæc Glaber. Ad dit Baronius. Porro inquit, in Hispaniis etiam exoleuit vsus ille, quo ex præ-

scripto

scripto decimi Toletani Concilij, Annunciatio celebrabatur decimoquinto
Kalendas Ianuarij.

SÆCVL. X.

Conc. Tol.

10. c. 4.

Annus Christi 1008.

Circa hoc tempus, nempe anno Domini 1008. cum Vallencenensis ciuitas in Flandria graui peste premeretur, Beata Virgo cuidam Eremitæ sancto apparuit in vigilia scilicet Natiuitatis suæ, monuitque vt suo nomine diceret habitatoribus quatenus ieiunarent, aliisque pijs operibus intendere: breuique viderent mirabilia sua. Fecerunt sicut dixerat Eremita. Innumera autem populi multitudo supra muros ciuitatis vigilans, & promissum expectans, vidit Beatam Virginem descendentem in claritate magna sanctorum & Angelorum choris stipatam, quæ funiculo quodam totam urbem spatio duarum leucarum circumdedit, rediitque ad sacellum Eremitæ, cui etiam iussit, vt pergens ad Consules moneret eos, vt sequenti die, quæ erat dies Natiuitatis suæ, in deuotione perseverarent, generalemque processionem indicerent ad locum vbi funiculum reliquerat: quo facto pestilentia cessaret. Quod & euenit. In tanti vero beneficij memoriam, per singulos annos generalis processio celebratur, & qualibet die octauarum Natiuitatis B. Virginis per partes diuiditur ille circuitus duarum leucarum donec compleatur. Funiculus verò ille miraculosus adhuc hodiè in magno honore conseruatur inter prædictæ vrbis reliquias.

*Vallencensis
ciuitas à pe-
ste liberatur
ope Deiparæ.
Balinghem
8. Septemb.*

Annus Christi 1020.

Adhuc in vivis erat tunc temporis, venerabilis Fulbertus Episcopus Carnotensis, qui fuit illius Ecclesiæ, restaurator, cum antea omnino conflagrasset. In mortis constitutus periculo, propter morbum, quem factum ignem vocant, qui eius linguam adurebat: quadam nocte cum plus solito doloribus vrgeretur, vidit illustrissimam Dominam, cum magno comitatu & apparatu se mouentem vt aperiret os. Quod cum fecisset, subitò puella illa formosissima (nempe Deipara) lac sacratissimum ex mammilla exprimens, linguam eius omnino refrigeravit, & sanauit. Eo sacratissimo lacte Fulberti genæ perfusa fuerunt: guttasque in signum miraculi, linteo-
lis pretiosis abstergens adhuc hodiè in prædicta Ecclesia videre, & venerari licet.

*Historia Ec-
cles. Carnot.
Glaber. Guil-
lermus.
Vvillhelm.
Malmesb.
Vincent.
Bellou.
Baron. 10. 11.
Fulbertus
Episc. Carnot.
nos. lactatur
à B. Virgine,
& à graui
infirmata
sanatur.
Vincent. in
Spec. lib. 7.
c. 84.*

Simile beneficium lactationis cuidam Clerico deuoto suo exhibuit eadem Deipara Virgo vt refert Vincentius in hunc modum. *Clericus quidam suppetente rerum copia, saculo deditus, Matris Dei amorem, & reuerendam eius memoriam sic animo eius indixerat, vt quacumque Ecclesiam ingressus, vel per ecclesiam ei contingeret transitus, nulla seculi sollicitudo, nulla surripere posset obliuio, quin cum omni deuotione & humilitate genuflexus eam angelica salutatione honoraret; Rursumque genuflexo diceret, Beatus venter qui te portauit Christe, & beata vbera qua te lactauerunt Dominum & saluatorem nostrum. Hic aliquando molestia corporis tactus, tantum dolor inualuit, vt linguam suam & labia dentibus commanducaret: id ipsum de membris suis factu-*

S. n. X.

rus, si permitteretur. Cumque iam lingua & labiis penitus consumptis, vehementer à suis in aliis membris teneretur, iaceretque horrendus aspectu, sensibus corporis exemptus, vidit iuxta lectuli sui caput, personam consistere, pulchra facie & reuerendo aspectu, (qua quantum datur intelligi Angelus eius erat) egroti sui erumnas deplorans, in hunc modum lamentari videbatur. Quid ò Domina misericordia, fons pietatis? hocine est gloria & gratie saluatorum, haccine est lingua in beatificatione ventris & uberum, & partus tui, longo usu, & ardenti affectu sic assuefacta, ut penè nihil aliud sonaret? Domina, Domina, si tu dees tuis, quis aderit suis? Non sic Domina non sic: ad nihilum deveniet species hominum, si in te non incipiunt habere refugium. Hæc cum Angelus diceret, apparuit mater Dei, & quasi satisfaciens de negligentia in seruilum suum de qua infimilabatur, ad lectum egri propius accedit. Extracta igitur ubera, visa est immittere in os eius lactis rorem suavissimum, undè subito lingue integritatem, & labiis antiquum decorem, & in toto eius corpore pristinam reddidit sanitatem, reddiditque sensibus, continuo surrexit sanus & incolumis, & factam circà se misericordiam, etiam si lingua taceret, repentina vita & morum mutatione cepit predicare: etenim se & sua, Dei servitio mancipans de cætero vitam duxit religiosam.

Clericum sibi deuotum laetatur B. Virgo: eumque à graui morbo liberat.

Annus Christi 1021.

Sur. in vita ipsius to. 1. Martij 16.

ANno 1021, migravit in calum S. Heribertus, Archiepiscopus Colonienfis, qui cum aliquando Monasterium ad honorem Beate Virginis construere vellet, & nunquã locum aptum reperiret, conuertens se ad Dominum, sanctamque eius genitricem, in ieiuniis & orationibus postulabat sibi ipsius reuelari voluntatem. Denique nocte quadam, dum post vigilias, fatigata sopori membra dedisset, ecce adest per visum beata illa Angelorum, & omnium Regina Sanctorum, que stellato sedens folio, latum & amplum cum filio suo celorum possidens Regnum non parui pendebat etiam hoc paruum, quod sibi in terris fidei deuotione offerebatur domicilium. Et assistens, Scias (inquit) ò Herberte, exauditas esse orationes tuas, iam ecce venio ad te, ut indicem tibi votum quod mente geris, quo in loco proficias. Ego enim sum Maria mater Domini. Surge ergo, & Diuitense castrum petens, locum in eo mundari præcipe: ibique Monasterium Deo, mihi que, & omnibus sanctis construe, ut ubi quondam abundauit peccatum, & cultus demonum, ibi institua regnet in multiudine Sanctorum. His dictis misericordie mater disparuit, beato scilicet viro euigilante, atque ita letante à dulcedine tante visionis, Surgens igitur, & Dea gratias agens confessim se ad locum contulit.

S. Heriberto Archiep. Colon. apparet B. Virgo.

Annus Christi 1022.

Andr. Faunus Theatri honori lib. 4. Pirzus in tripl. Corona B. Mar. Tract. l. c. 12

TVnc sceptrum Francorum tenebat Robertus Rex, qui in die Natiuitatis B. Marie anno Domini 1022, instituit Ordinem Equitum B. Marie de Stella dictum. Constabat hic Ordo ex triginta Equitum numero, ipso Rege eorum perpetuo Magistro existente. Gestabant pallium ex damasceno albo, vestemque ex damasceno rubro, & ad leuam pectoris stellam auream quinque radios emittentem.

emittentem. Torquem etiam auream cum tribus catenulis aureis, rosas albas & rubris alternatim innodatam. Tenebantur quoque predicti Equites quotidie recitare corollam precariam quinque decatum, aliasque orationes quas predictus Rex composuerat.

Annus Christi 1024.

Ipsò tempore nempe anno 1024. obiit sanctus Henricus Imperator, Beata Virgini deuotissimus, de quo fertur quod semper primam noctem ingrediens Urbē, (Romanā scilicet) solitus in Ecclesia S. Mariæ Maioris manere fuerit. Contigit autem semel, quod dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus Pontificalibus indutus, procedere, Missam celebraturus, quem sequebatur S. Laurentius, & loco Subdiaconi Vincentius. Post hos Virgo Dei genitrix cum multitudine Virginum, & Angelorum: de hinc Ioannes Baptista, cum Patriarchis & Prophetis, post hos Petrus, & Ioannes cum ceteris Apostolis, & Euangelistis, & S. Stephanus cum Martyribus, S. Martinus cum Congessoribus. Angeli incœperunt introitum. Suscepimus Deus misericordiam tuam &c. Et dum cantaretur iustitia plena est dextera tua, omnes Christum, & Beatam Virginem imitantes, extenderunt digitos in Henricum. Post Euangelium, indicibili iubilo, Angelus librum deosculatum à Christo, præsentauit B. Mariæ, & post eam omnibus per ordinem deosculandum. Demùm inuit B. Virgo. Angelo, vt porrigeret librum etiam Henrico ad osculandum, dicens: Præbe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet. Et cum præ gaudio raptus nesciret ad plenum intendere, Angelus ipse in neruo tangens dixit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter tuam castitatem, & iustitiam: & exindè usque ad mortem (vt alter Iacob) claudicabat, ex quo euentu vocatus est Henricus Claudus.

Scribit præterea de eodem S. Henrico Trithemius, virginitatis florem integrum, atque inuiolatum B. Mariæ Virginis ope cōseruasse, cuius tam sedulus cultor fuit, vt in mediis itineribus, quæ & multa & longa confecit, si quando in vibem aliquam esset ingressus, noctem primam illa in æde precando consumeret, quam Beatissimæ Virgini dicatam reperisset. Hanc eandem immaculatam Virginem, calice immensæ magnitudinis honorauit. Quod vero templum in eiusdem Dei matris honorem magnificentia Imperatoria dignissimum apud Spirenses inchoarat, neque mortis interuentu perfecerat, Conradus Cæsar absoluit. Porro Monasterium almæ Virgini inscriptum, & sacratum in Argeatinensique ditione situm, quod vetustas prope consumpserat, ita refecit, ac reposuit Henricus, vt magis nouum fecisse, quam vetus reparasse diceretur. Vxorem religiosissimam scēminam eiusdem virginalis propositi sociam habuit, atque participem. Cumque ad deuotam immortalī domino continentiam, spe prolis se sponte priuassent, Deum solibus, & posteritatis auctorem, honorum suorum hæredem assumpserunt. Ex quo factum est, vt Ecclesias Henricus, (si Gotfrido Viterbiensi, qui Conradi Regis nobilis scriba fuit, amanuensisque præclarus, habenda fides est) prope mille fundauerit. Et quanuis templa construendi, & anniuersariis pecuniis locupletandi, & quasi sponsas dotandi finem nullum Henricus face-

S. u. c. X.

Ordinem
Equitum
B. Mariæ de
Stella Rober-
tus Franc.
Rex instituit

Naucl. ge-
nerat. 14.

S. Henricus
quam fuerit
B. Virgini
charus.

Trithem. in
Chron. Hir-
sang.
Culpinia-
nus in vita
Hærici Imp.
S. Henricus
cultor sedu-
lus B. Vir-
ginis, quanta
fecerit ad
eius honorē.

Sæc. X.

ret, totusque in eo esset, vt Dei cultum, religionemque prouheret talem se tamen in Imperio administrando præstitit, vt de solis armis egisse videatur. Itaque Germanici fines imperij quam longissimè protulit, Bohemiam subdidit, Burgundiam in ditionem recepit, cunctam Germaniam, totam Galliam, vniuersamque Italiam in officio continuit. Hæc Trithemius, qui etiam scripsit horrendam vindictam diuinitus fuisse inflictam cuidam Duci Bauariæ B. Virginis Mariæ inimici: Licet enim annum quo accidit ignorem: tamen historiam liber hic reponere, vt videant omnes quam felices sint Principes Beatam Virginem honorantes, infelices vero, contemnentes, & blasphemantes. Historia eiusmodi est.

Trithem. in lib. de origine gentis Principumque Bauariæ.

Dinastæ Schirenses tantæ nobilitatis, vt Bauariæ Principes multos procrearint, insigni pietatis laude commendantur. Quod enim in ipsorum ditione erat præstans, admirandumque castellum, religioni Beatissimæ Virginis dedicarunt. Monasterioque constructo, quod etiam nunc apud Bauaros extat, gentis, ac familiæ, non modo sepulchrum, (humantur illic Bauariæ proceres) sed etiam monumentum reliquerunt. Cum enim illo, qui familiam ducebat, quique rerum sine controuersa legitimus possessor erat extincto, atque mortuo, multi hæredes de Scheinensis castro dubia lite contenderent; diuino agente spiritu, suo quisque iure cesserunt, & beatissimæ cæli Reginae castrum illud libentissimis animis obtulerunt, vno excepto, Duce Arnolde, quem Bauarorum vulgus infelicem appellat, cum infandum dicere debuisset, qui quod malo Dæmone familiariter uteretur, suæ partis consortem eum facere nitebatur. Non multo post dæmon amicus gratiam reulit, eam scilicet, quam sibi deuoris reddere consuevit. Viuum enim, vestitum, sospitemque corripuit, & in lacum Monasterio vicinum deturbauit, vnde nunquam visus est emergere. Eo igitur de medio sublato, rata cæterorum donatio fuit, & hæreditas peruenit ad Virginem, quæ suos remuneratur amatores, & ad illam vitam perducit, quæ nullis finibus terminatur.

Arnoldi Ducis Bauariæ B. Virginis inimici horrendus interitus.

Annus Christi 1030.

Hist. Eccles. Carnor. Cancellarius Ecclesie Carnor. iubente Deipara honorabiliter sepelitur.

Defuncto Carnotensi Episcopo Fulberto, Cancellarius Ecclesie prædictæ, ex discipulis quondam Fulberti, quotidiè solebat B. Virginem multis salutationibus salutare, & honorare. Successu temporis cum diuitiis afflueret, licentius quam par erat vivebat, multisque vitiis interitus erat. Quadam autem nocte ex improviso ab inimicis suis tradatus, Canonici Ecclesie, existimantes eum mortuum in peccato mortali, christianam sepulturam denegarunt. Sed misericordie mater iniuriam hanc seruo suo illatam non ferens, apparuit Ecclesie primicerio & maiori, præcipiens vt seruum suum nuper defunctum honorabili dignaretur sepultura. Sequenti die visionem cæteris Canonicis reulit: qui omnes cum cruce & luminaribus ad locum prophanum vbi sepultus iacebat pergentes, eumque exhumantes: post viginti dierum spatium ab obitu, eum tamen integrum, nihil male olentem reppererunt, cuius lingua mouebatur, quasi veller loqui: egregieque flores viderunt ex ore eius prodire. Omnes igitur pro tam illustri miraculo

raculo gratias agentes Deo, deuotum illum Beatæ Virginis seruum; honorificè tunalarunt. Extant antiqui versus in Historia Carnotensi scripti à Rouillardo, prædictum miraculum exprimentes.

Sæc. X.

Annus Christi 1031.

ANno sequenti 1031. Romanus Græcorum Imperator, totus in erigendis & ornandis templis deditus, antiquam Dei genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Constantini Copronymi Iconomachi reperit; quam & ad cultum pristinum reuocauit. Hæc Curopalata, & ex ipso Cedrenus & Baronius.

*Romanus
Imp antiquæ
Imaginem
Deiparæ re-
perit.*

Annus Christi 1038.

SVprà egimus de S. Stephano Hungariæ Rege, nunc de eius obitu, qui Anno Domini 1038. accidit, agendum est. Ille igitur egregius B. Virginis amator susceptis deuotè Ecclesiæ sacramentis, oculos ad cælum erigens: Regina cælorum, inquit, mundi inclyta reparatrix, tuo patrocinio sanctam Ecclesiam cum Clero & Episcopis, regnumque cum primatibus & populo tuis precibus commendo. Quibus nunc ego vltimum valefaciens, animam quoque meam tuis manibus committo. Instabat tunc præcipua Solemnitas & lætus Angelis & hominibus Assumptionis Beatissimæ Mariæ dies, in cuius gaudiis, vt sui corporis fieret dissolutio, precibus à Domino contendit: lachrymis & gemitibus tandem impetrauit.

*S. Stephanus
Rex Hung.
moriatur in
die Assumpti*

Annus Christi 1040.

IN illis diebus florebat in Pannonia S. Gerardus Episcopus Canodiensis & martyr, qui obiit anno Domini 1040. vel vt alij volunt, 1047. Hic Beatissimæ Virginis fuit ardentissimus amator. Nam in Ecclesia sancti Georgij, quam ipse construxerat, aram ad honorem Beatissimæ Matris Dei venerabilem erexit: ante quam thuribulum argenteum collocauit, eiusque ministerio, duos prouectæ ætatis homines adhibuit: qui iugiter illic vigilarent, atque operam darent, ne vlla vnquam hora thymiama ibi deesset. Porro laudibus & venerationi eiusdem sacratissimæ Virginis tantæ humilitatis obsequio se subdere nouerat, vt si quis reus, clam à sancti viti familiaribus edoctus, veniam ab ipso peteret per nomen matris Christi: mox audito nomine, matris misericordiæ, pater sanctus lachrymis perfunderetur, & perindè ac si reus esset, à reo veniam peteret. Ipso auctore, ab Hungarica gente, non pronuntiatum nomen ipsius matris Dei: sed Dominam eam vocant. Si sit autem pronuntiatum illius nomen, statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus, sese inclinant. Atque adèò Pannonia à sancto Rege suo Stephano, familia sanctæ Mariæ appellata est.

*Sur. 24.
Sept.
S. Gerardus
Episc. & mar-
tyr. quanta
egerit ad ho-
norem De-
paræ.*

S. a. c. X.

Annus Christi 1047.

M. S. Cod.
Auct. Stella-
rij B. Mariæ
lib. 9. p. 1.
art. 1.
Vinc. lib. 8.
c. 104.
Gen. 3.

Diaboli ma-
litiæ & inui-
diæ in pictore
pingentem
pulcherri-
mas Deipara
imagines.

Circà hæc tempora, in partibus Belgij sequens miraculum accidisse, in quodam peruetusto codice legi. Pictor quidam famosus, Beatæque Virgini deuotus, pulchrius quam poterat, Deiparæ Virginis imaginem pingere solebat: diabolus verò sub pedibus eius, turpissimum, vt decet turpitudinis amatorem figurabat, iuxtà illud. *Ipsa conteret caput tuum.* Cui diabolus apparens, in ira magna dixit: Cur me ita irritas? Pictor respondit. Bene hoc ago, quia semper te passus sum omnium quæ feci malorum inventorem, & adhuc turpium cogitationum moliris insidias. Hoc fortassis dixit, quia possibile, quod turpes cogitationes passus contra puritatem Beatæ Virginis, sicut & multi patiuntur sæpius, & nimium turbantur pro talibus: sed æquo animo ferenda sunt cogitationum talium facta à diabolo quia iuxta Bernar- dum, non nocet sensus, vbi non est consensus. Vndè non debet quis putare, quod Deus eum derelinquat, dummodo detestetur tales prauas cogitationes, quin potius signum est diuinæ gratiæ & electionis. Ad propositum cum ipse pictor, vna dierum in porticu cuiusdam Ecclesiæ, Beatæ Mariæ pulcherrimæ vt potuit pinxisset imaginem, sub pedibus quoque eius diabolum turpissimum, hoc diabolus non ferens, adhuc suspensis trocleis, & supposito firmiter tabulatu, cum monstrum illud pingebatur, turbine veniente, omnes illas artis pictoriæ machinas vehementer concutiendo in terram excussit. Quod pictor per sentiens, cor, & manum ad imaginem gloriosissimæ Virginis leuauit. Mirum dictu, Imago Virginis manu porrecta ipsam retinuit, & seruauit illam, donec venirent, quicui subuenirent. Tunc omnes qui aderant, glorificauerunt Deum.

Petr. Dam. in
vit. ipsi. apud
Sut. 1. Ian-
uarij.
S. Odilonis
Abbat. Clu-
niac. ardens
amor erga
Deiparam.
Andr. Fauin.
lib. 3. Hist.
Nauarra.
Pitæus in
tripl. corona
B. Mariæ.
tract. 1. c. 12.
Ordinis Equi-
tū B. Mariæ
lily institutio.
Nauarra ima-
go miraculo-
sa B. Mariæ
inuenitur.

Annus Christi 1048.

Sequitur Annus Domini 1048. in quo migravit in celum sanctus Odilo Abbas Cluniacensis, Beatæ Virgini deuotissimus, de quo hæc notatu digna scribit B. Petrus Damianus in vita ipsius. Inter ceteros (inquit) Sanctos circà beatam Dei genitricem tam ardentissima deuotione flagrabat vt constitutus in Choro psallentium, cum ad illum veniretur ex modulantium alternatione versiculum, Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum, ad terram se prosterneret, sicque per corpus ostenderet, quibus desiderij caelestis in mente facibus astuaret. Hæc ille.

Ipsò anno Garcia Nauarra Rex instituit Equestrem Ordinem B. Mariæ Lily, quæ est liliū inter spinas, & mater veri lily conuallium. Causa institutiones fuit hæc. Apud Nauarram, anno prædicto, reperta est imago Deiparæ, quæ ex lilio albo progrediebatur, filiumque Iesum gestabat in vlnis. Cum autem Rex grauiter agrotaret, & ope Deiparæ conualuisset, in ipso loco ubi inuenta fuerat imago, prædictus Rex magnificentissimam Ecclesiam ad honorem B. Virginis construxit. Constabat autem hic Ordo ex 38. Equitibus, è nobilioribus & antiquioribus Nauarra familiis, gerebantque ad pectus liliū argenteum, & in præcipuis solemnitatibus duplicem torquem auream cum lilio progredientem, ex vase,

vase, habentem literam M. coronatam, quæ est prima litera nominis Mariæ. Quod S. ac. X. thidie verò tenebantur recitare certum numerum salutationum Angelicarum.

Annus Christi 1049.

Defuncto S. Odilone Abbate Cluniacensi, ei successit S. Hugo Abbas, creatus anno Domini 1049. Qui cum esset Beatæ Virgini deuotissimus, talem fratribus quadam vice, in die Natiuitatis Domini retulit visionem, quæ licet ipsi contigerit; eam tamen sub alia persona, humilitatis causa recitauit. Noui inquit, noui quendam, cui misericordiæ mater, in oratorio sub hac specie dignata est apparere. In sinu eius elegans puer, & diuinam præferens venustatem: ipsa blando aspectu, mitis & exorabilis ad impetrandum pro peccatoribus interuentum. Cui applaudens diuinus infans, hora, inquit, ista nox mea natiuitate insignis, gloriam Angelis, pacem hominibus aduenisse denunciat. Nox ista, meæ conscia gratiæ, legis obscuritatem aperuit, vaticinium soluit Prophetarum. In hac ego ex te natus ô mater præclara, serpentis caput contriui, quæ grassabatur in humanum genus antiquam eius euacuans potestatem. Vbi virulentis illius anguis astutia? Vbi spicula quibus ante natiuitatem meam, animas in mortem vulnerabat? His dictis, nequam se spiritus immiscuit. Quem cum puer asperius increpasset, prohibitus ne laudes & obsequia, quibus fidelium deuotio suam prosequeretur natiuitatem, solita perturbaret invidia, tristis & confusus abscessit. Quo longius effugato, Christum cum Genitrice sua scitote vestris interesse obsequiis, & ex animorum qualitate, vel supplicium dictare, vel præmium. Quapropter sincera deuotione mentis eum suscipite, in eo, quem sibi beneplacentem inuenerit, perennem facturum mansionem. Hæc eo cum lachrymis referente, Conuentus attendit, non alij nisi ipsi quam retulerat ostensam esse visionem.

Hildebertus
Ep. Cæno-
man. in vita
ipsius.
S. Hugoni
Abbati
Clun. appa-
ret B. Virgo.

Annus Christi 1050.

Qualiter autem circà hæc tempora, nempe anno Domini 1050. Beata Virgo Hermannum Contractum sanauerit, eique donum scientiarum dederit, dicendum est. Hic in Sueuis ex illustri yringensium Comitum sanguine natus, adolescens in Monasterio Augiensi Ordinis S. Benedicti, habitum suscepit. Ab ipsa autem iuuentute, omnibus membris ita captus fuit; vt ab illo vitio, Contracti nomen acceperit. Cumque hebetiori esset ingenio, Beata Virgo quadam die ipsi apparuit, quæ non solum eundem sanauit: verum insuper scientiarum donum ei concessit. Tantos autem progressus fecit; vt in lingua Hebraica, Arabica, Græca, Latina, & aliis, natus videretur. Composuit insuper multos libros: necnon & deuotissimas illas Antiphonas ab vniuersali Ecclesia receptas, *Saluo Regina, mater misericordiæ, &c. & Alma Redemptoris Mater.*

Claruit hoc ipso tempore S. Leo Abbas Cauensis, qui tantæ puritatis fuit, vt discipulorum (quos plurimos in religiosa vitæ rebus instituit) publico testimonio, sanctissimam Dei Matrem orationis tempore viderit.

Arnold.
Vyon,
in ligno vi-
tæ Sebast.
Münst. in
Cosm. lib. 3.
Franc. Cost.
Hermannus
Contractus
Auctor An-
tiphonarum
Saluo Regi-
na, & Alma
Redempt.
mater.
Surius in vi-
ta ipsius 12.
Iulij.
S. Leo Abbas
Caueris vi-
det Deiparæ.

SAC. X.

Annus Christi 1051.

B. Petrus
Dam. lib. 2.
Epistolarum
ep. 14.
Marinus
B. Petri Da-
miani frater
in mancipiū
se tradit
B. Virgini.

DE Marino B. Petri Damiani fratre, qualiter circa hæc tempora sese Mancipium B. Virginis solemniter fecerit, idem Damianus scribit audivisse se scilicet à quodam presbytero, Severo nomine, qui Marini spiritalis pater extiterat, quod dum iuuenis esset, depositis vestibus, collo corrigiam, qua cingebatur, intexuit altari, & se B. Virgini Dei genitrici velut servile mancipium tradidit: deinde tanquam servum malum, fecit se verberibus affici dicens: Domina mea gloriosa, virginalis munditiæ speculum, & omnium norma virtutum, quam ego miser & infelix offendi per obscenam carnis meæ putredinem, & eam, cuius tu mater & auctor es, violavi corporis mei castitatem. Nunc itaque quod solum remedij est, me tibi famulum trado: tuæ dignitatis imperio substrati cordis colla submitto. Flecte rebellem, suscipe contumacem, nec tua pietas respuat delinquentem; cuius intemerata virginitas peperit veræ pietatis auctorem. Per istud ergo munusculum servitutis meæ, nunc tibi offero censum, & à modò, & deinceps quoad vixero, certi canonis appendam annuale tributum. Quandam ergò pecuniæ summam, in altaris crepidine posuit: & sic de misericordia quam quæstierat, confusus, abscessit.

Sub mortem
videt Deipara.

Hic ingrauescente pulmonis ac pectoris valetudine, tandem ad extrema peruenit. Interea cuiusdam diei iam illucescente diluculo, repente cœpit quasi cuilibet aduentanti gratulabundus hilarescere, & festiva serenitate vultus alacriter insultare. Mox in verba prorumpens, cum magno animadversionis impulsu, circumsedentes alloquitur: Leuate, inquit, leuate, ac Domine meæ reuenter assurgite. Deindè aliorum innotatæ vocis eloquium dirigens, aiebat. Et quid est, Domina mea Regina cæli, quod ad me paupericulum servum tuum venire dignata es? Benedic me Domina mea, & ne patiaris in tenebras ire, cui lumen tantæ præsentis contulisti.

Annus Christi 1054.

Monachus
gaudia B. Vir-
gini annun-
cians & ipsi
pollicetur
gaudium.

NArrat idem Petrus Damianus, de quodam Monacho qui transiens antè altare B. Virginis, solebat dicere Antiphonam istam, Gaude Maria Dei genitrix Virgo immaculata: gaude, quæ gaudium ab Angelo suscepisti. Quadam autem die, audiuit vocem ex altari procedentem: Gaudium mihi annuntiasti; gaudium tibi eueniet.

Hist. Eccles.
Carnot.
Presbyterum
B. Virgini de-
votum, ob
ignorantiam
ab offi-
cio re-
stitutum
videt Deipara.

Annus Christi 1055.

ERat tunc in Ecclesia Carnotensi, sacerdos simplex & bonus, sed valdè obtusi ingenij, qui nunquam potuit aliud addiscere ad cantum, præter versum illum Sedulij *Salve sancta parens, &c.* Ob quam causam ab Episcopo eiectus de Ecclesia, summo dolore afficiebatur. Nec multa mora B. Virgo, vultu minaci apparuit Episcopo in somnis, eumque grauitè reprehendit, quod ita Cappellanum suum expulisset. Episcopus petita

venia,

venia, excusationem subintulit ex debito officij sui. Illucescente verò die, accersitum presbyterum, eundem in pristino gradu restituit, & ad perseuerantiam in Beata Virginis obsequio hortatus est.

S. M. X.

Annus Christi 1056.

Quid autè in Monasterio Gamungèsi acciderit anno Domini 1056. ob intermissum B. Virginis officiù, scribit B. Petrus Damianus in hùc modum. Statù erat, atque iam per triennium ferè seruatù, vt cum horis canonicis, quothidiè B. Mariæ semper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidã inter eos Gozo, habitu monachus, reprobæ quidè vitæ, sed dicacis & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri, satis superque sufficere, quod sanctus præcepit Benedictus, nec nouæ adinuetionis pondus debere superponi, nec nos esse antiquis Patribus sanctiores, qui videlicet hæc superstitiosa & superuacua iudicantes, psallendi nobis metam, omnemque viuendi regulam præfixerunt. Quid plura? Contra Reginam præliari visus est, & confecit. Ad hoc nimirum fratres versuta machinatione pellexit, vt solitas Beatæ Mariæ laudes vlietius non offerrent. Sed ò diuinum iudicium, à nostræ prauitatis intuitu non dormitans: Mox enim aduersus præfatum Monasterium tot aduersitatum grandines, tot vndique bellorum atque conflictuuum exortæ sunt tempestates, vt ipsis quoque Monachis minaces gladij necis exitum intentarent. Fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ, conflagratur cum segetibus arææ familiares, ac serui sancti loci crudeliter trucidantur, & non iam imago mortis, sed ipsa mors grassatur, aded, vt tæderet iam monachos viuere, dum nequaquam possent in prociectu certaminis amicam quieti suæ professionis officium custodire. Non paruis expensis ad Teutonum partes Imperator expetitur, pragmaticæ sanctiones cum titulis aduchuntur, sed tandem est in omnibus quippe studiis non fructus, sed labor superuacuus. Vnde cum ego petitione fratrum sæpè pulsarer, quatenus sequester accederem, & si possibile esset, pacis inter eos fœdera continuarem, hæc rogantibus voce respondi: Christus, inquam, est pax nostra, de quo etiam de Virgine recens nato angelitus dictum est: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Quia ergo matrem veræ pietatis de suo Monasterio proiecerunt: dignum est, vt inquietis calamitatum, tribulationumque procellis, atque turbinibus agitentur. Verum (ne lectorem diutius protraham) Fratres illi, Hæc quæ dixeram, non dubiis erumpentibus signis vera probantes, in arcto siti, tandem ad cor redeunt, pauimento se humiliter sternunt, ac percepta penitentia, nunquam se de cætero neglecturos solita Dei genitricis præconia, vnanimiter pollicentur. Mox, itaque (vt fateor) ita post coruscationes atque tonitrua tandem cæli serenitas rediit, vt nunc vique hodiè Fratres iucundæ pacis otio perfruantur, & de Scyllea voragine se delatos ad portum, gubernante filio Virginis, gratulentur. Impletum est ergo, quod per prophetam dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertor ad vos dicit Dominus. Hæc Petrus Damianus. Qui sicut fuit auctor, vt in monasterio suo officium Dei Genitricis dicendum assumeretur, ità ex eodem fonte manasse cognoscitur, vt illud ipsum toto christiano orbe Occidentalis ecclesiæ non à monachis tantum & clericis, sed etiam à laicis, viris

Geuebrardus in Chro. Galth in Chronol. ad ann. 1200. Pipinus in magno Rosario B. Virg. fœm. 50.

Officiorum B. Mariae omissio, multorum causa malorum.

Nota.

Vide Baronium to. 12. Ann.

SÆCVL. X. atque mulieribus quothidianis pensis perfoluatur, monente Urbano Papa, ut suo loco dicemus.

Annus Christi 1060.

Hist. Eccl.
Carnot.
*Eques nobilis
gestans ar-
genteam tu-
nicam Deipa-
ra, ensium
ictibus non
leditur.*

CArnoti in Gallia, sequens miraculum circa hæc tempora accidisse fertur. Nobilis quidam Eques, Beatæ Virgini deuotus, ex partibus Aquitanæ, venit Carnotum, ut Deiparæ Ecclesiam videret, auxiliumque Beatæ Virginis imploraret. Emptis ergo interulis, siue camisis, posuit eas supra caplam in qua inclusa seruabatur Deiparæ Camisia. Deinde ad propria rediens, semper ad carnem gestabat vnã ex illis. Quadam autem nocte, in sylua deprehensus ab inimicis, multis ensium ictibus transerberatus, nunquam tamen ne leuiter quidem potuit lædi. Quod videntes inimici, mirum in modum mirabantur, & quasi exanimis erant. Quibus Eques dixit. Etiam si mille sicarum ictus in pectus meum immittatis, nunquam mihi nocere poteritis; eo quod habeam ad carnem meam indusum, quod tetigit sacram caplam in qua Beatæ Virginis camisia asseruatur. Hæc audientes inimici reconciliati sunt ei, & amici fuerunt.

Annus Christi 1070.

B. Petr.
Dam. lib. 3.
Epist. Episto-
la vltima.
*Animas in
Purgatorio
detentas li-
berat B. Vir-
go.*

IPso tempore adhuc in viuis erat B. Petrus Damianus, qui sequens Deiparæ erga animas Purgatorij igne detentas, pietatis insigne refert exemplum. Ait enim mulierem quandam Romæ defunctam alteri nocte solemnitatis Assumptionis apparuisse. Cumque ab ea quæreret, quemadmodum haberet: vsque hodiè, inquit, non leuis me pœna cruciauit, at hodiè Regina cæli, pro nobis preces fudit, meque cum multis aliis de locis penalibus liberauit, totque inde eripuit, ut numerum totius Romanæ plebis excedat. Cumque de rei veritate dubitaret mulier altera; Scito me, inquit, in signum veritatis, quam tibi modo aperio, te hac ipsa die post annum morituram. Quod & factum est.

Annus Christi 1072.

Odo Giffæus
in Histor.
B. Mariæ
Aniciensis.
Petrus Dam.
lib. 2. Ep. 14.

*Bassus quidam
inconfessus
mortuus in-
hente Deipa-
ra redit ad
vitã ut pœ-
nitent.*

IN territorio quoque Aniciensi, vir quidam nomine Bassus, natione Burgundus peregrinationem suscipiens, visitauit ædem Beatæ Mariæ Aniciensis. Peracta deuotione, rediens ad propria, in itinere graui morbo affectus; mortuus est. Cum autem circumcirca corpus, deuoti quidam vigilarent, & orarent: subito surrexit qui fuerat mortuus, horrendas voces emit- tens, & rogans attonitos adstantes, ut preces ingeminarent ad fugandos dæmones, qui erant in cubiculo. Quibus vi & efficacia orationum euanescentibus; prædictus Bassus cepit narrare adstantibus, qualiter eius anima fuerat à duobus Angelis suscepta. Sed occurrentes dæmones, eis resistebant, allegantes mala quæ in vita commiserat, & quod inconfessus fuerat mortuus. Angeli verò dicebant, ipsum fuisse, mortuum in obsequio Deiparæ, & sic nullum ius in animam illam habere. Inter has autem altercationes, aduenit Virgo Deipara, innumeris Angelis comitata, quæ dæmones in fugam verrens, animam illam ad corpus, ut pœniteret, & confiteretur, redire iussit. Quod ut factum est, lætus migravit in cælum.

Annus Christi 1073.

ANNO 1073. migravit in cælum S. Ioannes Gualbertus Ordinis vallis
umbrosæ Inceptor. Hic cum cruce è manibus ægri Monachi sui ac-
ceptra, demonem egregiè verberasset, atque fugasset: statim adfuerunt
Deipara, & sancti Petrus, & Benedictus.

Blasius Me-
lan. in vita
ipfius.

*Monacho
moribundo
adeft B. Vir-
go.*

Annus Christi 1075.

IN illis diebus S. Anno Colonienfis Archiepifcopus accelerationem mor-
tis à B. Virgine impetrauit, quam speciali deuotione profequebatur, pro-
pterea egregium Monasterium ad eius honorem, quod ad Gradus vocant,
iactis fundamentis erexit, omnique varij decoris elegantia, pulchrè distin-
ctum consecrauit, prædiis ad triginta Canonicorum fufficientiam copiose
delegatis. Ibi suam sepulturam adhuc futurorum nescius extruxit. Et quasi
iam iamque migraturus locum frequentabat, pernox in orationibus, sua
suorumque peccata, lachrymarum fluminibus expians. Cum in agone ef-
set, & in spiritu præuidiffet ingentem pestem futuram post suum obitum in
ciuitate, repente manus vt poterat, in alta sustulit, & miserandum in mo-
dum exclamauit. Sancta Maria, succurre miseris, succurre Colonia, succur-
re ciuitati iam iam peritura. Fessaque brachia paululum deponens, ad syde-
ra sublatis oculis: *Quenam sunt (inquit) ô Domina, quæ se meis offer-
runt oculis horrenda spectacula? Per singularem misericordiam tuam te
obsecro, vt mihi ianua fias, per quam hinc emigrem, ne tanta mala cogar
videre oculis meis.*

Sur. in vita
eius. 6. De-
cemb.

*S. Anno Co-
lonienf. Ar-
chiep. accele-
rat, mortis
impetrat à
B. Virgine,*

Sanctimonialis quædam viuente adhuc eodem S. Annone, spiritu su-
perbiæ inflata, de virginitate gloriabatur, cæterasque socias despiciebat;
sed fragilitatis propriæ oblita, cum hominibus familiares miscere se imones
non verebatur; quare paulatim ac sensim in stuprum prolapsa sacrilegum,
punitæ indulgentiæ, & elationis castigatæ memorabile reliquit exemplum.
Interim alius intumuit, illa verò præ pudore omnium oculos declinabat,
non ei erat vita vitalis, non cibus suavis, non potus iucundus, non dulcis
somnia, omnia amara, acerba, & inuisa fiebant. Humanis tamen remediis
desperatis, diuinâ cogitabat, ac de Christi clementia fausta sibi omnia pro-
mittebat, antè cuius imaginem cruci suffixi, in templum sanctissimæ Dei
genitricis ingressa, his precum querimoniis flebiliter utebatur. Iesu cle-
mens, quæ lamentor exaudi, neque meis flagitiis offensum tui te operis te-
neat obliuio, meritò ac iure me infra omnes esse video, quæ dudum pro-
priæ tenuitatis ignara, supra omnes me esse gloriabar. Heu nefas, & votiua
virginitatis ac Deo consecratæ iacturam, labemque miserissimam, ô religio-
nis dedecus sempiternum! O me miseram, quæ cælestis agni comitatu pro-
hibita, gloriam cantici virginalis amisi! Condona noxam benignissime
mundi feruator. Ecce ad tuæ me parentis pedes aduoluo, qua deprecante,
remissionem ac veniam captare non desinam. Nihil enim est, quod hæc
virginum patrona, & corruptarum, quæ corrigi se volunt, aduocata non

Ex Hist quæ
de S. Anno-
ne Colon.
Episcopo,
quidam scri-
psit Regi-
nardo S'ge-
burgensis
Abbat. cœ-
nobij Anno-
nis intimo
multa dicta-
te.

Bonifacius
de B. Virg.
lib. 5. c. 12.

Sæc. 2.

Sæcimonialis sacrilegio polluta fama & honori cõsulit B. Virg.

possit. Emendationem mi Christe polliceor, parce, & succurre misera. Eius vbertim lachrymantis, sanctissimamque Deiparam templi illius præsidem subindè compellantis, atque eius dulce nomen inclamantis, misertus est Christus. Cumque eiulare desiisset, & humo surrexisset, quæ ventrem febrebat pudore suffusa, mirabiliter deonerata est, aluoque detumescente, criminofus ille fœtus euauit, & lachrymis præ lætitia effusus, in præstandis quæ magna promiserat, tarda non fuit. Siquidem annos multos pane se duntaxat & aqua sustentabat, & post lapsum longè melior facta est, quam ante fuisset.

Annus Christi 1080.

Sur. tomo 2. 29. Aprilis. S. Robertus Abbas Molism. adhuc in utero matris existens eligitur in sponsum à Deipara.

Sanctus quoque Robertus tunc Molismensis & Cisterciensis Abbas fulgebat eximia sanctitate, & deuotione ad Beatam Virginem. Qualiter autem in utero matris existens, fuerit electus ab eadem virgine in seruum & sponsum scribit Auctor vitæ eius in hæc verba. Prægnanti matri Ermegardi, gloriosa Dei genitrix virgo Maria in somnis apparuit, anulum aureum habens in manu sua, dixitque ei: O Ermegardis, volo filium, quem gestas in utero, hoc annulo mihi desponsari. His dictis, mulierem dormientem relinquens, virgo beata disparuit. Illa verò expergefacta, animo cœpit reuoluere visionem. Adiecit autem Beata Dei genitrix apparere iterum mulieri, sicut olim Deus iterum atque iterum apparuit Samueli, ad confirmandam permissionem suam. Ipse Cisterciensis Ordinis Institutor fuit. Cumque persecutores haberet monachos nigros: ope tamen Deiparæ facillè omnes superauit. Constituerat enim Ordinem suum sub tutela eius & protectione.

Menolog. Cisterc. 26. Ian. B. Virgo Ordinis Cisterc. Patrona. Constitutiones tradit Alberico, cuiusque habitum Cisterciens. olim nigrum, in album.

Sancto Roberto, successit B. Albericus in regimine & dignitate Abbatis Cisterciensis. Hic cum Beatis Roberto & Stephano Ordinem Cisterciensem inchoauit: quem ipse sub Deiparæ Virginis titulo & patrocinio constituit; à qua etiam vicissim albam cucullam pius pater accepit, vnde nigro habitu Cluniacensium relicto, albis vestibus Cistercienses vti cœperunt. Imò Constitutiones, quas ipse primò condidit, à beatissima Virgine accepisse fertur. Eidem aliquando pia peccatorum protertrix apparens dixit: Ego Ordinem istum vsque in finem sæculi protegam & defendam. Cumque sæpe ab ipsa, & aliis cæli ciuibus visitaretur, & variis miraculis clarus effulgeret, in morbum incidit, & Monachis suis Ordinis propagationem & incrementum promittens, Symbolum apostolicum clara voce recitauit, post Litanias perlegit: cumque ad illum peruenisset locum, *Sancta Maria, ora pro nobis*, facies eius cœpit instar solis, luce perfusa intermicantes effundere radios; & mox veluti in somnum leniter solutus, animam efflauit sanctissimam.

Menol. Cisterc. 17. Aprilis. S. Stephanus Abbas Cisterc. B. Virgini valdè addictus. Sur. 15. Aug.

Huic successit S. Stephanus Abbas, qui Ordinis sui dilatationem à Beata Virgine didicit. Cumque aliquando flexis genibus ante imaginem Beatæ Virginis, cui semper addictissimus fuerat oraret, finis vitæ suæ ei reuelatus est; & intellexit præmium æternæ beatitudinis iam eum expectare. Ipso anno migravit in cælum S. Arnulphus Sueffionensis Episcopus,

qui

cui paulo ante mortem apparuit B. Virgo. Nam in ipsa Assumptionis vigilia, quæ tum in sabbatum incidit, sentiens sibi mortem imminere: Parate (inquit fratribus) funeri meo necessaria, nam diuinitus cognoui me breui moriturum, & præter sanctum Petrum, præter sanctum Michaëlem Archangelum, multosque Angelicos spiritus, qui me visitarunt, vitamque æternam polliciti sunt, adfuit etiam mihi mater misericordiæ multis stipata Virginum choris, benignissima voce me certiolem faciens, de anima mea, inter eius Assumptionis gaudia in cælos transferenda. Quod & contigit prout ipse prædixerat.

Sæc. X.

S. Arnulphi
moribundum
visitat B. Virgo.

Annus Christi 1078.

PER id tempus regnabat in Anglia Vvillelmus eius nominis primus: qui sicut fuerat semper Beatæ Virgini deuotus, ita etiam religiosè obiit. De cuius obitu ita scribit Vvillelmus Malmesburiensis. Quinto Idus Septembris, feria quinta, iam phæbo per orbem spargente clara radiorum spicula, excitus Rex sonum maioris signi audiuit in metropolitana ecclesia. Percontante eo, quid sonaret, responderunt ministri: Domine, hora prima iam pulsatur in Ecclesia sanctæ Mariæ. Tunc Rex cum summa deuotione oculos ad cælum erexit, & sursum manibus extensis, dixit: Dominae meæ S. genitrici Dei Mariæ me commendo, vt ipsa suis sanctis præcibus me reconciliet charissimo filio suo Domino nostro Iesu Christo. His dictis protinus expirauit.

Vvillelm.
Malmesb.
lib. 3. Rerū
anglic.
Vvillelmus
anglia Rex
moriturus,
seipsum B. Virg.
commendat.

Annus Christi 1088.

NON est reticendum celebre miraculum eæteorum, qui in festo Assumptionis accensi eodem pondere sicut prius inueniebantur. Rem narrat B. Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis hoc modo. Illud nobile & iucundum miraculum, quod ante plures annos compertum, iam penè cū tempore mente elapsum fuerat, me innotiæ sequentiū mandare vltra non differam. Habetur Romæ patriarchalis ecclesia in honore perpetuæ Virginis Matris Domini consecrata, quæ vulgari sermone, S. Maria maior vocatur. Maior autem idcirco, quia post Lateranensem sancti Saluatoris ecclesiam, maior dignitate, non solum Romanis, sed & totius orbis Ecclesiis est. Ibi igitur quam inauditum miraculum, non solum semel contigerit, sed etiam iam à multo tempore annuatim in festo supra nominato Assumptionis proueniat, dicendum est. Mos est Romanis, festum illud Assumptionis Matris Domini, inter vniuersas anni festiuitates præcipuo honore colere, speciali deuotione venerari. Cereos maximos faciunt, eosque ad dictam Ecclesiam deferunt, vespertinaque hora vigiliæ solemnitate accendunt. Pondus verò eorum æqua lance pensatum domi retinent, vt sequenti die solemnè Missa peracta, eos rursus pensantes, quantum de quantitate eorum ignis absumperit iudicant statim. Manent ergò Romanorum cerei, à vespertinis vt dixi horis, vsque ad sequentis diei sextam, vel nonam horam in ecclesia matris Dei accensi. Missa autem peracta, vnusquisque cereum suum refert

B. Petr. Vener.
Cluniac. lib. 2.
Mirac. c. 30.

Cerei accensi
in festo Assumpt.
B. Virginis non cæsumuntur.

§ c. X.

refert domi, statimque statera eam pensans, quasi nihil consumptum sit, pondus v̄ prius inuenit, totumque quod Deo, & eius virgini matri deuotus incenderat, se recepisse miratur. Hoc autem miraculum iam per centum, & eo amplius annos durauerat antequam illud literis mandaret B. Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis, & diu postea perdurauit.

Marineus
Sicul. lib. 5.
de rebus His-
paniæ.
Lampades in
templo Dei-
para singulis
annis mira-
culosè accen-
duntur.

Occurrit & aliud annum de cereis siue lampadibus, miraculum, ad honorem Deiparæ, de quo ita Marianus Sicularius. Oliua in ripa Sicoris fluij oppidum, famigeratur Castilnedrensi templo sublimi in loco sub diuæ Mariæ auspiciis posito, ad quod (nota prodigium) mense Martio feria sexta ex insula fluminis, tria lumina cerulei coloris ascendunt, & Ecclesiam per fenestras ingressa, lampades accendunt, & subindè descendunt ad locum vnde venerant ibique ab intuentium oculis euanescent. Quod ab eius tractus vitis valde dignis (ait Marineus) affirmatur.

Annus Christi 1090.

Vita S. Ro-
berti vbi su-
pra.

Celeberrimum etiam est miraculum quod sequitur. Mulier quædam Cobnoxia comitali morbo, graui in super inopia premebatur. Huic in mentem venit, Molismense templum adire, quod post obitum sancti Roberti, de quo supra egimus, multo quam ante nobilius & celebrius fama miraculorum frequentiaque reddiderat. Igitur duobus filiis adhibitis, altero lactente, altero paulò grandiore, sese dedit itineri. Sole autem inclinante quoddam peruenit Cœnobium, cuius Monachi peregrinantes feminas, vel quomodolibet aduenientes, ex ipsis Mdnasterij finibus repellbant. Ità mulier iussa recedere, in deserti nemore petnoctauit. Ibi diuina prouidente manu, ignem languescens à sopitis cineribus, quos offenderat, excitauit, cuius oportunitate, cæli ac tenebrarum tulit iniurias. Intempesta nocte, ecce lupus ibi interuenit, viso pia mater, fronti crucis salutiferæ signum imprimit, seque, & suos filios, Deo, beatissimæque Virgini sollicita religione commendat. Paulo post infesto illo morbo corripitur, qui & sensum eripit, & corpus ad terram allidit. Qua velut captata occasione, lupus rapto minore puerulo, sese fugæ mandauit. Vbi remisso morbo, mulier quasi à morte reuocata surtegit, infantem quem suo stringebat amplexu requisit. Puerulo grandiore, qui viuis restabat, casum nunciante, in maximos luctus incidit, atque inter plorandum has voces iterabat: Redde mihi depositam Maria benignissima, tu quoque restitue pater Molismensis. Hæc subindè vociferanti, bellua suæ feritatis oblita, puerum sanum, saluumque restituit, inque pueruli dorso, dentium lupinorum impressa signa, miraculum, miraculique fidem ampliauit.

Pueri B. Vir-
gini à matre
commendati
rapit lupus,
quem tamen
ille sum resti-
tuit.

Annus Christi 1091.

Apud Suriū
tom. 2. 7.
Aprilis.

Videamus etiam quodnam tunc beneficium fuerit à B. Virgine confectus S. Aibertus Monachus Crispiniensis. Illud sic describit Robertus Archidiaconus. Viginti, inquit, & quinque annis permanfit inclusus in cella: è quibus duobus & viginti pane prorsus abstinuit, & omni potu annis viginti.

viginti. Nec tamen aliquo obstrictus voto, sed sponte sua tot annis potu atque aliis quibusdam corporis necessariis alimentis sibi interdixit. Qua autem occasione pane abstinuerit, si quis nosse velit, ex iis quæ dicturi sumus, potest cognoscere. Quadam hyeme accidit, ut locus, in quo morabatur, aded aquarum inundatione obsideretur undique, ut neque accedere ad eum quisquam, nec inde egredi posset. Cum igitur, & panis ei deesset, & Missam auscultare non posset, animo permoueri cœpit (necdum enim sacerdotio initiatus erat.) Itaque nocte quadam cum multo dolore, & piis querimoniis beatissimam semper Virginem Mariam compellauit, orans ut ipsius miseriam subleuaret, his vel similibus verbis utens. O sancta Virgo Virginum Maria, quæ pariendo Dei filium, mundo gaudia contulisti, quæ es fons pietatis & misericordiæ copia, subueni mihi misero, corporali pane indigenti, & Missarum solemnia non audienti. Quibus dictis, somno correptus, obdormiuit. Ecce autem mox in visu adest sanctissima, mater & virgo in forma matronæ pulcherrimæ, cum puellis plurimis inferioris staturæ. Quas ut vidit vir Dei, ita dixisse visus est. Equidem si pridem in monasterio scēminas vidissem, profecto illas expulissem. Cur igitur vos huc intrare ausæ estis? Cui virgo sacratissima respondit. Tace frater: ego sum virgo Maria, quam tam dulciter inuocasti. Sed quid à me præstari tibi vis? Tum ille, Succurre, inquit, mihi peccatori in iis, quibus egeo, & quibus tu quoque non ignoras me carere. Respondit Virgo mater: Putas ne omnipotentem Deum, te etiam sine pane posse sustentare? Ego verò, inquit ille, credo Deum id posse. Et Virgo beata. Cur autem, ait conquereris te Missas

*S. Al'ertus
Monachus ecc
cellentissimū
abstinentia
domū à Dei-
para, conse-
quuntur.*

Annus Christi 1093.

Circà hæc tempora S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, à periculo mortis, implorato beatæ Virginis auxilio liberatus fuit. Nam cum à Guilielmo Angliæ Rege missus fuisset in exilium, & ad Rogerium Apuliæ regulum accessisset, apud eum per multos dies mansit, & sacra quadam ædicula deserta & infrequens, ipsi & sociis datur, ubi remotus è turba quietus habitauit. Quadam verò nocte, ministris dormientibus ipse solus exiit, ut suspiceret cœlum, lentoque pede ne suos excitaret, perrexit ad ostium. Cumque egressus, fossæ profundæ immemor, ad destinatum properaret locum, in barathrum, altissimamque voraginem cecidit: in ipsaque ruina, Deiparam quam amabat, & scriptis ornauerat, contentione maximæ vocis appellauit. Contubernales excitati, accurrunt, miranturque eum nihil mali passum fuisse. Et sic tandem cum difficultate magna eum inde sanum, & incolumen extraxerunt.

*Edinet. in vi-
ta S. Anselmi
apud Sur. to-
mo 1. die 21.
Aprilis.*

*S. Anselmus
Deipara be-
neficio à mor-
to liberatur.*

Annus Christi 1094.

Quo etiam tempore, beata Virgo, mulierem quandam illæsam conseruauit inter flammæ, in vrbe Laudunensi. Historiam sic narrat Vincentius. Anno Domini 1044. Pontificante in vrbe Laudunensi Helinando, mulier quædam in proximo manens, habebat generum iuuenili specie decorum, quem multa diligentia pro amore filiæ suæ curabat, & obseruabat. Turpis autem suspicio orta inter vicinos homines de muliere & genero suo, eam turbauit: quæ impatienter ferens famam suam huiusmodi opprobrio turbari, iniuriæ suæ causam in generum retorfit: & clandestina machinatione, vt occideretur à duobus pueris procurauit. Postmodum verò ad pœnitentiam facti homicidij conuersa, cuidam presbytero, per confessionem peccatum suum reuelauit. Sed elapso aliquanto temporis spatio, idem presbyter cum ea litigans, malum quod fecerat, in faciem ei exprobrauit. Quo audito parentes hominis occisi, nunciauerunt Vicedomino Laudunensi, cuius iussu vocata mulier, venit, & qualiter hominem occidisset nequaquam celauit. Iudicatum est ergò eam ignibus debere concremari. Sed prius ducta ad Ecclesiam B. Dei genitricis Mariæ, peccatum suum coram Deo, & hominibus ex ordine narrauit: & sic meritis & precibus sanctissimæ Virginis Mariæ seipsam commendauit. Deinde missa in ignem, incendium nullatenus sensit, sed diuina protegente gratia, consumpto igne illæsa permansit. Quod factum cognati hominis occisi, non diuinæ virtuti adscribentes, fragilem potius lignorum materiam causantes, iterum accendunt ignem circa eam forsioribus lignis, sed nihil profecerunt.

Iterato enim miraculo seruauit eam Deus incolumen ab exustione ignis, ad laudem sui nominis, suæque genitricis gloriæ & honorem. Egressa igitur ex incendio, non solum carne, sed etiam veste, & crine illæsa, ad Ecclesiam sanctæ Dei genitricis, omni populo applaudente ducta est. Post laudes Deo redditas paucis diebus transactis transiit ab hoc sæculo. Hæc Vincentius. Huius miraculi memini Baronius, tomo vndecimo, ad annum 1094. de femina, inquit, ob crimen, quod Pœnitentiario, sua confitendo peccata reuelauerat, incendio condemnata, & iterum incenso igne circa ipsam, diuina virtute per Dei genitricis intercessionem illæsa seruata, Sigebertus hoc anno in Laudensi Ecclesia contigisse narrat. Hæc ille.

Annus Christi 1095.

Anno sequenti nempè 1095. celebratum est Concilium Claromontense, sub Urbano Papa II. ipso existente in propria persona, & præsidente in eodem Concilio, in quo expeditio Hierosolymitana statuta est. Vt autem res difficillima inchoanda, hæctenus in Ecclesia Catholica intentata optatum consequi posset effectum, placuit Urbano Pontifici Dei genitricis precibus annitendum, vt conciliaret sibi cæleste numen, quod probè sciret experimento quæque ardua progressura feliciter, quibus beatæ Mariæ Virginis fauere gratia, & aspiraret auxilium. Ad quod promerendum, idem Christi Vicarius eodem Claromontensi Concilio rogata sententiâ Patrum, egit,

Vinc. in Speculo lib. 25. cap. 90.

Mulierem illæsam inter flammæ conseruat B. Virgo.

Baronius.

Vide Baronii ibi supra.

egit, vt horariæ illæ preces & laudes, quæ vulgò Dei genitricis appellari consueverunt Officium, apud Monachos Eremitas institutionis Petri Damiani, (vt superius vidimus) frequentari cœptæ, ex illis deducerentur ad Clericos, à quibus dignè ex animo eidem sanctissimæ Virgini persolui deberent, vt ipsa apud filium ageret precibus, quo fidelis populus, in tot & tantis discriminibus subeundis, eius fulciretur auxilio, atque præsidio muniretur. Quod quidem à sancta Synodo, Urbano agente, ea occasione indictum, & à Clericis piè susceptum, ad laicos quoque fuit tam viros quam mulieres propagatum, & quidem cum magno fœnore gratiarum, vt experti sunt omnes, iugiterque experiuntur fideles, illud ex animo frequentantes. Hæc Baronius vbi suprâ.

Officium B. Virginis sub Urbano II. in Conc. Claromont. approbatum & indictum.

Tunc etiam Carthusiani easdem preces horarias susceperunt diuino monitu, & eandem Deiparam Virginem Ordinis totius adscinere sibi patronâ. Cum enim primi Patres Carthusiani, quorundam malignorum hominum linguis fraudulentis deterriti, qui nouitatis eos insimulantes, aiebant illos in mortis discrimen sese conicere: effectum sanè est ab illis, vt optimi Patres proorsus dubitarent, quidnam agendum ipsis esset, tum propter susceptæ vitæ austeritatem, tum propter deserti horrorem & vastitatem, in qua, illorum nequam hominum moti sermonibus, in vitâ periculum se venturos etiam ipsi iam formidabant. Contra autem non parum verebantur, si inde recederent se Deum, & stellas duces, quas Episcopus Hugo viderat, offensuros. His perplexitatibus aliquandiu bene multum exagitatibus illis, ecce benignissimus Deus, qui nunquam deserit sperantes in se, mittit ad eos, his de rebus inter se colloquentes, virum venerabilem, cano capite, crispo capillo, qui ait ad eos: Perplexi estis, fratres vtrum hoc in loco permanere, vel ex eo excedere debeatis. Sed ego dico vobis verbis omnipotentis Dei, beatissimam Dei genitricem Virginem perpetuam, vos in hoc deserto loco conseruaturam, si in eius honorem quotidie legere velitis preces eius Horarias. His dictis repente ab eorum oculis ablati sunt. At illi incredibili affecti gaudio, illam sacrosanctam Virginem, cui scirent eius filium Regem immortalem omnium sæculorum nihil negare posse, patronam totius Carthusiani instituti sibi delegerunt, & beatissimum Domini Præcursores Ioannem Patronum. Hominem autem illum, qui eis apparuit, sanctum Apostolum Petrum fuisse, indè vel maxime coniciebant, quod eius successior Urbanus secundus, in Concilio Claromontensi beatissimæ Matris Dei preces Horarias à toto Clero dicendas instituit. Hæc Franciscus de Puteo in vita S. Brunonis.

Franc. de Puteo. Per. Blomeu. apud Surium in vita S. Brunonis 6. Octobris. Carthusianorum Patrona B. Virgo.

Carthusianè ex primis qui dicendum receperunt Officium B. Virginis.

Ipsò anno, vel vt alij volunt millesimo centesimo quinto, cum Atrebati grauis morbus ardentium grassaretur, ciues beatæ Virginis auxilium in tanto periculo implorarunt. Quæ deuotorum suorum miserta, visa est ab innumera populi multitudine in Ecclesiam descendere, portans cereum in manibus quem tradidit Iserio Brabantino, & Petro Normano, qui ob perpetratum homicidium, inter se dissidebant. Voluit enim tunc incipere mirabilia sua, per reconciliationem amborum illorum. Quotquot autem bibebant aquam, vbi cereus ardens intinctus fuerat, ab omni liberabantur infirmitate. Et quod mirabilius est, iam effluerant quingenti anni, ex quo

Pyræus in Corona B. Martia. c. 12. Atrebatenfes morbo Ardentium per B. Virginem liberantur. Cereus miraculosus Atrebati.

semper accenditur cereus ille, qui propterea nihil omnino minuitur, licet alij multi patui cera defluente conflati fuerint.

Annus Christi 1096.

In vita S.
Rob. 29. Ap.
apud Suriū.

*Puer inuoca-
to Deipara
auxilio, inter
flamas illa-
sus inuentus.*

*Monile pre-
siosum amis-
sum, inuocata
Deipara re-
pertum.*

IN illis diebus, mulier quædam negotiorum causa foras egressa, puerulum reliquit in cunis dormientem. Cumque subito casu domus arderet, nullaque succurrentium remedia proficerent, diligentiam incendio superans mater reuersa, hæc gemens iterabat: Esto clypeus à facie ignis, deuorantis Domina Molismensis. Aduolat tamen ad incunabula parens uterque, difficili aditu, vel ipsos deflagrati infantuli cineres, loco magni muneris habiturus. Res mira, sed Mariam Deiparam appellantis consuetam. Repertus infans flammis aridens, & cunis in cinerem redactis, in solum puerulum flamma non sæuit.

Niuernensis etiam Domina, potens imprimis, nobilisque matrona, monile perdidit gemmis, vnionibusque distentum. Quod tamen diligentissime conquisitum inuenire non poterat. Cum verò admonitu illorum, quæ in Molismensi suo templo Deipara factitaret, & in beatissimæ Dei matris, & Roberti fundatoris honorem cereum accendisset: pretiosum illud monile reperit, seque gratam beneficentissimæ Virgini continuo præstitit, quæ & hominum fida custos esset, & rerum.

Annus Christi 1097.

S. Anselm. in
Epist. ad Epi-
scopos Angli-
æ. Cartha.
tomo 1. de B.
Virg. lib. 1.
hom. 19.
Conceptionis
festū quando
scriptum.

PER id temporis cœpit in Anglia celebrari festum Conceptionis immaculatæ, vt refert S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, qui adhuc in viuis erat. Nam Herlinus Abbas Rhemesinensis, cum in medijs Oceani fluctibus valde anxietur, apparuit ei Angelus de cælo, iubens illi celebrare Conceptionem beatæ Virginis. Quod cum facere polliceretur, sedata tempestate saluus factus est cum omnibus secum nauigantibus.

Alterum miraculum refert idem Anselmus, de quodam Leuita, Regis Hungariæ germano, quem de nuptiis, immaculata Virgo reuocans, admonuit celebrare, celebrandamque prædicare suam immaculatam Conceptionem.

Annus Christi 1098.

Arnold.
vniou. to. 2.
ligni vitæ, in
tract. de In-
uent. Rerum.
Vuill. Tyr.
de bell. sacr.
Antiq. M. S.
Cod.
Corolla pre-
caria B. Virg.
inuentis.

Diximus suprâ celebratum fuisse Concilium Claromontense, pro recuperatione terræ sanctæ: videamus nunc qualiter terra sancta ope & auxilio beatæ Virginis fuerit recuperata. Petrus Eremita Hierosolymitanae expeditionis auctor, qui que Christianorum exercitum duxit in partibus Orientis, sciens beatam Virginem esse refugium Christianorum, cum tunc impressoria ars nondum esset inuenta, Coronam, seu corollam precariam beatæ Virginis instituit, quam militibus quotidie tradidit recitandam. Solebant autem Christiani in meridie prælium committere, & inde prouenit causa pulsationis salutationis Angelicæ. Nam qui remanserunt in domibus

gomibus suis, audito signo campanæ, flectebant genua, & salutationem Andelicam pro pugnantibus recitabant: quos etiam continuis precibus, ieiuniis, & aliis sanctis operibus adiuuabant. Mirum dictu, cum Christiani hanc orationem continuassent, semper victores existebant. Deinde etiam hæc consuetudo in castris nostrorum recepta, cum neglecta fuisset: Saraceni superiores existebant: sed iterum resumpta, nostri semper superabant.

Annus Christi 1099.

Quia verò Christiani, variis vitiis dediti erant, res prosperè eis non cesserunt. Videns hoc Bertholdus de Malefayda, frater Aymetij Podiensis Episcopi, & Apostolicæ sedis Legati, promisit se Deo, & beatæ Virgini iugiter in monte Carmeli seruiturum, si Dominus respiceret plebem suam. Tunc eidem Dominus Iesus, splendidam crucem super caput gestans, cum beatissima matre sua, & sancto Petro Apostolo, apprensus, durè increpauit Christianorum ingratitude. Cùmque minaretur se vindicaturum, sanctissima & piissima virgo Maria, misericordiæ mater, cum beato Petro, ad pedes Domini corruit: supplicans vt iram, sua clementia mitigaret. Deinde Dominus ait Bertholdo. Vade, dic populo meo, Lupanar, prostibulum, & omnem à vobis abusum proiците: & optimam vobis præstabo auxilium. Si reuersi fueritis ad me, ego quoque reuertar ad vos. Cantetur diebus quinque, Responsorium, Congregati sunt inimici nostri, &c. Eodem tempore cuidam Religioso apparuit S. Andreas Apostolus, demonstrans locum in Ecclesia S. Petri in ciuitate Antiochena, (quæ à Turcis, tunc obsessâ tenebatur) vbi inuenienda esset lancea Saluatoris. Igitur non multo post ignis in castra Turcarum descendit de cælo. Quod videntes Christiani, post lanceam Domini inuentam 37. obsidionis die, contra Corberandum in prælium exierunt: dulci pluuia ipsis, & eorum equis recreatis. Et ecce de montibus innumerabilis exercitus cruce signatus, vexilla alba in manibus gestans, visus est descendere. Cuius duces Georgius, Demetrius, Mauritius, Mercurius, sancti Dei martyres æstimati sunt. Tunc Aymetius Episcopus exclamauit voce magna, dicens: O fortissimi milites Christi, ecce auxilium Domini, pugnate viriliter. Igitur in conflictu dici illius, ceciderunt Turcarum fortium armorum, tam peditum, quam equitum plusquam centum millia, præter illos cælesti igne consumptos.

Quoniam verò suprâ Coronæ mentionem fecimus, Bernardinus de Busto, quædam miranda à Deo edita in fauorem eandem recitantium scribit, quæ hic referam, cum tempus quo acciderint, non reponat. Mater quædam habens filiam prauam, per virtutem coronæ obtinuit illius emendationem.

Quidam Perusinus, positus in profundo turtis, desperansque posse euadere, quinque Coronas dicebat in die, & sic liberatus fuit.

Quadam etiam die, cum nonnulli Mercatores Florentini venirent de Lugduno, vnus eorum post socios remanens, Coronam recitabat. Et quia solus erat, à latronibus inuasus est, qui totum eius vestimentum in frustra inciderunt, & Coronam quam in manu habebat: carnem verò eius, nec tangere, nec ledere potuerunt.

Palconydo-
rus lib. 2.
Hist. Carm.
c. 11.

*Christum
iratum B.
Virgo preci-
bus ad mise-
ricordiam
prouocat.*

*Deipara præ-
cibus infide-
lium exerci-
tus prostra-
tus, & terra
sancta acqui-
sita.*

In Mariali
12. Serm. 1.
3. P.

*Miranda
edita in fa-
uorem reci-
tantium Co-
ronam B.
Mariæ.*

In quadam nauicula cum essent quidam pueri ludentes, inter alios erat ibi filius cuiusdam pauperis, qui quotidie faciebat Coronam Virginis. Vnde submersa navi, omnibus aliis suffocatis, ille liber super aquas ambulans, euasit.

Vulteræ, in morte Pij Papæ, propter magnam niuem cecidit tectum domus, & omnia super canicium steterunt, quia ibi erant duo filij pauperis viduæ, qui quotidie faciebant coronam. Ad quod miraculum videndum, cucurrerunt omnes de ciuitate.

Item Feltri, vxor cuiusdam Medici capta à Turcis, propter coronam liberata fuit intacta cum filia sua.

Norsix ad lacum Pilati, quidam desperatus cœpit clamare, dicens: O demones venite, qui statim cum furore venientes dixerunt: Quid vis? Quid vis? Et ille ait: Portate me vobiscum, quia nolo amplius viuere. Illi autem responderunt: Non possumus, propter Coronam illam quam recitasti hodie.

Quidam etiam Scholaris Perusij appetens quandam mulierem, inuenit Nigromantem, qui in circulo quodam ipsum intrare faciens, atque Demones inuocans, ab ipsis responsum habuit, quod in hoc malo auxilium ei præbere non poterant, propter Coronam quam fecerat.

*Auis edocta
dicere Aue
Maria, præ-
seruatur à
morte.*

Quædam deuota iuuenula docuit quandam auiculam dicere *Aue Maria*, ita quod garrindo vix aliud proferebat. Quædam autem die volucris rapax ipsam rapuit, & asportauit. Quæ cum clamaret *Aue Maria*, statim illa auis rapax mortua cecidit: & auicula ad gremium iuuenulæ est reuerfa.

*Baldericus
Epif. Dolen-
sis, in vita B.
Roberti de
Arsbruceb-
lis.
Ordinis B.
Virginis Fon-
tebraldensis
instituisis mi-
nabilis.*

Ipsa tempore sanctitate fulgebat B. Robertus de Arsbruceb-
tor Monachorum & Monialium Ordinis Fontebraldensis, sub Regula S.
Benedicti, qui primò à Paschali II. postmodum ab aliis summis Pontifici-
bus fuit approbatus. Eius autem Ordinis institutum est, vt Monachi sub-
dantur, & obediunt Abbatissis & aliis Virginibus, propter illa verba Domi-
ni in cruce pendentis, *Mulier ecce filius tuus*. Vicissim verò tenentur Abba-
tissæ, cæteræque Moniales, tanquam Matres Monachos magno amore pro-
sequi, & de eis curam habere, propter illa Christi verba ad Ioannem, *Ecce
mater tua*. Propterea B. Robertus omnia virorum Monasteria S. Ioanni
Euangelistæ dicauit: Virginum verò B. Virgini. Vnde vocatur Ordo B.
Deiparæ Virginis, & S. Ioannis Euangelistæ.



SÆCVLVM VNDE

C I M V M.

Annus Christi 1100.

EQVITVR Annus Domini 1100. multis à beata Virgine illustratus miraculis. Nam & in quodam Carnotensi pago, cum puer luderet iuxta ripam fluminis, cecidit in profundum & mortuus sublatus est. Mater statim atque beatæ Virginis Carnotensis imploravit auxilium, filium recepit viuum & incolumem, gratiasque Deo, & Beatæ Virgini reddidit in Ecclesia Carnotensi.

Hist. Eccles.
Carnot.

*Puer in aquis
suffocatus, à
B. Virgine, vi-
ta restitutus.
Ex antiquo
M. S. Codic.*

Hoc pariter anno duo nobiles Equites Galli pergentes in partibus Orientis, vt auxiliarentur Christianis contrà Turcas, capti sunt à Saldano Ægypti, atque in teterrimum carcerem detrusi. Cumque sæpius sollicitarètur de abneganda Christi fide, vt mortem euaderent, & præcipuè ab ipsius Soldani filia, Ismeria, nūquam acquieuerunt: sed è contrà Iesu Christi, & B. Virginis laudes prædicabant. Audiens illa beatam Virginem Mariam esse Dei matrem atque permansisse ante partum, in partu, & post partum Virginem: denique esse Reginam cœli & terræ, valdè mirabatur, eamque cœpit ex toto corde amare. Quare magis beneuolam captiuis illis sese ostendebat, eisque necessaria latenter subministrabat. Quadam autem die, cum vehementi desiderio afficeretur videndi saltem B. Virginis imaginem, vnus ex illis se eam effigiaturum promisit, si ligna & instrumenta haberet. Hoc autem dixerat inconsideratè, quia artem fabri lignarij non nouerat, sed vt suam, sociorumque vitam prolongare posset. Nec distulit puella lignum, & instrumenta afferre. Interim tamen à sociis grauitè increpatus est propter hoc quod promiserat se facturum imaginem beatæ Virginis, cum nunquam artem illam didicisset. Cumque crudelissimum mortis genus expectarent: & nihilominus totam noctem in orationibus transegissent: illucescente die, viderunt elegantissimam imaginem beatæ Virginis diuinitus factam, vndè Deo & beatæ Virgini gratias agentes, plurimum lætari sunt. Sed & puella cum rediisset, incredibili & inenarrabili affecta est gaudio videns tam pulcherrimam imaginem, quam cum summa deuotione accipiens: repositam in arca sæpius in die eam inuiscbat, & venerabatur: milites verò cautè de carcere eduxit, & effugere fecit. Qui in patriam redeuntes, in oppidum scilicet Latiense: aliquandiu p̄st, eos subsecuta est puella deferens secum imaginem illam, quæ ibidem adhuc hodiè & videtur, & colitur: innumerisque claret miraculis.

*Imago D. Vir-
ginis Latiens-
is diuinitus
facta.*

*Ipsius temporibus Boccus Presbyter S. Othonis Episcopi Bambergensis ad vil-
lam*

Andr. Abbas
in vita S. Ot-
tonis Episc.
apud Sur. 2.
Iulij.

Rusticus la-
borans in fe-
sto Assumpti-
B. Mariae su-
bita morte
perit.

Franc. Pa-
tauis in vita
S. Leop. apud
Sur. 15. No-
uemb.

S. Leopoldus
Ecclesiam &
Monaster. in
hon. Deip. con-
struit mira-
culo excita-
tus.

Molanus
Balinghem
in Calend. B.
Mar. 2. Apr.
Pyræus in
Corona Dei-
par.

lam quandam pergens in festo Assumptionis beata semperque Virginis Maria, reperit duos rusticos, virum scilicet, & uxorem eius metentes. Presbyter zelo religionis motus, eos prohibebat, dicens huic diei propter Assumptionem Dei genitricis Mariae honorem deberi. Erat autem secunda feria. Dicebat ergo rusticus: Heri propter dominicam operari non licuit, & iterum hodie vacare iubemur. Quae est hac doctrina, qua homines à rebus necessariis & bonis iubet cessare? Quando ergo collectas videbimus fruges nostras? Puto vos inuidere vilitatibus nostris. Cumque iam ad blasphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus, messor vehemens, in calamos vibraret, mirum dictum, subito extinctus in sulcos cecidit, falcemque in dextra, segetem autem in sinistra, ut absecta erat, tam fortiter etiam moriens tenebat, ut à nullo auferri posset. Mulier autem infelix, socia operis, morte quidem mulctata non est: puto, quia sub viri obedientia posita fuit. Sed tamen sine pena, & confusione non evasit. Nam corpus ex animi viri ad Ecclesiam secuta, falcem & segetem de manibus suis, & ipsa excutere non potuit, quousque coram populo, & clero argumentum hoc illicitae operationis probaretur. Sepulto ergo viro, & abeunte cum timore populo, mulier soluta est. Ex hoc autem facto populus maiorem Dei genitricis reverentiam, maioremque aliis festis celebritatem doctus est exhibere.

Sanctitate clarus tunc habebatur S. Leopoldus Austriae Marchio, qui Agnetem Imperatoris filiam in uxorem duxerat. Hi cum essent ambo mira praediti bonitate, ambo in redemptorem nostrum pientissimi, cogitarentque quo maxime pacto Deo placere possent, arbitrati sunt rem gratam altissimo fore, si quam aere proprio sacram constituerent aedem; beatae Mariae templum condere, in eoque sanctae, & approbatae religionis viros collocare decreuerunt, quorum precibus beata Dei genitrice intercedente, salutis eorum aeternae foelicitas impetraretur. Et cum de loco aedis construendae cogitarent, miraculo datum est (ut in vrbe Roma de niue scribitur) diuina quasi voluntate ventus coortus flammeolum Agnetis, capite leuiter sublatum procul ab oculis in remota detulit loca: quod nono post anno, cum relaxandi animi gratia vir Dei deambularet, oculosque ad vepres verteret, conspectum super frutice, decifum & inuiolatum laetabundus accepit. Deinde velut Deo iubente aedificatum templum, est B. Mariae Virgini dedicatum, conspicuum & opulentum, situm in ripa Danubij, octauo à Vienna lapide.

Qualiter autem tunc temporis B. Virgo Genouefam Palatinam à morte, & ab infamia liberauerit referre libet. Haec Ducis Brabantiae filia, emicuit castimonia, patientia & deuotione erga Deiparam, cuius interuentu à Sifrido Romani Imperij Palatino masculum concepit. Porro antequam is, contra infideles & barbaros in subsidium terrae sanctae cum magno belli apparatu proficisceretur, abiens coniugem cum omni Dominio defendendam tradidit militi fortissimo Goloni: sed miles primum blanditiis, & fictis à morte mariti litteris, tum variis molestiis eius pudicitiam exagitauit, tandem redeunte viro, omnia prospera esse dixit, praeter thorum adulterio foedatum, quare eam cum prole submergendam suggestit. Quod mox vir ira percitus fieri decreuit, sed famuli eam in nemote deseruere, & pro lingua eius, ad Golonem attulerunt linguam cuiusdam canis. Interim tanquam altera Agar, cum prole per nemus vagatur, lympha & herbis se sustentans: ab
aduocata

aduocata autem sua Deipara multam capiens consolationem. Per cuius patrocinium, etiam cerna quædam filiolo turgidas mammas exhibuit. Elapsis tandem annis sex, & mensibus tribus, maritus inter venandum die Epiphaniæ, vxorē cum prole reperit, & ex cicatrice vulneris in Brabantia accepti aliisque signis & verbis, non sine rugitu agnouit. Noluit tamen illa cū viro congregi, nisi ante sponderet, eo loci templū in Dei genitricis honorē ædificare, quæ eam in tot aduersis seruauerat. Quod & statim factū est, atque in eo postea humata fuit, vbi Deus ob suæ Matris reuerētiam præclara multa operatur. Cæterum Golo à quatuor indomitis bobus dilaceratus interiit.

*Ge nouissimam
Palamam à
morte & gra-
ui infamia
liberat B.
Virgo.*

Annus Christi 1109.

Migravit in cœlum circà hæc tēpora, S. Hugo Abbas Clun. nempe anno Domini 1109, vt testatur Hugo Monachus Cluniacensis in vita ipsius. Et quia beatæ Virginis fuit amator eximius, ideo sequētes reuelationes ad hoc ostendēdum apparuerunt. Bertinus de Varenis in agro remāserat solus rē nescio quā peracturus, vidit ibi personas maximæ dignitatis, præcedebat eos Domina splendoris & gloriæ inestimabilis, quam transeuntem aspexit, sed faciem eius videre nō meruit. Stabat homo attonitus, cū ecce quidam senior venerandus, mirantem illum ità alloquitur. Cuius est, ô homo, ager iste quem colis? Respondens homo, Sancti, inquit, Petri est, & Hugonis Abbatis. At ille, meus est, ait, ager, & possessor agrī. Ego enim sum Apostolus Petrus, & iste quem vides Sanctorum est Conuentus. Domina quæ præcedit, mater est Domini. Vade, & ex parte mea dices Hugoni Abbati, quia in proximo habet mori, sollicitè prouideat in Domino sibi, suæque Domui. Bertinus verò legationem exequi timuit, sed secundò communitus, & quia neglexerat, increpatus, Cluniacum venit, actionem prout digesta est Abbati retulit, Abbas reuerenter accepit, seque citò moriturum humiliter præparauit.

*Apud Sur.
edit. recent.
& in Bibliot.
Clun.*

Sabina quoque sanctimonialis Virgo, in Iotrensi Monasterio testimonij singularis, vidit matrem misericordiæ cum glorioso beatorum agmine. Vidit & subsellium candidum decenter ornatum agmini illi interesse, audiuitque, quia Hugo Abbas Cluniacensis in eo debebat abire. Sabina retulit visionem, nec multo post nuncius venit, dicens migrasse sanctum, quem visio dicta signauerat abiturum.

Post transitum beati viri, quamplurimis euolutis diebus, decidit in lectum Narbonensis Bernardus, diu in monastica religione probatus. Qui vt cognouit quia moreretur, astanti sibi Pontio Abbati cum fratribus, ait: nosti Pater, quia Nongenti Prioratum tenui, ibi quidem S. Dionysius mihi apparuit, & ità præcepit. Vade, inquit, frater, vade Cluniacum, videbis Hugonem Abbatem tuum quantocius obiturum, videbis & eius successorem Pontium, quem Apostolorum Principes à Roma miserunt. Veni ego, sed abeunte Patre, me miserum fateor nimio grauatus sopore, discedentem Patrem non merui salutare. Sed licet sopitis, exterioribus oculis, interioribus tamen egredienti eius animæ præsens spiritu, affui in oratorio beatæ Mariæ Virginis matris Domini, vbi idem pater delatus à fratribus,

S. Hugonis
Abbatia Clu-
niac. animam
excipit B. Vir-
go, eamque à
Damonum
præferuat
præfigit.

Cisterciensis
Ordinis Mo-
nasteria om-
nia B. Virgi-
ni dicata.
Cucullam
albam tradit
S. Alberico B.
Virgo.
Cuculla olim
nigra Cister-
ciensium a B.
Virgino mi-
raculose mu-
tata in al-
bum colorem.

Deiparam in-
uocans S. Al-
bericus mori-
tur.

ea hora expirauit. Erat ibi, testor Deum, ipsa Dei genitrix, obuia obeunti. Aderat Petrus & Paulus, Martyrum quoque & Confessorum chorus, inter quos specialiter Martialem & Martinum agnoscebam & Benedictum. Quidum susceperunt animam morientis patris, irruerunt eminus quidam Sagittarij. Contra quos misericordiae mater, manicam suam eleuauit, & egredientem protexit. Qua cognita, sagittarij illico, fugerunt territi & confusi.

Ipsa anno etiam abiit in caelum S. Albericus secundus Abbas Cistercij, qui tam ipse, quam sui Monachi, Deiparae egregij erant cultores, eam Ordinis recens fundati Praesidem adoptando, cuius sub patrociniis congregatio Cisterciensis, omnium virtutum genere faceret progressum. Et sic decreuerunt omnia sua Monasteria, sub eius nomine constituere, cuius interueniente patrociniis, paruus ille fons Cisterciensis in aquas plurimas redundauit. Quadam nocte ipso, eiusque Monachis, Matutinas Horas deuote canentibus, adfuit Deipara uirgo, caelestium spirituum stipata phalange, praefrens manibus candidam & nitidissimam cucullam (ante enim nigris utebantur) quam stupentis Alberici capiti imposuit. Sed ecce miraculum miraculo excipitur, simulatque enim habitus ille albus Alberico impositus est: Monachorum in choro psallentium Cucullae colorem mutarunt, & quae antea nigri erant coloris, repente candidissima instar niuis colore sunt tinctae: & statim ex oculis seruorum suorum uirgo beata euauit. Cum aliquando beatus iste uir, orationi intentus, spiritum ad aethera erigeret: apparuit ei piissima Mater, & Ordinis propagationem & incrementum promisit, & adiecit. Ego Ordinem istum usque in finem saeculi protegam, & defendam. Qua uisione confirmatus, Ordinem suum à summo Pontifice Paschasio confirmari curauit, & primas leges Cisterciensibus sanciuit. Tandem in lecto mortis decumbens, susceptis deuote Ecclesiae Sacramentis, in extremis confitutus symbolum Apostolorum clara uoce recitauit, & postmodum Litanias perlegit. Cumque ad illud peruenisset, Sancta Maria, ora pro nobis, facies eius ad instar solis luce perfusa, uelut in somnum leniter solutus, animam efflauit.

Annus Christi 1110.

Trithem. in
Chron. Hie-
saugiensi.

Petrus Can-
isius de B.
Virg. lib. 5.
c. 20.

Bredenbach.
factatū Col-
lect. lib. 2.
c. 7.

Rupertus ab-
bas Anum
Scientiarum
impetrat à B.
Virgine.

Eadem aetate floruit Rupertus Abbas Tuitiensis Germanus, qui cum primùm ingenio se tardum, & ad sacra discenda parum idoneum cerneret, opem sacrae Virginis singulari studio implorauit, ut hanc naturae difficultatem superare, ac felices in sacris literis progressus facere posset. Cui Virgo Mater nocte apparens, promittit & praestat, quod ille tantoperè cupiebat, tam excellenti deinde gratia scientiaeque illustratus, ut inter Germanos Theologos eminerit, ac similem aetas illa non tulerit; qui & uiuus & mortuus multis claruit miraculis, sicut Trithemius aperte testatur. Nec ingratus ille fuisse uidetur Virgini, quam in suis monumentis libenter extollit: praesertim si Commentarios eius in Cantica, & opus de diuinis Officiis consulamus.

Annus

Annus Christi IIII.

TVnc etiam claruit, siue obiit in Monasterio Claræuallensi Ordinis Cisterciensis, B. Desiderius Conuersus, & sanctissimi Bernardi Abbatibus discipulus, qui Deiparam Virginem intimo cordis colebat affectu, eique gratissimum toto vitæ cursu famularum exhibuit: & cum iam morti proximus extremum ageret spiritum, piissimam Angelorum Reginam multiplici beatarum mentium circumstipatam cohorte, eumque ad æternam patriam vocantem conspexit, quam hilari, ac placido vultu omnibus circumstantibus valedicens, & diu Bernardi qui præsens aderat, benedictione munitus, cum ea in æternæ feliciter regnat. Cum aliquando in ipsa nocte Assumptionis beatæ Virginis ad custodiendas oues in syluis maneret, ibi oculos ad cælum dirigens salutationem Angelicam repetendo, venias venias. suspiria suspiriis superaddidit: sicque totam noctem, & partem sequentis diei, summa deuotione transegit. Quæ omnia sancto Bernardo per reuelationem ostensa sunt. Qui diuinis hymnis expletis, sacrissime mysteriis in honorem Dei genitricis à singulis Sacerdotibus deuotissime celebratis, cum in Conuentu Fratrum sermonem faceret, inter cætera dixit. Et quidem fratres mei dilectissimi, dubitare fas non est, vos Domino Iesu Christo vero Regi, necnon & speciali patronæ nostræ gloriosæ Virgini matri ipsius. sanctum, beneplacitum, & acceptabile deuotionis vestræ sacrificium hac nocte obtulisse, ideoque fructum laboris vestri mercedem æternam apud Dominum, & eandem benignissimam Protectricem nostram vobis repositam esse, certissima fide tenere debetis. Verumtamen scire vos volo, vnum ex minoribus & simplicioribus Fratribus nostris Conuersis, quem obediētia hac nocte in montibus & syluis tantæ festiuitatis gaudia celebrare coegerat, tam iucundum, tam deuotum, tam festiuum Domine nostræ exoluisse seruitium, vt nullius nostrum quantumcumque suspensa contemplatio, seu intenta deuotio, ipsius deuotioni, quam non alia contemplationis sublimitas, sed submissa sanctæ simplicitatis effecit humilitas, præferri potuerit. Hac de Desiderio S. Bernardus.

Barnab. de
Montalbo in
Chronic. Cisterc.

Annus Christi IIII.

TVnc etiam claruisse quidam asserunt beatum Balduinum de Boela Eremitam ex Ordine S. Benedicti, obiisseque in Anglia. Hic quadam nocte cum in stratu suo obdormiens requiesceret visum est ei quod beatissima mater Domini nostri Iesu Christi Virgo Maria, ad ipsum accedens, preciperet ei, vt Monasterium inciperet ædificare, spondens coadiutricem & cooperatricem in omnibus ei assistere ex quo dictum opus inchoaret. Mane vero facto, cum vir Dei narraret fratribus quod viderat, & audierat, (habebat enim duos discipulos) Arnulphus respondit. Nos parum quid habere possumus ad edendum, & tu Monasterium ædificare præsumis: Quo audito vir Dei à proposito desistit. Sequenti verò nocte, beatissima Virgo, iterum in visione apparuit ei dicens: Frater mi, quare opus quod exhortata

B. Virgo B.
Balduino, vs
Cenobium
construat præcipit.

Secundo eadem apparet.

sum, vt ædificares, adhuc non inchoasti? Aggredere igitur opus prædictum, & scias me hunc elegisse, & sedem esse seruietium mihi in sæculum sæculi. Balduinus mane factò, Fratribus, quæ viderat, exposuit. Sed Arnulphus, quasi in nullis confidens nisi in his, quæ in præsentia ipsorum erant, irascens ait. **Quantas hic sustinuimus paupertates & tribulationes, & rebus temporalibus penitus nullis ditati: & tu claustrum ædificare existimas? Modo patet te esse infatuatum, & scias me reuersurum vnde veni.** His & aliis vir Dei verbis commotus à proposito destitit, orans vt si hæc visio à Deo sit, & non illusio diaboli, ei tertio reuelaretur. Cum igitur proxima nocte sopori deditus esset, beatam Dei genitricem vidit, quæ quasi irascens, ad eum dixit: **Nunquid confidentia nostri tibi deest? Aggredere igitur Frater opus iustum, & sicut pollicita sum, faciam.** Sicque disparuit. Mane igitur factò, securim apprehendens, operarios conuocat, arborisque magnas & excelsas fecit incidere. O Dei, & Genitricis eius misericordia & pietas! Quotquot habuit operarios, quantascumque in victualibus, quam in pretiis operationum quotidie exponeret expensas, semper ante diei occasum persolutæ fuerunt: sicque Ecclesiam & domum satis magnam extruxit, & in consummatione operis omnia persoluta sunt, cum tamen in inchoatione nihil paratum haberet.

Item Ep. 107.
100.

Annus Christi 1113.

Chrys. Hen-
riq. in Fasci-
culo SS. Or-
din. Cisterc.
in vita S. Al-
berici Abb.
Cæsarius.
lib. 7. c. 60.

Circa hæc tempora Monachus quidam Ordinis Cisterciensis beatam Virginem plurimum diligens, mente excedens, ad contemplationem gloriæ cælestis deductus est. Vbi cum diuersos Ecclesiæ triumphantis Ordines videret, Angelorum videlicet, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & eisdem certis characteribus distinctos: item Canonicos Regulares, Præmonstratenses, Cluniacenses, &c. de suo Ordine sollicitus cum staret, & circumspiceret, nec aliquam de illo personam in illa gloria reperiret, ad beatam Dei genitricem cum gemitu respiciens ait. **Quid est sanctissima Domina, quod de Ordine Cisterciensi neminem hic video? Quare famuli tui tibi deuotissimè seruietes, à consortio tantæ beatitudinis excluduntur? Videns cum turbatum Regina cœli respondit: Iræ mihi dilecti sunt, qui de Ordine Cisterciensi sunt, vt eos etiam sub vlnis meis foveam.** Aperiensque pallium suum, quo amicta videbatur, quodque miræ erat latitudinis, innumerabilem multitudinem Monachorum, Conuersorum, & Sanctimonialium illi ostendit. **Qui nimis exultans, & gratias referens, ad corpus rediit, & quid viderit, quidue audierit, Abbatu suo narrauit.**

B. Virginis
erga Cister-
cienses affe-
ctus.

Annus Christi 1114.

Claruit etiam iisdem fermè temporibus B. Siardus quintus Abbas Horti B. Mariæ in Frisia Occidentali, Ordinis Præmonstrat. qui fundauit Curiam B. Mariæ in Bakefeen, prope Trentam. Sibrandus Abbas eius vitam, & miracula scripsit.

Amicus

Annus Christi 1116.

IN Flandria quoque ipso tempore fundatum fuit Monasterium Dunense Ordinis Cisterciensis, cuius primus Abbas fuit B. Robertus confanguineus S. Bernardi, ab eoque Abbas constitutus. Quantoperè autem B. Virgo huius Cœnobij Monachos dilexerit, hoc patet exemplo. Dum quadam vice Christi famuli in Refectorio, corpora sua multis ieiuniis & afflictionibus atrita, vilibus & insipidis cibis reficerent: ecce adstitit Regina cœlorum, quæ cœlestis suauitatis & saporis fercula, singulis mirabili affabilitate ministrans, quorum mentes vnigenitus Filius eius sua benedictione confirmauerat, corpora etiam singulari hoc favore refecit.

Quo etiam tempore, & anno Carnuti quidam puer cerofertarij personam sustinebat in solempni processione, quæ ibidem fiebat in sacra æde subterranea templi Deiparæ, qui non aduertens vbi pedem figeret, corruit in puteum vicinum (quem à martyribus in eum proiectis, vocant puteum Fortium) illæsus tamen ope Deiparæ. Cumque ab eo peteretur, quid ei accidisset in fundo purei existenti, (diutius enim in eo remansit) audiui inquit, iubilantes Angelos, ac publicis precibus quæ in Ecclesia Deiparæ canebantur, respondentes.

Henriquez
in Fasc. SS.
Ord. Cister.
lib. 1. dist. 5.
c. 12.

B. Virgo Dunensibus Monachis in Refectorio ministrat.
Histor. Eccl.
Carnot.
Puerum miraculosè à morte præseruat B. Virgo.

Annus Christi 1117.

Eodem tempore, nempe anno Domini 1117. vniuersus Orbis à perditione & exterminatione, precibus Deiparæ Virginis fuit præseruatus. Historiam sic narrat Dodechinus. Cremonæ (inquit) quidam infantulus in cunis iacens, pannis oblitus, in primam loquendi vocem, contra naturam os aperuit, matremque suam escas parantem fratri suo maiori, qui plorando panem petierat, à corporis cutis compescuit: asserens sibi vitam Dei genitricem Mariam ante tribunal Christi stantem, instantissimis precibus pro iudicio quod propter peccata mundi intenderat, ipsi supplicantem. Ac post hæc deposuit eloquium vsque ad tēpus humanæ cōditionis congruum.

Dodechinus
in Hist. Bo-
zianus de Si-
gnis Eccles.
tomo 2. lib.
24.
Delrio lib.
2. disquisit.
Magic. q. 26.
sect. 5. n. 11.
Mundū iam iam perituri præseruat B. Virgo.
Du Val. apud
Ribad. in vi-
ta S. Steph.

Annus Christi 1120.

Tunc temporis eximia sanctitate fulgebat sanctus Stephanus Ordinis Grandimontensis Institutor: qui cum beatæ Virginis esset amator præcipuus, sequens ab ea celeberrimum impetrauit miraculum. Honestus quidam secularis, & diues, solebat propter amorem Dei S. Stephano, & fratribus prouidere vitæ necessaria. Hic ergò cum quadam die ad prouisionem perrexisset & inclinata iam die ad hospitium diuertisset: hospes sciens eum diuitem, prodidit eum duobus latronibus, quem vinctum duxerunt in profundissimam vallem, multisque affecerunt verberibus, vt pecuniam ab eo reciperent. Tardante eo redire ad Monasterium, S. Stephanus valdè anxius abatur propter eum. Iussit ergò fratribus, vt eum sollicitè quærent, & inuestigarent. Qui cum diu fatigati quæsiuissent, nec inuenissent:

Insigne mi-
raculum im-
petrat à B.
Virgine S.
Stephanus
Grandimont.

sanctus Stephanus dixit: Noui quendam, qui scit, vbi nam degat prouisor noster. Nudis ergò pedibus procedamus ad facellum beatæ Virginis: nam non est tam occultus & tenebrosus carcer, nec terra tam longinqua, vnde non possit eum extrahere, & ad nos mittere. Fecerunt ergò Fratres sicut præceperat, & ecce die sequenti, de manè cum vir Dei horratoriam ad fratres haberet orationem; pulsauerunt ad iannam Monasterij, proditor & latrones, necnon & prouisor cum eis. Et ipse quidem solutus erat, hospes verò, & latrones colligati. Ianitor viro Dei latum nuatium retulit, qui nihilominus orationem prosequutus est. Qua peracta perrexit ad ianuam cum fratribus: & prouisorem quidem latus introduxit, proditorem verò & latrones soluens, graui oratione reprehendit, & ad propria abire permisit.

Annus Christi 1123.

Apud Baro-
nium tomo
2.

Ioannes Com-
nenus Imp.
insignem de
Scythis &
Barbaris ope
B. Virginis re-
porat victo-
riam.

EO tempore Imperium Orientis moderabatur Ioannes Comnenus. Qui cum annum quintum in Imperio ageret, (vt de eo scribit Nicetas Choniata) ope Dei genitricis Mariæ, de Barbaris Scythis trans Istrum habitantibus, & ingenti agmine Thraciam inuadentibus, victoriam obtinuit, de quo post alia, quæ in prælio dura, & ardua Romanorum exercitui contigerunt, ista Nicetas. Cum Romanæ Phalanges, vrgentibus hostibus, & audacius se inferentibus laborarent: Imaginem Dei genitricis, cum gemitu & miserabilibus gestibus Imperator intuens, lachrymas bellicis sudoribus calidiores fundebat: neque ad id frustra. Statim cœlesti robore armatus, Scythicam aciem profligat, quemadmodum olim Moyses extensione manuum Amalechitarum turmas dissipauit. Assumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis instar muri inexpugnabilis muniantur, cum Scythis congreditur. Qui cum dissoluta illa cirtuum serie, ad manus venient, in turpem versi fugam, à Romanis alacriter persequentibus, magno numero cæduntur Hamaxobij illi, castrisque direptis, innumerabiles capiuntur. Sed & transfugæ desiderio captiuorum popularium consuebant, ad eò vt in Occidentali quadam prouincia Romana, pagi ab eis conderentur, quorum adhuc reliquæ supersunt, ne pauci in sociorum cohortes referrentur, & maior turba ab exercita capta videretur. Hac de Scythis parata victoria, & illustri edito facinore, Ioannes vota Deo persoluit, quod festum Paz zinacarum nostro tempore dicitur, in rei gesta monumentum, & grati animi testimonium. Non multo post contra Triballos, &c. Subiicit etiam de aliis, per eundem Imperatorem victoriis obtentis ope pariter sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, cui vt vnici victrici religiosum parauit triumphum; qui ab eodem Niceta ita describitur.

Triumphus
magnificus
B. Virgini
paratus à
Ioanne Com-
neno Imp. ob
eius ope par-
tas victorias.

Byzantium reuersus triumphum indicit, & currum argento interpunctum compingi iubet, opus admirabile, & gemmis pretiosissimis ornatum. Cum dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro & purpura intexti vicos exornabant, nec deerant Christi & Sanctorum effigies in viis ad viuum expressæ. erant & tabulata vtriusque propter spectatores structa, diuina admiratione. Fuit autem locus vrbis sic instructus, qui ab Orientali porta vsque ad magnum palatium pertinet. Quadrigæ à quatuor equis niue candidio

candidioribus trahebantur. Imperator verò non conscendit, sed Dei genitricis Imaginem in eo collocavit. Ob quam lætitia exultabat, & animo pene delinquebatur, cui victorias vt collegæ imperij inuictæ acceptas ferebat. Habenas vitis potentissimis moderandas, & cognatis suis curram curandum dedit. Ipse crucem manu gestans, pedes antecessit: vt Dei sapientia templum ingressus, atque in conspectu omnis populi ob successus gratiis Deo actis, in palatium abiit. Hucusque Nicetas.

*Imago Dei-
para in triu-
phali curru
delecta.*

Annus Christi 1124.

Regibat tunc temporis Claræuallense Monasterium S. Bernardus Abbas. Qui cum grauius infirmaretur, & riuulus quidam flegmatis incessanter ab eius ore flueret, exhausto iam corpore, vsque quaque deficiens paulominus ad extrema deuenit. Cum verò à filiis & amicis exequiæ pararentur: ecce subito apparuit dilecto suo beata Virgo Maria cum sanctis Laurentio, & Benedicto, imponentesque ei manus, & loca doloris attentu piissimo lenientes, omnem protinus ægritudinem depulerunt. Siccatasque est ilicò flegmatis riuus, & dolor omnis abscessit.

*Godefr. in
vita ipsius.
S. Bernardum
agrotum sanat B.
Virgo.*

Annus Christi 1125.

Circà hæc tempora Ordo Præmonstratensis, auctore S. Norberto Archiepiscopo Magdeburgensi confirmatus fuit ab Honorio Papa II. vt testatur Baronius tomo 12. Annalium. Hic S. Norbertus præcipua deuotione coluit beatam Virginem: nam se, suumque Ordinem, sub eius tutela posuit, ab eaque Ordinis sui candidum accepit vestimentum, vt testatur, & multipliciter probat Myraus in Chronico Ordinis Præmonstratensis. Illud (inquit) nequaquam est prætermittendum, quod vniuersi Ordinis Patres, vnanimiter asserunt, è cælis, scilicet à Deipara Virgine, ministerio Angelorum vestem candidam illi dimissam esse, iussumque se, suosque ea vestire. Qua de re etiam vetustioris alicuius Scriptura, perspicuum testimonium non viderim (vti multa à me nondum visa) perpetua tamen Patrum traditione id ipsum ad nostra vsque tempora manauit. Hinc in plerisque Præmonstratensis Ordinis ecclesiis, picturas vetustissimas hoc ipsum exprimentes, est videre. Sed & in Ordinis huius Brentariis Superiorum in illu editis, præfixa imago idem commonstrat, hac adhibita inscriptione.

*Myraus in
Chron. Præ-
monstr. cir-
ca initium.
Præmonstra-
tensis Ordo
sub tutela
Deipara.
Hæbitus Or-
din. Præmon-
stratensis S.
Norberto à
B. Virgine
datus.*

Cum Pater ad superos animum Norbertus haberet,

Et precibus peteret quo se velaret amictu:

Angelus accelerat, cælo demissus ab alto,

Induit, & tunica niueo candore micante.

Legitur & alterum ibidem F. Antonij Trumellij carmen rei plenum.

Quam color gratius, Domino sit albus,

Hinc patet, quando est oculos micantes

Transfiguratum, niueasque vestes

Visus habere.

Angelos binos Maria in sepulchro

Tot viros Christo redeunte in altum,
Plurimi cernunt niueas habentes
Undique vestes.

Hinc Joanni Dominus, reuelat
Vestibus multos niueis amictos
Qui Deo dignas canerent in omni
Tempore laudes.

Hac satis gratum Domino colorem
Candidum dicunt, simul hoc ab alio
Missa Norberto poterit probare
Candida vestis.

Idipsum non in Gallia modo, sed in intima quoque Germania, certum, testatumque iam olim habitum, testis est Gaspar Bruschius, qui in sua Monasteriorum Germaniæ Chronologia, Vspergense Monasterium describens, hos versiculos interferit.

Qui Christo inrevido pia pectore iura fatentur,
Et Domini debent pascere ritè gregem,
Hos vita certè integritas purissima, mentes
Candor, & ingenuus, dexteritasque decent.
Hoc Regina poli voluens, in pectore circum,
Qua Dominum vita, mater honesta tulit.
Premonstratenses æterna lumina vite
Monstrantes, qua sit vitæque grata Deo.
Pura vis voluit veste & candore notata,
Ut candorem animi significaret, opes.
Mentis opes, quibus haud meliores sustinet orbis,
Quas quicumque tenet, optima quæque tenet.
Fæcirco hanc olim à summo demisit olympo
Dixit, & hoc animi pignus habeto mei.
Sic ego candida calorum Regina per orbis
Æthereos curru splendidior feror.
Hoc meus est gnatus candore notabilis, omni
Nigritie cuius pectora sancta vacant.
Tales ipsius esse decet non nempè ministros:
Quales hac vestis vos monet atque iubet.

Annus Christi 1126.

Spinelli.

In isto tempore S. Guillelmus Vercellensis, Institutor Ordinis Eremitarum Montis Virginis sanctitate & miraculis clarus habebatur. Libet autem hic apponere insignem Deiparæ vindictam in eos qui eius Templum & Monasterium, nempè Montis Virginis in Regno Neapolitano, quod est caput Ordinis, prophanarunt. In vigilia Pentecostes, quando eius templi dedicatio celebratur, cum multi religionis specie accessissent, ausique fuissent profanis cantibus, choreis etiam intrâ templum, comeffationibus, ebrietatibus, impudiciis (vt minora omittam qualia sunt esus carnis, ouorum alio-
rumque

rumque ciborum, quos nequidem eo loci inferre fas est. (nam ibi non nisi cibis quadragesimalibus vesci licet) locum violare. Quod miraculo confirmatum. Si quis enim seu casu seu per ignorantiam alios cibos eò deferat, repente ingentes procellæ ac pluuix excitantur. Vindicta autem, quam de iis sumpsit Deipara, fuit ignis, quo accenso in hospitio peregrinorum, quod per amplum est, & aliquot peregrinorum centurias capit (non tamen omnes cum ibi numerentur subindè eorum octo millia quod quidem hoc ipso tempore dicitur accidisse) de iis circiter quadringentos absumpsit insigni documento, quemadmodum & quanta cum reuerentia, ac puritate Deiparæ festa sint celebranda.

Neque hoc solum vindicta ista docuit B. Virgo, at simul quam ei cordi sint, qui eam colunt, puerum enim patuulum sibi impensè deuotum, qui præter cætera pietatis officia bis qualibet hebdomada in eius honorem ieiunabat, manu propria apprehensum, ab incendij periculo liberauit.

SAECVL. XI.
Vindicta in
profanatos
templi Dei-
paræ.

Puerum ex in-
cendio libe-
rat B. Virgo.

Annus Christi 1127.

ANno ab incarnatione Domini millesimo centesimo 27. in pago Sueffonico cum corpora hominum diuersæ ætatis & sexus, intollerabili ignis cruciatu arderet vsque ad exclusionem animæ: sex diebus in mense Septembris, tam de aliis, quam de maiori Ecclesia, congregationes pede nudo exemplo Niniuitarum in humilitate procedunt in ecclesiam Dei genitricis Mariæ, quæ sita est in vrbe Sueffionensi, vt ipsam in auxilium sibi in tanta necessitate conducerent. Insistunt omnes lachrymis & orationibus, & clamor eorum ascendit in cælum, Et ecce adest in auxilium imperiosæ Reginae, & Dominæ Angelorum. Omnes ignis ardorem extinctum languentes percipiunt, & omnem dolorem confopitum, celerrima sanitate inueniunt.

Breuiarium
Eccl. Sueff.

Sueffionenses
ignis intole-
rabilis ardore
afflicti sanan-
tur à B. Vir-
gine.

Annus Christi 1130.

EX castro quod dicitur Dou, circà pagum Atrebatensem, quidam furiosus nomine Gauricus, vinctis à tergo manibus, collum ferro & catena immani alligatur, flagellis & verberibus cæsus, adductus est in Ecclesiam B. Dei genitricis: & compulsus processit ad altare, vt moris est, deuotè & humiliter Imaginem B. Mariæ votis & supplicationibus quibus potuit honorauit: & statim compos animi factus est.

Breuiar. Ec-
clesiæ Sueff-
ion.

Furiosus du-
ctus ante
imaginem D.
Virginis
Sueffion. sana-
tur.

Annus Christi 1131.

ANno ab incarnatione domini millesimo centesimo trigesimo primo, circà festum B. Lucae Euangelistæ cum Innocentius Papa Monasterium S. Medardi dedicasset, mulier quædam Laudunensis, non immemor suorum peccatorum, virtute inuisibili, ab Ecclesia beatæ Mariæ Virginis arceatur: his, terque conata est ingredi, sed frustra. Postquam autem sacerdoti peccata sua confessâ est cum gemitu & dolore, absolutione accepta, Abbatissa eiusdem loci data manu, eam in ecclesiam introduxit.

Breu. Eccles.
Sueffion.

Mulier pec-
catricæ ab Ec-
clesia Deip.
diuinitus ar-
ceatur, peni-
tens introdu-
citur.

ÆGVL. XI.

Pyraus in
Tripl. Coro-
na B. Mar.
Tract. 1. c.
12.
Viridunens
protegit B.
Virgo.

Ipso anno viridunensis ciuitas insignem B. Virginis experta est fauorem. Nam cum Reginaldus Barrensis Comes, vellet vindictam sumere de iniuria quam pretendebat sibi fuisse illatam à Viridunensibus, congregauit multos Principes sibi sanguine iunctos, ex Mozellana, Lotharingia, Barrensi, Metensique prouincia, qui cum valido exercitu processerunt vt obsiderent urbem. Iamque ad planiciem venerant, vndè facilè aperteque ciuitas conspicitur, cum supra Ecclesiam deiparæ Virginis, multa prodigia videntes, timore & tremore, correpti, dixerunt omnes Reginaldo, se nolle bellum contra cælum gerere, neque contra beatam Virginem, quæ visibiliter ciuitatem protegebat. Quare omnes statim redierunt ad propria.

Andr.
Abbas in vi-
ta S. Otho-
nis, apud
Suir. 2. Iulij.

Quo etiam tempore Sophia Belæ Hungariæ Regis filia, in Monasterio Admontensi degens, cum inde eam frater & Principes regni educere velent: ipsa nihilominus ope deiparæ, in virginitatis proposito permansit. Historiam scribit in hunc modum Andræas Abbas in vita S. Ottonis. Episcopi. Hæc inquit, ante annos nobiles petita est in matrimonium Henrico puero, Theutonicorum Regis Conradi filio primogenito. Bela ergo cum saepe rogatus tandem acquieuisset hanc illi dare, & nuncij pro ea venissent Archiepiscopi, & Episcopi, alique primates de regno Germaniæ, vt iuxta imperialem magnificentiam clarè ad nuptias duceretur, hoc ordine, hac ratione ad sponsalia eam direxit. Dominus Deus cæli & terræ, tu omnia vides, ego autem nihil video. Tua enim ordinatione, sicut voluisti domine cæcus factus sum: sed tu vides omnia, vides abdita cordium, præsentia & futura indifferenter. Et manus ponens super caput filia, hæc inquit. Domine, vnica filia mihi est, hac me sola fæminea prole in tua miseratione, beasti. Hanc hodie te teste, te inuocato in auxilium nostrum, ad nuptias mitto: hanc hodie te comitante, præsentibus nunciis comitto, tali fixa intet me, & te, Domine Deus conditione, vt nunquam eam deseras. Et si forte is qui eam petit filio suo Dominus Imperator Conradus vnquam mali quidquam aduersus eam cogitauerit: tua in protectione tibi hanc comissam habeas. Ad legatos autem. En inquit, coram vobis est; tollite filiam meam, ducite hanc Imperatori vestro. Et quia mea vita ipsa mihi, charior est, omne quod charum vel pretiosum habeo cum ea transmitto. Iussitque apportari omnia regalia sua, Capellam suam totam cum Reliquiis Sanctorum, cum vniuersis paraturis, & utensilibus aureis & argenteis, cum tentoriis & papilionibus, cum iumentis optimis ad subuectionem: insuper aurum & argentum absque vlla æstimatione dona genero suo & filia. Et apprehendens scrinium, vbi erant Reliquiæ sancti Blasij, statuit super hoc filiolum: dehinc ad legatos, En inquit, filiam meam cum patrono suo, in hæc verba vt locutus sum, in nomine Domini vobis præsentò. Igitur abeuntibus nuntiis, exita iam Hungaria, cum ad Taurum montem Carinthiæ propinquassent: Imperator Conradus, obuiam eis mittens, ad sacras virgines Admontensis Monasterij, Dominam cum duabus puellis suis interim collocari fecit, donec opportuno tempore solenni habita Curia, conuenienti honestate ad nuptialia sacramenta vocaretur. Dona vero, & omnes diuitias, quæ allata cum ea fuerant, sibi apportari fecit. Itaque diuersis negotiis occurrentibus, quæ Regum etiam animos à proposito retardant, rem explicare impeditus est. Puer etiam infirmitate

mitate

mitate præuentus, Domina in Monasterio permanente, hominem exiit. Bela quoque requieuit in domino, & filius eius Gisa ei successit in regno: qui videns frustratas esse nuptias sororis suæ, nuncios misit, vt reduceret eam. Sed illa, noluit redire. Secundò, & tertio misit, sed illa venire noluit. Ad extremū reputans apud se, vi fortasse teneri à rectoribus Monasterij sorore suam, indignari aduersus locum cœpit, & nisi quantocius ei redderetur, excidium, vastationemque minari. Sed virgo castissima mente & corpore ad omne bonum disposita, Deo magis quam seculo adhærere cogitabat, apertisque ostiis claustrij, cum Abbas in eius deliberatione posuisset, intus manere, vel ad nuncios fratris sui foras egredi, intus manere delegit, & à proposito virgininitatis, nunquam recedere. Rex verò nimio affectu germanitatis circa sororem suam affectus, cum secundum sæculi huius magnitudinem eam sublimare vellet, modo vi, modo astutia, & ingenio eam teneri querebat, habitoque cum necessariis suis consilio, ire parat in manu forti, eam liberare. Sed viri prudentes & magni, quos in consilio suo habuit, Regem monebant, non ab re, nec citò, regno Teutonicorum importari bellum oportere, sine causa belli. Optimum factum esse, vt missa persona puplica, & honesto comitatu, cum decore & disciplina, Dominam repeteret. Quæ si inordinate negaretur, iustas tunc fore causas commotionis. Sed quid multis? Licet agrè, fracto animo suo Rex audiuit consiliū. Mittit Ducem vnum, virum fortem, cognatum suum, & amatorem gloriæ suæ, & cum illo militiam magnam, & ecce ventum est ad Admontense Cœnobium. Abbas verò & fratres, conspecta multitudine & potentia Legati, rem seridè agi vident, turbantur, præsidia orationis querunt. Deinde egressi ad Legatos, responsa Regis tristes accipiunt: scilicet aut reddant puellam, aut graues Hungarorum inimicitias, experiantur. Abbas verò Admontensis, vir dignæ auctoritatis, gnarus ad omnia, & multo pollens consilio mentis ac religione, decus & firmamentum monastici ordinis, ad verba Legatorum paucis respondit verbis. In hac causa, inquit, nihil à nobis perperam actum est, aut agetur. Sed hodiè curam corporum vestrorum, quia itinere fatigati estis, velim agatis. Crastina dies negotium vestrū expediet. Itaque lauto epularum apparatu, multaue diligentia eis ministravit. Sequenti verò die Abbas ad Legatos. Et quid facietis inquit, si Domina vestra spontè sua vobiscum ire noluerit? Nunquid inuitam abstrahetis? Nunquid nolenti ac renitenti violentas manus iniici? Siquidem hoc Regibus, ac Reginis extremū dedecus est, vi trahi, ad quod nolint, & subiici, etis? quando non velint, atque alienæ voluntati seu violentiæ mancipari: non puto id conuenire ingenuæ libertati. At illi. Sic est, inquit, & nos eam libertati suæ restituere venimus, & non vim inferre, sed obsequium præstare ad suos redeunt. Denique si ab indigna coactione soluta, suæque libertati restituta fuerit: sanè quicquid propria deliberatione delegerit, neque nos, neque vos prohibere debemus: & Dominus noster Rex Hungarorum munitissimus, indecenter, vel contra decus regij sanguinis habitam germanam suam vterinam, causari non poterit. Placuit sermo Abbati, & fratribus, & venientes in atrium basilicæ ante fores Claustrij, quo virgo sacra cum virginibus factis clausa degebat: duos globos faciebant seorsim legati, & milites, po-

SÆCUL. XI.

*Sophia filia
Bela Regis
Hungariae,
Deip. invocata,
ut possit in
virginis
proposito per-
manere.*

*Ioannes le
Paige in Bi-
bliotheca
Ord. Præ-
monst.
B. Adamus
B. Virginis de-
notus.
Balighem in
Calend. B.
Mar. 2. Iulij
S. Ottho Ec-
clesiam Vve-
yerensem in
honorem Dei-
ra construit,
pro scilicet
conuersione
Paganorum.*

lusque multus, qui ad spectaculum venerat: & seorsim Abbas cum fratribus & monachis. Reseruantur postes, ianuæ claustrales panduntur: Regina exire ad nuncios rogatur. Negat illa, nihil sibi & eis dicens, lege se loci limen ianuæ, nisi morte obita, non esse trāsituram. Docetur ergo, quid inter Legatos & Abbatem sententiæ ac rationis de ipsa constiterit, illam de sub claustris in apertum egredi oportere, liberam fieri, coactione solui. Cæterum in eius arbitrio locandum quam viam postea sibi accipere velit. At illa corpore famineo viriles animos gerens, vbi videt, quia sic necesse est, neque aliter litem decidi posse, pede suo super limen posit: En, ait, S. Maria, Domina mea, patrona mea, mater domini mei Iesu Christi, sponsi mei, salua gratia & pace tua, te duce, te comitante, limina tua transeo: te adiuuante & protegente citò reuersura, tibi commendo causam meam, Virgo Virginum: & tu B. Blasii Martyr Christi, Patrone Admuntensium, Domine, ac dominator loci huius, qui me à parente meo tibi commendatam, diuina ordinatione in hæc tua tecta suscepisti peregrinam: obsecro, ne me derelinquas. His dictis flebant Virgines, flebant monachi, & fratres. Egreditur illa modesto & lento gradu in medium tendens. Stabant Legati immobiles, vestes tantum ac purpuram gemmasque preciosas in sæculi cultum ed allatas ei offerentes, ac protendentes, ad Reginæ animos pelliciendos. Omnes igitur qui aderant, immoti stabant, auidè spectantes quid esset factura, nullo ei aut hinc, aut inde propinquante. Sacræ autem Virgines stabant ardentissime flentes, & orantes, admodum veritæ, ne quavis occasione tantum decus focieratis amitterent. Itaque vbi libertatem & absolutionem suam in medio posita, satis omnibus ostenderat, ad nuncios conuersa Regia Virgo modeste inclinans, valescit eis. Deinde via qua venerat, ad sorores rediens, clara voce multam compunctionem omnibus excitans, cantare cœpit: Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contemsi. Succinentibus cæteris Virginitibus, quæ illam in limine stantes expectabant: succinentibus & Monachis, & prosequentibus eam in gaudio & lachrymis, vsque ad introitum ianuæ. Omnis quoque populus voces & laudes dedit in excelsum: gratias agens Deo, quod Virgo nobilis & tenera, tã virili mente, sæculi delicias abieciisset. Nuncij quoque nõ minus aliis dominum magnificabant, omniaque ornamenta seu vestes, quas ad vsus sæculi ei portauerant, Monasterio conferunt, & Reginæ valesciantes, eiusque orationibus se commendantes, in pace & gaudio ad Dominum suum reuertuntur: vt gesta erant, omnia referentes. Mitigatus est Rex, vltra desinens à proposito suo reuocare illam.

Ordinem Præmonstratensem tunc temporis illustrabat B. Adamus S. Northberti discipulus. Hic Deiparam Virginem mito colebat affectu: & ideo singularibus favoribus meruit ab ea insigniri. Aliquando enim ad legendum Lectiones in Matutinis beatæ Mariæ, lumen ei diuinitus ministratum est.

Obiit etiam tunc S. Ottho Episcopus Bambergensis, qui sacram ædem Vveyerensem in honorem Deiparæ inchoauit. Id enim vouerat Deo pro scilicet Paganorum conuersione. Fuerat hic ab infantia Diua Virgini à parentibus consecratus: insuper sua sponte ei vehementer addictus erat. Eandem sacram ædem ipse ritu Episcopali consecrauit, atque in Dei laudem sub nomine

homine Matris Dei ac tutela dedicauit, annisque redivis affatim ditauit. Modò & ab annorum memoria infinitis claret miraculis Deipara in hoc sacratissimo templo.

SÆCVL. XI.

Annus Christi 1134.

A Pud Belgas Focoldus Princeps ditionis Mosam inter & Vvahalim fluuios sitæ, & Comes in Teisterbandia (quæ ditio olim Heusdanum tractum, & Altenaensem, itemque Bommelanam Insulam continebat) in grauiissimo vitæ periculo, hostibus insequentibus, constitutus, equo insidens, in Mosam fluuium præcipitem se dare coactus, Deo vouit, Monasterium se extructurum, si flumen transmittere, periculumque euadere concederetur. Voto itaque factò, tradunt visam Deiparam, tergo equi, quo Focoldus vèhebatur insidentem. Focoldus itaque ab vndis, & hostibus liberatus, Andrea Vltraiectensi Episcopo probante, castrum suum Bernam, in monasterium conuertit, anno 1134. fratribus aliquot ex insula beatæ Mariæ aduocatis. Quos inter & ipse fundator Conuersus, (vt vocant) annos quindecim vixit, sanctèque obiit, Bessela Summerensi vxore eius consentiente: quæ & ipsa seculo renuntians: inter Mosam & Vvahalim fluuios, in loco qui Vvortt dicitur, monasterium itidem exædificauit, in quo Virginibus 70. eiusdem candidi Ordinis, nempe Præmonstratensis institutum amplexis, Abbatissa laudatissimè præfuit.

Myræus in Chron. Ord. Præmonstr.

Focoldus Princeps inuocato Deipara auxilio, liberatur à morte.

Annus Christi 1137.

Circà hæc tempora, in Ordine Carthusiensi accidit magna tentatio, tantumque inualuit, vt vix aliquis posset Ordinem sustinere. Indictò autem ieiunio, deuotis orationibus Domino supplicabant Monachi, vt eis remedium aliquod efficax ostendere dignaretur. Eccè autem cuidam Patri feni sancto diuinitus est responsum, vt Officium *Salutæ sanctæ Parens*, post diei Officium diceretur. Quod cum fieret, omnis tentatio tunc cessauit, & Ordo præfatus in suo vigore permansit.

Ex antiq. codicibus. Tentatio magna cessat in Ord. Carth. ob recitatam specialem orationem ad honorem B. Virginis.

Annus Christi 1138.

Fvlgebat tunc eximia sanctitate B. Iosio monachus S. Bertini Andomaniæ Protopolis. Qui audiens à quodam Episcopo ex partibus transmarinis reuertenti, decantationem quinque Psalmorum, qui à primis nominis Mariæ incipiunt literis *M*, Magnificat, *A*, Ad Dominum, *R*, Retribue seruo tuo, *7*. In conuertendo, *A*, Ad te leuani, per totum vitæ suæ cursum, prædictum deuotionis exercitium semper tenuit, nec vnquam omisit. Solebat prætereà multoties per diem & noctem recitare salutationem Angelicam. Verum iam senex factus, cum quadam nocte matutinali officio non interfuisset, requisitus à fratribus, inuentus est mortuus: visæque sunt, quinque rosæ super faciem eius, duæ in aucticulis, duæ in naribus, vna in ore, in quarum

B. Iosionis Monachi deuotionis exercitia ad honorem B. Virginis. Meyerus in Annal. Flandriæ lib. 5. Molanus in Indic. SS. Belgij. Rosa prodehnt ex mortuo corpore B. Iosionis.

SÆCULI. XI. medio, aureis literis, hæc verba (*Aue Maria*) scripta erant. Quidam asserunt hoc accidisse anno Domini 1163.

Annus Christi 1139.

Sugerus Abbas in vita Ludouici Grossi. Hist. Ecclesie Carnor. per Rouillardum. Theobaldus Comes Carn. Carolo Crasso Fræcorum Regi quem grauius offenderat, ope B. Virg. reconciliatur.

TVnc temporis, cum Theobaldus Comes Carnotensis in superbiam elatus, multa contrà honorem Ludouici cognomento Grossi, vel Crassi, Galliarum Regis, & dixisset & fecisset, insuperque prædictum Regem ad duellum inuitalset: Rex nimio furore succensus collecto ingenti exercitu, perrexit Carnotum, vt ipsam ciuitam funditus destrueret & euerteret, populumque vniuersum cum Comite, crudeli morte afficeret. Audiens eius aduentum Theobaldus, Clerum congregauit, iussitque supplicationem & processionem fieri, in qua sacrum beatæ Virginis Indusium portabatur, & sic Comes & populus processit obuiam Regi extrà ciuitatem. Tunc Rex repente mutatus, ex irato & furibundo, quasi agnus mansuetus effectus, flectens genua, sacrum Indusium veneratus est, præcepitque militibus ne cui nocerent, exercitumque redire coëgit. Deindè ipsemet cum deuotione magna processionem insequutus est per omnes Ecclesias ciuitatis, pepercitque Comiti & populo, Ecclesiamque Carnotensem multis gratiis & priuilegiis nobilitauit, inter cætera, vt posset captiuos & incarceratos liberare.

Annus Christi 1140.

Petrus Venerab. Abbas Clun. in lib. Mirac. Petrus Sutor de vita Catt. lib. 2. c. 5.

FVit circà hæc tempora quidam Conuersus Ordinis Carthusiensis, tempore Guigonis quinti maioris Carthusie Prioris, qui præcipuo honore ad beatissimam Dei matrem afficiebatur. Cuius sanctæ conuersationi inuidens diabolus, non occultè tantùm, sed apertè quoque eum aggredi ausus est. Si quidem intempestæ noctis silentio, cum iaceret Conuersus, vt cœlestia mediraretur, dæmonum turba in aprorum, seu porcorum syluestrium specie affluit, quæ cellam eius ingressa, rictu horrendo furentes, dentibus longissimis, velut in necem parati, pauefactum, trementemque hominem circumsteteret. Cui mortem vicinam præstolanti, apparuit subitò quidam enormis magnitudinis homo (is dæmonum Princeps, creditus est) qui maioris timoris causa fuit. Cellam enim ingressus, porcos ipsos arguere cepit dicens: quid facitis segnes? cur istum necdum rapuistis miseri? cur in frustra nondum discerpistis? At illis impotentiam allegantibus, Ego, (inquit) efficiam quod vos desides minime facere potuistis. Hoc dicto vncum ferreum, longis recutis que vnguibus minaci manu apprehendens, atque ad discerpendum adaptans, Conuersum illum penè inopem mentis reddidit. At vetò cum manum ad rapiendum extendisset hostis, mox omnipotentis Dei mater, mater inquam misericordiæ, visibiliter affuit, quæ virgam manu tenens, increpansque grauius dæmones ipsos quod talia præsumpissent, instat fumi protinus eos abire, & euanescere fecit. Deindè trementem adhuc hominem consolata, dulciterque allocuta, ea sibi suoque filio grata esse dixit, quæ Conuersus ille faciebat. Denique admonens vt vilibus escis, abie-

Carthusien- sem Conuersum à dæmonum insensatione liberat B. Virgo.

ctis que

Etisque vestibus vteretur, & operi manuum deuotus insisteret, hominem lætitia magna affectum dimisit, arduumque repetiit olympum.

Ipso anno 1140. cœpit Ecclesia Collegialis B. Virginis Rupis Amatoris Caturcensis ciuitatis, miraculis celebrari. Sic cognominata, in memoriam S. Amatoris, viri seu maritimi quondam S. Veronicæ, qui scilicet aliquando supra rupem commoratus est. Hugo Farcitus Canonicus Laudunensis, qui anno prædicto adhuc in viuis erat, Miracula à B. Virgine, ibidem patrata centum viginti septem, literis mandauit.

Annus Christi 1142.

Mulier quædam erat in illis diebus honestæ conuersationis, quæ quamuis coniugio copulata, vitam tamen in seculari habitu religiosam duxit. Veruntamen in adolescentia flagitium commiserat quod nulli dicere præ pudore audebat. Dum autem sacerdoti confitebatur, palliato crimine, sic concludebat de omnibus quæ dixi, & quæ non dixi reddo me culpabilem, & frequenter hæc dicens suspirabat grauiter. Hoc sacerdos considerans, callidè tentabat elicere quod latebat. Dum non posset monuit vt Priori vicini Monasterij suam conscientiam reuelaret, & ipse cautè eam inuestigare persuasit: sed nec ille aliquid ex ea extorquere potuit. Solebat tamen illa mulier quothidiè coram altari, vel imagine beatæ Virginis, prædictum lapsum cum fletibus aperire. Tandem cum sic mortua esset, & cum exequiis, filia quæ in remotiori vico erat, expectaretur; & illa tandem veniens, cum vlutatu & gemitu suprâ corpus matris miserabiliter clamaret: defuncta quasi de graui somno euigilans, ait. Domino iubete reuixi, dissoluite velamina, & surgam. Quibus solutis, sacerdos vocatur, crimemque aperitur, quæ se protinus beatæ Virginis intercessione liberatam testans, cunctis ad miraculum confluentibus ait. Ego tortoribus tradita, ad pœnam traher: sed beata Virgo succurrens, ducentibus me dixit, cur suam ancillam ducere præsumerent? & vt cito donec à Domino sententiarer, me deponerent, præcepit. Quo facto accedens ad filium suum, orauit dicens: Oro fili, ne damnetur anima, quæ suum coram me reatum toties deplorauit. Cui Dominus. Nosti mater, quod sine confessione saluari nequit: sed quia tibi negare nihil possum, reuertatur, & confiteatur, & sic liberabitur. Mox missus Angelus me reduxit, & confessa iterum moriat. Quo facto, signans se, capite in feretro inclinato, spiritum exhalauit.

Annus Christi 1145.

Frifo quidam tunc arte & nomine pugil extitit, qui quoties de taberna ad domû ebrius rediit toties vxorè verbis & plagis tribulauit. Tempore quodam timore mariti infirmitatem simulans, ne simulatio eadè posset notari, corpus Dñi sibi dari postulauit. Venienti sacerdoti pugil cum ipso cypho ceruix occurrir: & eum bibere monuit. Et cū ille respóderet, Corpus Dñi porto, & ideo non bibam: iratus Frifo cypho pixidem percussit, & omnes effusæ hostiæ tanquam stellæ radiantes visæ sunt. Quas sacerdos ge-

SAEGLI. XI.

Rupis Amatoris B. Virginis Miracula.

Hugo Farcit. Pyraus in tripl. Corona tract. i. c. 12.

Piræus in triplici Corona B. Mariæ. Antiqui Codices.

Mulier in peccato mortali defuncta precibus Deiparæ rediit ad vitam, vt pœniticæ.

Ex ant. Cod. Cathag. de Mirandis Deiparæ.

meus

SÆCUL. XI.

mens in pixidem collegit, & tristis abiit. Friso vero à Decano prouinciæ citatus, & excommunicatus est: sed non curauit, & sic postmodum in breui tempore miser obiit. Eodem anno Dominus Iesus Christus eandem prouinciam terribiliter plagauit. Nam mare in partibus eiusdem prouinciæ Frisïæ, terminos suos egrediens, multarum prouinciarum terram occupauit, villas deleuit, tantam hominum extinguens multitudinem: vt summa, centum millia hominum transcenderet. Et cum causa plagæ populum lateret, matronæ cuidam deuotæ apparuit beata Dei genitrix, dicens: Propter iniuriam filij mei in sacramento Corporis eius factam submersa est Frisïa. Et mox adiecit mater misericordiæ. In tali loco vbi dispersum fuit corpus filij mei, ædificari debet Ecclesia. Tunc quidam prædiuus, ex prædicti pugilis domo, Ecclesiam in honore beatæ Virginis Mariæ ædificauit.

Annus Christi 1147.

Vinc. in
Spec. Hist.
lib. 8. c. 17.

CIRCA hæc tempora, quidam miles deposito cingulo militari, Ordinem Cisterciensem in Claraualle ingressus est. Quodam tempore messis, cum ad laborem cum fratribus exisset, iussus est ibi sedere, & quiescere, quia senex erat, nec habuit consuetudinem laborandi. Sedens ego percutiebat cor suum egrè ferens quod non laboraret, dicens: O miser homuncio, quanti sapientes, quanti nobiles secundum carnem hic laborant, qui si vias seculi, ingredi voluissent grande nomen habituri essent: & tu sedes hic tota die ociosus inueterate dierum malorum, cum ante te portent pondus diei & æstus delicati iuuenuli, & nobiles viri? Hæc loquens apud se, vidit in visu de colle superiori descendere candidatam turbam, cui præerat mulier quædam pulcherrima, & ante eam aliæ duæ, quæ in manibus suis manutergia portabant. Hæc Domina veniens cum cunco suo, salutauit fratres in osculo sancto, & suscepit in amplexus charitatis suæ, duabus quoque comitibus linteola prætendentibus, exergebat puluerem de Monachorum frontibus. Miles hoc videns, & quod mater Dei Maria esset, ignorans, dentibus suis in fratres fremebat, dicebatque apud se. O quales fratres: qualis Religio, vt sic scæminæ recipiuntur, & non solum ad conspectum & colloquium, sed etiam ad amplexum & osculum? Cui taliter cogitanti, vna de candidata illa multitudine appropians, dixit. Quid imprudenter cogitas ô homo? Domina hæc quam cernis, est Maria mater Iesu, quæ venit videre mellores suos, eos consolando & adiuuando tanquam filios charissimos. In reuelationis huius consolatione miles confortatus & ædificatus, vitam in bono finiuit.

S. Maria
Deipara ex-
tergis sudo-
rem Mona-
chorum labo-
rantium.

Marian. lib.
11. de rebus
Hispan. c. 8.
Pyraeus in
triplici Co-
rona B. Mar-
tract. 1. c. 12.
Ordinis Equi-
tum B. Maria
Austria insti-
tuit.

Ipso anno cum Alphonsus Henriquez primus Liscaniæ Rex de potestate Maurorum eripuisset ciuitatem Eborensis, ope Deiparæ eam recepisse cognouit. Vt autem prædictam facilius conseruaret, impediretque ne amplius rediret ad manus Barbarorum, conuocauit quosdam milites fortissimos, ex vniuerso regno, posuitque eos custodes ciuitatis illius, promittens eam illis se daturum si viriliter se gererent. Quod & fecerunt, cum magno Regis gaudio, qui & ipse promissum tenuit: insuperque addidit instituere Ordinem Equestrem sub protectione B. Mariæ Cisterciensis, cui & per-

peruo

petuò ciuitatem Eborensem dedicauit, cum omnibus appenditiis, vnde primò cognominati fuerunt Fratres B. Mariæ Eborensis. Cum autem quotidie militum numerus aueretur, Rex addidit dono dare castrum suum Auesiæ, vnde postea cognominati fuerunt Equites Auesiæ, circa annum domini 1181. Quo scilicet tempore acceperunt album vestimentum ad honorem B. Virginis, cum cruce rubra supra humerum. Confirmati fuerunt ab Innocentio tertio anno 1204. regnante in Lusitania Sanctio primo, filio & successore dicti Alphonsi.

SÆGVL. XI.

Annus Christi 1148.

Quo etiam tempore nempe anno Domini 1148. Cœnobium Camberonense in Hannonia Ordinis Cisterci. edificari cœptum est: ad quod opus inchoandum B. Fastredus missus est. Mortuo autem B. Roberto Brugensi, qui ex Abbate Dunensi, à Claræuallensibus electus, domum illam sanctissime rexerat; beatus Fastredus postulat, & vno ore & corde Abbas tam sanctæ Congregationis designatur. Ad quam tamen electionem venire dissimulauit, quamuis ex nomine vocaretur. Et antequam Legati Claræuallenses ad eum requirèdum peruenire potuissent, garrula fama præuolante cognouit, quod in eius personam omnes vnanimiter conuenissent. Hoc itaque rumore turbatus & anxius, fugam arripuit, veniensque ad domum Vallis Sancti Petri, quod est Monasterium Ordinis Carthusiensis, per dies aliquot, ibidem latuit, vbi cum die noctuque in oratione persisteret, factus est in mentis excessu, & ecce apparuit ei in magna gloria Virgo puerpera Domina Angelorum, portans in manibus suis Regem gloriæ, filium suum, & Dominum nostrum Iesum Christum. Quam cum vidisset, procidit ad pedes eius, obsecrans, vt sui miseretur. Cui B. Virgo respondit. Quid turbaris ó homo? Et ponens in vlnas ipsius veluti alteri Simeoni, desideratum gentibus: Accipe, dixit, filium, & serua mihi illum. Quo facto sublata est visio de oculis eius, & rediens ad seipsum intellexit, quoniam à Domino egressus est sermo: & quod verè membra Christi essent, qui eius prouidentia mittebantur.

Tunc etiam sanctitate & miraculis illustris habebatur S. Gerlacus Eremita Ordinis Præmonstratensis, qui singulis sabbathinis diebus, Deiparæ Virginis honorandæ causa, ad augustum eius sacellum Aquisgranense, quatuor à Quercu sua vbi degebat, miliarium spatio distans, peregrini habitu assumpto nudis pedibus proficiscebatur.

Annus Christi 1149.

Isdem fermè temporibus eundem Ordinem Præmonstrat. illustrabat B. Guido, filius Andreæ de Baldimento, Comitis Branensis, qui in humili gradu consistens, ex eorum grege esse voluit, qui Conuersi fratres vulgò nuncupantur. Beatam Virginem miro cordis diligebat affectu, propterea dum vltimum ageret spiritum, ipsam sibi adstantem conspexit, cum qua exultans & laudans Deum, ad cælestem Hierusalem migrauit.

Chrysol.
Henriq. in
Fascic. SS.
Ord. Cisterc.
lib. 1. dif. 8.
c. 2.

B. Fastredo
apparet B.
Virgo.

Ioan. le Pai-
ge in vita ip-
sius. lib. 2.
Biblioth.
Præmonstr.
S. Gerlacus
Erem. singulis
diebus sabbath-
i peregrina-
tur ad sacel-
lum B. Virgi-
nis Aquisgra-
nensis.

Ioan. le Pai-
ge vbi supra.
B. Guidoni
moribundo
apparet B.
Virgo.

SÆCVL. XI.

Erat in illis diebus quidam emeritæ militiæ veteranus, qui seculo etsi tardè renuncians, Ordinem Cisterciensem introiuit. Quæsitus autem à Magistro Nouitiorum, si sciret orationem Dominicam, respondit, nunquam addiscere potuisse. Quid plura? Fit labor inanis vt discat. Et cum non posset, præcepit Abbas, vt saltem illi breuem salutationis angelicæ versiculum inculcarent. Quod etsi multo & diuturno labore, factum est tamen. Cum enim ad exhortationem magistri, ipsum versiculum inter prandendum, ad vnamquamque bucellam ne obliuioni traderet, ruminaret: ex longo vsu, tantam in ipsa salutatione mentis concepit dulcedinem: vt cordi eius & ori, sola memoria matris Christi (quamquam aliàs auocatus) indebiliter adhereret. Contingit ergo post aliqua annorum cutricula vt moretetur senex ille, & sepeliretur in cæmenterio inter fratres. Mira res. Non multo post de tumba eius, à parte capitis, arbor nasci ignoti generis visa est: cuius folia literis aureis insignita, *Aue Maria, gratia plena*, mirabiliter singula continebant. Quod vt notum fuit Diocesano Pontifici, ad locum venit, radicem arboris per effosionem diligenter scrutatus est: & eam de ore senis illius ortum habere probauit. Nec mora, vbi diuinæ ostensionis arbuscula debitum exequuta est: in oculis omnium aruit, & defecit.

Arbor pro-
dit ex ore se-
pulti Mona-
chi, in cuius
foliis scrip-
salutatio An-
gelica.

Annus Christi 1150.

Myraus in
Chron. Or-
dinis Præ-
monstr.

Imago D.
Virginis Le-
flia miracu-
losa.

Est Lestriæ in Flandria verus Deiparæ imago, à multis retrò seculis ad hæc vsque tempora miraculis quàm plurimis illustris. Vndè & locus hic à multis vocatur Monasterium B. Mariæ Lestriensis miraculosæ, quod hodieque ob miraculorum gratiam à multis frequentatur.

Ipsò tempore & anno, nempe 1150. Alphonfus eius nominis primus, primusque Lusitaniæ Rex, Equitem habebat valdè illustrem, & audacem, qui Fuas dicebatur. Hic cum venationi valdè deditus esset, & in die exaltationis S. Crucis Ceruam insequeretur, nesciens quo iret ob brumarum densitatem, deuenit tandem ad cacumen altissimæ rupis, vbi nunc constructa est Ecclesia B. Virginis à Nazareth. Cumque laxatis habenis curreret, tandem equus subitò substitit: non sine miraculo. Nam si parumper mouisset pedè, ipse & ascensor in mare præcipites agebantur. Cum autem non posset equum inde abducere, huc illucque circumspiciens vidit imaginem B. Mariæ, cuius ope, Angelique custodis frenum tenentis, tam fortiter equum vrgere cœpit, vt eum tandem retrocedere cœgerit. Descendens igitur, prostratus ante imaginem, gratias de tanto beneficio egit. Erat autem ipsi affixa carta, quam accipiens, cœpit legere, cognouitque imaginem esse antiquissimam, atque tempore Apostolorum, in Nazareth fuisse veneratam, deinde tempore Iconoclastarum Imperatorum, à quodam Monacho græco, Cypriano nomine allatam fuisse, atque ab eo repositam in quodam Hispaniæ Monasterio prope Emeritam, vbi multis claruerat miraculis, vsque ad annum 714. quo scilicet Mauri Hispanias inuaserunt. Cum autem Rodericus Rex aliquandiu in prædicto Monasterio latuisset, tandem mutato habitu, discedens cum quodam Monacho, abstulit secum imaginem prædictam, cum reliquiis S. Bartholomæi, & S. Blasij, prædictaque omnia in concauo prædictæ rupis absconderat.

Imaginis B.
Virginis à
Nazareth in
uenit.

absconderat. Anno autem 1377. Ferdinandus Princeps. Ioannis primi filius, elegantem Ecclesiam ibidem erigendam curauit: quam postea Eleonora Ioannis secundi vxor locupletauit & auxit. Deinde etiam successu temporis, in ipso rupis concauo, vbi inuenta fuerat imago, erectum fuit egregium sacellum. Nec est aliquis tam audax qui non contremiscat, & horrescat, intuendo elationes & fluctus maris, ad radicem rupis impingentes.

SÆCULI. XI.

Annus Christi 1152.

Quia vero imaginis diuæ Virginis mentio facta est, de alia item miraculosa, Affligemienſi scilicet, agendum est; quæ S. Bernardum Abbatem Clareuallensem qui migravit in cælum anno Domini 1152. salutauit. Celeberrima huius miraculi memoria extat in Affligemienſi Monasterio: ibidem enim Pater sanctus, duabus concionibus habitis, Monachos ad rigidiorē Regulæ S. Benedicti obseruantiam frustra perducere conatus est. Cum ergo ibi esset, multique eum comitarentur, ante imaginem diuæ Virginis transire necesse fuit. Quam vir sanctus intuens, statim diuini amoris impetu extrâ se factus, genua flectit, eamque dulciter salutauit, inquit, *Aue Maria*. Et ecce cunctis audientibus ex eadem Imagine vox clara & distincta in hæc verba erupit. Salue Bernarde. Id in antiquis illius Cœnobij Annalibus expressum reperitur, extantque ea de re hi vetustissimi versus.

Imago B. Vir-
ginis salutauit
S. Bernardum.

Bernardus, Maria, ait, aue tu virgo beata,

Et tibi, Aue Bernarde, ego Imago redico volenter.

Et in Chronico Cœnobij Gemblacensis legitur: Ante Belgij desolationem, atque in ipso Belgio fidei catholicæ labefactionem, in Monasterio Affligemienſi Dei genitricis erat Imago, cui valedicens Bernardus, vale, inquit, alma Maria; at Bernarde vale, ait sancta Maria. Hæc ibi. Quæ imago beatæ Mariæ Pacis (ob pacem eodem tempore non sine miraculo obtentam) titulo salutata est: & vsque in hodiernum diem; tum Affligemij, tum Bruxellis, quæ Principum Belgij curia est, Deiparenti, eiusque dilectissimo Bernardo, huius pacis inuentrici & mediatori, publicis monumentis gratias referunt. Imago hæc in vlnis Christum gestabat, sculpra ex candido & molliori lapide, arena nigra nonnihil inspersa, longitudine quinque aut amplius pedum, opere & habitu prorsus antiqua, velo ex capite dependente in humeros. Quæ hac vltima tempestate à quodam proteruo nebulone ex basi deiecta & contracta fuit. Ex quibus partibus duæ aliæ sculptæ sunt, quarum vna Affligemij religiosè adseruatur, alia verò Patribus Societatis Iesu Bruxellenſibus à Priore donata. Simili fauore ab eadem Angelorum Regina sanctus Pater affici meruit in Germania. Nam cum aliàs ciuitatem Spirensem intrasset, & ante eiusdem Virginis statuam pertransisset, eamque more solito salutasset, ab ea vicissim in conspectu totius populi, qui eum sequebatur, resalutatus est his verbis. Salue Bernarde. Porro in Menologio Cisterciensij 18. Octobris huius Imaginis fit Commemoratio in hæc verba. In Belgio commemoratio beatæ Mariæ Virginis, quando per os Imaginis Affligemienſis, præſente Monachorum cœtu, & copiosa populi multitudine, sanctissimum Patrem Bernardum salutauit, clara voce dicens: Salue Ber-

Affligemien-
sis Monasterij
Imago Dei-
para.

Gonzalus Il-
lescas in vi-
ta Innocen-
ti 11.
Nauclerus
Generat. 39.
Item Spira
ab imagine
Deipara sa-
lutatus S.
Bernardus.

SÆCVL. XI.

narde, quæ Imago, in tanti miraculi testimonium, magno seruetur honore.
Hæc ibi.

Ibidem 13. Maij agitur memoria lactationis S. Bernardi à beata Virgine. Eodem die sanctus Abbas Bernardus à Regina cœlorum singulari amoris prærogatiua lactatur. Subdit autem Chrysostomus Henriquez in Notis, hoc miraculum grauissimo testimonio apud Castellionem hæctenus seruatum & à Reuerendissimo Domino Edmundo de Cruce Cisterciensi Generali comprobatum. Tenor testimonij est huiusmodi. In Ecclesia S. Berolici castri Castellionis super Sequanam, Lingonienſis diœcesis, quædam imago in veneratione & honore beatæ Virginis Mariæ antiquitus extitit constructa: quæ quidem imago S. Bernardo filium suum obtulit miraculosè in Ecclesia, dicens: Bernarde suscipe puerum meum totius mundi redemptorem. Deinde quoque ultra omnem humanæ naturæ virtutem, ac si Christi frater naturalis fuisset, manu dictæ imaginis suscepta mammilla illicò beato Bernardo sibi deuoto, ore aperto tres guttas lactis ab eiusdem imaginis mamillis profluentes, miraculose distillabat. Quibus sic susceptis ab eodem dictæ imaginis mammillæ guttis, eiusdem Dei genitricis orator, & Christi filij sui professor, ac cælestis militiæ Confessor fidelis, laudes quamplurimas cælorum Reginæ, sancto spirante Pneumate eiusdem Mariæ opitulante gratia composuit. Addit iusuper pulchram huius miraculi testimonium prædictus Henriquez ex ipso Castellione Lingonienſi ad R. D. Abbatem Castellionis Viridunensis nuper missum, à quo ipsum recepit, cuius hæc sunt ipsissima verba. Castellione Imago est beatæ Virginis, quæ sanctum Bernardum suo lacte quondam irrorasse fertur. Cum enim in beatam Virginem singulari flagraret amore, se quoque in eum, coram prædicta imagine indefessè orantem, matrem esse monstrauit. In dicto castro sacellum erat, in cuius parte sinistra beatæ Virginis imago consistebat. Ibidem miles quidam demorabatur vocatus Picant, qui suo fungens Officio, in bellis ciuilibus, circumcundo castum in dicto sacello plus quinquagies, voces canentes, Aue maris stella, audisse testatur. Dictum enim miraculum accidisse memoratur, cum Monstrata esse Matrem, à sancto Bernardo proferretur. Bellis sopitis, castroque destructo, in templum tutius conseruanda deportata est, vbi magna cum veneratione & populi concussu, maxime verò vbi temporis necessitas exigit, in loco celebri & eminenti asseruatur. Ex quo deponitur à tribus sacerdotibus trium dierum ieiunio preparatis, & solemniter in Processione vnà cum Reliquiis sancti Verolici, à plurimis virginibus eodem ieiunio triduo præmissis, deuotissimè circumfertur.

Sunt Castellione qui dicant, eandem Imaginem, lactis guttas, cum demittitur stillare. Nunc quoque supersunt duo vitæ probatæ Presbyteri illic demorantes, vnus Edmundus vocatur, alter Clemens quondam præceptor Domini vicetenentis Gaillard, qui clarè & palam affirmant in manu tertij Sacerdotis, qui Iacobus Viandot dicebatur, modò defuncti, lactis copiam defluxisse, ita vt sacrificiam peccati, illicque manus abluere cogere.

Repetita est etiam paucis ab hinc annis antiquissima quædam imago beatæ Virgini in eodem Castellionensi castro, cum hac inscriptione.

Bernard.

Imago Deipara alloquitur S. Bernardum, cumque lactat.

Lactis guttae ex mammillis imaginis Deiparae profusunt.

Imago B. Virginis Castellionensis etiamnum lac emittit.

*Bernard, molt amé, mon Chappellain,
Prenez, recevez de ma main
Le doux Sauveur du monde.*

Quod Latine interpretatur.

*Bernarde, multum dilecte, mi Capellane,
Cape, suscipe de manu mea
Dulcem Jesum Saluatorem mundi.*

Huius etiam miraculi historiam pulchrè depingit Iacobus Bidermannus, Epigrammatum lib. 2. fol. 84. his verbis.

*Virgineo stabat signum venerabile templo,
Indito cui magna forma parentis erat.
Hic solitam Bernardus, opem dum sedulus optat,
Tergeminumque leui murmure dicit Aue,
Ter vocat Ethevia portam blandissimus aula,
Ter stellam aquorea cernuus orat aque.
Denique Mater ait, magni secunda Tonantis,
Incipe te Matrem Virgo probare meam.
Sic ait & niuei respexit ad verba signi,
Vbereque è niueo lacteus imber it.
Cui medium flexo postquam aëra transit arcu,
Arida Bernardi fluxit in ora liquor.*

Nec id semel, sed iterum atque iterum sancto Patri accidisse, pro certo constat. Nam præter quod in castro Castellionis Virgineo lacte irrorari meruerit, Spiræ etiam in Germania simili fauore ab ipsa Deiparente donatus est, vt habet Biuarius lib. vlt. Bernardi vindicati §. 10. vbi ait. Aliunde verò liquet, sanctum Bernardum deuotissimum eiusdem Cantici, seu Antiphonæ (nèpe *Salue Regina*) exitisse, quippe cum & illa vltima verba *O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria*, ipse addiderit, eo tempore quo Legati Apostolici munere functus, Spiram inuisit: vbi cum illius decantationi adesset, spiritu Dei afflatus, ter genua flexit ante Deiparæ imaginem, à qua meruit resalutari illis verbis: *Salue Bernarde*. Cuius rei hodieque testimonium extat in cathedrali Ecclesia, teste Guillelmo Eisengrenio in Spiræ Chronicis, tabulis æreis incisum, quamquam & ipse velit tunc quoque egregio illo dilectionis pignore lactis virginei donatum fuisse Bernardum id quod Canisio, Costero, & aliis placuisse video. Hoc idem ad longum prosequitur Barnabas de Montalbo tom. 1. Chronicorum Cisterciensium lib. 3. c. 64. vbi rem pulchrè describit, & etiam nunc Deiparentis imaginem, ex cuius mammilla sanguis miraculosè in os Bernardi effluxit, summa veneratione adseruari & maximo populi concursu, fæminarum præsertim, quæ vel vberum dolore, vel lactis penuria laborant, coli testatur: variaque in huius miraculi comprobationem testimonia affert. Tandem Bernardus de Brito Chron. Cisterc. lib. 1. c. 26. expressè asserit id idem in Claravalle sua mellifluis patri accidisse. Dum enim, inquit hic Auctor, Sermones super Missus est, sanctus Abbas scriberet, & torus laudibus Diuæ Virginis intentus, quadam nocte templum intraret, in ectasim raptus: eandem Dei genitricem, puerum Iesum dulciter amplectentem, & copioso Angelorum numero cir-

*Adiuta ad
Antiph. Sal-
ue Regina,
à sancto Ber-
nardo.*

Virginei lactis
nectare tertio
erratur, S.
Bernardus.

cunſtipatam, magnoque ac diuino ſplendore coruſcam, contemplatus eſt, in cuius amorem dum pius pater dulciter ferretur, virginei lactis nectar guſtare meruit: & ab eo tempore dulcius, ſuauius, eloquentius, & ſolidius eiſdem ſanctæ Matris laudes proſecutus eſt, ita vt cœleſti hoc fauore donatum fuiſſe conſtet, diuerſis temporibus, & variis in locis, Caſtelliõne ſcilicet, Spiræ, & in Claraualleñſi Cœnobio. Vnde antiqui illi verſus, qui in initio Miſſalis Ciſterc. leguntur.

Splendet ante alias cœli via lactea partes,

Ciſtertij ante alios ſic nitet Ordo ſacer.

Hauſit enim Bernardus opem, & cum lacte nitorem:

A Genitrice Dei, quo ſum Ordo micat.

Menol. Ciſterc. 9. Aprilis.

Lilium prodit ex mortuo corpore B. Guillelmi, in cuius foliis, literis aureis ſcripta ſaluatio Angelica.

B. Aſcelina exorcitiis pietatis in hon. B. Virginis.

Henriquez in Liliis Ciſterc. in vita B. Aſcelinæ, c. 28.

In cubus demon ſaluationis Angelica petitur à Moniali.

Viuente adhuc S. Bernardo, in Monafterio Grandis ſyluæ Ordinis Ciſterciensis, ſanctè florebat B. Guillelmus Dominus Montis Peſſulani. Poſt cuius obitum ex eius ore, corpore iam tumulato, lilium pulcherrimum prodit literis aureis, *Aue Maria*, vndique decoratum.

Quo etiam tempore ſanctitate & miraculis clara habebatur B. Aſcelina, S. Bernardi Abbatis neptis, quæ quotidie ad honorem Deiparæ Virginis, trecentas ſalutationes Angelicas recitabat, & ſabbato mille. Item in omnibus ſolemnitatibus B. Mariæ, & quotidie per octauas, mille, & ſepties pſalterium Domine noſtræ.

Monialis quædam Ordinis Ciſterciensis, in Cœnobio Virginum, quod Vallis vocatur, à tempore conuerſionis ſuæ ſatis piè & religioſè, vt hominum iudicio ferebatur, conuerſata eſt. Sed occulto Dei iudicio, cœpit mirum in modum ab impudico dæmone vexari, qui ſingulis ferè noctibus ei in forma viri appatens, & lectum ipſius aſcendens, renitentem, clamantem, & diuorum auxilium implorantem, opprimebat: eique turpiter vim inferabat. Res deplorandæ omnibus innotuit. Miſerta illius Aſcelina, inſiſt ei, vt quando dæmonem videret, ſe crucis ſigno muniret, & *Aue Maria* clara voce diceret ſuaſit. Paret illa, & ecce cum poſt Completorium iret cubitum adest Princeps tenebrarum, quem vt vidit, alta voce verba illa angelica protulit; & ſtatim quaſi ſagitta acuta tranſfixus dæmon, tremebundus auſugit, nec vnquam de cætero cõparuit, vel illam moleſtare ſicut ſolebat, auſus eſt.

Annus Chriſti 1154.

S. Hugo Abbas apparet Deipara ad perſeuerantiã in Ordine animatur.

Petr. Equil. Ep. in Cat. SS.

Chryſ. Henric. in Faſciculo SS. Ord. Ciſterc. & in Menolog. 1. Apr.

Tunc temporis adhuc in viuis erat. S. Hugo Abbas Bonauallis, Ordinis Ciſterciensis. Qui dum iuuenis Ordinem ingreſſus eſſet, & de reſtitu ad ſæculum grauiter tentaretur, in Eccleſia oratione facta, B. Virgo ei apparuit, eique Natiuitatem, Conuerſationem, Paſſionem, Reſurrectionem & Aſcenſionem Chriſti oſtendit. Ex qua viſione confortatus, in magna ſanctitate vixit. Cum factus fuiſſet Abbas Bonauallis, duo Nouitij eius, de reſeſſu tentabantur, quorum vnus, qui miles peruerſus fuerat, in ſonnis vidit ſe cadentem in puteum tantæ profunditatis, quod tres dies tranſibant, donec ad puteum perueniret. Quod cum Hugoni Abbati retuliſſet, expoſuit hunc eſſe abyſſi puteum, in quem caſurus erat, ſi ab Ordine recederet. Ille verò nihilominus abiit, & poſt triduum ab hoſtibus occiſus fuit. Alius,

vetò

verò qui Clericus erat, ab eo monitus permanfit, eo quod sibi Abbas vitam æternam promiserat. Cui pridè quam moreretur, Domina nostra apparuit, & ei in craftinum, gloriam à suo Abbate promiffam, obtinendam incunctanter afferuit: atque die fequenti expirauit.

SÆCUL. XI.

Annus Christi 1158.

Lausanenfi Ecclesiæ ipfo tempore præerat S. Amadeus Episcopus ex Ordine Cisterc. qui obiit anno Domini 1158. Hic scripsit homilias in laudem Deiparæ Virginis, octo; tam dicendi suauitate, quam mysteriorum profunditate delitiosas. Quas cum nulli mortalium adhuc manifestasset, sollicitatur tamen à Sorore Sanctimoniali Virgine religiosa, quatenus illi iucundum illud munusculum communicaret. Annuit frater fororis desiderio, ea conditione, vt & illa, iucundum quoque munusculum quod à gloriosa Virgine accepisset, viciffim impertiret. Mittit continuò soror laneam chirothecam, quæ in præsentem diem Lausannæ in Reliquiario sacro visitur, quam plurimis laudata miraculis.

Myræus in
Auctuario
Gibbonus, in
vita ipsius.
Henriq. in
Fascicul. SS.
Ord. Cisterc.
& in Menol.
7. Ianuarij.
Chirotheca B.
Virginis.

Annus Christi 1159.

Vincentius Beluacensis miracula B. Virginis Rupis Amatoris, hoc tempore facta describit. Adolescens quidam cuius Lugduni Galliæ, per Rhodanum nauigabat navi vino onerata. Erat autem iuuenis ille ex Sodalitate B. Mariæ Rupis Amatoris, Gallicè *de Roquemadour*. Hic videns instare periculum, & nec arte, nec viribus, procellis irruentibus resistendum; beatissimæ Virginis auxilium multis precibus cœpit flagitare. Navis autem non modico fragore facta, sub vndis latuit; & quantum quater balista iaci potest, inferius deiecta, profundum fluminis tenuit. Indè tamen pietate misericordissimæ Dominae ad superiores auras reiecta, sine læsione hominum, sine damno rerum venalium, sine quantalibet vini effusione, cum omni siccitate apparuerunt omnia. Adolescens quidam à latrone spoliatus, deinde ingulatus est, pellicula tamen à posteriori remanente illæsa. At ille moriens Virginem Virginum voluebat in corde, quam voce inclamare non poterat. Et ecce beata Virgo cum mirifico decore circumamicta varietate morienti adstitit, caputque à trunco seiunctum demulcendo, & propria manu signando, loco priori restituit, & stillicidium sanguinis substituit. Itaque ab itinerantibus inuentus, & ad domum relatus, vulnereque confuto, breui sanatus est. Veruntamen ad huius facti memoriam, vox eius rauca permanfit; & cicatrix in gutture quoad vixit. Homicida autem comprehensus, à iudice iussus est suspendi.

Vincent. in
Spec. lib. 29.
c. 4. & 5.

*Miracula B.
Virginis Ru-
pis Amatoris.*

Miles quidam Perragoricensis pagi, Romam peregrinus adiit, cæteraque sanctorum limina visitauit. Tandem ad Ecclesiam S. Mariæ Rupis Amatoris, quæ à vicinitate sua parùm distabat, venit. Vidensque tot imagines cereas, & cætera quæ non viderat in valle Iosaphat in Assumptionis Ecclesia, nec in aliis etiam quamplurimis, & honoratis locis B. Virgini dedicatis, non eis fidem adhibuit, nec à peregrinis allata, sed fraudulenter à domesticis

SAEVL. XI. mesticis posita asseruit. Rediensque ad propria, his argumentis falsificare nitebatur quod de basilica illa generaliter ac veraciter dicebatur. Indè factum est, vt ad vindictam malorum, laudem verò bonorum, toris plecteretur artubus, fieretque contractus. Tunc ad se reuersus, cum diu amplius quam duobus mensibus de ægritudine multatus esset; pœnitentia ductus, quod in sanctam basilicam blasphemiam protulisset, veniam precabatur: & quod Ecclesia de Roquemadour per Mariam matrem Domini virtutibus decorata esset, ac sublimata, publicè fatebatur. In hac autem confessione & deuotione solidatur neruis, compage membrorum reformata, surrexitque sanus & fortis. Alia præterea quædam ibidem reponit Vincentius miracula, quæ breuitatis causa prætereo.

Theobaldus in vita ipsius apud Suerium. S. Guillelmus Eremita, quondam Aquitania Dux, grauiter verberatus à demonibus per B. Virg. sanatur.

Florebat tunc eximia sanctitate S. Guillelmus quondam Dux Aquitaniæ, & Comes Pictauiensis. Qui cum pœnitentiæ causa eremiticam arripuisset vitam, varias dæmonum sustinuit infestationes, sæpe etiam ab eis fuit grauiter verberatus. Quadam præsertim die illorum plagis sic attritus & debilitatus est: vt vix mortem euaserit. Post quam grauem afflictionem, statim adfuit afflictorum adiutrix Virgo Maria, duabus comitata puellis, quæ eum pretioso vnguento perungentes, pristina incolumitati protinus reddiderunt.

Annus Christi 1160.

Imago B. Virg. sudorem emisit.

IN partibus Germaniæ cum quidam sacerdos celebraret in quadam Ecclesia, & populus adstaret, imago Dei genitricis vehementer sudare cœpit, vt astantes notarent, & mirarentur, atque ipsa sudorum guttula peplis matronarum extegerentur. Nutu Dei obsessus eadem hora affuit, requisitus de causa, respondit. Quid statis admirantes? Filius Mariæ manum extendit ad feriendum, quam si non ipsa retinisset, mundus iam minimè subsisteret. Ecce hæc causa sudoris est. Et teriti sunt omnes audientes verba tam stupenda.

Annus Christi 1170.

Petr. de Natalibus Ep. Eg. in Cat. SS. lib. 1. c. 13.

ERat tunc in Anglia sacerdos quidam, viuentē adhuc S. Thoma Archiepiscopo Cantuariensi, qui quotidie Missam de beata Virgine celebrabat, eo quod aliam dicere nesciebat. Qui accusatus, ab eodem sancto Thoma, tanquam idiota ab officio suspensus est. Cum ergo Thomas cilicium suum assuendum sub lecto abscondisset, vt hora captata illud latenter confueret: beata Virgo sacerdoti apparuit, eique mandauit, vt ad Archiepiscopū pergeret, eique diceret, Sacerdoti quotidie celebranti Missam de B. V. & ob hanc causam interdicto, iubente Deipara eidem celebrandi potestas conceditur, tali signo quod illa ob cuius amorem Missam dicebat, cilicium eius quod est in tali loco confuerat, & setam rubeam, de qua illud confuit, dimiserat. Illa egò Domina sibi dicendo mittebat, quod presbytero suo officium ablatum restituere debebat. Hæc ille audiens obstupuit: & ita esse, vt sacerdos retulerat, inuenit, ac eidem celebrandi potestatem concessit. Hæc Petrus Equinus Episcopus. Sanè

Sanè fuit sanctus Thomas Cantuariensis Archiepiscopus ab adolescentia castissimus, vt pote qui beatissimæ Virgini Mariæ suam vouerat castitatem. Cum autem esset inter socios, sicut liliū inter spinas, audiuit eos sæculares sæcularia conferre, & iactantes se de suis specialibus dominabus & de clenodiis sibi datis ab ipsis. Tandè in loco quodam dixit: Nihil valet quod dicitis, & iactatis, ego habeo amicam, quæ omnium vestrum præcellit amicas, quæ mihi clenodium dedit, cui nunquam simile vidistis. Hoc autem totum spiritaliter intendebat, sed ipsi secundum mentem suam recipere hoc volebant, supplicantes instantissimè, vt eis clenodium demonstraret. Et vim iam inferre volentibus, aufugit in Ecclesiam, seque ad orationem contulit, rogans vt sibi tam præsumptuosum verbum Domina dulcissima indulgeret. Ecce autem ei in visione electissima Virgo apparuit, consolans eum flebilem & dicens: Ne timeas, quia optimè, & verè excellentiam tuæ amicæ inter socios, imo inter omnes homines obtinebis. Deditque ei pyxidem valde paruulam nimis pulchram. Reuersus ad se, & ab oratione consurgens lætus abire volebat, sed socij præfati videntes eum, iterum pro exhibitione sui clenodij insistebant. Tandem socij è manu eius prædictam pyxidem rapuerunt, & aperientes viderunt in ipsa parum de purpura, extraxerunt, & prodiit de illa, pulcherrima casula mirabiliter benefacta. Verbum illud mirabile peruenit ad Episcopum Cantuariensem; cui accersitus Thomas, rei indicauit veritatem. Vnde prouidit ei Episcopus in studio, & expensis, præordinans eum in animo suo futurum sibi successorem.

Sequenti anno nempe 1171. Henricus II. Angliæ Rex, perrexit causa orationis ad Roccam Amatoris, qui locus in Cadurcensi pago montibus, & horribili solitudine circumdatur. Dicunt quidã, quod beatus Amator famulus B. Mariæ, & aliquando bainlus, & nutritus Domini fuit, & assumpta piissima matre ad æthereas mansiones, ipse Amator, præmonitus ab ea in Gallias transfretauit, & in prædicto loco vitam eremiticam transegit, Quo transeunte, & in introitu Oratorij B. Mariæ sepulto, locus ille diu ignobilis fuit, excepto quod vulgò dicebatur, ibi Amatoris corpus requiescere, licet ignoraretur vbi esset. Anno ab incarnatione Domini 1166. quidã indigena huius regionis ad extrema veniens, præcepit familiæ suæ, diuina forsitam inspiratione, vt in Introitu eiusdem Oratorij, corporis sui glebam sepelirent. Effossa itaque terra, corpus B. Amatoris integrum reperitur, & in Ecclesia iuxta altare positum, integrum illud peregrinis ostendunt: & ibi fiunt miracula multa, & antea inaudita per beatam Mariam. Ad hunc ergo locum, vt diximus, Rex Henricus causa orationis veniens, quia appropinquabat terræ inimicorum suorum, congregata multitudine armatorum, tam equitum, quam peditum, ad orationem perrexit, munitus sicut ad prælium, nulli malum inferens, omnibus, & maximè pauperibus, in elemosynis largiter prouidens. Hæc Robertus de Monte.

Ad quem locum S. Dominicum è Tolosa Parisios proficiscentem venisse, ibique in Ecclesia B. Mariæ deuotè pernoctasse refert B. Humbertus lib. 2. de Vitis Fratrum c. 10. & Thomas Maluenda tomo 1. Annalium Ord. Prædicat. ad annum 1219.

SÆCVL. XI.
Auctor Spe-
culi Eximpl.
Carthagenæ
tomo. 4. circa
finem de Mi-
randis Deip.
§. 233.

Casulam à
Deipara Vir-
gine accepit S.
Thomas Can-
tuar.

Robertus de
Monte in
Append. ad
Sigeberti
Chronicon.
Thomas Ma-
lu. in Annal.
Ord. Prædic.
ad annum
1219.

Henriques
11. Anglia
Rex peregrin-
atus ad
adem D. Virg.
Rocca Ama-
toris.

Item è S.
Dominicus.

SÆCUL. XI.

Annus Christi 1174.

Chrylost.
Henric. in
Fascic. SS.
Ord. Cisterc.

Eskilus ad-
lescentis videt
in visu Dei
parari.

Ipsò tempore in partibus Aquilonaribus eximia sanctitate fulgebat B. Eskilus. Archiepiscopus Laudensis, & Apostolicæ Sedis Legatus in Insulis Aquilonaribus, postea Ordinis Cisterciensis Monachus. Qui cum adhuc esset adolescens, annos natus circiter duodecim, transmissus à parentibus causa studiorum, in Saxonia morabatur: quia tunc in nobili illa Hildesemensi Ecclesia florentissima, à Clericis diuersarum regionum celebri concursu frequentabatur. Itaque dum aliquandiu ibidem moratus fuisset, in grauissimam incidit valerudinem, & diuturno languore tabescens, tandem à Medicis desperatus est, ideoque procuratum, vt oleo sacro inungeretur. Cumque presbyteri, cæterique fideles, huius rei gratia lectulo eius assistent, subitò factus in agonia, omni membrorum ac sensuum officio destitutus est, ita vt ferè mortuus putaretur. Exemptus ergo carnis sensibus, ductus est in spiritu ad quandam domum, totam interius quasi clibanum ardentem, ad quam cum propius accederet, & curiosius inspicere vellet, subitò erumpens vapor incendiijprehendit incautum. Qui cum protinus ardere cœpisset, iamque nihil aliud nisi mortem & ignè æternum sibi superesse cogitaret: ecce miserante Deo, apparuit ei in vno diuersorij lateris meatus quidam quasi tramitis angusti, de ostio ad ostium ducens, qui in flammis vacuus esse videbatur. Quem cernens, & spe euadendi animatus, conatu quo potuit reptans, ad locum illum refrigerij peruenit, & per illum ad ostium tendens, celeriter exiit, & fugit, palpitans ac tremens à facie ignis deuorantis. Moxque palatium quoddam regale, & amplum reperiens, & illud ingrediens, vidit in eo Reginam Angelorum, vultu & habitu mirabili coruscantem, atque in throno gloriæ residentem. Ad quam pavidus & anhelus accedens, flagitabat obnixè, vt sui misereretur. Quem protinus illa dedignatur, aspiciens atque minaciter alloquens, quod ausus fuisset in conspectu ipsius apparere, mandat quantocyus egredi, & cruciandum ad ignem reuerti. Porro inter alios Matri misericordiæ assistentes, apparebant ibi tres viri venerabiles, quorum vnus eiusdem ciuitatis Episcopus erat, alter verò Decanus, tertius ipsius Ecclesiæ Canonicus, nescio quo fungebatur officio. Hos itaque adolescens Eskilus intuens, ac recognoscens, lachrymabiliter deprecabatur, quatenus piissimæ Dominae pro ipso supplicare dignarentur. Quod cum deuotissimè facerent, misericordissima illa dissimulatrix respondit eis dicens: Quid est quod rogare præsumitis pro adolescente isto vanissimo, meoque respectu indigno? Hic enim peruersus & lubricus nunquam me honorauit, neque salutationem meam vel vna vice representauit. Cumque illi rogarent, vt solita pietate delicta iuuentutis & ignorantias illius dimitteret, si de cætero se emendaturum proponeret, accessit interim tremebundus adolescens, obsecrans eam & dicens. Miserere mei piissima Domina, miserere mei miseratrix generis humani, & ne claudas à me misero inexhausta viscera misericordiæ tuæ, quia paratus sum amodo, & vsque in sempiternum seruire tibi, & te super omnia post Deum venerari. Quod si genitor meus istam calamitatem meam agnosceret: maxima auti pondera

pro

pro mea liberatione libenter impenderet. Talia cum lamentabili voce depromeret, beatissima Virgo vera mater misericordiæ, serenata facie respiciens illum dixit. Quid igitur putas ne quod valeas teipsum apud me condigno pretio redimere? In hoc enim forsitam placare me posses, si congruum mihi pretium pro tua redemptione persolueres? Tum ille non modicè exhilaratus in verbo isto fiducialius accessit & dixit. Etiam atque etiam clementissima Domina, ego me optimè redimam, & quicquid mihi iusserit dignatio tua libentissimè faciam, tantummodo esto mihi propitia, nec me in illum ignem cruciandum amplius remittas. Cui Regina Virginum respondit. Volo igitur vt de quinque generibus annonæ, quinque mihi modios, hoc est de singulis singulos, non negligas reddere. Quo ille audito lætanter accepit, respondensque alacriter dixit. Carum est ô charissima Domina quod imponis, valdeque iucundum, & ego mensuram bonam, & confertam, & coagitatam & superfluentem dabo in horreum tuum.

SARCVL. XI.

Annus Christi 1175.

Abit quoque in cælum B. Fridericus Ordinis Præmonstrat. anno 1175. Is primus fuit Abbas & fundator Horti B. Mariæ in Villa Hallum. Adolescens ob castimoniæ puritatem præcipuè honorabat Deiparam. Sacerdos factus & Parochus in Hallum, adhuc amplius eam coluit, vndè & mos ibi inoleuit eius imitatione, etiam per sabbata Quadragesimæ, Missam de ea cantare. Precibus ad beatam Virginem fufis, vitæ reddidit puerum qui sine baptismo obierat.

Sibrandus in
Vita ipsius.*B. Fridericus
Ord. Præmon-
strat. præcipue
honore colit
Deiparam.**Annus Christi 1177.*

ERat tunc in ciuitate Cardotij, homo quidam carnalis, qui dum aliquando aleis luderet, & tesseri sibi male cadentibus perderet, quidquid dementi in mentem veniebat, ore furibundo iurabat. Cumque iam pene omnia amisset, alius quidam nefandus aleator accessit, & tumida illum indignatione amouens ait. Cede iners cede, ego ludam pro te, quia tu nescis ludere, nec iurare. Cumque & ipse, vt erat filius perditionis, similiter perderet, diabolico furore inflammatus, cœpit omnia Domini nostri Iesu Christi tã interiora quam exteriora quasi per ordinem membra iurare: nihil omnino iniuratum relinquere volens. Proferebat igitur iurationes quasdam seu blasphemias atque inauditas, quemadmodum cordis & oris eius instructor, immo vere destructor diabolus excogitabat. Ast vbi Dei & hominis Domini nostri, omnia membra furioso & blasphemo ore consumpsit, adiecit ad cumulum damnationis suæ, sanctissima membra iurare, terribili nimis temeritate, sanctissimæ Matris eius, fatagès vniuersa sigillatim venenato dente discernere, ita vt sanæ mentis omnes qui aderant, à facie blasphemantis & obloquentis aures obstruerent, & pectora sua tunderent. Nec dum iuramenta omnia sacrilegus iurator expleuerat, & ecce repenti ultio diuina atque digna, inuisibili & quasi fulmineo ictu feriens, & perforans sceleratum, Mariestatis iratæ terribile dedit experimentum. Percussus itaque blasphemus

Chrysoft.
Henriquez
in Fasciculo
SS. Ord. Ci-
sterc. in Vita
B. Gerardi
Martyris c. 3.*Execrabilis
aleatoris in
B. Virginem
blasphemia.*

SAEVL. XI.
Vltio diuina
ineundem.

Christus Mar-
tri sua con-
iuria illata
non sustinet.

Blasphemus
alius in bea-
tam Virg. à
diabolo tor-
quetur.

Mattheus
Parisiensis in
Vita ipsi. Vide
Vitas Pa-
trum Ere-
mit. Occid.
quas dudum
edidimus.

B. Goduei
Eremita visio
circa Imagi-
nem Diipara.

corrui, & putans quod aliquis eum materiali gladio confodisset, horrendo gemitu exclamās ait. Heu heu miser quis es qui me interfecisti? Cūque diutius in terram palpitans, & mortiferos gemitus efflans volutaretur, tandem urgente maligno, cui traditus fuerat, abominabilem animam tartareis ignibus concremandam expuit. Nudato itaque corpore ad lauandum, est in dorso eius plaga recens terribili apertura diuisa, ac si aliqua securis ibidem immersa fuisset, ita vt penetralia cordis, hepatis & pulmonis funditus apparerent. Quo viso contriti sunt iuratores, videntes quod zelus Domini exercituum, tam graui animaduersione multauit iuratorem impiū atque blasphemum. Cumque rumor velocius prauolans tremefactos vndique vicinos traheret ad videndum: quidam de intimis eius, maestus accelerabat ad illum. Huic ergo itineranti, apparuit quidam mortuus homo, quem in iuuentute cognouerat, & ait. Agnoscis me? Ego sum ille defunctus olim tibi non ignotus, noui ergo quo tendas, sed incassum te fatigas, iam enim morte absumptus est, quem viuentem inuenire putas. Porro vnum est quod latere nolo, quod Dominus Iesus Christus à seruis contumeliosis multas contumelias & iniurias patitur, & patienter expectat tanquam patiens redditor. Verumtamen immaculatæ Genitricis suæ læsiones atque conuitia non facile sustinet, sed aut præsentis supplicio citius punit, aut si certe reseruat in posterum, cæteris malis acerbius punit.

Alium quendam iuratorem impudentem & execrabilem, circa fines supradictæ ciuitatis Cardotij, fuisse affirmabat B. Gerardus Abbas Martyr, Ordinis Cisterciensis, qui cum beatæ & intemeratæ Dei genitricis Mariæ sacra & secretoria membra iurare præsumeret, mox immundo spiritui traditus, dirissima passione diu vexatus, atque distortus est, ita vt oculis euerfis, & facie tota enormiter intumescente, linguam ardentem atque eiectam ab ore porrigeret. Qui cum ita fuisset longo & horrendo tormento excruciat, tandem miserabilem animam, dæmonicis spiritibus reddidit, linguamque effrenam, quam extraxerat, nec in morte retraxit.

Annus Christi 1178.

I Pso etiam tempore, nempe anno Domini 1178. S. Godricus Eremita in Anglia clarus erat. Qui die quadam dum in oratorio suo sedens psalterium ruminaret, vidit ex ore imaginis Crucifixi, puerulum exire, qui ad imaginem B. Virginis, quæ in parte Aquilonis stabat, in eadem trabe descendit, & gremio ipsius insedit. Illa verò manus contra venientem extendens, amplexum ferè per tres horas brachiis confouebat. Puer quoque quamdiu sedebat in gremio matris, vt viuens in corpore se mouebat, & ad eius aduentum pariter & discessum, tota sacre Virginis imago ita contremuit, vt in trabe ruinam minari videretur. Putabat amicus Dei Godricus imaginis membra vitali spiritu compleri, & puerum non alium esse quam Iesum credidit Nazarenum. Deinde puer eodem modo quo venerat in os rediit crucifixi.

Alterā vice cum vir sanctus coram altari B. Virginis & Dei genitricis oraret, vidit duas puellas quasi ætate teneras, stantes ad duo cornua ipsius altaris

altaris specie pulcherrimas, quarum vestes erant niueo splendore fulgentes. Quibus diu inuicem se contemplantibus, tacuit Godricus non ausus se mouere, sed sapius in eas oculos conuertebat, & quandoque cernuus orabat. Tunc virgines ad Godricum accedentes, illa quæ à dextris erat altaris, illum taliter est affata. Nunquid me Godrice cognoscis? Et ille, Domina hoc nem. potest, nisi cui tu volueris reuelare. Et illa. Verè dixisti, quia Mater Christi sum, & per me, ipsius gratiam obtinebis. Ista est autem Apostolorum Apostola Maria Magdalene. Et Godricus pedibus Virginis aduolutus, tibi me Domina mea, (inquit) comitto, vt me perpetuò custodire digneris. Tunc vtraque manus super caput eius imposuit, & caesariem complanantes, domum odore dulcissimo compleuerunt. Post hæc Dei Genitrix canticum quoddam coram illo musica modulatione præcinit, & ipsum canticum edocuit, quod frequenter repetens Godricus, memoriæ firmiter commendauit. Est autem canticum illud. Sancta Maria Christi thalamus, virginalis puritas, matris flos, dele mea crimina, regna in me, duc ad salutem cum solo Deo. Præcepit itaque mater Dei Godrico, vt quotiens dolori, tædio, vel tentationi succumbere formidaret, hoc se cantico solaretur. Nam me (inquit) sic inuocans, meum statim senties auxilium. Deindè signum crucis capiti eius imprimens, ipso cernente, in cælum ascendunt: odorem eius suauissimum relinquentes.

SÆCVL. XI.

B. Godrico
Eremita appa-
ret B. Virgo,
cumque con-
solatur.

Annus Christi 1181.

Tunc etiam in Anglia florebat S. Laurentius Episcopus Dublinensis, qui obiit, anno Domini 1181. Hic cum aliquando de Regis Angliæ curia remearet, venit in Valliam: vbi diu ventum expectans prosperum, tædio angebatur. Erat autem in illis partibus Ecclesia in honorem beatæ Virginis apud castrum cuiusdam diuitis, eius expensis recens ædificata, cuius lateri homo quidam perpetuò se incluserat, vt Deo liberius adhereret. Huic igitur viro Dei nocte apparens Virgo sancta, ornatu & facie reuerendissima, sciscitabatur cur sua Ecclesia dedicata non esset. Cui cum Anachoreta responderet, Episcopum diæcesanum diu absuisse. Ego vero, inquit illa, nolo eam ab eo dedicari. Ecce adest Laurentius Dublinensis Archiepiscopus, cuius præstolabar aduentum, vt ipse meam Ecclesiam consecraret. Et hoc ei signum, quod ventum vel transitum non obtinebit, donec meæ satisfecerit voluntati. Ad hæc experrectus homo, & territus visione, facto iam die, misit pro castellano, eius Ecclesiæ fundatore, totamque ei patefecit ex ordine visionem. Is mox ad Archiepiscopum properans, eum ad suum castrum inuitauit, susceptumque honorifice procurauit: factaque cena, precabatur eum, vt illam Ecclesiam consecrare dignaretur. Vir sanctus respondit, id sibi non licere: castellanique precibus assentiri modis omnibus renuit. Videns id castellanus, non cunctatus est viro Dei minas beatæ Virginis indicare, totam anachoretæ visionem per ordinem commemorans. Quam vir sanctus mente pertractans, vidensque secundum Deum sibi non esse licitum, sed permissum, diuinæ visioni, deuotisque precibus assensum præbens, Ecclesiam postridiè dedicauit. Cumque Missam & diuina officia

Vix ipse
apud Surium
14. Nouemb.

S. Laurentius
Dublinensis
Epi. c. conse-
crat Eccle-
siam Deip. in-
benie eadem
Virgine.

SÆCVL. XI.

peregisset. gustato pane cum suis nauim ingressus, cursu prospero ad portum desideratum peruenit. Ex eo tempore innumera sunt miracula in Ecclesia illa, diuinaque indigentibus beneficia præstantur.

Pyraeus in
Triplici Co-
rona B. Mar.
Tract. 1. c. 12.

Tungrensis
Virginis ima-
go Angelo-
rum ministe-
rio allata.

Ipso anno nempe 1181. Imago B. Virginis, quæ colitur apud Tungros, Angelorum ministerio allata fuit in prædicto oppido in vigilia Purificationis, hora noctis vdecima, & collocata in horto nobilis viri Hectoris, cognati Comitis Flandriæ, & S. Pauli, & nepotis Comitis Namurcensis. Ad aduentum dictæ imaginis, totum territorium ad instar diei æstiu claritate fuit illustratum. Prædictus autem Hector Tungrensis Dominus, cum iam à tribus annis cæcus esset, se portandum curauit in horto, vbi cum seruis suis, per vnus, & eo amplius horæ spatium, audiuit cælestem harmoniam, tanta odoris suauitate coniunctam, vt iam paradisi gaudia prægustare sibi viderentur. Quæ transacta, iussit imaginem cum omni honore, & reuerentia in cubiculum suum deferri, vbi summa cum vigilantia custodita fuit, & sequenti die cum solemnitate magna delata fuit ad Ecclesiam S. Martini, & posita supra maius altare. Verum sequenti die iuuenta fuit in horto, vbi prius fuerat ab Angelis collocata. Fama miraculi vbique vagante, Episcopus Cameracensis adueniens, hortum necnon & castrum dicti Domini benedixit, sacellumque construxit, vbi postmodum multa facta miracula.

Menolog
Cisterc. 18.
Febr.

Siluanum
Monachum à
pauca capitis
& pectoris do-
lore sanat. B.
Virgo.

Cælestinus III. circa hæc tempora Sanctorum catalogo adscripsit Sanctum Siluanum Monachum Ordinis Cisterciensis, discipulum S. Bernardi Abbatis. Qui sanè Siluanus, ad eam magnam perfectionem acquisiuit, vt plurimas reuelationes & beneficia à beatissima Virgine Maria, acceperit. Quæ quadam die, dum idem Siluanus propter continuas vigilias, & orationes mentales, pectore & capite laboraret, sereno vultu ipsi apparuit: tangensque eum suis sacris manibus, debilia membra pristino vigori & sanitati restituit, dixitque illi: Redi in te, fili mi Siluane, & gratificare nouis operibus meritoriis fauorem hunc, quem tibi exhibeo.

Robertus de
Monte in
Appendice
ad Sigeberti
Chronicon
ad annum
1181. Tho-
mas Maluen-
da tomo 1.
Anualium. 7.
Ord. prædic.
ad annum
1119.

Hoc ipso tempore & anno 1181. accidit horribilis & portentosa vindicta in ciuem quendam loci Rupis Amatoris eiusque familiam, eo quod cortinas ad ornandam Deiparæ Ecclesiam tradere nolisset. Historiam sic narrat Robertus de Monte. Erat (inquit) prædiues Burgensis, in loco qui dicitur Rocca Amatoris, à quo Monachi Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Amatoris mutuo acceperant pecuniam, tradentes illi in loco pignoris cortinas illius Ecclesiæ. Imminente autem festo Genitricis Dei, & Virginis Mariæ, rogauerunt prædicti Monachi Burgensem, vt quas apud se habebat cortinas, ad ornandam Ecclesiam, tantæ solemnitatis completo seruitio ei restituendas, eis accommodaret. Ille verò aurem cordis habens obturatam, nulla quidem prece flexus est: sed respondit eis cum timore animi, dicens, quod essent cortinæ illæ circa lectum coniugis suæ, quæ nuper ei puerum pepererat, nec aliquatenus inde possent amoueri. Quid multa? Transit festus dies, & Ecclesia præfata ornatum suum festiualem nõ habuit. Sequenti vero nocte B. Maria Mater Domini nostri apparuit in somnis vxori prædicti Burgensis, & dixit ei. Vir tuus peccatum grande commisit, nec poterit impietatis excessus derelinqui impunitus: tertia enim die infans tuus spiritum exhalabit, & vir tuus debitum morti soluens, in die octaua mutabit hanc temporalem felicitatem

Vindicta hor-
ribilis & por-
tentosa in con-
temporem B.
Virginis.

citatem suppliciiis æternis. Tu autem proficisceris ad Ecclesiam meam, quæ est in Bethlehem, & circumspèctis ibi tribus sepulchris, quorum quidem duo extrema vacua non sunt, mediũ tibi eliges in sepulchrum. Interim omni feria quarta circà horam nonam, deficiet in te spiritus tuus, & decurret ab ore tuo, & naribus, sanguis multus, & vsque ad horam nonam Sabbati velut mortua permanebis. Sabbato hora nona spiritu recedente, duces vtraque manus tuas per faciem tuam, & continuo pristinus color, & fortitudo in te remeabunt. Hæc loquuta est beata Maria, & abscessit. Mulier verò præ timore turbata euigilauit, & ruminans somnium, cum magna solitudine, illud memoriæ commendauit. Crastina autem illulcescente die, cœpit somnium suum coniugi suo per ordinem narrare. Miser sermonibus eius non adhibuit fidem, nec etiam cum videret spiritum deficere in puero, de agenda pœnitentia cogitatum habuit, sed morte præuentus in die octaua iuxta præostensam visionem in supplicium lapsus est gehennale. Perturbabatur mulier in alterutris nece: & omnia sicut per somnium monstrata fuerant, in se nihilominus intelligens accidisse, Romam sub festinatione proficiscitur, & rem Summo reuelat Pontifici. Præterea constanter asseruit, quod in quinto anno ab illo, maxima fames ingrueret, quod ex corruptione aëris innumerabilis hominum multitudo moritura esset, & quod Clerum Romanum grauis animaduersio feriret, nisi ab exercitio doli resipiscerent: sub quo à multis retrò temporibus, vsque ad hodiernum diem laborauerunt. At Dominus Papa volens manifestius scire, si sermones mulieris veritati inniterentur, commendat eam duodecim nobiles matronis, dans illis præceptum, vt cum illa in mortem obdormiret, plantis eius calentes fibulas infigerent, & de sanguine ab illius ore manante vestes suas inficerent. O rem mirabilem? Quarta feria sicut prædixerat, hora nona mulier expalluit, & mortua est, ita vt nullus in ea vitalis remaneret spiritus, & ab eius naribus cœpit defluere sanguis copiosus. Sed Matronæ præceptorum Domini Papæ non immemores, pedibus mulieris calentes fibulas infigunt, nec ob id illa mouetur. Insuper de sanguine eius vestimenta sua tingunt: sed omnis infectio facta per sanguinem in Sabbato nunquam comparuit, cum spiritus vitæ in eam remearet, &c.

Annus Christi 1186.

Redemptionis Orbis annus 1186. adest, à B. Virgine in signi miraculo illustratus, quod Thomas Cantipratanus scribit in hunc modum. Fuit (inquit) in Ecclesia beatæ Dei genitricis, Mariæ, quæ est in Dolo Monasterio, Monachus Iosbertus nomine, qui quotidie decantabat quinque psalmos incipientes à quinque literis, quæ sunt in nomine ipsius Dominae, videlicet pro M. Magnificat, pro A. Ad Dominum cum tribularer, pro R. Re-tribue seruo tuo, vsque ad illum locum, Adhæsit pauimento anima mea, pro I. In conuertendo, pro A. Ad te leuauit, post vnumquemque psalmum subiungens Antiphonam, *Aue Maria*, versum, Post partum, & collectam, Concede nos famulos. Anno autem Domini 1186. in festiuitate B. Mariæ surrexerunt Fratres ad vigiliis noctis, dictoque Domine labia mea aperies, accepit

Thomas
Cantip. lib. 2.
de Apibus c.
29. §. 15.
Thomas Ma
li. tomo. 1.
Annal. Ord.
Præd. ad an-
num 1137.

cepit Supprior laternam, quæ absconsa tenetur in choro, circuiens chorum, ad explorandum si quis deesset, & non inueniens fratrem suum carnalem, præfatum scilicet Iosbertum, abiit eum querere in Dormitorio ad lectum suum, vbi viderat eum serò collocari. Perueniens autem ad locum, reperit eum defunctum, & habentem in ore rosam erumpentem, & explicatam, in oculis etiam duobus, duas, & auribus similiter duas. In illa verò, quæ de ore egrediebatur, prima litera nominis Domine nostræ, scilicet M, & primus versus cantici Magnificat, in illa quæ à dextro oculo exibat, secunda nihilominus, littera videlicet, A, & primus versus psalmi Ad Dominum cum tribularer. In illa, quæ à sinistro oculo procedebat, tertia littera, scilicet R, & ei primus versus psalmi, Retribue, in illa verò, quæ à dextera aure exibat, quarta litera, scilicet I, & primus versus psalmi Retribue. In illa verò quæ à dextera aure exibat, quarta littera, scilicet I, & primus versus psalmi, In conuertendo. In illa autem rosa à sinistra aure prodeunte, quinta littera, videlicet A, & primus versus psalmi Ad te leuaui, extiterunt. Stupefacti igitur, & attoniti miraculi nouitate, non audebant illum contingere, sed celeri nuntio Archiepiscopum Bituricensem, ad cuius diocesim locus ipse pertinet, accerserunt, & tantam rei nouitatem ei ostenderunt. Qui tantæ incunditatis miraculo exhilaratus, immensas gratiarum laudes Deo, & eius sanctissimæ Genitrici reddidit, quæ sibi fideliter, & deuotè seruietes honorate, & glorificantes se glorificare non desinit. Pontificalibus igitur ornamentis ornatus, cereis ac crucibus, thuribulisque, Clericorum, ac Monachorum multitudine circumdatus, reuerenter ad corpus defuncti accedens, rosam, quæ de ore eius erumpebat, manu sua tulit: qua facillimè subsequente, cæteræ, quæ in oculis eius & auribus remanserant, protinùs emarcuerunt, pristinumque decorem amiserunt. Illa tamen quam de ore eius Archiepiscopus tulerat, in sua viriditate, & pulchritudine permansit: eamque in quodam vase de crystallo diligentissimè reclusam super altare iusserat collocari: vbi ab omnibus in modum speculi perspicui videtur, & quanta sit gratia, & misericordia Dei genitricis manifestè cognoscitur. Corpus autem prædicti defuncti ante sanctum altare eiusdem Domine nostræ sepelitur: vbi paucis diebus interpositis, miraculis cœperat coruscare. Translatum verò ex eodem loco in quodam mausoleo decenter & honorificè ad hoc præparato reposuerunt, & iuxta sanctum altare statuerunt. Hactenus Thomas integerrimæ fidei scriptor. Idem ferè miraculum accidisse B. Iosefioni Monacho S. Audomari, supra retulimus. Porto supradictum precationis genus tenuit & obseruauit B. Iordanus de Saxonia Ordinis Prædicatorum, vt infra suo loco dicemus.

Rosa miraculose prodeuntis ex ore, naribus, & oculis B. Iosberti, decessit B. Mariæ.

Miraculum in signo & in cunctis erga deuorum B. Virginis.

Annus Christi 1187.

Isaacius Angelus Imperator de uoluntate B. Virginis, eius ipse ab imminenti exitio liberatur.

Isaacius Angelus in illis diebus, Orientis Imperij sceptrum tenebat. Qui exagitatus bellis ciuilibus Branæ tyranni opera excitatis, ipse Imperator spiritualibus in primis rem agit auxiliis, translata Dei genitricis ueneranda imagine ex Hodegio Monasterio in mœnia urbis, vbi bellum & aggressus hostium timeretur. Insuper & Monachos quos credidit sanctiores, introduxit

duxit in Regiam ad preces, nudipedalia, humi cubationem, & alias sanctas exercitationes frequentandas. Nec fraudatus est spe sua, sed liberatus ab imminente exitio, ope Conradi Longobardi Ducis à Monte ferrato occiso tyranno. Rem gestam pluribus describit Nicetas in Annalibus.

Annus Christi 1190.

Deipara in illis diebus Christianis Ptolemaidem in Syria obsidentibus, & noctu vigilantibus apparuit. Post inquit, quartum diem, Vrbs vestra erit, idque vos à me, Ducibus vestris renunciate. Renuntiant illi, omniumque animis nouum labores omnes capeffendi ardorem immiserunt. Beata autem Virgo beneficium verbis ininitum, ipsa re postea præstitit, vrbe capta septimo Iulij.

Annus Christi 1194.

Claruit tunc B. Petrus cognomento Monoculus Abbas Charauallensis ex Gallia Regum sanguine procreatus, ardore tamen Christi cuncta despiciens, nobilitatemque suam celans, Ordinem Cisterciensem ingressus est.

Quadam die dum sanctus vir in interiori loco Monasterij sui summa mentis tranquillitate, cælestium meditationi vacaret: vidit tres pulcherrimas & speciosissimas fæminas, claustrum Monachorum intrare, quæ singulari hilaritate vultus, & magna, vt ipsi videbatur curiositate, quicquid in Monasterio erat aspicientes, cuncta loca lustrabant. Sed insolita fæminarum præsentia territus vir beatus, cœpit sancta indignatione irasci, & acrioribus verbis eas arguere, quod Monachorum Cœnobium intrare præsumperint. Tunc aliis venerabilior, ac pulchrior, eum blandè aspiciens, & quasi subridens, respondit. Noli turbari dilectissime fili, ego enim sum Mater Domini Iesu, & sociæ meæ, sunt Maria Magdalena, & Maria Ægyptiaca, quæ solitudines, vt filio meo liberius seruirent, eique soli vacarent, incoluerunt, & semper eremi cultores tuentur & diligunt. Decet ergo me venire ad Monasterium hoc, & filios mihi dilectos visitare. Hæc vt audiuit Petrus, flexis genibus Reginam Angelorum summa humilitate veneratus est, cumque vellet osculari pedes eius, à facie stupentis ilicò euauerunt.

Causa exitit, vt quidam ex Abbatibus Ordinis Cisterciensis, pro negotio Ordinis, ad Henricum Imperatorem, filium Friderici mitterentur, inter quos præcipuus videbatur, tam sanctitate, quam dignitate B. Petrus iste, tunc Abbas Charauallensis. Et quia Cisterciensis Abbas in propria persona venire non potuit, Priorem pro se misit. Venientibus eis Spiram, cum in Ecclesia beata Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, cuius structura stupendæ magnitudinis est, orassent, cunctis ocyus ab oratione surgentibus, & eiusdem Ecclesiæ ædificia circumlustrando considerantibus, iam dictus Petrus (cuius cogitatus & delectatio, non fuit in ædificiis corruptibilibus sed in structura Ierusalem cælestis) in oratione perseverauit. Tandem

A 2

SAEBVL. XI.
Baronius tomo 12.
Nicet. in Annal. in Isacio Angelo lib. 1.

Richard.
Lond. Can.
in Itinerario
Richard. Re
gis Angliæ.
Ptolemaida
captionem B.
Virgo Chri
stianis præ
mit. it.

Chrysof.
Henriquez
in Fasciculo
SS. Ord. Ci
sterc.

Apparent B.
Petro Mono
culo Deipara,
Magdal. &
Maria Ægy
ptiaca.

Spira tem
plum Deipa
ra magnifi
cum.

SAEVL. XI. omnibus egressis, cum in porticu Ecclesiae à Canonicis honorificè fuissent salutati, & cum instantia multa ad prandium inuitati, requisitum est à quodam Abbate, in cuius honorem Ecclesia esset consecrata. Respondentibus Clericis in honorem dominæ nostræ sanctæ Mariæ. Abbas Claræuallis inconsideratè subiunxit. Et ego sciebam. Quod verbum Prior Cistercij considerans, tunc quidem tacuit, sed mox vt egressi sunt ciuitatem, eiusdem verbi recordatus ait Abbati. Domine Abbas dicite mihi, vnde sciebatis Spirensis Ecclesiam in honorem Dominæ nostræ fuisse consecratam? Ille de verbo prolato dolens respondit. Visum est mihi bene dicere, vt tam miraculæ structuræ patrona foret Mater Dei, & cælorum Regina. Prior benè cognoscens eius sanctitatem, & quia aliquid in Ecclesia sibi reuelatum fuisset, ex responsione coniciens, adiecit. Ego in hac via vicem gero Domini Abbatum Cisterciensis, in cuius auctoritate vobis præcipio, vt non mihi dicatis nisi veritatem. Tunc ille obedientia affectatus, cum verecundia respondit. Quando prostratus coram altari, pro peccatis meis, & viæ negligentis, attentius orauit, ipsa beata Virgo mihi apparens benedictionem quam Ordo noster super redeuntes de via dicere consuevit, super me dedit in hæc verba.

En quam dilectum fueris à B. Virg.

Orat pro ipso Deipara.

Balinghem in Calend. B. Mariæ 1. Maij. Mulierem Atrebatum incendio adu-dicaram, liberat B. Virgo.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere huic famulo tuo, & quicquid ei in via subripuit visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis totum ineffabili pietate propitiatus indulge. Per Christum Dominum nostrum.

Ipso tempore & anno, nempe 1194. Atrebatum quidam Clericus & soror ob homicidium, incendio sunt adiudicati. Ad stipitem itaque ligantur, circumque ignis copiosus accenditur, infinita hominum vi præsentè. Interim mulier summo conatu & clamore Deiparæ opem implorat, & vt idem faciat frater admonet. Illo autem in flammis mortuo, liberatur illa meritis Deiparæ ab incêdio, ita vt nec pilus ei adustus sit, nihil odor ignis manserit in ea. Et cum interrogaretur, quemadmodum salua ab igne euasisset: Adstitit mihi (inquirebat) speciosissima Domina, & ab igne me liberauit. Indè in templum Dei genitricis reducitur, cum populo gratias liberationis sue actura.

Annus Christi 1195.

Andr. Fau-nus Theatri honoris lib. 7. Pyæus in triplici Corona B. Mariæ tract. 1. 12. Theutonico-rum Equitum B. Mariæ inisium.

ORdo Theutonicorum militum B. Mariæ circa hæc tempora nempe anno Domini 1195. fuit approbatus per Cælestinum Papam tertium: qui voluit vt singuli quotidie recitarent bis centies orationem dominicam, & salutationem angelicam, cum symbolo Apostolorum. Hic Ordo primo incepit in partibus Terra sanctæ ex quodam hospitali, quem quidam Theutonicus dudum in illis partibus commoratus ædificauerat pro subuentione Theutonicorum seu Alemanorum, visitantium loca sancta, quibus & sacellum ad honorem B. Virginis construxit. Anno vero domini 1491. ciues quidam Bremenses & Lubekenses diuites in Germania consociati, apud Acom ciuitatem, celeberrimum Xenodochium construxerunt, quo tempore omnes receperunt nomen & titulum Equitum Theutonicorum, seu hospitalis B. Mariæ Theutonicorum in Hierusalem, sub regula S. Augustini

Augustini & vestitu albo, cum cruce nigra ad pectus. Et vt quidam annotarunt, gestabant etiam circumcirca crucem, corollam precariam. Emiserunt autem votum paupertatis, castitatis, & obedientiæ inter manus Heraclij Patriarchæ Hierosolymitani. Successu temporis, à Turca pulsî, venerunt Prolemaidam, vnde etiam à Saracenis eiekti, redierunt in Germaniam. Venientes autem ad partes Prussiæ, & inuenientes populum adhuc tenebris idolatriæ inuolutum, de licentia Gregorij Papæ noni, & Friderici Imperatoris, Ducisque Moscouiæ, vniuersam illam prouinciam subiugarunt populum que ad Christianam fidem traduxerunt. Atque ad perpetuam rei memoriam, beneficiorumque opè B. Virginis obtentorum; ciuitatem construxerunt, quam Mariæburgum appellarunt.

SÆCVL. XI.

Annus Christi 1196.

Circà hæc tempora Cælestinus Papa tertius pro propensiore studio quod tenebatur erga cultum venerandæ, & miraculis nobilis imaginis Dei matris quæ fuerat Galliæ Placidæ, illam in Ecclesia S. Mariæ in Porticu collocauit, in antiquo foro Romano, ædificauitque iuxta illam hospitalem domum infirmorum, quam & redditibus locupletauit. De ipsa autem veneranda imagine vetus inscriptio hæctenus perseuerat.

*Hæc est illa pia genitricis imago Maria,
Quæ discumbenti Gallæ patuit matuensi.*

Annus Christi 1197.

Anno Domini 1197. velut alij volunt 1198. creatus fuit Romæ summus Pontifex Innocentius III. Quid autem ille egerit ad honorem Deiparæ, vide infra ad annum 1216.

Annus Christi 1198.

Per id temporis eximia sanctitate fulgebat S. Franciscus Ordinis Minorû, Institutor, & beatissimæ Virginis amator egregius, cui eadem Virgo à filio perpetuam indulgentiam Portiunculæ impetrauit. Quia verò Portiunculæ fecimus mentionem, celebre & incundum miraculum ibidem sæpius factum, ad ostendum hæreticos brutis animantibus peiores, & abiectiones esse, narrare licet ex S. Bonauentura. Quodam inquit tempore, S. Franciscus apud sanctam Mariam de Portiuncula morante, quædam viro Dei fuit ouis oblatæ, quæ propter innocentiam amoris & simplicitatis (quas ouis natura præ se dicit) grate suscepit. Monebat pius vit ouiculâ, vt & laudibus diuinis intendere: & ab omni fratrum offensa caueret. Ouis autem, quasi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipsius sollicitè obseruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipsa Ecclesiam ingrediens, sine al cuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens ante altare Virginis matris Agni, ac si eam salutare gestiret. Insuper & cum eleuaretur facta

S. Bonau. in
Vita S. Franc.*Ovis venerabilis
Imaginem
Deiparæ
ta.*

SÆCVL. XI.

simum Christi corpus inter Missarum solemnias, flexis incuruabatur poplitibus, tanquam si de irreuerentia indeuotos argueret: Christoque deuotos, ad sacramenti reuerentiam inuitaret.

Vinc. in Speculo Hist. lib. 8. c. 90.
Gaguinus in Philippo Aug. Nicolaus Ægid.

Quo etiam tempore celeberrimum hoc accidit miraculum. Extra Castrum Rudolphi est quædam Abbatia quæ Dolis vocatur, vbi supra columnam Ecclesiæ erat imago lapidea ad honorem B. Mariæ Virginis sculpta. Ad quam cum paupercula quædam mulier veniret orandi gratia, aderant ibi in atrio duo nequam, qui improperantes mulieri & imaginem blasphemantes, vnus etiam lapidem in imaginem proiciens, vno lapide percussit & contregit brachium pueri Iesu. Cumque manus illa lapidea cecidisset, exierunt guttæ sanguinis à brachio, ac si fuisset hominis viuentis, statimque in eodem loco, qui lapidem proiecerat, expirauit. Alter verò cum vellet morientem inter brachia sua excipere, vt ei aliquod præberet adiutorium, statim arreptus est à dæmonio, & sequenti die defunctus est. Cum autem multa turba conueniret vt imaginem, & sanguinis fluxum videret, ipsis videntibus prædicta imago scidit vestimenta sua, scilicet ornamentum quod circa eam erat lapideum, & pectus denudauit propter ignominiam & iniuriam, quæ sibi, & filio suo illata fuerat.

Imago Despara percussa emittit sanguinem.

Nota.

Tunc temporis sanctitate florebat S. I. V. E. T. T. A. Iuclusa Ord. Cisterc. cui Deipara multa contulit beneficia ex quibus aliqua referre liber. Habebat quendam in oppido inter amicos amicum iuuenem, qui licet forte linea consanguinitatis eam non attingeret, erat tamen filiorum ipsius consanguineus ex patre. Hic prætextu familiaritatis pristinæ curam se habere simulans filiorum & matris viduæ, frequenter eam solebat inuisere, & colloqui ei, quasi pro vtilitate rerum necessarium eius, & filiorum, quos intimè se diligere ostendebat quasi proximus. Quia igitur gutta cauat lapidem, si crebrò stillet, & alluione paulatim terra consumitur, cœpit tandem iuuenis ex frequenti colloquutione iuenculæ, & aspectu mutuo laxare animum in amorem eius, impudico oculo nuncio existente impudici cordis iugiter, quanquam illa nihil rerum huiusmodi suspicaretur in homine, in omnibus, quæ cum ipso agere habebat, aut loqui, casto eum corde & oculo intueretur simplici. Porro amoris sui iaculum, quo faucium habebat pectus intrò retinens, nec foris aperire ausus, torquebatur tanto actius intus in corde, quanto secretius fouebat vitium, nec euaporare calorem sinebat, qui tectus sub cinere fortius æstuabat. Licet enim rem sicut erat, amorisque vitium palliaret propinqui secundum carnem viri nomen; subministrabat tamen ardoris materiam cordi nequam perniciosa foris opportunitas, quia crebriùs ei cognatam inuisere & malè licebat, & alloqui quasi pro rebus domesticis, multiplicibusque causis in quibus exhibebat se velut manum dexteram eius. Attamè cum malum, quod habebat in corde, aperire ei interdum proponeret, retrahebat eum hinc pudor, inde timor, timor quo verebatur ab ea argui, patique cū de decore repulsam: pudor verò, quo timebat, si fama rei veniret in publicum, à communibus hinc inde vtrorumque parentibus & amicis lasciuia suæ notam luere confusione perpetua. Sed quid? Tandem amor improbus omnia vicit. Cum enim diutius se continere non posset præ amoris magnitudine, nactus demum opportunitatem loci & temporis, quo secretius ei lo-

Hugo Florentianus in Vita B. Iuettæ Reclusæ c. 9.
Henriquez tomo 2. Librorum Ord. Cisterc.

cutus

cutus confessionem suam confessus est ei: quomodo pro eius amore cruciatus cum inuasisset interior, omni morte grauior & amarus valdè. Illa audiens quorsum tenderet loquentis sermo, nec eum proloqui passa, faciem suam à vito auertit indignans; & à verbis huiusmodi compescens eum, asperè satis locuta corripuit eum. prout miser dignus erat. Ipse verò licet pro repulsa verecundiam passus recessit, nihilominus in lubricæ mentis lasciuiâ perseverans; & licet corporali præsentia ei communicare tam præsumptuosè non auderet sicut heri & nudius tertius: propter id tamen vāsani non minus in pectore stulti æstuabat incendium. Attamen illa ab ea die & deinceps custodiebat se ab eo.

Interea causa quædam extitit, quod ad domum cuiusdam ex consanguineis venit serò, & post cœnam vix ab ea extortum est, vt cum amicis eadem nocte permanere vellet, qui aderant, quanquam multipliciter id est elaboratum ab eis. Quid multa? Casu aduenit iuuenis memoratus in domum tanquam amicus ad amicos, & ab amicis ad pernoctandum retentus; ipsa tamen non æquo accipiente id animo, licet dissimulante, ne aliqua causæ suspicio à quoquam deprehendi posset, aut vera, aut verisimilis. Post cœnam disponitur de lectisterniis, & fœmina prudens, cogitans quæ fortuitò contingere possent: lectulum sibi fieri præcepit cum altera quadam puella seorsum ab aliis in inferiori parte domus. Porro totam penè noctem illam duxit insomnem, & ecce intempestæ noctis silentio, cum diabolus iam misisset in cor viri, vt lectulum dormientis præsumptuosus attingeret, surrexit clam de stratu suo, tentare volens, si quo modo præualere aduersus fœminam posset, viribus aut dolo. Itaque palpsans per circuitum domus, gyrans velut amens, velut ebrius errans à vino, cum ecce ad sonitum offendentis in nocte, ancilla Christi dormitans, non dormiens expergiscitur, remque vt erat suspicata tremens ac timens inhorruit, & præ pusillanimitate spiritus serè defectum cordis passa est. Quid tamen ageret? Quo se verteret? Si fugere vellet non erat fugiendi locus, si resistere, fortior erat vir: si clamare, timebat notam infamiæ, quæ tam illi, quam sibi ad perpetuam confusionem cedere posset, si fama rei prodiret in publicum. Angustiæ ei erant vndique; & quid primum ageret prorsus ignorabat. Ingemiscens tamen in cælum, protensisque manibus ad sanctam Dei Genitricem, omnium miserorum spem & refugium, gloriosam Virginem Mariam, cui se attentius illa nocte commendarat, cum tota cordis deuotione & contritione spiritus eam interpellabat, vt ei subuenire in tali ac tanta angustia animæ, & liberaret eam ab instantis necessitate temporis, propter ineffabilem misericordiam suam. Factum est autem, vt hæc ea orante, & iuvene stulto pro negotio suo perambulante in tenebris, vicinus iam efficeretur lectulo, satis tamen eo obseruante ne à quoquam deprehendi posset in domo. Et ecce sicut aqua frigida animæ sitienti, sicut sanitas ægro, misero salus, naufrago stella, lumen in tenebris, Regina cœli, Domina terræ, hominum salus, Dei Mater Virgo Maria deuotam suam consolatum veniens, in specie mulieris splendidæ faciei & habitus, quasi de superiori domus cœnaculo in infernis per gradus cœnaculi descendere visa est, gradiens in multitudine fortitudinis suæ, ita vt mulier venientem ad se pleno & vero videret intuitu. Ille autem licet

*B. Terrestia In
elusa libera-
tur à perulan-
tia cuiusdam
iuuenis per B.
Virginem.*

SÆCVL. XI.

sonitum gradientis attenderet, videre tamen eam non potuit. Hæsit tamen miser, stabatque stupefactus, quia iuuaerat eum horror mentis, & nesciens quo se primum verteret, tanquam fur in furto deprehendi metuens, ad stratum suum tremebundus aufugit, nec apposuit vltra venire ad locum, in quo famula Christi quiescebat.

Aliud huic beatæ ab eadem Deipara summæ miserationis impetratum beneficium pergit scribere prædictus Hugo Floresiensis Abbas Ordinis Cisterciensis in hunc modum. Excursis diebus aliquot postquam habitare secum cœpit in cella, nocte quadam cum post orationes & lachrymas lectulo reclinasset caput, rapta per spiritum, vidit, & ecce filius hominis baiulus descendens manibus, sedit tanquam iudex ad iudicandum, adstantibus in circuitu eius diuersis Angelorum Ordinibus, vidit etiam à dextris sedentis in throno confidentem Iudici fœminam reuerendæ faciei & habitus, quæ inestimabili decoris gratia transcendere videbatur omnem mundi pulchritudinem, vt meritò nihil aliud posset æstimari, quam illa esse, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, Regina cœlorum Angelorum Domina, Mater Dei gloriosa Virgo Maria. Quid plura? Dies illa iudicij, die iræ, tribulationis & angustiæ iudicandis, nec quispiam inter omnes reperiri poterat, qui non ad iudicantis aspectum, horroremque iudicij contremisceret. Difficillimumque est de actibus singulorum singulis, donec iudicium ad ipsam in ordine deuolutum est. Illa quomodo, aut quid Iudici respondere posset ignorans, grauem pro quodam commisso sententiam ferendam contra se cognouit in spiritu, & inremuit, cœpitque flere amatissimè. Quid faceret, quo se verteret à facie imminentis sententiæ, cum non pateret fugiendi locus? Direxit tandem ad confidentem Iudici misericordiæ Matrem oculos humefactos à flectu, & vt sui misereretur manibus expansis ad eam cum gemitu postulare cœpit affectibus oculorum & cordis, quia appropinquare ei, vt sibi videbatur, aliter non poterat. Quid multa appropinquabat hora vt tristis in eam sententia ferretur, & ecce surrexisse vixit de folio gloriæ suæ mulier quæ sedebat in dextris, & ante thronum Iudicis filij sui vnigeniti humillimè procumbens, vt ancilæ suæ misereretur, rigoremque iudicij vertere dignaretur in misericordiam, affectuosissimè rogare cœpit. Iudex quasi faciem auerteret indignans, grauius peccasse fœminam in se, & dignè meruisse pœnam, concionabatur cum matre. Tum è contrà Mater. Verum est, inquit, ô fili, quod peccauit quidem à diebus iuuentutis suæ, sed dignè satis peccata eluit per diurnæ lamæta pœnitentiæ. Licet peccatū pro quo nunc patitur, singulariter fortè sicut debuit, non planxit, quare ignorans peccauit, & peccati sui magnitudinem non plenè cognouit vsque modo. Sed quæso, peccatum, & peccati pœnam condona, fideique meæ dimitte eam, non enim separabor a te, donec cum remissione peccati, impendas ei beneficium amoris tui, & effectum gratiæ. Ad hæc Dominus; Fiac inquit, ô Mater quod petis, ego quidem ei peccata remitto, ipsam vero committo tuo nomini, tuoque eam specialiter assigno amoris, & obsequio. Et ex illa hora accepit eam misericordiæ mater in suam, blandèque consolans lugubrem. & per manus illam assumens, manibus filij repræsentat, qui osculo oris sui eam sibi concilians, reddidit eam matri suæ: Mater inquit, ecce filia tua, hanc

In spiritu rapta ad iudicium, pro ea intercedit Dei para.

hanc tibi commendo velut propriam, velut ancillam perpetuò peculiarem, hancque vt tuam, custodi, protege, & gubernata. Hæc eo loquente, solum est iudicium, cessauit visio, restitutaque sensibus corporis mulier fidelis est. Et qui audiuit ex ore eius, testimonium perhibuit, & scimus, quia verum est testimonium eius. Porro si scire quis velit quod vel quale extiterit peccatum pro quo tam grauis eam manebat sententia, illud esse arbitror, quod vt à lege viri libera effici posset, mortem viri vltro expetierat, quod tamen peccatum, quia inter peccata cogitationis, vel voluntatis illicitè comprehenditur, quasi vnum de leuioribus, aut corrigere neglexit, aut confiteri tanquam obliuioni traditum, maximè cum in eius intentione non perseuerauerit forsitan diu.

Et hoc quidem fuit Deiparæ singulare pietatis & misericordiæ exemplum: videamus nunc seueritatis & iustitiæ eius vnum, quod subdit prædictus Hugo Florentinus c. 18. Vitæ B. Iuettæ. Fuit inquit, Decanus quidam in Ecclesia B. Mariæ in Holsio, vitæ laxioris, & super omnia, quibus implicabatur vitiis, vltra modum auaritiæ studens, quæ est idolorum seruitus, ad eò quod & sceneratorem eum plerique extitisse publicum asserant. De hoc raptâ in spiritu B. Iuetta, vidit beatam misericordiæ Matrem Virginemque Mariam, quasi sedentem in concilio Sanctorum, & grauius Iudici filio suo de ipso Decano conquerentem, eò quod Ecclesiam suo consecratam nomini turpibus factis & lucris violasset, sed consolati, se velle in hoc, quod in breui à iusto iudice Christo filio vtrique suo egressura esset super ipsum sententia, scilicet quod æternis tradendus gehennæ esset suppliciiis. Solutus igitur tam præsentis Iudicis, quam visionis gloria, confestim Decanum vt sibi locum venire vellent mandauit, & venienti ad se, aperuit vniuersa quæ viderat, & audierat de ipso, suasitque cum obsecrationibus, vt errata corrigeret, & pœnitentiam ageret. Audiens ille & sicut aspis surda obrutus aures recessit talis, qualis aduenerat, de his quæ sibi reuelata fuerant nihil aut parum curans. Sed vt adimpleretur sermo, quem B. Virgo dixerat, post modicum temporis, idem Decanus miserabiliter ex hac luce substractus est.

Præmittit & aliud diuinæ vindictæ exemplum in quendam prædictæ Ecclesiæ Clericum, qui in eadem Deiparæ Ecclesia dormientem quandam mulierem corruerat. Et mulier quidem ad admonitionem B. Iuettæ pœnituit: Clericus verò contemnens monita salubria, subitanea infirmitate interreptus, miserabiliter interiit.

Pergit Auctor cap. 31. Vitæ eiusdem B. Iuettæ, describere qualiter B. Virgo experierit vindictam contra alterum quendam Sacerdotem, qui mulierem sibi deuotam vitiauerat in loco sacro: necnon & horrendum vtriusque interitum. Item (inquit) fuit Sacerdos quidam in oppido Hoyensi, qui satis honestæ opinionis habebatur, & hic in quodam loco maioris Ecclesiæ dormiebat. Erat autem in eodem oppido matrona quædam honestis polens moribus quæ inter cetera virtutum opera, intantù Dei genitricè beatam Mariam diligebat, quod infra tam noctis quam diei spatium centum eâ vicibus flexis genibus deuotissimè salutarer salutatione Angelica, nec ei quin matutinis singulis interesset noctibus obstare quidquam poterat, nisi sola

fortassis.

SAECVL. XI.
Christus beatam Iustitiam
mariti sua
commendat.

B. Virgo conqueritur in iudicio de quodam Decano impio.

SÆCVL. XI.

fortassis corporis infirmitas. Prædictus verò Sacerdos videns sapius solam remanere in Ecclesia, ex crebra illius allocutione in concupiscentiam eius exarsit, iniquitatemque conceptam animo mutuis occursibus & salutationibus priuatis cœpit parturire. donec postmodum, quod malè conceperat, peperit effectu, detestando sceleris exemplo. Nam deuotionis studio tepescente in fœmina, consensit iniquitati, atque in loco sacro cum presbytero rem habuit. Quid multa? Tandem venit miseræ mulieris terminus, qui præteriti non potuit vitæ, febreque correpta lectulo decubuit. At Presbyter detestandus timens diffamari per eius confessionem, si confiteri eam cuiquam contingeret, aut fortè ex metu venturæ mortis, à peccandi vltra voluntate ipsam debere corrigi, mandauit decumbenti per anum quendam, quam mediatricem verborum suorum ac secretorum ipsimet sibi dudum effecerant, ne confessionem huius faceret, quia constare sibi dicebant infirmitatem eius hanc non esse ad mortem. At illa credidit verbis mendacibus, plusquam debuit, & decepta est, sicque miserabiliter innixa vanis spebus, viam vniuersæ carnis ingressa est.

*Vindictam ex-
petit B. Virgo
contra quen-
dam impium
Sacerdotem.*

Nocte igitur insecuta, beata Iuetta rapta per spiritum, vidit beatam Dei Genitricem, vniogeniti sui prouolutam pedibus, expetere vindictam de nefando illo Presbytero, eo quod ancillam eius, quæ tanto eam amoris studio & obsequio coluerat in vita sua, tam pessimè seduxerat, & perditioni eius causa extitisset petennis. Mane verò facto, accersiri mandauit ad se B. Iuetta sacerdotem, & narrauit ei cuncta per ordinem, quæ de ipso viderat. Primò expauescens ille vehementer, & quis eum accusasset admirans, cum neminem peccati sui conscium præter anum memoratam haberet, cœpit quidem excusare se modis quibus poterat, & postmodum non esse credendum omni spiritui allegans, multiplicabat verba. At illa replicans quæ viderat, Dico (inquit) tibi per salutem peccatricis **IUETTA** (sic enim se appellare solita erat semper) serò cum issem cubitum me nescire hæc, nec vnquam mentionem eorum à quoquam audiuisse mortalium vsque hodie. Attamen scito prænosces, quod si non in breui pœnitentiam egeris de commissis, & quam nimis te offendisse agnoscis beatam Virginem, non placare studueris, iram Domini vindictamque tibi in proximo imminere senties. Presbyter auditis huiusmodi sermonibus, tandem se iniquè contra Dominum egisse lachrymabiliter confessus, ac quasi iam iamque adesse crederetur iudicium Dei super se, præ doloris & timoris angustias velut parturiens clamare cœpit, ac faciem suam vnguibus dilacerare, capillosque capitis sui detrahere visus, caput parieti impingebat, solum se miserum clamitans, & mille dignum mortibus fore. Tunc beata mulier ne in desperationem miser incideret, consolari eum cœpit dicens: adhuc ei locum esse pœnitentiæ, & tempus miserendi eius, præstabilem Deum super hominum malitiam esse, & nolle mortem peccatoris, soli miseræ desperandum, quæ tam miserabiliter obiisset. At ille ad horam quidem tactus dolore cordis intrinsecus, spondit se per omnia secundum mulieris sanctæ voluntatem & consilium vitam suam in melius emendaturum, in super & Ordinem Cisterciensem intraturum in breui, ad pœnitendum cunctis diebus vitæ suæ in posterum, & tempus velle præteritum de cætero bonis redimere operibus. Sed

mox

mox vt à facie ancillæ Dei est egressus, oblitus omnium quæ vouerat, proiecit sermones Sanctæ retrorsum, & cum adulteris portionem suam reposuit, sed non diu. Nam post pusillum funibus peccatorum suorum miserabiliter interceptus, extremum efflauit spiritum, & ipsam quam ad Orcum paulo ante præmiserat, paulo post desperabiliter insecutus est.

Annus Christi 1199.

His fermè temporibus nempe anno Domini 1199. (vt testatur Rogerius Houedensis) intra fines Italiæ in quadam ciuitate non longè à Ianuis, res digna memoriæ contigit. In hac ciuitate primò quidam ciuis, exigentibus peccatis suis, effectus est energumenus, id est demoniacus; & infra paucos dies aded creuit eorum numerus, vt quilibet sibi timeret, ne simile incurreret periculum. Communi igitur ciuium consilio ad eandem urbem vocati conuenerunt viri Religiosi, & præcipuè Abbas de Luceio de Ordine Cisterciensi, qui inter eos maior religionis auctoritate videbatur, vt quid agendum pauidis ciuibus deliberarent. Indictum est triduanum ieiunium. Tertia vero die conuocatis coram se dæmoniis, obtestabatur prædictus Abbas in nomine Iesu Christi, quatenus causam exponerent, cur hanc ciuitatem plus cæteris vexare præsumpissent & vt exirent à famulis Christi nomine signatis. Quorum vnus voce terribili, & sublimi clamans. Cogitis nos, inquit, exire, ex vasis nobis rationabiliter concessis. Nos quidem sumus legio illa dæmonum, quam Iesus vester ab homine eiectam permisit præcipitare porcos in mare. Nunc autem vinculis, quibus tenebamur soluti, potestatem accepimus in blasphematores tantum Virginis Mariæ. In hac igitur ciuitate tales inuenimus, & inuentos, sicut dignum est, torquere debemus. Quare si eiecti fuerimus, noueritis, quod te hypocrita, & Ordinem tuum in proximo persequemur. Ad secundam igitur iustionem ipsius exierunt, cum magna tamen difficultate, relinquentes fœda vestigia.

Rogerius Houed. in Ann. part. 2. in Richardo I. Rege. Bzouius tomo 13. Annal. post Baronium.

Dæmoniaci multi ob blasphemias in beatam Virginem.



SÆCVLM DVODE- CIMVM.

Annus Christi 1200.



ENIAMVS ad duodecimum sæculum, & videbimus illud à beata Virgine multis miraculis illustratum fuisse. Qualiter autem anno Domini 1200. fuerit liberata per beatam Virginem ab insidiis Anglorum Pictaviensis ciuitas, Ioannes Boucherius scribit in hunc modum. Cum anno prædicto ciuitas Pictaviensis nollet se tradere Ioanni Angliæ Regi, per fas (vt aiunt) & nefas, Anglorum gens eam capere tentauit. Cum enim primus ciuitatis Consul, Clericum siue ministrum haberet, magni quidem ingenij, sed auarum omnino, misissetque eum Petragoricam, quam tunc Angli occupabant, ad expedienda quædam negotia: interrogatus ab Anglis vnde veniret, respondit se esse seruû Consulis Pictaviensis, addens quod si vellent ei dare pecuniã, traderet eis ciuitatem in proximo die Paschæ. Crediderunt ei Angli, tû quia è Petragorica oriundus erat, tum quia patrum in eadem ciuitate habebat: dederuntque ei centum libras moneræ Franciæ. Pessimus autem ille proditor, constituit eis tempus, & diem Paschæ, quando catholici in Ecclesiis faceræ communioni, & deuotioni vacarent. Statuit etiam horam quando venirent, & ingredi deberent, & sic rediit ad Dominum suum. Instante Paschatis die, Angli nocturnis horis iter arripiunt versus Pictauium, & in die Paschæ, circã mediam noctem, ad mœnia ciuitatis confederunt, omnibus ciuibus eorum aduentum ignorantibus. In vigilia igitur Paschæ postquam Consul iuit cubitum, & subtus cervical claues portarum ciuitatis reposuisset: pessimus minister, qui quando volebat Domini sui cubiculum ingrediebatur, & egrediebatur, cernens Dominum graui somno depressum, voluit rapere & extrahere claues de subtus cervical lectuli, sed minimè eas inuenit: cœpitque diligenter eas per domus latibula omnia requirere. Quas cum nec sic reperisset, magno dolore affectus, latenter egrediens, iuit ad mare, locutusque est Anglis, vt expectarent vsque ad horam quartam de mane. Rediens ergo, nouam prodicionem excogitauit. Nam hora quarta data, Dominum euigilans, dixit aduenisse ianitores, claues petentes, vt aperirent nobili equitis, qui concito gressu pergere volebat ad Philippum Galliæ Regem. Ille autem primò reuinit, asserens nondum esse tempus aperiendi ianuas. Verum ministro perseverante, extendit manum subtus cervical, vt extraheret claues. Quas diligentissimè quæsit, cum non inuenisset, magno dolore

dolore affectus, prodicionem suspicatus est. Cumque per totam domum claves quæsiisset, nec inuenisset, statim quosdam ex primis ciuitatis cōuocauit, monuitque vt pergerent ad mœnia ciuitatis, præcipue verò ad portam foueæ, quæ periculosior erat, quia non habebat aquam. Qui cum perexissent, viderunt per fissuras, murorum, Anglos sese inuicem trucidantes. Interim Consul cum multis aliis perrexit ad Ecclesiam Deiparæ Virginis, Deo, & ipsi Virgini commendaturus ciuitatem. Cumque staret ante imaginem Deiparæ, vidit inter brachia ipsius omnes claus portarum ciuitatis appensas; vnde & socij ingentes Deo, & beatæ Virgini gratias retulerunt. Deinde ad tinnitum cymbalorum excitatus populus, & armatus, currens ad muros, vidit plusquam mille & quingenta cadauera mortua iacere super terram, & Anglos sese trucidantes. Aperientes ergò ianuam, ciues quod manserat residuum, peremerunt, exceptis iis quos captiuos duxerant, à quibus totam rem didicerunt. Asserebant enim ipsa die, hora quarta se vidisse ante portas ciuitatis Reginam quandam, egregia pulchritudine decoratam, & sumptuosissimè exornatam, habentem à dextris & sinistris Episcopum vnum, & Monialem vniam, cum comitatu innumerabilium armatorum, qui Anglos percutere cœperant. Cumque multi ex ipsis Anglis credidissent Reginam illam esse beatam Virginem, Episcopum S. Hilarium, Monialem verò sanctam Radegandam, desperatione ducti, prius socios trucidauerant: postmodum semetipsos crudeli morte affecerant. Quæ omnia ciues audientes maximas Deo, beatæque Virgini gratias reddiderunt, & ad sacram Eucharistia sumptionem, cum magna deuotione perrexerunt. Ministrum vero & proditorem illum detestabilem aiunt ab illa hora nunquam visum: asseruntque multi vel per murum sese præcipitem dedisse, vel à diabolo in infernum fuisse asportatum. Ciues autem in tanti miraculi memoriam, quotannis feria secunda Paschæ, celeberrimam celebrant processionem generalem per circuitum murorum ad intrà, qui circuitus spactio vnus leuca & dimidiæ protenditur. Ad quam conueniunt omnes Clerici, & Religiosi, cum tota curia, omnibus collegiis, & innumera populi multitudine.

Tunc sanctitate & miraculis fulgebat S. Edmundus Cantuariensis Archiep. qui cum virtutum omnium valde studiosus esset: castitati tamen singularem nauauit operam. Quo factum est, vt vsque ad supremum vitæ diem inuiolata in eo permanserit virginitas. Vt autem cura eius obseruandæ maior ei inesset, de consilio cuiusdam sacerdotis, coram imagine perpetuæ Virginis, sanctissimæ matris Dei, castitatis nuncupauit votum, & illi singulari & incomparabili Virgini se commendans, eam sibi sponfam elegit: vtque fœdus cum illa initum prorsus firmum & stabile fore declararet, nouo quodam modo, eam annulo suo tanquam arrhabone sibi despondit, annulum illum, quem ea causa fecerat, eius imaginis digito insigens, in quo etiam scripta erat Angelica salutatio. Atque ex eo tempore, vt ipse in suo obitu confessus est, quoties illius clementissimæ Virginis, implorauit opem, illa in tentatione exitum, in persecutione solatium, in afflictione remedium, in dolore gaudium ei celeriter impetrauit. Habuit verò etiam in digito suo anulum, cum quo post mortem, vt solent Pontifices, sepultus est: cui itidem, cunctis admirantibus, Angelica salutatio iasculpta fuit, vt beatissima Virgo

SÆC. XII

*Claus portarum Pictauiensis ciuitatis inter brachia imaginis B. Virginis re-
perta.*

*Pictauiensis ab Anglorum insidijs per beatam Virginem libera-
tur.*

Rob. richius in Vita ipsius apud Sur. 10. Nouemb. S. Edmundus Cantuar. Arch. quam fuerit B. Virgini deuotif.

Mater Dei ab eo inuocata, quid ei prestiterit.

SÆC. XII.

ipsum, suum sponsum, & habere & agnoscere dignaretur. Cum autem Magister effectus esset, sacellum cūstruendum curauit ad honorem sanctissimæ Virginis Mariæ, quam semper amore singulari coluit & profecutus est. Studiis intentus, coram se habebat imaginem eburneam beatæ Mariæ, in cuius circuitu depictum erat nostræ redemptionis mysterium. Itaque in codice ferebat lectio, ad imaginem, vel potius eam, quam illa repræsentabat, preces dirigebantur.

Annus Christi 1202.

Thomas
Cantip. in Vi
ta ipsius
apud Surium
16. Iunij.
S. Lutgardis
apparet B. Vir
go.

Isto tempore per Galliam Narbonensem imminente peste sæuissima Albigensium hæreticorum, beatissima virgo Maria apparuit. S. Lutgardis, vultu lugubri & obscurato. Compatiens autem ei in visione Lutgardis cum magno cordis, & oris rugitu, quæsitit ab ea quidnam haberet, & vnde esset tantus faciei pallor & squalor, quæ alioqui esset omnis gratiæ plena. Huic beatissima Virgo respondit. Ecce ab hæreticis & pseudo christianis rursus conspuitur & crucifigitur filius meus. Tu ergo assume lamentum, & perpetuis septem annis ieiunato, vt sopiatur ira filij mei, quæ generatim imminet vniuerso orbi. Itaque toto integro septennio, tale illa sibi induxit ieiunium, vt pane solo & ceruisia contenta esset. Videre autem erat ingens miraculum. Nam cum sæpè sapius, Lutgardis, vt iussis maiorum suorum morem gereret, aliquid pulmenti comedere tentaret, nihil exinde, vel ad fabæ vnus quantitatem potuerit deglutire.

Mathæus
Parif. in
Hist. Angl.

Egimus supra ad annum 870. de miraculosa imagine B. Mariæ Virginis in Sardenai, & miraculis apud eam fieri solitis: nunc aliud celeberrimum, quod contigit circa hoc tempus feria tertia ante paschalem solemnitatem referre licet. Diximus supra oleum ex prædicta imagine emanare. Accidit autem in carcere militum Christianorum in castro Damasceno, vt miles quidam extraheret de armario suo ampullam vnā, in qua posuerat de oleo illo, quod de imagine Dei genitricis distillabat. Cum autem diligenter ampullam illam aspexit, in qua oleum reposuerat lucidissimum, & velut aquæ fontis perspicuum: apparuit in ea oleum incarnatum, sed in duas partes diuisum. Hærebat namque ima pars olei in inferiori parte ampullæ, & altera superiori. Miles autem accipiens cultellum, voluit coniungere partem superiorem cum inferiori. Sed continuè vt aciem cultelli oleum illud incarnatum tetigit: videntibus capellanis, militibusque captiuis, & cæteris vniuersis, guttæ sanguinis inde cunctis admirantibus effluerunt.

Oleum ex
imagine Dei-
paræ sum-
ptum, apparet
incarnatum,
ex quo sangui-
nis gutta
suunt.

Annus Christi 1203.

Cantipræ.
in Vita ip-
sius.

TVnc temporis S. Lutgardis Virgo, Ordinis Cisterciensis, de qua supra egimus, à gloriosissima Virgine Deipara Maria, sæpius visitabatur: quam etiam frequenter comitabatur ad Eucharistiam accedentem, vt & sanctus Ioannes Baptista, & Angeli qui eam sustentabant,

& ræ

& mediam locabant. Aliquot annos ante vitæ finem penè quotidie vidit aut beatam Virginem, aut Angelos, aut alios sanctos. SABC. XII.

Annus Christi 1204.

Quadam nocte, cum in Cantico, *Te Deum laudamus*, versum illum, *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum*, diceret: ei beatissima Virgo Maria gratulabunda apparuit. Intellexitque Lutgardis, versum hunc illi gratissimum esse, quo commemoratur, ipsam Dei filium concepisse, atque ita illa mihi (inquit de se Iacobus de Vitriaco) tanquam filio dilecto reuelans, admonuit, vt quoties versum illum dicerem, toto me corpore ad laudem sacratissimæ Virginis inclinarem. Quod etiam diu feci, hodieque facio, & vt idem faciant, lectores meos adhortor. Hæc Iacobus de Vitriaco.

Versus, Te ergo quasumus Deip. gratissimus.

Annus Christi 1205.

Quibusdam æmulis arctiorem eius vitam, quam imitari non possent, carpentibus, atque dicentibus, Sinite eam dum feruor in motu est: vbi ille repuerit, non absque rubore redibit ad ea, qua nunc stulta contemnit. Lutgardis id audiens cum multa humilitate sibi ipsi timere cœpit, & pauca formidare ne fortè quandoque acciderent, quæ ætate prouectiores de ipsa dicebant. Apparuit autè ei beatissima Dei Mater vultu gratulabundo, & ait. Non sic erit charissima filia, vt tu times; non cades in peccata, sed meate sollicitudine protegente, firmaberis in salutem, nec minuetur in te gratia & virtus, sed cumulabitur. Cum diuino iussu transisset ad Aquiranum Cœnobium Monialium Ordinis Cisterciensis, apparuit ei beatissima Virgo Maria, congratulabaturque ei, quod Monasterium & Ordinem ipsi specialiter addictum complexa esset; promittebarque se Monasterium S. Catharinæ in quo professionem sub Regula S. Benedicti emiserat, propter ipsius preces & temporaliter & spiritualiter promoturam. Plura de eadem infra.

Perseuerantiam in gratia promittit Deipara B. Lutgardis.

Annus Christi 1207.

Constantinopoli per id tempus, in Sacratio basilicæ S. Sophiæ, asseruabatur Icona diuæ Deiparentis Mariæ, vt aiebant à diuo Luca depicta. Eam Veneti effractis foribus sacrarij abstulerant: & ob istud sacrilegium anathemate percussi fuerant à Thoma Patriarcha. Sciuit istud Innocentius Papa III. eamque Maurocenij Patriarchæ sententiam approbavit: vtque sacrilegio ereptam eam restituerent imaginem, auctor fuit.

Bzouius tomo 13. Annalium.

Annus Christi 1208.

Nec prætermittendam putavi, quod tunc temporis contigisse narrat Cæsarius, quando Balduinus Comes Flandriæ, cum cruce signatis Constantinopolim expugnauit. Innocentius Papa III. litteris suis Ordini

SÆC. XII.

Cisterciensi mandauerat, vt quadragesimam partem omnium rerum suarum mobilium, in succursum Terræ sanctæ transmitteret. Ordo verò priuilegiis sibi ab eius antecessoribus indultis innitens, ne libertatem concessam, vertere videretur in seruitutem, tam grandi exactiōi subiacere non acquieuit. Vnde Innocentius commotior, intantum Ordini indignabatur, vt dignitatibus secularibus indulgere proponeret, quatenus possessiones Ordinis sibi vsurparent. Itaque in proximo Generali Capitulo, Abbates qui confluxerant, spem suam in beata Dei genitrice Maria, quæ Ordinis patrona est & aduocata, ponentes, scientes sententiam in præiudicium sui Ordinis conceptam, eius meritis & precibus facillè posse reuocari, speciales pro eadem necessitate, vsque ad proximum Capitulum orationes iniunxerunt. Hoc etiam adiicientes, vt à capite Quadragesimæ nudis pedibus de Capitulo exeuntes, septem psalmos cum Litania cantarent: quod & fecerunt. Interim beata Dei genitrix virgo Maria, cuidam religioso nomine Reinero, iam dicti innocentij confessori apparens, in hæc verba eidem mandauit. Tu Ordinem Cisterciensem, cuius aduocata sum ego, destruere conaris, sed non præualebis: & nisi citius de tuo malo proposito resipiscas, ego te, & omnem potestatem tuam conteram. Huiusmodi nuntio Pontifex audito, sciens Reinero virum esse sanctum ac veracem, timuit: intantum de concepto proposito pœnitens, vt Ordinis priuilegia roboraerit. Hoc adiiciens, vt primo omnium negotia Ordinis in curia expedirentur. Eam indulgentiam cum tam sua bulla, quam omnium Cardinalium subscriptionibus confirmaret, & vnus tantum nigri Ordinis Cardinalis contradiceret; ita in illum exarsit, vt statim cum amouere minaretur.

Ordinem Cisterciensem à graui vexatione liberat B. Virgo.

Annus Christi 1209.

Cæsarius lib.
7. c. 7.

ANno sequenti, nempe 1209. aliud beata Virgo præstitit beneficium Ordini Cisterciensi. Libet id quod accidit enarrare verbis Cæsarij. Dum nobilis fœmina Domina Aleydis de Molsberg, cum consensu mariti sui Euerhardi Burgrauij, quædam allodia sua, per inspirationem diuinam, ad nouam Abbatiam Ordinis Cisterciensis construendam in manus Domini Henrici Abbatis Heisterbacensis liberè, & sine omni contradictione tradidisset, & ante ipsius mortem, domus, quæ vocatur locus Mariæ, constructa fuisset, viri quidam nobiles ex eius cognatis, post eius mortem, contra iusturandum venientes eandem nouellam plantationem querimoniis, minis, rapinis, multisque aliis incommodis molestare cœperunt. Sancta verò Dei genitrix virgo Maria, eiusdem Cœnobij Domina & Aduocata, sicut à multis dicebatur, hoc apud filium egit, vt Henricus de Molsberg, qui præcipuus videbatur, obsideretur, & supra vires damnificatus, de proprio castro eliminaretur. De Zegenberk vir nobilis, à quo multum domus prædicta vexabatur, à seruo suo satis miserabiliter occisus est alijs quidam, ad eius deprædationem properans, in via crepuit medius. Hanc vindictam, cum audisset alius quidam nobilis vnus de cohæredibus, venit ad locum timore correptus, dicens. Domina mea S. Maria sint tua tibi; ego parti meæ renuncio. Interim cum Vvilhelmus miles de Helpenstein, ab vxore instigatus,

Beneficia Ordini Cisterciensi à B. Virgo præstita.

tus, quæ se hæredem possessionum collatarum dicebat, curtem meliorem inuadens, Fratres multis expensis grauabat. Sacerdos quidam religiosus, confessor eius, nocte quadam in loco S. Mariæ se per visum transpositum vidit, & cum quidam ex Sacerdotibus celebraturus esset Missam, & à suprædicto Vvilhelmo impediretur, vir quidam nigerimus, fuste illum percussit, & occidit. Quem visum cum ei recitasset, asserens eum in breui moriturum, nisi cessaret à vexatione Monachorum, ille stimulis quotidianis vxoris suæ se vrgeri conquerens, non acquieuit consulenti. Citatus literis Papalibus, cum esset in violenta possessione, & Iudices cum Aduocatis iam negotium diutius pertractassent, tandem partibus duos dies præfixerunt, vnum amicabilem ad componendum, & alterum ad litigandum. Qui cum componere non possent, diesque tres adhuc superessent ad litigandum, Ioannes de Horechim in Veteri monte Conuersus, proxima nocte vidit se in somnis esse in loco sanctæ Mariæ, audiens Virginem gloriosam clara voce dicentem: Oportet me recedere à loco isto. Dicente Conuerso: Quo ibis ô Domina? Respondit, ad filium meum, conqueri de Vvilhelmo de Helpenstein, qui me non sinit quiescere in loco isto. Mane vero visionem referens cellerario iam memorati Vvilhelmi subiunxit: Sciatis pro certo, quod dominus vester citò morietur, propter Conuentum loci Mariæ. Cui illi subuidendo respondit. Non curetis, tamen vellemus esse absoluti ab eo, qui post dies paucos, pede truncatus, pœnam soluit irrisionis. Eadem hora, obfessa quædam in villa, quæ Triis dicitur à castro Helpenstein satis remota, ità cœpit saltare, manusque cum cachinno complodere, vt vix à duodecim hominibus posset teneri. Interrogata quid haberet, respondit: Modo in hac hora magister meus tres animas acquisiuit. Noueritis enim Vvilhelmum de Helpenstein iam occisum. Non multo post interrogatus diabolus in Briseke, de anima eiusdem Vvilhelmi, per os alterius fœminæ obfessæ respondit. Magister meus habet eam, & propter monachos quos spoliauerat, pice & sulphure illam infundit, vsque ad summum replens. Vxor verò, quæ ad tantum malum instigauerat eum, post breue tempus, à priuigno suo, de castro cum liberis suis eiecta est. Quod etsi inexpugnabile, tamen in illud intrauit, nocte scalis admotis, ac inde eam turpiter eiecit, vindicans iniuriam beatæ Dei genitricis semper Virginis Mariæ. Ostendit Deipara euidenti argumento, quod ipsa sit tribulatum consolatrix, fida sibi famulantium defensatrix, & totius orbis conseruatrix.

Annus Christi 1210.

Sequenti anno, nempe 1210. ingens miraculum, apud Brigentium Galliæ Lugdunensis urbem patratum, narrabat S. Raymundus Penniafortius Ordinis Prædicatorum post annos sexaginta. Verbis eius rem refert Bzouius vt accidit. Ego frater Raymundus de Penniaforte minimus in Ordine Prædicatorum, rogatu fratrum nostrorum, & ad laudem & gloriam sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri Iesu Christi & saluatoris nostri in anno 1271. die 18. Augusti, confiteor & recognosco, quod in præterito tempore, cum essem in seculo, ab hinc elapsis

Diagus lib.
2. Hist. Ara-
goniæ Præ-
dic. Bzouius
tomo 13. An-
nal. ad an-
num 1210.

SÆG. XII.

60. & amplius annis, vadens Bononiam ad studendum, cum magistro Petro Ruber Clerico de Barcinone, qui postmodum Ordinem nostrum ingressus est, & in eo laudabiliter vitam suam finiuit, peruenimus Brigantium, ad pedem seu radices Monginigræ. Vbi audientes famam, quæ ferebatur de miraculo quodam quod tunc effecerat Domina nostra, eiusque beatissimus filius, in oppido quodam eiusdem diœcesis, quod vocatur S. Maria Delbeza, & cupientes veritatem tanti miraculi cognoscere, iuimus ad domum, quæ iuxta viam qua transibamus erat, & ibi vidimus materiam tanti gaudij. Siquidem cum nobis narrassent, qui adfuerat præsentem id quod acciderat, intelleximus, quod paucis ante diebus, iuuenis quidam deuotionis gratia itinere se commiserat, vt dictum locum Dominae nostræ visitaret. Conabatur eius mater iter illi impedire, illumque retinere, quod sciret eum per loca quædam suorum inimicorum transiturum: timens ne aliquid mali illi inferrent. Cum id efficere non potuisset, flexis genibus, & cum lachrymis commendauit filium suum Reginae cæli, vt eum sanum & viuum sibi restitueret, qualis è domo sua discedebat. Contigit id, quod mater timebat, nam cum iuuenis in manus inimicorum suorum incidisset, oculos ei radicitus euulserunt, & manus præciderunt. Non vltra progressi sunt, & ille sic male tractatus, finem vt potuit suæ peregrinationi imposuit, & ad beatæ Virginis Ecclesiam peruenit. Confestim id mater rescituit, & ad sanctum locum cucurrit: quæ filium ita malè acceptum cernens, ad altare Dominae nostræ se proripuit, ibique totam noctem insomnem ducens, clamoribus & lachrymis filium sibi reddi sanum à sancta Virgine postulabat. Repetebat hæc verba: O Virgo Maria Mater Domini nostri Iesu Christi, redde mihi filium saluum & sanum, sicut eum tibi commendauit. Et successit illi ad mensuram votorum suorum. Nam statim filius eius nouos oculos accepit, & manus crescere cœperunt, paulatim augmentum capientes. Et cum esset ista miraculi fama, socius meus & ego diligentiam adhibuimus, vt iuuenem videremus. Simul ac vidimus, in eos oculos, quos illi Domina nostra restituit, oculos coniecimus, qui erant parui vt falconis, seu accipitris: quamuis cum illis tam perfectè, vt cum aliis quos antea habuerat, cerneret. Dedit ei tales oculos beata Virgo, vt communiter credebatur, vt eo modo tantum miraculum nunquam oblivioni traderetur. Vidimus quoque nouas manus, & in eis signa, qua parte priores fuerant abscissæ. Voluit enim Deus, vt signa illa extarent, ad maiorem miraculi manifestationem. Habebat nouas illas manus teneras, & nihilominus validas, & sanas: neque sciri poterat, num illis addendum esset parum id quod deerat. Nam quamuis omnia opera Domini perfecta sint, nihilominus existimabatur, non vltius augmentum processurum, ad maiorem miraculi memoriam, quemadmodum dictum est.

Filium unicum matris, ab inimicis, oculis & manibus, priuatum, sanitati repente B. Virgo restituit.

Portiuncula a. es B. Virginis sacra, Angelis familiaris.

Ipsò anno sanctus Franciscus à Benedictinis obtinuit ædem Portiunculae, Deiparæ sacram, quam cum tunc temporis curaret pius sacerdos Petrus Mazancolus, ad illum declinauit vir sanctus, vt præstitam sibi gratiam à patribus Benedictinis narraret, eiusque bona venia pacificè & amicè possent fratres accedere, dummodo ille locum cedere vellet. Nunquam æmula pietas, statim enim bonus ille sacerdos in viri sancti irruens amplexus, nihil magis se desiderare dixit, quam vt beata Virgo haberet in hac sua sancta, licet

est humili casa, à quibus piè coleretur, & instanter laudaretur, bonamque fratribus obrigisse sortem adiunxit, quod in illorum venerit possessionem domus sancta, Deiparæ chara, Angelis familiaris, & cælestibus digna carminibus. Ceteri porrò fecit vicinum agricolam, qui coram referret, quod sapius antea narrauerat, multoties diuinum melos se ibidem noctu percepisse, fulgoremque per fenestras effuluisse mirificum. Gaudisus est Franciscus ad Presbyteri humanitatem, sed magis ad tantam ædiculæ commendationem, cogitauitque in ea, ante suorum aduentum illa nocte requiescere, vt pacatius & largius in proximo superuenturam B. Virgini commendaret familiam. Sed ecce ad primas noctis vigiliis lux magna refulsit in habitaculo, & coram apparuit in altari Christus Dominus cum sacratissima Genitrice, multis vndique stipati cælitibus, Franciscum placido & suauiter dignantes aspectu. Quorum benigno aspectu animum sibi addens vir sanctus, humillime adoratos, humiliter interrogauit: Sanctissime Domine Rex cælorum, mundi redemptor, dulcis amor, & supernarum potestatum Regina, quæ tanta in hanc ædiculam vestra dignatio, vt è cælorum sublimitate in humilem hanc aram placeat descendere? Cui statim diuinum responsum: Illa mei, Matrisque aduentus occasio, vt per dilectum hunc locum, nobisque charam hanc ædem tibi tuisque desponsemus. Quibus dictis, statim diuinum euauit spectaculum. Conterritus Franciscus & gaudens, Verè, inquit, locus iste sanctus est, & angelico potius quam humano dignus incolatu. Hinc dum licuerit, non recedam, & mihi meisque erit in memoriale perpetuum diuinæ miserationis.

Annus Christi 1211.

IN illis diebus, cum diuo Dominico in centore, multi Catholicorum contra Albigenes hæreticos fuissent signati, & plurima ab iisdem hæreticis perpeffi, duo honesti Clerici per terram illorum transeuntes, cum Ecclesiam in via vidissent desolatam, ait vnus alteri, Sabbathum est, intremus Ecclesiam hanc, dicamusque Missam in honorem Dominæ nostræ. Deserebant enim secum librum, calicem & sacerdotalia indumenta. Antequam missam expleffent, proditi sunt hæreticis, qui armati in Ecclesiam intrantes, & Sacerdotem foris trahentes, linguam ei radicitus absciderunt. Hunc socius multo cum labore deducens, monachis commendauit: illi porro omnem ei humanitatem exhibuerunt. Accidit in nocte Epiphaniæ Dominicæ, cum vigiliæ solennes decantarentur, vt parietem baculo pulsaret, & ministros aduocaret. Requirentibus quid optaret, in oratorium se deferri indicauit. Importunitate illius victi, tandem adduxerunt, & ante quoddam altare deposuerunt. Ibi, cum matrem misericordiæ tota mentis deuotione inuocasset, illa ei apparens, & carnem in linguæ formam figuratam in manu tenens, respondit oranti. Quia propter fidem filij mei, & honorem mihi exhibitum, lingua tua priuatus es, aperiri os tuum. Quod cum ipse fecisset, digitis ori eius immisissis, radici linguæ præcisæ eandem carnem coniunxit, & vniuit, atque disparuit. Ille autem cum Angelo in vocem exultationis erumpens, salutationem angelicam clara voce, ita vt audiretur recitauit, suæque

SAEC. XII.

Christus & B. Virgo apparent S. Franciscus in ade Porriuncula.



Cæsarius lib. 7. c. 24. Bzouius.

Sacerdoti exsectam linguam ab hæreticis, restituit B. Virg.

SAEC. XII.
Cæsar. lib. 7.
c. 39.
Ezonijs to-
mo 13.

hospitatrici, gratias immensas egit. Hoc eodem anno, nempe 1211. vivebat in Germania Vvaltherus de Birbach, vir diues, potens, nobilis, & consanguineus Henrici Ducis Louanij, quem non solum inferioris ordinis homines, sed & Reges & Principes, nobilesque venerabantur, audientes beneficia à Matre misericordiæ illi concessa, inter quæ vnum istud fuit. Cum esset militiæ seculari adhuc ætate florente deditus, Dominamque nostram sanctam Dei genitricem semperque Virginem Mariam, ab ipsa puerita cepisset inuocare, & ex intimo cordis affectu diligere, atque ieiunijs, eleemosynis, & Missarum celebrationibus honorare, quas recitare faciebat: patronium eius singulare, in hoc casu singulari, circa se expertus est. Torneamenti deditus erat corpore, corde tamen totus erat in Virginis obsequio. Tempore quodam cum ad singulare torneamentum properaret, venissetque ad Ecclesiam quandam, milites quos in comitatu habebat, vt Missam secum audire vellent hortabatur. Istud cum recusarent, moram sibi periculosam prætententes, illis recedentibus, ipse mansit: Missam de S. Maria sibi cantari fecit, sicque socios secutus est. Huic cum aliqui de torneamento occurrerent, & hoc ex responsione illorum cognouisset, subiunxit. Est ne adhuc inceptum? Dicentibus illis, etiam, Interrogauit, Quis fortius ibi agit? Dominus Vvaltherus de Birbach, inquit, ipse in ore omnium est, omnibus præfertur, & ab omnibus laudatur. Aliis etiam occurrentibus, & similia dicentibus, obstupescens admirabatur, quid hoc portenderet. Actum est ineffabili beatæ Virginis pietate, vt militem in obsequio suo deuotum, moram aliquantam facientem, interim torneamento honoraret, eiusque absentiam mirabili quadam virtute suppleret. Ludo expleto, cum plerique milites hospitium eius ingressi, eum vt secum mitius ageret, rogassent; illo pernegante, se in hastiludio fuisse, ipsi apertè profitebantur, cum & fuisse, & victoriam ex multis retulisse. Ad eum modum voluit Deus, opus pietatis in Matrem Virginem mercede temporali compensare.

Cum aliquando sacrificio Missæ interesset, & Sacerdos post consecrationem, calicem more solito eleuasset, vidit iuxta ipsum calicem, crucem auream miri decoris, & chartulam hæc verba continentem: Crucem hanc defer ex parte, mea (Mariæ scilicet matris Christi) amico meo Vvalthero militi prope Bierbach. Qui stupefactus, absoluto sacro eidem Vvalthero crucem & chartulam tradidit. Porro crux illa tanti fulgoris erat, vt omne aurum in eius pallefceret comparatione. Quam diu Hemmentodenses summo honore seruauerunt, & postmodum in Hollandiam transfulerunt, petente eiusdem Prouinciæ Comitissa.

Considerans verò tanta circa se beatæ Dei genitricis beneficia, in tantum in illius amore accensus est, vt in quadam paupere Ecclesia in eius honore dedicata, cõscio Sacerdote, fume collo suo iniecto, seruum glebæ se illi super altare offerret, soluës singulis annis censum de capite suo, qualem serui originales soluere consueuerunt. In Vigilijs solemnitatam B. Virginis ieiunabat in pane & aqua, & etiam feriis sextis, ob reuerentiam sabbati; & tunc non semel aqua in vinum miraculosè fuit conuersa. Audiens autem Ordinem Cisterciensem beatæ Virgini dicatum, omnia quæ sunt huius mundi, diuitias honores & amicos ob illius amorem reliquit, & in Claustro habi-

tum

Vvaltherum
cultorem
suum insigni
beneficio re-
munerat B.
Virgo.

Chrysoft.
Henriquez
in Menolo-
gio Ord. Ci-
sterc. 22. Ia-
nuarij.

tum suscepit: vbi quam fuerit in obsequio beatæ Virginis deuotus, testes sunt omnes Monachi eiusdem Cœnobi. &c.

Ipsò etiam anno natus est B. Francus Grottenfis, qui primò Eremiticam vitam duxit: postmodum superata magna tentatione carnis, apprensus ei Deipara, vna manu gestabat coronam florum, altera habitum Ordinis Carmelitarum, dicens: Seme meus sub isto habitu debes mihi seruire, & postmodum dabo tibi coronam istam in gloria cœlesti. Quibus ille auditis, sine mora ad Carmelitas Senenses se contulit: petiitque Laicorum fratrum habitum sibi dari. Tandem admissus, congregatis in Capitulo patribus, cum tunc Conuentus magna laboraret inopia, dixit Prior B. Franco. Charissime admissus es, sed vade, & eme tibi habitum, nam pauperes sumus, sed cum ille etiam se pauperrimum assereret, Angelus Dei apprensus in forma adolescentis, detulit habitum, quem cum induisset vir Dei, statim Angelus ille disparuit.

Quidam Adelbertus in Germania, hoc ipso anno 1211. non procul à Monasterio Sphanheimensi Ordinis S. Benedicti ad vitam rediit. Hic coram viris grauibus factus est se, dum viueret, illatum damnum Ecclesiæ (quod vix erat quatuor denariorum, dando vilem manipulum pro decima ei debita) non reparasse, licet id peccatum esset confessus, ac propterea se æternæ damnationis sententiam incursum fuisse, nisi sanctissima Dei mater, cum sanctis Angelis misericordiam Iudicis interpellasset.

Annus Christi 1212.

ANno 1212. miles quidam nomine Alanus, vir sanè strenuus, & bellicosus in Britannia propè Dinamium, cum iuisset ad terram Albigenisium cum Comite Montisfortis, & cum multis aliis de Britannia, ad expugnandum hæreticos, tempore quo beatus Dominicus contra eosdem spiritualiter bellando prædicauit, ex doctrina S. Dominici, Rosarium beatæ Virginis, singulis diebus recitabat flexis genibus. Huic ergò militi Christi, & B. Virginis, multa mirabilia contigerunt per huiusmodi psalterium. Nam dum semel cum valde paucis esset in bello, à maxima multitudine hæreticorum conclusus, & iam fatigatus resistere non valeret: Domina nostra apparsit, & centum quinquaginta lapides contra hostes terribiliter, & visibiliter proficiente, hostibus in terram prostratis, ipse cum suis liberatus est. Alia vice cum in terra sancta naufragium pateretur, vidit quasi centum quinquaginta monticulos, per quos transiens, euasit. Ad patriam tandem reuersus, fundauit Conuentum Dinamensem Ordinis Prædicatorum: & viuentem adhuc beato Dominico, Ordinem ingressus est, factusque est prædicator præcipuus. Cumque quasi totam Franciam circuisset, & ibi prædicasset Rosarium, tandem obiit Aureliani, & in Conuentu Prædicatorum coram altari beatæ Virginis sepelitur. Cuius os, & manus, post mortem, ad modum cristalli ob Rosarium B. Virginis egregiè resplenduerunt.

Quo etiam anno Albigenes hæretici, antequam veniret contra eos exercitus Domini, Miramamolinū Regem de Marrochio in auxilium sibi

SARG. XII.

Gregorius Lombardus in Chronico Senensi. Iosephus Falconius in Chronico Ord. Carmelit.

B. Virgo apparuit B. Franciscus in habitu Carmelitæ assum.

Trithem. in Chron.

Shanpheim.

Adelbertus quidam in oratione Deiparæ ex alio d. orationem æternam, & rediit ad vitam.

Alanus de Lafulis in Rosar. B. Virg.

Deipara Virgo celeberrimam Crucem signatis de Albigenibus hæreticis victoriam obtinet.

Cæsarius lib. 5. Dialog. c. 305.

SÆC. XII.
Thomas Ma-
lu. tomo 1.
Annal. Ord.
Prædicat. ad
annum 1213.

inuitauerant, qui de Africa in Hispaniam contendens tanta incredibili mul-
titudine venit, vt totam Europam se obtinere posse speraret. Mandauit
etiam Innocentio Papæ quod equos suos in porticu Ecclesiæ beati Petri
vellet stabulare, & super illam vexillum suum figere. Quod ex parte imple-
tum, & si secus quam ipse cogitasset. Et quia Deus frangit omnem super-
bum, eodem tempore, nempe anno Domini 1212. de exercitu eius sexaginta
millia pugnatorum ceciderunt, ipse verò se in Siciliam transferens, ex do-
lore mortuus est. Cuius vexillum principale in bello captum, Innocentio
est transmissum, & in Ecclesia prædicta ad Christi gloriam erectum. Multa
in illo bello miranda contigere. Primum, in tanta Maurorum multitudine,
vestigium sanguinis toto campo nullum extitit. Insuper Crucis Dominicæ
signum vario colore in aëre, medio conflictus ardore, cum Christiani ma-
ximè laborarent, visum. Præterea ad præsentiam imaginis B. Virginis Mari-
æ, quæ in regijs vexillis depicta erat, ingens Maurorum multitudo con-
ruit. Interfuere certamini contra Mauros Alphonfus Rex Castellæ, Petrus
Aragoniæ Rex, & Sancius Nauarræ.

Mauri multi
ad præsentiam
imaginis B.
Virg. prostrati.

Annus Christi 1213.

Nicolaus
Ægid. in An-
nal. Franc. in
Philippo
Aug.
Philippus
Aug. ope Deip.
Virg. exerci-
tum Othonis
Imp. fugas.
Merula in
Cosmogr.
Æsica B.
Virginis Pari-
sienfis structu-
tura mirabi-
lis.

Tunc temporis regnabat in Gallia Philippus Augustus, qui cum præ-
liaretur aduersus Othonom Imperatorem, in extremo constitus pe-
riculo, statim beatæ Virginis se commendauit, eique votum vouit. Vires
ergo recuperans, exercitum Othonis fugauit, innumerisque trucidauit.
Cum autem victor rediisset, in gratiarum actionem, insignem Ecclesiam
cum celebri Monasterio propè Syluanectum ad beatæ Virginis honorem
construi curauit, quæ hodie vocatur, Domina nostra de Victoria.

Idem Cœnobium Dominæ nostræ Boni Portus in Galliis ædificauit: an-
gustissimumque Parisiis Deiparæ templum inchoauit, quod ex Galliæ mi-
randis est potissimum, columnis 120. sustinetur. Longitudo passuum 174.
latitudo 60. altitudo 100. In ambitu habet sacella 45. portas 11. statuis 28.
Regum insignes. Ad latera turres seu moles Campanariæ visuntur altitu-
dine 34. cubitorum. Campana maxima, cui à S. Maria nomen, viginti viros
flagitat cum pulsatur, sonitus sereno celo per septem leucas auditur.

Alan. vbi sup.

Rosarij Mirac.

Tunc etiam miles quidam nomine Antonius pugnas contra Albigen-
ses hæreticos, in signis & vexillis fertum Rosaceum, qui hostibus terrorem
incuteret, suis vero excuteret, præferebat. Non in cassum, non semel enim
pugna ingrauescente cælitus globorum ignitorum grando hostes copias
obruit, & attriuit. Aliàs iaculis de super missis, innumeri sunt confixi. Fre-
quenter autem periclitanti Antonio, ignota legio præstò fuit. Secuta est vi-
ctoria, non tam humanis, quam supernis viribus parata. Simon enim Mont-
fortius, qui non plures quam 800. equites, & mille pedites in exercitu nu-
merabat centum millia hæreticorum partim prostrauit, partim fugauit, vt res
& fama est oratione Rosarij: quam centum quinquaginta salutationes an-
gelicæ, quasi totidem lapides pretiosi adornant. Præstat porro ex hac occa-
sione institutionis SS Rosarij rationem exponere.

Rosarij ora-
tione hæretici
prostrati à Si-
mone Montif-
fortis.

Inter turpissimos Albigensum errores, quos blasphemus ore impij euo-
mebant

mebant, ille non postremus fuerat, quo puritatem sacrosanctæ Virginis Mariæ fœdum in modum lacerabant: cum per summam impudentiam, voce imputissima, meretricem Dei matrem appellarent, eiusque illibatam virginitatem infami infamia violarent. S. Dominicus, cui nihil post Deum magis cordi erat, quam diuæ Deiparentis virginis amor & honor: in qua tanquam in tutissima anachora spes suas quisque christianus collocare debet, vehementissimi animi dolore diseruciabatur, cernens hæreticorum procaciam, & summam oris proedium. Quapropter sacram Virginem assiduis ac fere continentibus precibus interpellabat, vt honorem dignitatemque suam aduersus blasphemantium furores tuteretur, & tanta malorum inundationi omnia obruenti, præfenti remedio occurreret. Haud dubium, quod ab inspiratione meliore, nullam vir apostolicus maiorem aliam capiebat consolationem, nullaque illi dulcior, ac frequentior occupatio erat, quam corde cogitare, & ore proferre semper Angelicam salutationem. Istud porro, vt omnes quibus cum agebat, facerent eos enixissimè hortabatur. Ergo cum vix Albiorum impiam hæresim, doctrina & prædicatione conaretur extinguere, neque sic se multum, & quemadmodum optabat, proficere videret, eo quod arte diaboli miserorum hæresi deceptorum corda validè obstruerentur: ad sacram Virginem confugiebat, & prouolutus in genua, piis quæritimoniis, & ex alto pectore ductis suspiriis, totum cubile lachrymis inundabat. Quid esset, quod sic dignitatem suam impurissimo hæreticorum ore labefactari toleraret, & tot animas pretioso sanguine filij sui comparatas in perditionem abire sineret: cum ipsa relicta sit in Ecclesia, vnicum in rebus aduersis præsidium, inque rebus planè deploratis perfugium. Audiuit misericordæ Regina preces serui Dominici, seque illi quodam die feruentissimè oranti, in manifesta visione conspicuâ exhibuit, multoque splendore & gloria circumdata, sic illum alloquuta est. Bono animo esto Dominice, nosti quanto impendio sanguinis & vitæ, amatissimo Dei patris & meo vnigenito salus hominum steterit. Non vult ipse perire, quod seruauit & redemit. Perseuerantia opus est, sine qua res præclare non geruntur. Mentem itaque bona spe corrobora: fructum vberem laborum reportabis. Quod nunc in tot malis magnum erit remedium. Meditationem maiorum redemptionis humanæ mysteriorum, omni studio populis prædica: vt se, gratos tantis beneficiis, ea saltem pia recordatione præstare velint, eos commoneface. Rosarium instituite: inque precandi formulam, quam tibi trado, homines edoce, ac tum filio meo, tum mihi longè esse gratissimam admone. Hoc erit vnicam, ad euertendas hæreses, vitia extinguenda, virtutes promouendas, misericordiam diuinam implorandam, suffragiaque mea impetranda, magnum & singulare in Ecclesia instrumentum. Volo autem, adeoque iubeo, vt tu, tuique in religione prædicatoria successores, huius cœlestis, & à me excogitati ritus, sitis perpetuò præcones, & annunciatores, vnde ingentes utilitates in animis fidelium orientur, neque ipsa ope, auxilioque, sequentibus subinde signis, vnquam defueto. Illud eximium & singulare donum, à me tibi, & surrecturo tuo mox Ordini pacto firmo esto in æternum. Ex eius maiestatis visione, primum perterritus Dominicus, deinde amplissimo Virginis munere egregiè confirmatus, dici non potest, quanto mentis gaudio

SÆB. XII.
Bzouius to-
mo 13. ad an-
num 1213.
*Albigensium
hæreticorum
blasphemia
intolerabilis
& horrenda
nimis in B. Vir-
ginem.*

*Rosarij reci-
tandi formâ
S. Dominice
prescribit B.
Virgo.*

SÆCULI XI.

fuerit perfusus. Inde actis, quanti poterat, sacra Deiparæ gratis, summaque veneratione exhibita, coepit vir sanctus incredibili ardore deuotionem sanctissimi Rosarij populis prædicare, tanto cum audientium fructu, vt quàm plurimi, relictis erroribus, ad Catholicam fidem redierint: & innumerabiles, qui peccatorum voraginibus immersi hærebant, mira Dei benignitate respicerent, & ad præclaram virtutum frugem emergerent.

Jacobus de
Vitriac. in vi-
ta ipsius.

Obiit tunc temporis B. Maria Oegniacensis, nempe anno Domini 1213. Hæc in altis suis virtutibus Deiparæ fuit studiosissima. Quotannis Ecclesiam eius Oegniacensem ad duo milliaria distitam rigente hyeme nudis pedibus inuisebat, & illo die & sequenti nihil omnino edebat, totamque noctem peruigil in Ecclesia ducebat, qua in via flexuosa, nec satis ei nota, præcunte lumine, & Angelis eam dextra leuaque sustentantibus nunquam errabat, & inter imbres de cælo ruentes diuinitus interdum intacta redibat. Eadem intra quandoque 24. horas millies, & centies flectens genua salutabat beatam Virginem Mariam, & hoc salutandi officium 40. dies continuabat in hunc modum. Primum sexcenties flectebat genua sine intermissione. Deinde integrum psalterium stans legebat, & ad singulos Psalmos, Deiparæ flexis genibus salutationem Angelicam offerebat. Tum trecentis vicibus ad singulas genuflexiones virga se percutiebat, & tribus vltimis ictibus copiosum sanguinem extrahebat. Tandem quinquages flexis suppliciter genibus, sacrificium hoc consummabat. Fertur eandem solitam singulis annis in festo Purificationis vidisse sanctissimam Dei matrem in templo filium offerentem, Simeonem occurrentem, diuinumque puerum amplexantem.

S. Maria
Oegniacensis
vt coluerit
Deiparam.

Eadem ægritudinis suæ vltimæ tempore, frequenter à Deipara visitata fuit, vt & à Christo Domino, & ab Angelis qui ei famulabantur, & sustentabant, dum exsurgendum erat, in lectulumque reponebant. Paulo ante mortem Canticum *Magnificat*, decantauit. Cum extremam acciperet victionem, adfuit ei eadem Deipara cum Apostolis omnibus, Christoque Domino, qui signum crucis ad eius pedes fixit.

Annus Christi 1214.

Chryf. Hea-
siq. 19. Men.
Cisterc. 25.
Jan. Chron.
Villar.

Qualiter autem circa hæc tempora beata Virgo Conuersum quendam Ordinis Cisterciensis, à morte corporis & animæ liberauerit, refert Chronicon Villariense. Quidam Conuersus, Villariensis, cum à Domino corripere, vt inter filios Dei cõputari mereretur, lepra percussus est. Qui cum separatus esset à Conuentu, & solitarius degeret, vim flagelli ferre non valens, omnino deficere coepit. Cumque longo tẽpore fatigatus esset, tum tædio solitudinis, tum fœditate morbi, tum persuasionibus inimici iugiter eum infestantis, proponit latenter nocturnis horis proicere se in aquam non longe positam, ibique miserabiliter imponere finem calamitati suæ. Sed tamen multum timuit, ne canes, qui discurrunt per Abbatiam noctu, impedirent eum. Interim Natiuitas Christi superuenit, in qua credebatur oportune implere desiderium suum, eò quod ea nocte omnes intersint vigiliis, & canes tunc tenentur in vineulis. Quid moror? Superuenit Natiuitas Christi:

Conuersum
Ord. Cist. re. à
desperatione
preseruat B.
Virgo.

Christi: & ecce frater ei seruiens, ipso dimisso, intrat Ecclesiam. Mox ergo, ut vidit ministrum suum recessisse, ipse à lectulo suo surgit, sed pedibus lepra tabefactis, ambulare non valens cecidit. Cumque sic iaceret, nec ad locum suum redire posset, valdè torquebatur. Et ecce mater Iesu, Patrona Cisterciensium, venit cum sancta Catharina, & sancta Agnete, & cum fratre Ioanne de Jardin, & reponens eum in lectulum suum, dixit: Fili, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, cum ab eo corrigeris. Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Sicque infirmo decenter recollocato, & peroptime consolato, Regina cœli cum suis egreditur. Quibus abeuntibus, infirmus perlustrat, quantum potest, quorsum tenderent: & visum est ei quoddam versus Ecclesiam irent. Porro laudibus finitis minister properans videre infirmum sibi deputatum, inquit si quid velit. Et ille, volo inquit, loqui fratri Ioanni de Jardin. Erat autem iste frater homo duræ vitæ, & maximæ deuotionis, ac feruens amator Religiosarum personarum. Erat hic plenus iam dierum, & oppressus podagra, non intererat vigiliis. Qui cum vocatus esset à ministro, alloquens infirmum resedit. Infirmus verò visionem ex ordine recitans, tandem inquit à fratre Ioanne, quoniam illa dulcis Christifera diuertisset, postquam discessisset ab eo. At frater Ioannes respondens, dixit illi: Ego absens corpore, sed præsens spiritu, omnibus interfui quæ narrasti. Cum enim beata Virgo à te abiisset, nobis tribus subsequentibus, statim intrauit chorum Monachorum, vigilantibus, & cantantibus congruens: dehinc chorum Conuersorum, orantibus applaudens, & post hæc Virgo disparuit. Infirmus verò ab illo die, & deinceps patientissimè flagellum Domini tolerauit; & modico elapso tempore in pace quieuit.

Annus Christi 1215.

FVerunt, & alij duo Conuersi eiusdem Ordinis circa hæc tempora, in quodam Hispaniæ Cœnobio, quod Pumerane vocatur, cōmorantes, qui tam laudabiliter conuersati sunt, ut vita illorum esset alijs in exemplum. Ex quibus vnus in obsequio beatæ Virginis ita feruens extitit, ac deuotus, ita in horis eius decantandis morosus & intentus, ut non solum in singulis versibus, sed etiam in singulis verbis, memoriam ipsius haberet, sicque horam horæ cum maximis laboribus penè continuaret. Qui cum annos decem & septem fecisset in Ordine, grauiter infirmatus est, & ministravit ei socius suus ex licentia Prioris. Sciens eum virum sanctum, & in seruitio Dei genitricis deuotissimum, ut aliquid sibi diceret ad ædificationem, intuitu mutæ charitatis flagitauit. Cui cum ille nihil negare posset, nec vellet, respondit: Heri Domina nostra visitauit me, & quia die septimo ad Dominum sum migraturus, prædixit, & adiecit: Quia præ cunctis mortalibus mihi intentius seruisti, & ego tibi faciam quod nondum alicui feci. Columque meum brachijs suis stringens, dedit mihi osculum.

Ipso tempore (ut quidam volunt) in prædicto Ordine Cisterciensi, cum quidam monachus Eustachius nomine defunctus in arca Monasterij iaceret coram Abbate, & cæteris Religiosis, in eius lingua quæ ex ipsius ore

SAEC. XII.

Nota Deipara bonitatem & misericordiam.

Conuersi eiusdem Ord. Cisterc. deuotio & amor erga Deip.

Menol. Cister. 27. Mar.

nutu

SAEC. XII.
Eustachij Mo-
nachi in lin-
gua apparet
Salutatio an-
gelica literis
aureis des-
cripta.

Theodor. in
Vita S. Do-
minici.

Hæreticus ir-
videns sacri
Rosarij recita-
tionem inua-
ditur à da-
monibus.

Somnium Epi-
scopi oratio-
nem Rosarij ir-
videntis.

Carolus Sten-
gelius in
Alexitryrio.
Bzouius to-
mo 13.
Tungrenses im-
plorato B. Vir-
ginis auxilio
à peste libe-
rantur.

nutu Dei emissa erat, cvidenter cunctis apparuit Angelica salutatio, videlicet, *Aue Maria*, aureis literis conscripta. Porro frater ille adhuc in corpore existens, quoties ante altare eiusdem Virginis beatae transiit, *Aue Maria* dicendo, ipsam deuotè salutauit.

Perseuerabat in illis diebus B. Dominicus sacri Rosarij mysteria prædicare, cum hæreticus quidam cynico ore sacrum hunc ritum momorderat, ac luserat. Et ecce pœnam, indiuiduam ferè flagitij comitem. Tanta cum multitudo dæmonum inuasit, vt totum crederes barathrum migrasse. Post Dominico variis quæstionibus terros miselli hominis incolas confundente, adfuit B. Virgo magna spirituum armatorum copia. Frequentatum est Rosarium: ad quodque *Aue Maria*, quisque dæmonum cœssit: ita vt iis omnibus persolutis, hic etiam inquis illis hospitibus solutus fuerit, ac planè exemptus.

Eximium etiam hunc Rosarij præconem ludens quidam Episcopus, tricas ea esse, & dignas colo fabulas iactitabat. Cæterùm illum hoc somnium correxit. Videbat multos secùm aquarum gurgite obuolui, hic strui à Dominico pontem, inque eo 150. turres, in quibus extractos, singulos refocillabat, transmittens eos hinc in hortum spatiosum, vbi Virgo Deipara solio residens regio, coronas dispertiebatur: atque accedentem ad se Episcopum increpabat, monebat, vtque de re sanius sentiret suadebat. Verùm tempore, vt fit, si non refrixerat, at certo intepuerat Episcopus. Et ecce aspexit multis sese cum aliis teterrima in palude suffocandum, desuper verò (id erat somnij) Deiparam & Dominicum catenam centum quinquaginta nodis insignem, maiusculis quoque hinc inde intertextam demittentes, quæ extimeretur.

Pestis apud Tungros tunc temporis, sic sæuè grassabatur, vt in oppidis & pagis vix cuiquam parceret, nullo ætatis sexusue discrimine: præcipuè tamen Athum inuaserat. Ibi tum erat mulier peregrinatrix ad Tungros, nomine Nicolaa, quæ nihil sibi metuebat à pestilentia, quod diuæ Mariæ Virginis bonitate subnixæ esset, & inscripta albo Sodalitatis eius apud Tungros; quo fiebat vt vicinos & amicos suos incitaret, ad votum peregrinationis Tungrensis. Persuasit hoc illa quam plurimis, qui cum suis domesticis à peste immunes extiterunt: & ad Tungrensem ædiculam peregrinatione suscepta, actisque deinde beatissimæ Virgini gratis, sese peregrinorum & Sodalium catalogo inscribi fecerunt. Ex hoc rumore per totum oppidum sparso, ciuium animi pia deuotione, ac deuota pietate mirabiliter fuerunt inflammati, quæ res loci pastorem permouit, vt publicam ac solemnem processionem, ab Atho, ad ædiculam Tungrensem, populo nouis delibuto gaudiis, indiceret. Ventum est eo, non sine magna pietatis significatione, sacrisque ceremoniis. Auditus est præco diuini Verbi Ioannes Regius; qui tantam credentis plebis ingenerauit fiduciam, de fauore & auxilio Dei, per beatissimæ Virginis Mariæ merita obtinendo, si modo seridè ad Dominum conuerterentur, vt inde salutaris admodum successus, & lætus euentus prodiret. Ab eo autem tempore vindex Dei manus exarmata est, & horribile Dei flagellum, in oppido iam nominato conqueiuit, ita vt exinde nullus omninò, cuiuscumque demum ætatis fuerit, pestilentia morbo sit sublatus.

sublatus. Insigne hoc & euidens miraculum, nusquam non innotuit: vnde & alibi populi similem veræ conuersionis viam ingressi, potissimum verò Valentianis & Tornaci à pestilentia, mirè & subitò sunt liberati.

Ipsò anno 1215. claruit in Germania beata Maria, soror B. Caroli Abbatis Villariensis. Ordin. Cisterciens. quæ cum esset pulcherrima, & à multis in coniugium desideraretur, ipsa animarum sponso virginitatem vouit. Cui Angelorum Regina visibiliter apparuit, & sertum florigerum capiti eius imposuit. Quo ipsa magis in amorem Christi raptâ, clam sub noctis silentio domum egressa, in Monasterio de Dunevvarch Cisterciensibus Virginibus se associavit: ibidemque vsque ad vitæ terminum sanctissimè conuersata est.

S. Franciscus peruenit ipsò anno ad quoddam Monasterium sanctæ Mariæ de monte maiori quorundam Monachorum, in cuius Ecclesiam intrans, statim exultauit in spiritu summa repletus consolatione, quod in maiori altari sibi reuelatum fuerit latuisse pretiosas reliquias sacratissimæ Virginis Mariæ. Quod audientes Monachi, periculum huius rei fecerunt, inueneruntque sicut vir Dei ante prædixerat.

Annus Christi 1216.

Illo in tempore (nempè anno Domini 1216.) dum S. Dominicus Romæ orationi vacaret, vidit secundum apparitionem, Christum ira ingenti succensum, propter intoleranda hominum flagitia à Patris dextra surrexisse, & tria manu iacula tenere, vt vno eorum superbos, altero avaros, tertio libidinosos deleret: Virginum verò primiceriam, ac totius orbis Reginam, diuam Deiparentem se illi opposuisse, ac rogasse, ne genus humanum tanta cladificeret. Se enim habere viros, qui flagitiosorum mores emendarent. Matris autem Virginis precibus motum substitisse, quæsiuisseque, vbinam essent, qui & iram indignantis auerterent, & mores perditorum in melius conformarent: diuam matrem Mariam, par sanctorum, scilicet Dominicum & Franciscum ostendisse, dixisseque, hos esse, per quos conuulsa in terris & collapsa pietas restitueretur, atque extemplo Deum vindicem delinutum, manum ad feriendum paratam continuisse, iacula deposuisse, sententiam reuocasse, humanoque generi conciliatum fuisse.

Hoc ipsò anno obiit Innocentius Papa tertius, cui beata Virgo in extremis salutarem de peccatis contritionem obtinuit, & ab æterna damnatione eundem præseruauit. Audiamus historiam ex Thoma Cantipratensi. Cum (inquit) Innocentius Papa III. ex hac vita migrasset, mox apparuit visibiliter sanctæ Lutgardæ virgini Ordin. Cisterciens. Illa autem, vt vidit eum ingenti flamma cinctum, quisnam sit percunctatur. Respondit se esse Innocentium Papam. Et illa cum gemitu. Quid est hoc quod communem omnium nostrum patrè, tam dirè cruciari video? Respondit ille. Tres ob causas ità crucior, quæ etiam suppliciiis æternis me iustissimè addixissent: nisi per intercessionem piissimæ matris Dei, cui Monasterium condidi, in extremis me pœnituisset. Et æternam quidem mortem euasi, sed pœnis atrocissimis

D d

SÆG. XII.
Tornacenses à
peste liberan-
tur precibus
Deiparæ.

Menologium
Cisterc. 9.

Febr.

Henriquez
in Fascic. SS.
Ord. Cisterc.
in vita B. Ca-
rol. c. 5.

Sertum flori-
gerum capiti
B. Mariæ im-
ponit virgo
Deip.

Vvaddingus
tomo 1. An-
nal. Ord. Mi-
norum ad
ann. 1215.

Reliquia B.
Virginis S.
Francisco re-
uelantur.

Flaminus in
Vita S. Do-
minici.

Christum gra-
uiter mundo
iratum, fleuit
B. Virgo.

Thomas Cō-
t. in Vita
S. Lutg. apud
Surium to. 5.

Conuersionem
salutarem In-
nocentio Papa
tertio impa-
trati B. Virgo.

SÆC. XII.

vsque ad iudicij diem cruciabor. Quod autem à te suffragia petiturus, venire potui, mihi à suo filio, Mater misericordiae impetrauit. His dictis confestim disparuit. Lutgardis verò, sororibus, eius necessitatem, vt ei succurrerent, indicauit. Porrò admodum dolebat vicem eius. Cumque tres illas causas cognouisset, nunquam tamen pro tanti Pontificis reuerentia referre voluit. Attamen mirabili se cruciatu, illius causa affectit. Vndè tandem eius meritis & precibus, à grauissimis purgatorij pœnis liberari meruit. Vndè etiam Dei iussu ei apparens, gratias ingentes ipsi retulit.

Canisius de
B. Virg. lib. 3.
c. 27.

Idem ipse Sermones conscripsit de Deipara, & hymnum rithmicum de eadem, cuius hoc est initium.

*Aue mundi spes Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena
Virgo dulcis & serena,
Sancta parens Iesu Christi,
Electa sola fuisti
Esse mater sine viro,
Et lactare modo miro.
Angelorum imperatrix,
Peccatorum consolatrix,
Consolare me lugentem,
In peccatis iam fœtentem.
Præcor te, Regina cœli,
Me habeto excusatum
Apud Christum tuum natum.*

Succinctior illa est precatio, quam idem quoque Innocentius condidit, & Ecclesiæ nonnullæ sequuntur. *Interveniat pro nobis, quasumus Domine Iesu Christe, apud tuam clementiam gloriosissima Virgo Maria, dignissima mater tua, cuius sanctissimam animam in hora passionis & mortis tua, doloris gladius pertransiuit.* Hæc Canisius. Ex qua oratione colligo eum esse Auctorem *Profæ, Stabat mater dolorosa,* postquam immediatè recitatur prædicta oratio.

Leand. lib. 5.
de viris illuf.
Ord. Præd.

De eodem Innocentio 3. à maleuolis commoto in Ordinem Dominicanorum, reuelauit Deipara Ferdinando Diaz Dominicano, Pontificis feruorem desedisse, & quæ contrà libertatem atque instituta Religiosorum ad impiorum suggestiones saaxerat, abrogasse. Eam porro reuelationem præcesserant eiusdem Ferdinandi orationes, vigiliæ & lachrymæ, vt Deipara iratum Pontificem mitigaret.

Anonymus
in compila-
tione Chro-
nol.
Balsingham
in Calend. B.
M. 16. Julij.

Addam visionem, quæ ad rem istam facit. Ferè sub ipsam horam, qua Innocentius fatis concessit in ciuitate Perusina, aliquis Abbas Cisterciensis somno meridiano in quodam Prato ante Perusium (quod tendebat) oppressus, hanc vidit visionem. Vidit ad Orientem Dominum in alto throno sedentem, faciem versus occasum habentem, eum circumstante in prato exercitu Angelorum. Vidit etiam ab occidentali parte eiusdem prati hominem toto corpore nudum, sed infula Pontificis decoratum, versus sedentem in throno velocissimè currentem, & alta voce clamantem: *Miserere mihi misero misericordissime Deus.* Vidit item quod insequabatur eum currentem magnus

magnus Draco, ut deuoraret ipsum. Cumque illum consequi non posset Draco, ad sedentem in throno Draco alta voce clamauit: iuste iudica iustissime Iudex. Post hæc visa & audita Abbas cuiusdam vigilauit, & visio disparuit. Ille autem exitum huius disceptationis scire non potuit, donec accederet Perusum, cui appropinquans, audiuit sonum campanarum, & luctum silentium, & dicentium: Heu Papa Innocentius obiit.

SAR. XII.

Annus Christi 1217.

Defuncto Innocentio tertio, successit ei Honorius etiam eius nominis tertius. Hic non absque miraculo præcedente, Ordinem Carmelitarum, sub Regula B. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani hætenus uiuentem, auctoritate Apostolica, anno Domini 1217. approbavit. Diutius distulerat postulationes eius Instituti Fratrum exaudire. Quapropter sacratissima Dei mater Maria, tenebris noctis interruptis, æthereo cum lumine adueniens summum Pontificem admonuit, dixitque: Non est aduersandum in his, dum iubeo: nec dissimulandum dum promoueo. Insinuauitque eidem Pontifici duos ex Palatinis suis dictæ religionis annulos, Deo utrore esse plexos, dispari exitu, sed discessu pari. Audiuit hæc omnia Honorius, & dato diplomate, eam uiuendi rationem ex præscripto formulæ Alberti institutam approbavit.

Paleonydorus anr. Carmelit. lib. 3.

Honorio tertio Pontifici Deip. apprensens iubeat approb. Ordin. Carmelitarum.

Annus Christi 1218.

Circa hæc tempora B. Ioanna Abbatissa Clari fontis Ordinis Cisterciensis, tantæ puritatis extitit, ut cum sanctis Dei ciuibus, & præcipue cum gloriosa Dei genitrice, crebro loqui, & comunicare promeruerit. Cernitur adhuc hodiè in porticu Ecclesiæ Monasterij eiusdem, lapidea Virginis Mariæ imago, quæ eidem Abbatissæ Ioannæ, dum ad eandem ipsam transiens oraret, & adoraret, est traditio certissima, quod hæc ipsa imago ei etiam per capitis inclinationem annueret, siue etiam salutationem redderet: & hoc frequentissimè.

Menol. Cisterciens. 27. Sept.

Imago Deip. saluat Ioannam Abbatissam Clari fontis.

Annus Christi 1219.

Per id temporis B. Reginaldus Aurelianensis prius Decanus, deindè Ordinis Prædicatorum alumnus, doctrina & sanctitate fulgebat. Is cum perrexisset Romam, anxiusque cogitaret de vitæ instituto deligendo, incidit in grauem morbum, eiusque vita à medicis desperatur; cum semel Reginaldo vigilanti, & vi febrium æstuanti, Regina cœli Maria virgo Deiparens, cum duabus puellis, mira pulchritudine præditis, se comitantibus, visibiliter apparuit ei dicens: Quicquid à me poposceris, te eo à me donatum iri scito. Deliberanti quid peteret, altera puellarum suasit, ne quid peteret, sed se Regine voluntati totum committeret. Qui salubri parens consilio, Regine per omnia se subiecit voluntati. Tunc illa manum extendens virginæam, ægrotantis oculos, aures, os & manus, saluari quam secum tulerat

Leander in vita ipsius.

B. Reginaldum ægrotum sanat B. Virgo.

vnctione, perunxit: proprias verborum formulas, ad singulas vnctiones inferens. Ad pedes ait: Vngo pedes tuos in præparationem Euangelij pacis. Et ad renes: Stringantur renes tui cingulo castitatis. Deindè Prædicatorum Ordinis habitum viro eidem virgo sanctissima ostendens, ait: En hic est tui Ordinis habitus. Sicque ab ægrotantis oculis illa cœlestis Regina, & à corpore omnis illa ægrotatio ablata, se proripuit: vt maxima tenerentur admiratione Medici, quorum iudicio vita eius fuerat desperata. Tertia etiam post hanc saluberrimam vnctionem die affuit iterum B. Virgo, vnctionem præcedentem, in eodem, vt promiserat iterando. Illa ergo salutaris vnctio, corpus eius sic ab omni carnali concupiscentia temperando purgavit: vt sicut ipse professus est, nec minimus in eo carnis motus deinceps pullulauit.

*Castitatis do-
rum eidem
tribuit.*

Hoc eodem anno cum S. Dominicus aliquando in Monasterio S. Sixti concionem in seram noctem protraxisset, & ne quicquam retinentibus Sanctimonialibus, ad sanctæ Sabinæ Cœnobium properaret, ostiumque noctu clausum esset: Angelum in specie iuuenis formosi ductorem se illi præbuisse, & clausas ianuas miraculosè aperuisse tradunt. Et istud adiungunt, quod oranti aliquando noctu in cubitorio S. Sabinæ, diua Deiparens, vnà cum sanctis Cæcilia, & Catharina illi apparuerit inenarrabili pulchritudine refulgens, & singulorum cubicula, excepto vnico aspergens, atque singulos dormientes cœnobitas benedicens crucis signo. Perquirenti verò quæ esset: Sum illa ait, quam vos misericordiæ Matrem, ac Dei genitricem vocatis: quæ quoties, Eia ergo aduocata concinitis, toties filio meo, vos, & vestrum Ordinem commendo, vtque illum amplifiet, & conferuet oro. Interroganti, cur omnes dempto vno, cœlesti rore adpersisset: minus compositè iacere illum, respondit.

*Monachos
dormientes
benedicta as-
pergit B. Vir-
go, vno exce-
pto.*

Aliquando etiam raptus in cœlum, cum angeretur cogitatione, an sua institutionis religiosi in clientela Deiparentis essent, vidit Deiparam pallium aliquantum retegentem, & sub sua vmbra innumerabilem Fratrum suorum multitudinem inumbrantem, & singulos atque vniuersos peculiarem protectionem se habere ostendens isto signo.

*Dominicani
sub cliuzela
Deipara con-
stituti.*

Tunc etiam diuo Dominico Parisiis concionante, vir quidam summæ potestatis, & opum maximarum in eadem vrbe commorabatur, vitiis omnibus, sed maximè libidini deditus. Habebat autem in matrimonio fœminam sanctitatis laude percelebrè, quæ ex perdita mariti vita, & ex ipsa pellicum naturali inuidentiâ, grauem animo capiebat dolorem. Hæc super hæc re diuum Dominicum conuenit. Ille autem huius mulieris ægritudinem animi & dolorem, sacra Rosarij rosa curauit, quam de manu Virginis accepisset: & salutarium calculorum sodalitiu persuaso, animum ab illo mœrore, ad lætitiâ incunditatemque perduxit, quin & ipse suum Rosarium matronæ dedit, ac post quindecim dies, quos in eo peruolutando positura esset, ma ita nocte dormientis, vt capiti supponeret, admonuit. Hoc illa munere a cepto, domum spe plena reuertitur, ac sacri funiculi globulos omnes, piè ac religiosè, vt erat iussa, precando percurrit, quo euoluto tempore, sub quiescentis coniugis puluinarum locat, remque totam Deo, eiusque beatissimæ matri commendat. Quamprimum nocte Rosarium suppositum est, vir ille primarius contremuisse dicitur, & vim ingentem lachrymarum

*Ferd. Histor.
Dominici 1.
p. c. 34.
Ezon. to. 19.
Annal. ad
ann. 1219.*

*Peccator san-
cti Rosarij vir-
tute miran-
dè conuersus
fuit.*

rum profundisse, inque vxoris manibus, & gremio totum se lamentis dedisse. Cumque in somnis ostensa ei fuissent diuinitus luxuriosorum pœnæ, vbi è somno euigilauit, magno cum doloris sensu, vxori sincerum amorem, fidemque pollicitus est coniugalem. Vitæ itaque nouitatem aspiciatus à confessione, diuo audiente Dominico, in sodalium relatus est numerum, tanta cum firmitate, vt Rosarium nunquam è manibus deponeret: vbiq; locorum Rosarij tenax recitator, laudatorque fuit, atque eius deuotionem maxime in Gallia promouit. Longo demum annorum spatio euoluto, vtrumque coniugem vno tempore mors extinxit, Maria Deiparens, euolantes vtriusque in cœlum animas deduxit, Parisiensis autem templi primarij vna eademque sepultura corpora textit. Hæc & alia Bzouius, qui pergit describere miraculosam aliam conuersionem Petri cuiusdam viri Principis Cæsaraugustani.

Caesar. lib. 7.

Hac tempestate Deus ostendit, quod ipse sit, qui soluit compeditos: præsertim propter intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ. Engelbertus Colonienfis Archiepiscopus, ædificauerat castrum in Furstenberg, contra nobilem virum Gerardum de Binbach. Ante illud iuuenis quidam miles, Theodoricus nomine de exercitu Gerardi, captus, diuque ibidem maceratus, cum pecuniam pro sua solutione dare spondidisset, extractus de carcere, positus erat in domo superiore, cui fuerant addita vincula, & serui ad custodiam deputati. Habebat enim circa pedes annulos ferreos, & circa brachium eiusdem generis manicham, quæ annexa catena parieti cautè satis erat infixæ. Nocte quadam cum esset dormiens inter sex satellites, & paulò ante Dominam nostram sanctam Virginem Mariam, necnon & alios sanctos solitò inuocasset: ecce in somnis vidit se transpositum in monasterium Heisterbacense: de quo cum vellet egredi, sedens in equo more fœmineo, necessitate vinculorum, dixerunt ei duo ex monachis Cœnobij, Monegundus scilicet & Henricus, cognati eius secundum carnem: Nolite egredi, sed reuertimini, quia sancta Maria de Heisterbach liberabit vos, hoc enim nomine vocabatur domus illa. Ad quod verbum ille euigilans, gauisus est: & de visione cogitans, vtrumnam esset vera, an fantastica scire volens, mox vt digitos admouit, pedem vnum sine difficultate extraxit: simili facilitate manum à catena liberauit. Sæpius ista tentauerat in pede altero extrahendo: sed non profecerat: cumque ex motu vinculorum, vnus seruorum euigilasset, territus miles, circulum reponere voluit, nec potuit. Tunc primum intelligens, tale miraculum Dei genitricis meritis circa se gestum, seruo rursus obdormiente, leniter surrexit, & vincula adhuc seruans in vno pede quodam lintamine, per fenestram se demisit & fugit. Quod dum seruus comperisset, clamore fugam eius prodidit; sed manus humana capere non potuit, quæ virtus diuina protexit. Multi cum turbis & canibus eum insecuti sunt; & cum sæpius in proximo sub fruticibus latitaret, inuenire eum non potuerunt.

Hic ad monasterium Heisterbacense veniens, eosdem circulos pro gratiarum actione super altare beatæ Mariæ Virginis, obtulit, & qualiter eius meritis liberatus fuerit, Monachis per ordinem recitauit. Per id etiam temporis, alio euidenti argumento Deus clarum fecit, quod nomen Mariæ

Theodoricum
quendam ca-
pitulum solu-
tis compedi-
bus liberat B.
Virgo.

SÆC. XII.

Cæsarius.

*Sacerdos Dei-
para demorsus,
timore toni-
truum, &
tempestatum
liberatur.*

expellat timores. Rem quam Cæsarius se audiuisse affirmat, referam.

In Peloge diocesis Treuerensis, Sacerdos quidam parœciam regebat, vir secundum suam possibilitatem multæ hospitalitatis, atque laudandæ castitatis, Virgo enim erat. Die quadam quendam ex Conuersis Ordinis Cisterciensis hospitio recipiens, ait ad illum: Ordinem vestrum plurimum diligo, quia multum boni mihi contigit per eum. Antiphonam illam gloriosam scilicet, *Salve Regina misericordiæ*, ab illo habeo; & quid mihi propter illam contigerit ad ædificationem vobis enarrabo. Ad omnes horas meas illam dicere consueui, cum autem die quadam campum breuem transirem, quamdam visitare inclusam iuxta Ecclesiam solitariam habitantem, orta sunt tonitura tam valida, vt ictus ictui succedens, vires mihi ambulandi adimeret, veniens tandem cum multo labore ad Ecclesiam ipsam, intraui & coram altari me prosternens, pro ipsa tempestate Dominam nostram interpel- laui. Et ecce matrona virginei vultus, magnique decoris, de altari ad me veniens, cum admirarer quænam esset, illa prior allocuta est me dicens: *Quia antiphonam, Salve Regina misericordiæ, libenter ac frequenter decantas, nunquam tonitrua, neque fulmina, quorum timore sapius affligeris, te lædent. Sicque ad altare rediens, in oculis meis disparuit, & statim intellexi, quia ipsa esset clemens, illa pia ac dulcis Virgo Maria. Ab illa hora vsque hodie à timore prædicto tempestatum, quo nimis afficiebar, meritis beatæ Virginis Mariæ liberatus sum.*

Cæsar. lib. 7.
c. 34.

*Imago Dei-
para alapam
impingit Mo-
niali, ad pec-
candum pro-
peranti.*

Quo etiam tempore, quædam sanctimonialis virgo à quodâ Clerico ver- bis luxuriosis stimulata; intantum flante Behemoth, cuius anhelitus etiam prunas ardere facit, succensa est: vt corde, & ore petitioni eius consentiret, promittens quod dicto Completorio veniret ad locum conditum, erat enim custos Ecclesiæ. Dicto Completorio, cum Conuentus ascendisset Dormito- rium, & illa exire vellet de oratorio, in ipso ostio Christum manibus in cru- ce expansis stare conspexit: cui cum egressus non pateret, ad ostium quod erat in opposito, cucurrit. Ita succensa erat in amore Clerici, vt penè ratio- nis experta, quid circa se diuinitus ageretur, minus aduerteret. Quid plura? Omnes ianuas adiit, & Crucifixum, in omnibus inuenit: tunc ad se reuerfa, & territa, dixit: fortè voluntas Dei non est, vt vsquam vadas. Solita fuerat ead- em virgo singulis diebus specialem quandam orationem de passione Do- mini dicere, quam Dominus in tanto periculo remuneravit, visione tam utili: quæ tremens ante imaginem Dei genitricis se prostravit, de peccato suo veniam postulans. A qua cum imago faciem verteret, & illa obnixius supplicatura propius accederet, imago maxillam eius percussit, dicens: Quo vis ire fatua? Vade in dormitorium tuum. Tam fortis erat alapa, vt in ter- ram ruens, sic iaceret vsque ad tempus matutinale. Cumque signa in Dormi- torio sonarent, & illa in oratorio non pulsaret, putantes eam esse in oratio- ne, vel pressam sopore, intrantes, & in multo defectu illam videntes, post- quam refocillata loqui potuit, omnia quæ circa se gesta fuerant, ad honorem Dei confortibus suis reuclauit: licet grauis esset alapa, profusus tamen à ten- tatione per illam fuit liberata. Durus morbus, duram requirit medicinam.

Annus Christi 1220.

ANno 1220. non sine prodigio, Viterbij Ordini Prædicatorū, ad Gradus titulo diuæ Deiparentis, à Cardinali Cappocio Monasteriū erectū est. Abest Viterbium nobilis vrbs Hetruriæ, quadragesimo lapide ab vrbe. In ea basilica est diuæ Dei parenti sacra, ad Gradus nuncupata, quod ad eam gradus plures lapidei scandendi sunt. Eam Raynerius Capoccius Viterbiensis, tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, dignitate conspicuus, & vitæ sanctitate clarissimus, post hanc visionem erexit. Consueuerat sanctis precibus frequenter vacare. Nocte igitur quadam orationi incumbens, somno oppressus obdormiuit. Visa est autem ei dormienti scemina decora, & valde formosa, quæ ardentem cereum tenens, Cardinalem manu apprehendit, ducereque videbatur ad nemus, seu inter arbusa, vbi nunc Ecclesia est, cereoque illo herbas arbusculasque comburere, toto eo ambitu, quo nunc Ecclesia ad Gradus protenditur. Expergefactus Cardinalis, quod viderat recogitare, & expendere cœpit. Nesciens autem, quid sibi vellet visum, quod tamen diuinitus factum non dubitabat, mane ad Monachum nomine Album verè Monachum, qui montem, qui nunc sancti Martini dicitur, solitarius incolebat, accessit, eum consulturus. Solebat enim sapius illum inuisere, & de arduis sibi occurrentibus negotiis consilium exquirere. Namque is Deo vacabat, & vt vir spiritualis diuina ac humana nouerat iudicare. Venit ergo ad eum, & totam visionis seriem Monacho enarrauit. Is statim Cardinali respondit; Maria mulier illa est, quæ ibi eo spatio & loco Ecclesiam à te sibi ædificari exposcit. Quare, vt caelesti Reginæ auscultes etiam atque etiam hortor. Ea enim est, quæ tibi propterea maxime propitiari, & adesse poterit, & toto itinere ad cæli altissima deducere. Quid multa? Cardinalis, Eremitæ verba læto & alacri animo accepit, & Mariæ obsequi paratus, à monte descendens, ad visum locum contendit, & incendij vestigia, vt dormiens viderat, oculis vigilans aspexit, neque destulit Mariæ monitis obtemperare. Nam non prius pedem è loco mouit, quam accitis fabricis murariis, Clero & populo Viterbiensi adstantibus, & gaudentibus, Ecclesiæ fundamenta iacere cœpit: quam iuxta designatum ignium spatium breui absoluit, & Mariæ Virgini perpetuo dicauit. Eadem autem nocte Monachus ille viderat, eo in loco, vbi nunc maximum sacellum est, Mariam regio cælesti solio residentem, suadentemque Cardinali qui adstare videbatur huiusmodi Ecclesiam ædificare. Eam cum breui absoluisset Cardinalis, D. Dominico, ac Ordini Prædicatorum designauit, & addixit.

Ipso anno, Domino Petro Torneseo Abbate Cisonij vita functo, dominus Ioannes Ladhemijs vir quæ religione, quæ vitæ sanctimonia celebris, in demortui locum à Capitulo est electus. Quæ res dominum Theodoricum de Anchy male habebat, qui nihil non tentabat, omnemque, quod aiunt, Capidem, mouebat, tum promissis, tum muneribus, vt ad eam dignitatem proucheretur. Ersi verò eam ambiciosè profecutus est, tamen, quod neque capax, neque idoneus esset, passus est repulsam. Fugit enim gloria perse

Bzou. ex Annal. Cœnobij Viterb.

*Raynerio
Cappocio ap-
paret B. Virgo
cumque ad
exerendum
sibi templum
admonet.*

*Miraculum
insigne B. Vir-
ginis Tun-
grinse.*

SÆC. XII.

persequentes, qui umbram duntaxat, & speciem virtutis in se contuentur. Ac caecodæmon, accenso in eius viri animo ambitionis igne, abominabile quid ei suggessit. Proditoriè enim hic Theodoricus colludit, cum electi ministro, ascito quoque alio nebulone, secreti conscio, quorum opera de nocte Ladhemi cubiculum ingreditur, quem dormientem, annexo ad collum laqueo, suspendit è lacunari cubilis, fortiter premit, & strangulat, & mortuum dimittit, eumque intra thori lintea recondit, pendente ad collum fune. Hinc cum sceleris affinis recedit, obseratis cubiculi foribus. Porrò bonus hic Antistes, lethales sentiens angustias, sese Deo commendarat, & nostræ Dominae Tungrensi, quam singulari affectu prosequabatur. Exorta luce proxima, quæ eius benedictioni erat destinata, mirari omnes cœperunt, quod ad eadem sacra non veniret: ad cubiculum cucurritur: fores pulsantur, aures attentæ præbentur, & ne hilum responsi quidem accipitur. Quæritur minister peruersus, imo iam homicida maledictus, qui clavi ianuam patefaceret. At ille Tornacum effugerat. Fractum est ostium, mortuus in lecto inuenitur cura fune ad collum ligato. Dominus Theodoricus affirmat eum desperasse, sibi que necem consciuisse: pergit ambire dignitatem, asserens Ladhemi electionem à Deo reprobam, vnde se potius eligendum contendebat. Interim cadauer ad locum affertur Capitularem, super lugubrem pannum deponitur, & cooperitur, donec factum diuinumque officium foret completum. Iuxta corpus manet Nonitius quidam frater Petrus à Belliolo, defuncti nepos, 13. annos natus. Nola vero consecrationis corporis Christi præambula sonante, puer in hac voces erupit. O domine Ladhemi, mi auuncule, placeat Deo, & Virgini matri animam tuam recipere. O auuncule, quanto mærore propter mortem tuam conficior! Quibus dictis, en tibi res stupenda nimis. Mortuus quippe, ceu à grauiore somno excitus. Gaude, inquit, mi nepos, non sum mortuus. His auditis puer, & metu occupatus, & gaudio ebrius, properat ad chorum, & magna voce clamat. Non est mortuus auunculus meus, mihi iam nunc locutus est. Religiosi quasi amentes, & profus attoniti, ad præfatum Capitularem locum dicto citius aduolant, & prædictum Ladhemium offendunt, honestè panno contextum, flexis genibus orantem Deum: quem illo ipso schemate Chorum adducunt, retulitque iis se Tungris venisse, ibique accepto ad vsum Breuiario, & veste pastoris (qui Magister & Dominus Ioannes Nazareus dictus est) sacrum fecisse ad altare B. Virginis; in cuius rei testificationem, se ibidem funem, quo strangulatus fuerat, reliquisse.

*Ladhemius,
Abbas Cisonij
crudeliter
strangulatus,
redit ad vitam
ope Deip.*

Quod superest, nescisse an id spiritu tantum, aut in spiritu, & corpore simul id contigerit. Qui autem aderant iam insolita narratione stupefacti, diligenter in rem totam Tungris inquirunt. Omnia reperiuntur veritati consona. Latrones comprehensi, conuicti, & commerito supplicio affecti. Dominus Ladhemius, designato loco (castellum vocat) accepta benedictione, factus est Abbas Cisonij. Prouinciam illam ad annos vnum & triginta cum laude administravit. Enolutis à benedictione diebus duodecim, venit pari numero Religiosorum comitatus, nudis pedibus, omni cum humilitate gratias acturus beatissima Virgini. Tungris ad triduum demoratus, prædicari

dicari fecit hoc miraculum, & populum alloquens: Ego inquit, is ipse sum, cui tantam gratiam beatissima Virgo contulit.

Eodem anno, Panormi in Sicilia martyrium accidit sancti Angeli presbyteri, Ordinis Carmelitarum, qui ab hæreticis ob defensionem catholicæ fidei trucidatus est. Habuit parentes, hebraicæ superstitioni innutritos, Hierosolymis ex stirpe Dauidica superstites. Nomen patri Iesse, matri, Maria. Hi frequentius Patriarcham Hierosolymitanum Nicodemum conuenientes, nonnihil mysteriorum fidei christianæ eo docente perceperant. Quæcûm seridè contemplarentur, in animum induxerant cilicium induere, solemniaque ieiunij ac orationis assumere, neque è terra à precibus exurgere donec eis Deus revelaret, num certa essent, quæ Nicodemus de Messia assereret. Neque multum temporis intercessit, cum diua Virgo Maria, cœtu Angelorum stipata vtrique apparuit, quænam esset reuelauit, Deique matrem se dixit, atque ea quæ Nicodemus de Christo Messia eis renunciauerat, vera esse asseruauit. Monuit porro, vt in Ecclesiam properarent, sacro baptismate se initiari paterentur, arcanis fidei christianæ fidem adhiberent: & in præmium illius gemellam prolem masculam, alterum Ioannem, futurum Patriarcham, alterum Angelum pro Christo martyrem expectarent. Templum ingressi, sacroque baptismate abluti, cum sacris operaretur Nicodemus, & diuinam hostiam super calicem eleuaret, viderunt ambo Christum ea ætate perfectæ qua in cruce affixus pependit, visibiliter apparentem.

Annus Christi 1221.

ANno 1221. cum nocte quadam S. Franciscus oraret pro peccatoribus, apparuit ei circà mensem Octobris Angelus Domini, iniungens quod ad Ecclesiam pergeret, siquidem Christus eum cum Virgine matre, ac multitudine Angelorum illic expectabat. Quo cum peruenisset, Christum cum Matre à dextris stâte, contuitus, cum timore & reuerentia pronus in faciem proruit. Quem sic prostratum Christus ita est allocutus. Plurimum Franciscus cum tuis sollicitus es pro animarum salute. Itaque conceditur tibi postulare aliquid à me pro communi animarum consolatione & salute, ac mei nominis honore, quia datus es in salutem gentium, atque Ecclesiæ meæ reparationem. Ipse verò tantæ contemplatione maiestatis aliquantisper raptus, ubi ad se rediit, orabat dicens: Sanctissime Pater noster, supplico ego miser peccator, quatenus gratiam hanc humano generi impertiri digneris, vt omnes & singuli ad istum locum venientes, atque Ecclesiam introeuntes, peccatorum omnium quorum confessionem sacerdoti fecerint, veniam & indulgentiam vniuersaliter obtineant. Supplico item beatæ Virgini Matri tuæ humani generis aduocatæ, vt pro huius meæ petitionis impetratione apud tuam piissimam maiestatem intercedere dignetur. Porro ipsa Regina cælorum precibus famuli sui Francisci inclinata, cœpit illico supplicare filio suo in hunc modum. Altissime Deus, omnipotens, intercedo ego apud deitatem tuam, atque humiliter rogo, vt precibus huius pauperis Francisci, annuere digneris. Subintulit statim Christus Dominus, Grande

E e

SÆC. XII.

Vide Vitæ Patrum Occidentis, quas nuper edidimus.

Iesse & Maria Iudæis apparet B. Virgo, eisque geminam prolem promittit.

Vvaddingus tomo 3. Ann. Minorum ad annum 1221.

Deipara intercessione S. Francisci impetrat Indulgentiam plenariam.

SÆC. XII.

fatis est frater Franciscus, quod postulasti, verum maiora impetrabis. Ac ego quidem petitionem tuam admitto, sed volo adeas Vicarium meum, qui ligandi & soluendi potestatem habet in cælo & in terra, ac ex parte mea hanc indulgentiam ab eo postules. At vero socij beati patris in suis cellulis excubantes omnia hæc audiebant, ac immensum lumen in Ecclesia, necnon Angelorum turmas contuebantur, sed timore correpti, nec foras egredi, nec Ecclesiam ingredi audebant.

Thomas
Maluenda
Annal. Ordinis
Prædic.
tomo 1. ad
annum 1221.
S. Brigitta in
Reuelat.

S. Dominicus
moribundus
Deiparam ro-
gat pro Ordine,
& fratribus.

Migravit in cælum ipso anno S. Dominicus Ordinis Prædicatorum Institutiorum. Quid autem iam moriturus, sanctissimam Dei matrem pro Ordine suo rogauerit: & quid illi concessum ab eadem Deipara fuerit, ex reuelationibus S. Brigittæ, opportunè hoc loco inferamus. Diuina enim Virgo Brigitta lib. 3. suarum reuelationum c. 17. inducit Dei genitricem ita sibi de S. Dominico reuelantem, atque dicentem: Cumque instaret tempus resolutionis eius, quod filius meus ei in spiritu ostendit, iuit ad me Matrem eius cum lachrymis dicens. O Regina cæli, quam ipse Deus prælegit sibi in coniunctionem Deitatis, & humanitatis; Tu es illa singularis Virgo, & singulariter dignissima Mater. Tu es illa potentissima, de qua potestas prodiit, audi me rogantem te: quia enim scio te potentissimam, idè præsumo de te. Suscipe Fratres meos, quos educaui, & foui sub stricto Scapulari meo, & defende eos sub lato mantello tuo. Rege eos, & refoue, ne hostis antiquus præualeat eis: & ne dissipet vineam nouellam quam plantaui dextera filij tui. Quid vero Domina mea aliud noto per Scapulare strictum, quod palliolum vnum habet ante pectus, & aliud retro, nisi duplicem considerationem quam ad Fratres meos habui? Sollicitabar quippè nocte & die pro eis, quomodo in rationabili, & laudabili seruirent Deo temperantia. Orabam etiam pro eis, ne quid de mundo concupiscerent, quod vel Deum offenderet, aut famam humilitatis, & pietatis apud proximum denigraret. Nunc igitur, quia tempus remunerationis meæ instat, assigno tibi membra mea, doce eos ergò sicut filios, & porta eos sicut mater. Cum iis verbis & aliis, vocatus est Dominicus in gloriam Dei. Cui ego per similitudinem loquendo respondi taliter. O Dominice amice dilecte, quia dilexisti me plusquam te, ego sub lato mantello meo defendam, & regam filios tuos: necnon & omnes qui in Regula tua perseverant, saluabuntur. Mantellus verò meus latus, misericordia mea est, quam nulli fideliter petenti denego, sed omnes qui quærunt, sub misericordiam meam sinu protegentur.

Cælius Me-
nologium
Cisterc. 3.
Octobr.
B. Godefridus
Ord. Cisterc.
sæpè vidit Dei
param.

Ipso tempore erat adhuc in viuis B. Godefridus Ordinis Cisterciensis, qui non semel gloriosæ Angelorum Reginae iucunda præsentia perfrui meruit. Añis tamen omissis, vnum referam quod habetur in libro de Gestis virorum illustrium Villariensium in hunc modum. Cum in Annunciatione B. Virginis, nocturnas vigilias solemniter decantaret, & maximè in coastatium sibi Fratrum concentu condelectaretur, vidit beatam Virginem matrem, eorum circumeuntem. Fratres confortantem, & ex eadem parte chori qua intrauerat exeuntem. Quantam qui hoc viderit cordis senserit tranquillitatem & in spiritu suauitate, non est homo cuius lingua condignè possit enarrare. Subsecutus itaque de eorum exeuntem, à pia Iesu matre amicabile responsum accepit: Reuertere ad fratres tuos, nec sequaris amplius me, quia ci-
cò

ed ex toto me sequeris, recepturus tui laboris præmium.

Istud Romæ contigit quod sequitur. Erat ibi formosa & magni nominis prostituta, cui Catharinæ fuit nomen cognomento Pulchræ, ad quam propter elegantiam morum & formæ, & exquisitum corporis cultum frequens iuventus confluebat. Hæc licet corruptis moribus quamplurimos corrumpere, diuum tamen Dominicum concionantem libens audiebat, & orationem sanctissimi Rosarij ab eo edocta, frequentissimè in Ecclesiam veniens recitabat. Die quadam per urbem circumeunti, iuuenis quidam venustus obuiam factus; eequid circumiret, & num domum non haberet, inquisiuit. Respondit illa quod ex re erat, & ad domum primò, deindè ad congressum inuitauit. Cum cœnam apposuisset, mirum visu, omnia quæ iuuenis tangebatur, sanguis inficiebat. Stupuit illa, & quid rei esset interrogauit. Ibi ille. An inquit, ignoras Catharina, non debere verum Christianum, quicquã comedere, aut bibere, quod non sit Christi sanguine tinctũ? Tunc meretrix, Puto te, ait quempiam esse venerabilem virum. Cui ille. Qui sim non ignorabis, vbi cubiculum intrauerimus. Intrauerunt ambo, prior illa lectum insiliit, atque iuuenem inuitauit. Tunc ille repente in alium mutatus, confossum quinque vulneribus, & flagris laceratum corpus, caput verò corona spinea oneratum, brachia autem cruce oppressa ostendit, atque Catharinam exterritam compellauit. Adhibe dicens, tandem ô infœlix tuæ lasciniæ modum, & finem facito insaniendi. Aspice me, & vide, quam dira pro te supplicia sim passus. Interim hæc dicens tanquam sol resplenduit, & ex quinque vulneribus, emisso fulgore hæc ait: Desine ô Catharina, desine iam insanire; & quæ vidisti, mente reconde, atque tandem ad meliorem mentem redi. Hæc audiens & aspiciens illa, libidinati desit, & castitatis proposito assumpto, ad tantam perfectionem euasit, vt aliquando Diua Deiparæ, vna cum S. Catharina martyre ei apparuerit, & modum pœnitentiæ præscripserit. Cum autem hæc miraretur Dominicus, quod tam proiecta paulo ante meretrix, ad tantum sanctitatis gradum & excellentiam peruenisset, Diua Virgo se illi obiiciens: An ignoras, inquit, fili mi, me Aduocatam peccatorum esse? An verò non consideras, meum dulcem natum, omnibus sincerè pœnitentibus ad mea vota indulgere? Ista tibi satis esto ad exemplum: ne quis peccatorum vnquam desperet: si modo meo patrocinio sese commiserit, atque piam hanc orationem, non labijs tantum, sed imitatione & opere expresserit. Insinuabat sanctissimum Rosarium, cuius magnæ vires, vel ab hoc vno vnico indicio, quod narrabo.

In regno Aragoniæ fuit quædam puella, nobilitate generis atque formæ præstantia, cui nomen Alexandra. Eam in sodalitatem sanctissimi Rosarij præscriptam, contigit sæpe sæpius propter cœqualium puellarum conuersationem, & corporis cultum plus nimium orandi præscriptam formam intermittere. Duos riuales habebat, qui eam deperibant: & cum potiri non possent, in singulari certamine sese occiderant. Aliquis consanguineorum alterius adolescentis, ægrefereus, propter vultum puellæ, interemptum esse illum, noctu Alexandram inuasit, & confiteri postulanti ceruices præciderat, atque caput recisum in propinquum puteum deiecerat. Quinque menses abierant, cum D. Dominicus à sanctissima Deipara admonitus pu-

SAEC. XII.
Bzouius to-
mo 13. Anna-
lum.

*Catharina
pœnitenti ap-
paret B. Virgo,
eique pœniten-
tiæ modum
pœscribit.*

Bzou. vbi su-

SÆG. XII.

*Alexandra
mortua in-
confessa, pre-
cibus Deipa-
ra redit ad
vitam, &
conficitur.*

teum accessit, Alexandramque vocavit. Miranda res secuta est. Puellæ ca-
put multis, qui ad spectaculum conuenerant, præsentibus, vitæ restitutum,
ab imo puteo sursum ascendit, ad eò recens habens vulnus, ac si ea-
dem hora recisum esset, & oculis in beatum Dominicum intentis, ait: cupio
pater mea delicta confiteri. Facta non solum eiusce rei, sed sacræ etiam Eu-
charistiæ compos, mira admiranda renunciauit, biduo superuixit: quinto-
decimo die diuo Dominico apparens in claritatem stellæ sese efformatam
obiecit, & legatione se eorum qui expurgatoriis cruciantur pœnis fungi
dixit, vt moneret superstites, qui in hanc Sodalitatem nomina inscriberent:
cum & Angeli mirum in modum recrearentur, & Regina cœlorum Maria
vehementius exultaret, à tam pio orationis instituto.

Quod ad Prædicatorum Ordinem attinet, crescebat ille numero viro-
rum, sanctitate, ac fama illustris. Istud autem cum cerneret hostis antiquus,
atque satis intelligeret, quantum Ecclesia lucrum, ipse verò iacturam fa-
cturus esset, ad suas conuersus artes, labefactare, atque diruere, toris viri-
bus surgens ædificium, conatus est, Bononiæ præsertim, & Parisiis, quibus
in locis variè quidem & grauius ab eo vexati sunt Cœnobitæ; dum alios
terrere ignea forma supra caput ardescere, aliis flammiferos dracones
obiiceret, aut asinos terribiliter cornibus armatos: alios aliis diris vexaret
imaginibus, nec sineret quiescere vniuersos, ad eò vt necesse fuerit noctur-
nas adhibere per vices quiescentibus excubias. Istud cum longe lateque
grassaretur, patres diuam Deiparentem sibi implorandam esse censuerunt,
eamque publica processione, & antiphona *Salue Regina* salutandam con-
stituerunt. Factum, ludificationes cessauere, & obsessi à dæmone (nam ali-
quos inuaserat) liberi euasere. Dum autem *Salue Regina* à Fratribus Prædi-
catoribus sapius concineretur, conspexere, quibus hoc datum est, cœlo de-
lapsam Angelorum Dominam vultu admodum placido adstitisse canenti-
bus, & ad illa verba, *O dulcis Maria*, leniter caput submisisse quemadmo-
dum illi solent, qui aliquem salutare consueuerunt: recedentibus vnà illis
de loco, in cœlum remigasse.

*Fratres Præ-
dic. à torricu-
lamentiis &
spectris Dia-
boli liberat B.
Virgo.*

Annus Christi 1222.

*Leander Al-
bertus de vi-
tis illustr.
Ord. Prædic.*

DEfuncto diuo Dominico, beatus Iordanes secundus post eum Ordinis
Generalis creatus est, anno Domini 1222. Hic miro quodam cordis
affectu beatissimam Mariam cœli Reginam velut optimam Ordinis Præ-
dicatorum patronam, colebat, quam fuerat expertus ipsam sui curam susce-
pisse. Aliquando cautè obseruatus in templo ante aram Virginis à Berthol-
do orans, sed oscitatione proditus, atque accitus à sancto viro, & interro-
gatus quid quæreret, & à Bertholdo responsum, nihil aliud, nisi vt orandi
modum ab ipso ad beatissimam Virginem specularetur, Magister vero præ-
cibus eius ductus, voti compotem reddere cupiens: Sic fili, inquit, ante mi-
sericordiæ patentem preces porrigo. In hoc Mariæ nomine, quinque con-
tinentur elementa, cui psalmum singulo vel canticum adiungo: ex quo
quinque conficio orationes, cum salutatione Angelica, hoc modo. Præmit-
10

to hymnum *Aue maris stella*: Pro primo elemento, quod est, *M*, Magnificat, &c. pro secundo *A*, Ad te leuavi oculos meos, &c. *R*. pro Retribue, & *7*. In conuertendo, & Ad te leuavi, pro ultimo *A*, addita genuflexione pro quolibet Psalmo. Et narrauit exemplum, vt coniici posset, quam vtile sit ipsam beatissimam matrem laudare. Frater quidam ante lectum suum stans orabat, & vidit beatissimam Virginem quibusdam comitatam puellis per dormitorium euntem, & fratres, ac eorum aspergentem cubicula, vna puellarum aquam benedictam deferente. Verùm dum sic procederet, pertransiit ante fratris cuiusdam cubiculum, quod non asperxit. At qui hoc viderat, prouolutus ad pedes sanctissimæ matris eam suppliciter rogabat, vt quænam esset, diceret, & cur ab asperzione illius cubiculi abstineret. Cui illa, Sum, inquit, Dei mater, & veni hos visitare fratres. Illum non asperxi, quia non est paratus. Igitur illi dicit, vt se præparet. Apprimè Ordinem istum tuum diligo, eò quòd omnia officia, quæ Deo per vos redduntur, à laudibus meis incipiuntur, in iisque terminantur. Quapropter obtinui à filio meo, vt nemo fratrum tuorum diu cum mortalis labe criminis in isto tuo ordine commorari possit, quin illum aut cito pœniteat, aut extra proiciatur, ne tam insignem fœdet ordinem.

In nocte Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi, dum pro more in matutinis nonam legeret lectionem, visum est cuidam fratri parumper obdormienti sistere super suggestum matrona ingens, corona capite ornato, insigni amicta pallio, in ipsum venerandum patrem intendens, & lecta lectione de manu ipsius librum accipiens. Quo accepto, ante ipsum per gradus cœpit maturè incedere hinc indè assistentibus cœlestis curiæ ciuibus: inter quos vnus aliquantulum caluus, præstantior cæteris præcedebat, scipionem tenens, veluti viam inter multitudinem præparans ante ipsam venerandam matronam. Frater qui hæc viderat, matronam illam Mariam cœli Reginam autumauit: illum cæteris præcedentem virum, vel diuum Apostolum Paulum, vel parentem Dominicum, qui ad extremum vitæ suæ aliquantulum caluus fuerat. Frater verò ad venerandum patrem Iordanem accedens, rem detulit quam viderat. Porro vir sanctus ad eius verba subridens, nihil prolocutus est.

Retulit aliquando pater Iordanes in Conuentu Fratrum quod Capitulum dicunt, vt puto à capitibus ibi in vnum coadunatis, de quodam fratre (licet patres de se loquentem ipsum putarent) qui in Cœnobio Parisiensi existens, in festo Purificationis beatæ Virginis Mariæ, dum in nocte ad Matutinas, Inuitatorium à patribus inciperetur. Ecce venit, &c. viderat sanctissimam matrem procedentem cum filio ad maiorem aram, quod altare maius vulgò dicitur: suprâ quam paratus thronus erat, quo resedit cum filio, in fratres dulciter ad aram pro more conuersos intuens. Cum verò ad *Gloria Patri, &c.* Fratres inclinarent; ipsa filij dextera apprehensa, eos cum toto choro signauit.

Nobilis quædam & elegantis formæ puella, à patre sub patru custodia relecta, dum ab eo turelam speraret, in corruptelam incidit. Porro vir improbus bis ipsam grauidam fecit, & eo suadente, misella abortum

SAEC. XII.
B. Iordani
exercitia pie-
tatis erga
Deiparam.

Videt Deiparam.

Privilegium
insigne Ordini
Prædicatorum
petræ Virgo.

Visio eius-
dam Fratris.

Deipara Fra-
tres in choro
benedicit.

Leander ubi
suprà.

SÆC. XII.

*Incestuosam
puellam qua
se gladio pe-
tenter sanat
q̄. à damna-
tione præsér-
uat B. Virgo.*

procutauit, & tertio, dum non audeat patruo resistere, prægnans facta est. Igitur misella in se reuersa, opus nefarium detestans, cum nulli facinus manifestare auderet, se ferro occidere annexa est. Porro gladium defixit in ventrem tam validè, vt ipsum profcinderet: non tamen mox vita, vt volebat, excessit. Diro gitor vulnere fauciata, à Dei misericordia visitatur. Cœpit crimen tam enorme miro cordis dolore detestari, & ad pietas matrem conuersa, lachrymis, supplicique voce orabat, vt solita benignitate sibi occurreret, ne saltem anima cum corpore periret. Mox benignissima misericordiae parens ei adstans, & corporis conferens sanitatem, iussit vt se totam Iordanis consiliis, qui paulo post venturus erat, subiiceret, id quod ipsa deuotissimè expleuit: quippe viro sancto suadente, Ordinem Cisterciensem ingressa est, atque vsque in finem in sancto proposito perseuerauit.

*Araneam de-
glutians des-
perata mu-
lier, à B. Vir-
gine sanatur.*

Mulier quædam pudicitiae suae nihil, vel parum consulens, sapius se prostituit: sed aliquando in se reuersa, diabolico suasu, cum multoties propositum abstinentiæ perfregisset, vt se veneno interimeret, deliberauerat. Igitur captata opportunitate, araneam ingentem deglutiuit. Morti itaque appropinquans (forte haud quaquam huiusmodi antehac fuerat experta dolorem) calamitatem vtramque, videlicet animæ corporisque quantocyus probandam mente agitans, cæli Reginam supplicibus lamentis, supplicibusque lachrymis rogabat, ne se in tanta calamitate desereret, sed potius opem sibi ferret. At Regina cæli Maria virgo, miserorum dulce refrigerium, tutamen & portus naufragantium, voces misellæ exaudiuit: & eccè vocem illa audiuit dicentem. Ad Iordanem Ordinis Prædicatorum Generalem Magistrum in proximo venturum propera, ipsumque interpella, illique dicit, te à me missam, & crimina abs te commissa, coram eo fatere, & salua eris. Properè igitur iussa perficiens, fortè vtroque dolore impulsæ, sanctumque vitum adiens, probra confessa est, nec exinde dimota est, donec eum criminum vomitu, simul & araneam & venenum euomit, Deo genitricique sanctæ eius gratias agens, pristinae sanitati reddita est.

*Bareleta in
quodam
Sermon de S.
Domin.*

Circa hoc tempus, erant duo iuuenes, qui dixerunt Ordinem Prædicatorum intrare tali pacto, quod quando vnus vellent exire, alius sequeretur. Cum ergo intrassent, vnus illorum cœpit esse deuotus B. Virgini, alius vero non, & quod stare non posset, socio intimauit. Cui respondit. Primò licentiam accipiamus à matre Dei, & nos ei commendemus. Iuerunt ante altare Virginis, & hic orabat ipsam cum summa deuotione, vt cor fratris sui conuerteret. Alter qui eum expectabat, vidit quandam pulcherrimam Virginem, lachrymas colligentem fratris orantis in panno suo & ostendentem eas filio suo in cruce existenti, & dicebat: Fili, peribunt ne lachrymæ istæ? Tunc ille qui expectabat compunctus corde, proiecit se statim ad pedes eius cum lachrymis, & petiit veniam, narrans illud quod viderat. Frater autem deuotus B. Virgini gratias agebat Deo & Virgini de tanta tamque magna visione, & fratris imitatione.

*Humbertus
lib. 1. de vi-
tis Fratrum
c. 6. §. 4.*

Quam vero Ordo Prædicatorum fuerit Deiparæ charus, ex sequentibus intelligi poterit. In Lombardia fœmina quædam solitariam vitam gerens admodum Dominæ nostræ deuota, quæ audiens nouum Ordinem Prædicatorum

dicatorum surrexisse, toto affectu desiderabat aliquos de illis videre. Contigit autem fratrem Paulum cum socio, per partes illas prædicando transire. Cumque diuertisset ad illam; quæsiuit qui, vel cuius Ordinis essent. Et cum dicerent se de Ordine Prædicatorum esse, considerans eos iuvenes, & pulchros, & in honesto habitu, despexit eos, existimans, quod tales per mundum discurrentes, non possent diu viuere continenter. Sequenti igitur nocte visa est sibi aditare beata Virgo turbata facie, dicens: Ab heri me grauius offendisti, an non credis, quod ego seruos meos valeam custodire iuvenes, & per mundum pro salute animarum discurrentes? Vt autem scias me ipsos in specialem suscepisse tutelam, ecce ostendo quos heri contempsisti. Et eleuans pallium, ostendit ei multitudinem Fratrum magnam, & inter eos, illos quos despexerat ante. Vnde dicta Reclusa compuncta, extunc Fratres dilexit ex corde, & hoc per ordinem enarrauit. Ab hac autem die tanta extitit Fratrum omnium erga Virginem Matrem deuotio, & reuerentia, tantum eius laudandæ & colendæ studium, tam sedulæ ac feruentes ad eam preces, tam iagens amor, tanta eius patrociniæ fiducia, tam auida & insatiabilis eius contemplatio, vt sermone non possit explicari. Proinde habebant in cellulis imagines Virginis filium gestantis in vlnis, itemque Saluatoris à Cruce pendentis, quarum intuitu memoria dormitans excitaretur, sensusque exteriores in vanas res propensis, spiritali robore confirmarentur.

Consimilem præcedenti, aliam narrationem habet Cantipratanus, remque gestam in Saxonia, & initio Ordinis contigisse memorat in hæc verba. Similiter cum quædam in Saxonia, vt nobis frater Vualterus de Theucris Ordinis Prædicat. retulit, sanctissimæ opinionis Reclusa, Prædicatorum nomine excitata, videre Fratres in principio Ordinis vehementer affectasset, & tandem duos iuvenes Fratres data occasione vidisset, attonita mentis acie, dixit ad Dominum. Quid est Domine, quod prædicatio verbi tui per tam infantulos, & imperitos homines vsurpatur? Cui mox ad hæc verba, beata Christi Mater apparens, reuelato pallio, vt prius dictum est; ei Fratres Ordinis ostendit, dicens: Ne despicias quoscumque tales, ego sum, quæ rego eos, & protego, & eorum pedes dirigo in viam pacis.

Ipsis temporibus florebat, & scribebat, Cæsarius Heisterbacensis, qui in Dialogis suis mentionem facit de Imagine miraculosa B. Mariæ Montispessulani, quam hæretici detestabiles cum Ecclesia confregerunt. Hæc tantoperè celebris erat ob multitudinem miraculorum, curationūque, quod cum vocarentur Medici ad visendos ægrotos, nolebant ire, sed dicebant: Eant ad diuam Virginem Montispessulani. Hoc autem non dicebant ob deuotionem & reuerentiam B. Virginis, sed ex ira, quodamque contemptu, putantes quod lucrum eorum auferret. Fuit autem prædicta ciuitas ab antiquis temporibus, Prædium clientale B. Virginis, habebatque in scuto gentilicio imaginem ipsius, quam tamen amouerunt hæretici quando ciuitas in eorum potestatem deuenit. Sed nouissimè, restituta fuit per Reuerend. Episcopum Fenouillet, Consules, vniuersumque populum, mutataque insignia omnia ciuitatis & in iis depicta imago B. Virginis, repositaque sunt etiam huiusmodi insignia, in templo Hæreticorum.

SAEC. XII.
Theodor. de
Apold. lib. 6.
c. 6.

S. Antoninus
3. p. Histor.
ti. 23. c. 3. §. 1.
Thom. Maluenda in
Annal. Prædic.
tomo 1.
ad annum
1222.

Ordinem
Prædicato-
rum commē-
das B. Virgo.

Fratrum
Prædicat. in
initio Ordinis
ingens erga
Deiparam
amor.

Cantiprat. in
lib. 2. Apum
c. 10. §. 17.

Nota singu-
larem De-
iparam amorem
erga Fratres
Prædic.

lib. 7. c. 2.

Imago beatae
Virg. Montis-
pessul. mira-
culosa.

Montispessu-
lani ciuitas
prædium cliē-
tale B. Virgi-
nis.

SAEC. XII.

Annus Christi 1223.

Bzou. ex
Chronico
Ord. S. Ma-
riae Re-
dempt. cap-
tiu.

Iacobo Arago-
nia Regi ap-
pauit B. Vir-
go.

Petrum No-
lascum monet
B. Virgo, vt
nouum Ord-
inem de mer-
cede redempt.
captiuorum
funderet.

ARagonia in regno anno 1223. initia iactata sunt Ordinis S. Mariae Deiparentis, pro redemptione captiuorum. Maurorum gens, christiano nomini infesta, Hispanias infestabat; & quos Christianorum trucidare non poterat, in captiuitatem adducebat. Contra hos Iacobus cognomento debellator, Rex Aragoniae, non minore ardore, quam fortitudine depugnabat, vt Saracenorum perfidiam reprimeret, & miserè detentos, ex manibus eorum liberaret. Non infelici Marte, praelia suscepit, ac gessit. Nam pleraque regna, è manibus Maurorum eripuit, inque eis duo milia basilicarum partim instruxit, partim instaurauit, vt ibi vexillum crucis exaltaretur, vbi ab impijs fuerat conculcatum. In eam curam cum Iacobus incumberet, atque Nehemiae exemplo, altera manu muros Hierusalem diuiniore construeret, altera verò ensẽ & gladium vibrans populum christianum ab improba seruitute vindicaret, semel in oratione defixum, circumfulsit splendor, quasi solis in medio die, inque ipso lumine Mater sacratissima illi apparuit, à qua audire promeruit, quanti apud Deum aestimabatur religionis zelus, qui in eo splendebat, cum non solum Saracenos & infideles debellaret, verum etiam captiuos christianos, crudeliter à Mauris deuictos liberaret. Dixit hæc Regina Angelorum, eumque subindè admonuit, vt Religionem titulo Deiparae Virginis de Mercede redemptionis captiuorum institueret, cuius præcipuum munus esset, pretia in redemptionem captiuorum vndequaque conquirere, inque eam solam Christianorum eliberationem erogare. Audiuit hæc Iacobus, & lachrymis à suauitate dulcedinis perfusus, se cum primis fundatorem & protectorem Religionis fore, ad miseros captiuos redimendos, promisit. Eadem reuelatio facta est hoc ipso anno, Petro Nolasco, primo postea huius instituti Generali Magistro. Nam cum ille, in toto vitæ suæ decursu, in misericordiae operibus explendis tempus consumpsisset: etiam ipsi ardentissimè oranti sacratissima Virgo Deipara, caelesti splendore circumfusa, visibilem se obiecit: monuitque vt in liberationem captiuorum, omnia sua bona prorsus erogaret. Istud enim operis filio suo Seruatori nostro, longè gratissimum, & inestimabilis meriti esse, affirmavit. Adiunxit diua Virgo, vt ordinem nouum excitaret, ex cuius societate & familia fratres professi, in fide Christi, in charitate & dilectione Dei, & in spe aeternæ salutis, eius exemplo, filij sui ipsius Iesu Christi vestigijs inhærent: qui sicut humanum genus sacratissimo suo sanguine à diaboli potestate redemit, & à sinu Abrahæ, Patriarcharum, iustorumque inimis ibidem detentas, secum eduxit: sic pariter religiosi fratres noui Ordinis instituendi, fideles Christi captiuos, qui in potestate Saracenorum detinebantur liberarent, & redimerent. Ea visione perterritus Nolascus, cum Apostolici præcepti de spiritibus probandis probè meminisset, animo angebatur, ne fortè aliqua maligni illusio foret, cum extemplò Diua Virgo iterum comparuit, dixitque: Ego sum Deipara Virgo, & Redemptoris Iesu Christi mater. Robustus esto & fortis, nec vlla ratione dubites hanc esse diuinam reuelationem, diuina pro- uidentia & voluntate factam, vt sub meo nomine is instituatür Ordo, qui fideles

fideles Christianos à potestate Saracenorum eliberet. Ea assenatione diuæ Deiparentis, cum Nolascus in pietatis officio confirmatus fuisset, nihil aliud noctes diesque animo voluebat, quam vt piè monenti obsequeretur. Res ardua videbatur, neque sine arbitris, alicuius viri spiritualis aggredienda. Quamobrem cum in ea cogitatione versaretur, inquirebat, cui propositum cordis renunciaret, & à quo tum consilio, tum opera iuaretur. Opportunū aderat Barchinone, B. Frater Raymundus Pennia fortius, Ordinis dicatorum, magna cum sanctitatis laude professus. Huic quod Nolascus conscientia secreta, in sacro pœnitentiæ foro aperiret, virumque cum magni apud summum Pontificem, & apud Iacobum Regem esse nominis non ignotaret, existimauit, in primis diuæ Virginis apparitionem, deinde consilium nouæ Religionis instituendæ non ita pridem conceptum significare. Itaque ad eum magna cum alacritate profectus, rem quemadmodum aspererat, audierat, proposueratque reuelauit: cum etiam Raymundus, eandem sibi apparuisse, idemque studium sibi commendasse, retulisset.

Petri Nolasci persuasionibus excitatus Iacobus Rex, bellum contrà Mauros Valentiam occupantes suscepit, adeoque feliciter gessit, vt eos vrbe eiecerit, & Crucis Christi trophæum in ea erexerit, cum pugnantibus vtrisque species diui Georgij martyris in aère apparuisset. Mirandum tunc accidisse memoratur. Iuxta arcem oppidi Puchensis, septem stellas micantes, plerisque diebus à cœlo ad terram descendentes viderunt plurimi, super locum in quo alius terra effossa, imago diuæ Deiparentis reperta est, ingentium miraculorum operatrix: quæ tunc noui Ordinis fratribus, magna eorum consolatione, iuxta ac gloria, concessa, apud eosdem perseuerat. Is porro Nolascus vir sanctus, cum recens institutum Ordinem sanctè administrasset, & tum viris ad eum receptis illustribus, tum doctrina & precibus exornasset, sacris ecclesiæ sacramentis ex more christiano procuratus, in illis verbis psaltis; Redemptionem misit Dominus populo suo, spiritum exhalauit anno Domini 1249.

Quod ad templi ædificationem, & imaginem diuæ Deiparentis attinet, Bernardus Gomelius, affirmat, fuisse ex arce ab iis, qui noctu excubias agebant, conspecta multa lumina accensorum instar cereorum, quæ calitus in eam partem, quæ fuerat ad templum erigendum designata descendebant; ac sese in terram magno cum splendore immittebant. Quibus Duci & aliis custodibus patefactis, dum opera excauandis fundamentis nauaretur, sonitus valdè tinniens auditus est; atque eo vsque defossum, quoad contactis parietibus, templum vt apparebat, magnum, sed terra obrutum fuit inuentum. In quo dum profundius excauaretur, ligone as ictum personuit. Vnde rastro purgato loco, magnum quoddam tintinnabulum reiectum est: quo elato, reperta quoque subtrus marmorea quædam tabula latitudine duorum cubitorum, latitudine vero sesqui altero, in qua insculpta erat imago sacra Virginis Dei matris, vlnis filiolum gestantis. Qua tabula & tintinnabulo, aliisque annotatis vestigiis, pro comperto habitum est, fuisse olim Gothorum tempore constructum ibi templum in honorem sanctissimæ Virginis, eiusque diuinum cultum frequentatum, à religiosis Benedictinis, qui eo tempore floruerunt, postea verò Saracenorum in vniuersam Hispaniam ir-

S A T C. XII.

B. Raymundus
apparet B.
Virgo, & quid
inuenitur.

Imago Deiparæ
miraculose
inuenta.

Gomelius
lib. 10.
Inuenta imago
B. Virginis
miraculosa.

SÆC. XII.

ruptione, templum dirutum, atque à religiosis imaginem cum tintinnabulo in profundo templi relictam, delituisse quingentis & decem annis, vsque ad Iacobi Regis tempora, qui imaginem in nouo supra vetus erecto templo, ad altare maius reponendam curauit: vbi & miraculis claret, & magnavibus, totiusque Valentini regni ab omnibus reuerentia veneratur.

Annus Christi 1224.

Menol. Cisterc. 7.
Octobr.
*Ermesendis
visio circa
fundationem
Monasterij
Clarifontis.*

TVnc Monasterij Clarifontis Monialium Ordinis Cisterciensis fundatio miraculosa incepisse creditur. Ermesendis enim Comitissa, vxor Theobaldi Comitis Luxemburgensis, degens in castro suo de Bardenbourg, cum pomeridiano quodam tempore, captandæ alicuius honestæ recreationis ergo, egressa fuisset, & apud fontem Monti vicinum aliquamdiu conuiesceret, fortè fortuna, imò non fato, quàm omnipotentis Dei, numine sic disponente, accidit, vt sub quercum frondosam sedens, & in leniorem somnum resoluta, visionem mirabilem videre mereretur. Nam aspiciebat nobilis matrona in visu quietis suæ, & ecce mulier quædam mira pulchritudine, grauitate & maiestate conspicua, filiolum speciosum forma præ filiis hominum habens inter brachia, de vicinis collibus descendebat. Et cum iuxta fontem resedisset, ecce oves plurimæ ad eam confluebant, quibus ipsa singulis manus imponens, suauiterque blandiens & applaudens, se quasi matrem benignissimam erga omnes & singulas ostendebat. Et mirum erat videre ouiculas illas bini coloris specie præditas, albi scilicet & nigri. Nigredo quidem à collo per dorsi medium vsque ad extremitatem, & infra per totam ventris longitudinem sese extendebat, vbi sanè cætera corporis membra apparebant candidissima. Nec destitit visio, donec Domina Comitissa singula accuratè explorasset. Tum ad se reuersa, tacitè apud se perpendere cœpit, quid mysterij visio hæc prætereundè posset: neque enim dubitare valebat, quin Deus optimus maximus, diuinæ voluntatis suæ signum sibi aliquod manifestare per illam reuelationem disposuerit. Proficiscitur igitur ad Eremitam quendam, virum multum illuminatum, qui tunc temporis magnam sanctitatis opinionem apud omnes promeritus, cellam suam religiosam in proxima syluæ solitudine statuerat. Agit cum eo familiariter Ermesendis, colloquuntur inter se de visione, perpendicularim euncta discutunt. Tandem post longas effusas ad Deum preces, inquit Anachoreta: Domina mea, visio tua est certissima & vera, ac per eam omnipotens Deus tibi significare decreuit, rem Maiestati suæ fore acceptissimam, si in eodem loco, proprio hæreditatis tuæ fundo, vbi visionem tuam habere meruisti, Monasterium Ordinis Cisterciensis ædificare iubeas, vbi chorus Virginum perpetuè Dei consecratur seruitio, & id quidem sub instituto & habitu sanctissimi Bernardi, cum nimirum ouicula lanam gerentes partim albâ, partim nigram, similes in habitu Sanctimonialium Ordinis eiusdem beatissimi Patris Bernardi perfectissime repræsentariat, sicut & matrona illa gloriosissima, non alia proculdubio quàm sanctissima Dei mater erat, quæ nimia Ordinem illum, quasi proprias oves, prosequitur beneuolentia & amore. Quod audiens Comitissa Domum de Claro fonte magnis sumptibus excitauit.

Nec

Nec prætereundum memorabile illud de pictura antiqua visionem hanc repræsentante, & quæ temporum & bellorum iniuria ante paucos annos deleta est, eratque in pariete dextro chori Sacerdotum pulchrè expressa. In ea enim imago Deiparentis conspiciebatur cum oiculis suis, tanta gratia & prærogatiua prædita, quod si quæ personæ sortilegæ, & à diabolis siue obsessæ, siue possessæ eidem picturæ appropinquarent, subito cessabat ab eis molestia, siue vexatio cacodæmonum, nullo modo præsentiam siue virtutem Virginis matris sustinere valentium.

Ipsò tempore & anno 1224. beata Virgo apparuit cuidam Franciscano sanctitate eximio, viditque eam lumine præfulgentem benedicentem iis omnibus qui ad templum sanctæ Mariæ Angelorum conuenerant, indulgentiæ consequendæ causa. Visa est etiam à multis Franciscanis, quin etiam à sæcularibus peregrinis ingredi in templum cum fratribus, interesseque ordinariæ supplicationi, comitantibus eam Angelicis choris, qui Deo laules canebant.

Ducta ad hoc templum die Indulgentiæ assignato, mulier energumena ilico à dæmone deseritur Deiparæ precibus. Vnicum illud superesse medium mulierem liberandi, ipsemet dæmon ab Exorcista adiuratus, vt ediceret quid tandem agendum ad eum expellendum, disertè affirmarat.

Sanctus Franciscus tunc temporis adhuc in viuis erat, & Moricum Cænobitam in Ordine Cruciferorum à Medicis desperatum, hoc modo curauit. Panis micæ accepit, & cum oleo sumpto de lampade quæ coram altari beatissimæ Virginis Mariæ ardebat commiscens, quasi quoddam electuarium per manum fratrum ad infirmum transmisit, quo sumpto, statim sanus factus est, & Ordinem S. Francisci ingressus est, meruitque inter primos S. Francisci discipulos recenseri.

Idem Franciscus post mortem, à muliere in partu inuocatus, præcepit ei vt beatissimam Virginem Mariam imploraret. Res ita habet ex Bonauentura. Mulier quædam ex partibus Aretinis, cum partus dolores iam per septem dies sustineret, & iam in nigredinem versa, desperata esset ab omnibus, votum fecit S. Francisco, & eius cœpit moriens auxilium implorare. Emisso autem voto celeriter obdormiuit. Viditque in somnis sanctum Franciscum se dulciter alloquentem, ac perentem, an eum nosceret, & an Antiphonam *Salve Regina* sciret. Qua respondente se vtrumque nosse: Incipe, ait Sanctus, Antiphonam sacram, & antequam compleas, paries cum salute. Ad hanc vocem euigilat, & statim inchoat *Salve Regina*. Cumque illos misericordes oculos precaretur, ac fructum commemoraret vteri virginæ: continuo cunctis libera à pressuris, puerum peperit speciosum, gratias agens Regi-næ misericordiæ, quæ per Francisci merita ipsius fuerat dignata misereri.

Annus Christi 1225.

Eodem tempore sanctus Engelbertus Colonienfis Archiepiscopus, pro defensione iustitiæ, & libertate Ecclesiastica, gloriosa morte occubuit. Ipse (vt scribit Cæsarius) beatissimam Virginem Mariam intantum dilexit, vt per annos aliquot, omnes quartas ferias, in eius honore ieiunaret: &

SÆC. XII.

*Dæmoni pi-
tam Deipa-
ra imaginem
ferre non pos-
sunt.*

*Balinghem
in Cal. B.
Mar. 2. Aug.
Supplicatione
Periuncula,
seu Indulg.
S. Maria An-
gelorum inter
est B. Virgo.
Energumena
in templo S.
Maria Ange-
lorum sanc-
tur.*

*Mulier in par-
tu laborans,
& recitans
Antiphonam
Salve Regi-
na, feliciter
parit.*

*Cæsarius
lib. 1. Vitæ
eius.
S. Engelbertus
quom deuo-
tus fuerit B.
Virgini.*

SÆC. XII.

duabus vicibus postquam factus est Episcopus, limina eius in Rupe amatoris visitaret. Vnde dubium non est, quin ei impetrauerit gratiam tolerandi martyrium. Et hæc quidem in Germania acta sunt.

Annus Christi 1226.

Bzou. tome
13. Annal. ad
ann. 1213.

*Ludouicus
Francorum
Rex precibus
Deipara mun-
do impetra-
tus.*

Bzou. ad an-
num 1226.
*Sarisberien-
sem Comitem
ab immani
& impetate in
columen præ-
seruat B. Vir-
go.*

*S. Franciscus
ad Deiparam
Oratio.
Canisius de
Virg. Deip.
lib. 5. c. 37.*

IN Gallia verò, anno Domini 1226. S. Ludouicus, annum duodecimum ætatis habens, successit patri in Regnum, atque Rhemis ab Episcopo Sueffionensi solemniter inunctus est. Eius mater Blanca Franciæ Regina, prolem mirè ambiebat, eiusque defectu summopere angebatur. Sed Reginam nihili existimans, nisi etiam Regis mater diceretur: consuluit S. Dominicum. Is vt singularem ergà diuam Virginem affectum indueret, eiusque Rosarium euolueret suavit. Cessit illa consilio, & ecce puellum parit, illum quem cum dignitas, tum vero sanctitas in Rege propè incredibilis ad nos transmiserit, Ludouicum vt pote, quem non tam Blanca mater, quam Maria Virgo parturiuit: cum hæc, vt illa pareret, dedit.

Per id etiam temporis, quando Sarisberienfi Ecclesiæ in Anglia præerat Richardus Episcopus, Comes Sarisberienfis obiit, de quo memoria quædam digna feruntur. Transmissurus aliquando in Angliam, in immanem tempestatem, quæ omnem nauigantibus spem præciderat, incidit. Eo verò tempore repente in summo malo, visus est ardens cereus, cui iuxta adstabat miri decoris puella, quæ illius nauim à pluuia & ventis obrui non patiebatur. Quod spectaculum cum omnium oculis obiiceretur, in bonam illos spem salutis erexit, quæ nec eos fefellit. Occultum verò cerei illius mysterium solus Guillelmus cognouerat. Is enim quo primum die, militari zona & dignitate ornabatur, cereum quandam curauit ad Missam accendi, quæ in honorem Diuæ Mariæ Virginis celebrabatur, deditque redditus ad illud lumen quotidie eo tempore perpetuandum. Neque ita diu post reditum superuixit. Cumque lecto affigeretur, Sarisberiensem Episcopum accersuit, vt sacra Eucharistia exitum suum præmuniret. Qui cum cubiculum ingrediebatur, è lecto Comes profiliuit, colloque laqueo inserto, obuiam Episcopo progressus, & in terram prostratus, multo cum gemitu & profusis lachrymis misericordiam diuinam implorauit, nec prius se loco mouit, quam pectus sacra exomolegesi purgasset, & sancta mysteria percepisset. In funere verò, ad veterem Sarisberiam, à Castro mille passibus distantem, cum Cruce, & thuribulo, & cereis elarus, istud quasi præfagium salutis animæ promeruit, quod nec pluuia demissione, nec ventorum vlla violentia, ce-reorum lumen fuerit extinctum.

Hoc ipso tempore, & anno migravit in cælum sanctus Franciscus Ordinis Minorum institutor, de quo iam supra egimus, qui Deiparam Virginem ineffabili complectebatur amore. In ipsa (inquit S. Bonauent. in Vita ipsius e. 9.) post Christum præcipuè fidens, eam sui, ac suorum aduocatam constituit, & ad honorem ipsius à festo Apostolorum Petri & Pauli vsque ad festum Assumptionis deuotissimè ieiunauit. Sed ipsum Franciscum mirificè de Deipara loquentem siuè precantem audiamus. Sancta Maria Virgo, inquit, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus: filia & ancilla alris-
sima

simi Regis patris cælestis; Mater sanctissima Domini nostri Iesu Christi, Sponsa Spiritus sancti: ora pro nobis cum sancto Michaële Archangelo, & omnibus virtutibus cælorum: & omnibus sanctis, tuum sanctissimum filium dilectissimum Dominum nostrum, & magistrum, Amen. Et rursus eandem Deiparam sic inuocat vir integerrimus. Sancta Dei genitrix dulcis & decora, Regem morti traditum Filium tuum dulcissimum Dominum nostrum Iesum Christum, pro nobis exora: vt ipse per suam piissimam misericordiam & clementiam, & virtutem sanctissimæ incarnationis, & mortis ipsius acerbissimæ, nobis indulgeat peccata nostra. Amen.

Ipso etiam anno migravit in cælum B. Conradus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Monachus quondam Ordinis Cisterciensis. Qui postmodum ab Honorio tertio summo Pontifice missus in Germaniam Legatus à latere, multa egit Ecclesiæ utilia. Cumque Ordinem Prædicatorum contra maleuolos defendisset, beata Virgo Maria angelicis circumstipata cohortibus eidem apparuit: & quod Ordinem sibi dilectum, & Fratres qui tot laboribus filij sui Domini nostri gloriam dilatate, & nomen Iesu inter barbaras nationes exaltare curabant, protegeret, congratulata est.

Tunc temporis obiit Ludouicus S. Ludouici Francorum Regis Parens. Huius mater Regina Elisabetha cum eum adhuc vtero gestaret, adiit Deiparam Carnutensem, vt ei fructum vteri sui commendaret. Cumque id faceret, instar Elisabethæ matris D. Ioannis, sensit foetum suum in ventre moueri, eodemque tempore in eadem Ecclesia, quatuor candelas, nullo accendente, at cælitus ignis corripuit. Vndè se exauditam certò est augurata.

Quo etiam tempore, in sede Apostolica residebat Honorius tertius, cuius scilicet tempore, puella quædam Hebræa, à cultu Deiparæ mirabiliter ad fidem Christianam, & ad virginitatis seruandæ propositum inducta est. Hæc Rachel vocata, Colonia quinquennis in domo Iudæorum parentum ad Christianos affici cœpit, & beatæ Mariæ nomen magna cum lætitia audire gestiebat, ideoque de mensa, panem latenter subreptum pueris mendicis, Mariæ nomen vsurpantibus erogabat. Deindè Louanium cum parentibus veniens, à quodam presbytero Raynerio fidei Christianæ articulos, clam edocta, tanta auiditate eos excipiebat, vt Raynerius, & pia quædam mulier, vix eius desiderio satisfacere possent. Quod vbi parentes audiissent, eam in prouinciam transhenanam mittere, & sponso educandam committere decreuerant. Id puella presbytero indicauit, adiecitque, si eam saluam vellet, vt eadem nocte ipsam raperet, & Christianam efficeret. Mansit ea nocte in domo parentum, oblita eorum quæ cum presbytero condixerat, cum dormienti sanctissima Deipara, in veste candida apparuit, virgamque splendidam illi porrigens præcepit: Surge Catharina, & iter arripe, grandis enim tibi restat via. Rachel virgam prehendere credens è lecto cecidit: & expergefata presbyterum adiuit: à quo ad Monasterium Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis, quod Pratum Dominicum dicebatur, dimidia leuca à Louanio distans adducta, baptizata, nomen Catharina à Dei matre sibi impositum, &

Henriquez in Fasciculo SS. Ord. Cisterc. B. Conrado Legato Apost. sedis B. Virgo congratulatur ob defensum Ordinem Prædicatorum. Brito lib. 12. Pœmatis. Elisabetha mater Ludouici, Patris S. Ludouici, factum suum B. Virgini Carnotensi commendat, & miraculosè exauditur. Menol. Cister. Henr. Grannus in Spec. Exepl. dist. 5. num. 62. Ioann. Dassinus in Chron. Cisterc. Bzon. vbi supra.

Rachel puellam Iudæam ad Christi fidem tradidit B. Virgo.

SÆC. XII.

habitum Monialium assumpsit. Egerunt parentes apud Leodiensem Episcopum, & Honorium summum Pontificem, vt ad duodecimum vsque annum in domo eorum educaretur. Cæterùm ipsa septennis coram Episcopo causam suam ita sapienter & constanter egit, vt aduersarios omnes confuderit: & ad Monasterium redierit. Submiserant parentes Iudæum quendam adolescentem, qui simulato fidei christianæ desiderio baptismum susceperat, petieratque vt cum ea quasi cognata de rebus fidei liceret differere. At illa fraudem subodorata, subdolum impostorem contempsit, neque aspice-re voluit: illud ad imaginem Deiparæ, cui adgeniculabatur sæpius prolocuta. Ego paupercula, pupilla, & indigna ad te Dominam meam, & cognatam accedo: tu sola præ omnibus esto mihi refugium & solatium. His tentationibus, ope diuæ Deiparæ depulsis, in eodem Cœnobio, sanctam vitam, sanctè duxit.

Annus Christi 1227.

Leander de
Viris Illustr.

Hoc etiam tempore floruit B. Albertus magnus Ordinis Prædicatorum, cuius res gestas prolixius descripsimus in Choro Sanctorum, parte 2. Hic sexto decimo ætatis anno Prædicatorum Ordinem ingressus, cum in literis penè nihil proficeret, eo quod ingenio & memoria esset tardiore, tanto affici cœpit tædio, vt etiam de religiosa vita deserenda tentaretur. In qua fluctuatione dum hæreret, visum est ei nocte quadam, cum scalis ad monasterij murum admotis exitum pararet, apparere matronas quatuor, vultu admodum venerabiles, quarum vna, deinde altera, semel iam atque iterum scandentem, manu impulsam deturbaret. Cum autem tertio, idem conaretur, interrogatum esse à tertia, quidnam ageret, & qua de causa egredi vellet. Qua exposita, monuisse illum, vt opem potius à quarta matrona, quæ Dei mater calique Regina esset exposceret; se verò cum reliquis deprecatione adiuturam. Paruit ille, ac benignè acceptus à Virgine, insuper etiam interrogatus est, vtra scientia excellere vellet, diuina, an naturali. Tum adolescens, qui pro ætate nihil altius gustasset, cum Philosophiam dixisset; Fiat (inquit illa) quod petisti. Sed tamen quia scientiam hanc, filij mei scientiæ prætulisti: extrema vita, omnem perdes scientiam, & in hanc ipsam, quam exues hebetudinem recides. Nec mora viso dilapso, statim se mutatum sensit. Quicquid audiret, quicquid legeret facillimè capiebat, aut si quid paulo difficilius incidisset, cum se ad Virginem deprecandum quasi promissum efflagitans, conuertisset, ilicò consequebatur. Quare cum talis tantusque vir euasisset, vt multos annos tum docendo, tum scribendo consumpsisset, denique triennio antequam è vita migraret, dum publicè è cathedra nescio quid interpretaretur, repente omnem sibi memoriam rerum omnium quas tenebat, funditus excidisse sensit. Tum ille coram omnibus qui adstabant, quod sibi adolescenti accidisset, enarrauit: ac professus est, quicquid sibi postea eueniret, se fidei articulos complecti, & in eorum confessione emori velle. Descendit è suggestu, prosequentibus eum auditoribus cum fletu, eumque amanter

Philosophia
summam
scientiam im-
petrat Alber-
to Magno B.
Virgo.

amanter amplexantibus. Quin etiam reliquam deinceps vitam, quasi puer nascens in magna simplicitate transegit: ita tamen, ut nullum religiosi instituti officium prætermitteret. Nam in his tantummodo memoriæ facultas constabat.

Admirandum etiam quod eiusdem Instituti S. Petro Veronensi martyri accidit. Cum enim obuiasset cuidam ex prioribus hæreticorum, multum in malitia & cauillationibus acuto, hæreticus ille ad certamen disputationis eum inuitauit in loco patenti. At ille pugnam non reuuit: ne adstantes, si relictaretur, arbitrarentur eum conuictum. Congressis igitur in prælio verborum, Hæreticus argumenta fecit subtilia, ad probandum perfidiam suam. S. autem Petrus, cum esset improuisus, aliquam moram petiit sibi concedi ad respondendum. Qua data, expectantibus cunctis, sanctus vir Ecclesiam vicinam ingrediens, antè altare B. Virginis orare cœpit, rogans beatam Virginem, ut defensionem veræ fidei prouideret. Tunc audiuit vocem ab imagine prolatam. Petre, ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua. Antea enim quidam titubationis motus propter rationes hæretici, in eum insurrexerat. Confortatus ergò rediit ad hæreticum, postulauitque, ut rationes inductas, iterum replicaret. Ille Dei virtute, ita mutus effectus est: ut ne vnum verbum proferre valeret. Sicque confusus abscessit.

SÆC. XII.

S. Antoninus
3. p. Histor.
tit. 2. c. 6.S. Petrus Ve-
ron mart. in
fide confir-
mat B. Virgo.

Annus Christi 1228.

BEata Ida de Leuis tunc temporis Virgo Ordinis Cisterciensis non semel beatam Virginem, & puerum Iesum videre, & osculari meruit. Nam aliquando in nocte Natiuitatis Domini, cum in templo prima Missa celebraretur, eidem ægrotanti Regina cœlorum apparuit, puerum gestans in vlnis totius pulchritudinis lumine radiantem, dixitque ei: Ecce dilectus filius meus hac in hora natus fuit, quo charius donum non habens, hunc tibi & Conuentui hodierna conferam die. Aliam iucundam visionem, quam mirabiliter recreari meruit, his verbis describit Anonymus illius vitæ Auctor. Eidem beatæ Virgini accidit, quod cum in quadam solemnitate beatæ Virginis Matutinis officiis interesset, decus cœli, Regina Virginum, & Angelorum latitia, ei apparuit, omnino inter cæteras vigilanti, gerens in vlnis puerum excellenter pulcherrimū, quem ut patrem, ut filium, ut Fratrem dulcissimum amplexans, beatæ Idæ præsentauit. Quæ gaudens & hilaris, amans amantem, sponsa sponsum suscepit dulciter in medullis intrinsecis cordis sui. Contigit etiam tunc eam cantare debere, secundum ordinem suum, versum psalmi, & quid faceret ignorabat. Cogitansque secum hæsitauit, interius dicens ita: Si tenuero puerum inter brachia, versumque sic cantauero, statutum Ordinis non seruabo, quia cucullæ manicas extensas iubet habere. Cumque tempus cantandi iam instaret, dixit puero: Cogitate de vobis Domine, quia satisfacere debeo Ordinis mei præcepto. Cumque versum inceperet, collo puer adhærens Virginis, illam secum firmiter vinciens, brachiorum vinculis prædulcibus, & amandis, se cum illa ligauit. Ipsa verò versum, quem inchoauerat, meliùs solito percantauit. Postea res-
dens

Menol. Ci-
sterciens. 29.
Octob.B. Ida quam
familiaris B.
Virgini.

SÆC. XII.

dens secundum ordinem, & reponens supra gremium suum puerum venerabilem, consolationes quamplurimas ab eo accepit.

Chryf. Hen-
riq. in Men.
Cisterc. 30.
Octob.

B. Ragnerus
quantum à
B. Virgine di-
scit.

Etiam in Brabantia tunc temporis claruit sanctitate B. Raynerus Monachus Ordinis Cisterciensis, qui cum puer scholas Parisiis frequentaret, & casu in aquas caderet, & iam penè submergeretur, ei beata Virgo apparuit, & inter brachia amplectens, extraxit, & liberavit eum. Monachus factus, sæpissimè eandem Deiparentem videre meruit: quæ dilecto famulo suo à Christo vitæ æternæ promissionem, & in caelestem patriam absque aliquo Purgatorio, introductionem obtinuit. Quod sic narrat antiquum Chronicon Villariense. Deinde vidit Dominum nostrum, eique Genitricem ita filio suo dicentem: Mi fili dilecte, Monachum istum diligentissimum famulum nostrum, timentem Deum, qui suo seruitio & lachrymis peroptimè lauit, & purgavit peccata sua tibi commendo: ideoque rogo, vt post hanc temporalem vitam, possit sine aliqua pœna purgatorij huc venire, & possidere vitam æternam. Tunc respondit illi dilectus filius suus, & dixit: Beata mater, atque purissima Virgo, quoniam non me decet tibi aliquid denegare, quicquid petieris volo.

Henriq. in
Menolog.
Cisterc. 30.
Iunij.

In eodem Ordine, eademque Prouincia Brabantia, eodemque anno nempe 1228. migravit in cœlum beatus Arnulphus Conuersus, qui Deiparæ Virginis colloquio non semel perfrui meruit. Inter cœteras suas orationes, quotidie recogitabat, & ad memoriam reuocabat: septem gaudia, quibus B. Virgo Maria in hoc mundo lætata fuerat. Quodam autem tempore, dum hæc prædicta septem gaudia deuorè recogitasset, apparuit illi B. Virgo dicens ei: Arnulphe, fidelis amice, cur illa gaudia solummodo recogitas, quibus feliciter affecta fui in hoc sæculo? Recogita quoque simul cum his septem illa gaudia quibus perpetuò incomprehensibiliter afficior in cœlo. Tunc docuit eum, & dixit: Primum gaudeo, quod, cum assumebar in cœlum, inueni ibi esse quod cogitabam, aut sperabam: super omnia, & præcipuè maiorem gloriam paratam, quam loqui vel cogitari potest: ita vt plenitudo gloriæ meæ superet omnem gloriam Sanctorum, & Angelorum. Secundò, gaudeo, eo quod sicut dies illuminatur à sole: sic tota cœlestis Hierarchia illuminatur, & lætatur gloria, & felicitate mea. Tertiò, gaudeo, eo quod omnis cœlestis exercitus mihi obedit; & quod suprema, & inseparabilis Trinitas benigno favore mihi consentit. Quintò, gaudeo, eo quod famulis meis conceditur in hoc mundo, & in futuro, secundum voluntatem meam. Sexto, gaudeo, eo quod super omnes choros Angelorum exaltrata sum, & singulari privilegio, proxima sum sanctissimæ Trinitati, & fruor iucunda societate omnium Sanctorum. Septimo, gaudeo, eo quod omninò certa sum, quod nunquam gloria mea deficiet aut minuerur, &c. Eadem autem gaudia, quidam rythmicè sic dedit.

Gaudia se-
ptem B. Vir-
ginis in cœlo.

Gaude flore virginali,
Qua honore speciali,
Transcendis splendiferum,
Angelorum Principatum,
Et Sanctorum decoratum
Dignitate numerum.

Gaude sponsa chara Dei,
Nam vt clara lux diei,
Solis datur lumine:
Sic facis orbem verè
Tua pacis resplendere,
Lucis plenitudine.

Gaude

Gaude splendens vas virtutum,
Cuius pendens est ad nutum;
Tota cæli curia.

Te benignam & felicem,
Jesu dignam genitricem,
Venerans in gloria.

Gaude nexu voluntatis,
Et amplexu charitatis,
Quod iuncta sis altissimo:
Vt ad votum consequaris,
Quicquid virgo postularis,
A Jesu dulcissimo.

Gaude Virgo Mater Christi,
Quia sola meruisti,
O Virgo piissima,

Idem contigit S. Thomæ Cantuariensi, quod huic diuo. Neque verò splendendum Deiparam ei frequenter apparuisse, & ita familiarem se illi exhibuisse, vt quoties ille negotium aliquot haberet, toties piissima Virgo illud ad filium suum deferret, donec tandem illi expectanti, & vt ita dicam ore cordis hianti, à filio suo gratiæ cœlestis bucellam pariter cum effectu petitionum eius impetrans reportaret. Cum esset aliquando vir Dei orans, cuperetque ardentè Sanctorum choris interesse, apparuit ei Christus, eique aperitis cœlis ostendit omnes Sanctorum choros, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Angelorum. Tum Christus ad eum? Sufficiunt ne tibi ista? Illo negante, ei ostendit genitricem suam supra omnes exaltatam inenarrabili decore & gloria plenissimam. Note quadam cum solus esset, Deipara ei filium quem vlnis gestabat, obrulit amplexandum, cumque magnitudinem consolationis qua perfusus erat ferre nequiret, rogauit virginem, vt reciperet filium suum.

Annus Christi 1229.

His ipsis diebus vivebat in Ordine Minorum beatus Ægidius, S. Francisci comes, ad quem venit aliquando quidam Ordinis Prædicatorum, valdè eruditus, sacrae Theologiæ doctor, qui multis annis mirè vexatus fuerat hæsitacione quadam, de perpetua Matris Dei virginitate. Videbatur enim ei fieri non posse, vt simul mater esset & Virgo. At tamen solebat ei plurimum vt pote viro benè catholico isthæc hæsitatio displicere: cupiebatque ab homine diuinitus illustrato, de hac quæstione doceri. Audierat verò fratrem Ægidium egregiè illuminatum, & sæpius rapi in Deum. Itaque statuit ire ad eum, confidens eius sermonibus, hac ambiguitate se liberatum iri. Cum autem iam esset in via, Ægidius in spiritu cognouit & tentationem, & aduentum eius, procedensque ei obuiam, baculo terram percussit, & ait: Frater Prædicator, Sancta Maria Virgo est ante partum, moxque illic ortum est elegans lilium. Iterum humum cedens, Frater Prædicator (inquit) sancta Maria Virgo est in partu, & confestim alterum erupit lilium. Terriò, solum feriens, Frater Prædicator (ait) sancta Maria Virgo est post partum,

Esse tanta dignitatis:
Quod sis sanctæ Trinitatis
Sessione proxima.

Gaude Mater miserorum,
Quia pater seculorum,
Dabit te colentibus,
Congruentem hic mercedem,
Et felicitis poli sedem,
Regnis in cœlestibus.

Gaude Mater Virgo pura,
Certa manens & secunda:
Quia tua gaudia,
Non cessabunt, nec decrescent:
Sed durabunt, & florescent,
Per æterna secula. Amen.

Franc. Moschus. Baling.

B. Arnulpho Cisterc. Monacho familiaris Deipara.

Mosander apud Surium 23. Aprilis.

Virginitas perpetua Deipara, tribus Miraculis comprobatur, à B. Ægidio Franciscano.

SARC. XII.

simulque tertium enatum est lilium. Mox ergo egrediens aufugit: & doctor ille curatus est.

Annus Christi 1230.

Leander
Alb.

B. Egidio Do-
minicano
chirogra-
phum, quo se
demoni ab-
strinxerat, re-
stituit B. Vir-
go.

S. Iuliana
Virg. exercitia
deuotionis
erga Deipa-
ram.

Joann. Dasi-
nius in Vita
ipf. Meno-
log. Cisterc.
29. Martij.
B. Abundus
quarta fuerit
familiaris B.
Marie.

Erè etiam hoc tempore florebat beatus Egidius Rodericus Vallada-
rius Ordinis Prædicatorum, natione Lusitanus. Qui iuuenis delusus à
dæmonibus, ab eis magicas artes didicit, abiuratoque Christo, flagitiosissi-
mam, & spurcissimam vitam duxit. Tandem Deo miserante compunctus,
Ordinem Prædicatorum ingressus est, in quo austerissimam vitam duxit,
atque per septem annos continuos, dæmonum vexationes, & horrendas
visiones sustinuit. Grauius autem eum angebat, fœdus pactum cum dæmo-
ne, & chirographum illud detestabile, quod suo sanguine scriptum illi reli-
querat. Quare abundantè lachrymarum profluuiò, beatissimam Dei genitri-
cem speciali venerabatur affectu, in eaque magnam collocauerat fiduciam,
vt eius meritis impia syngrapha sibi redderetur, vel certè deleteretur. Et cum
quadam die ardentius oraret ante altare B. Virginis, perstreptentibus dæmo-
nibus, ecce chirographum infelicitis pacti ante altare beatæ Virginis appa-
ruit, demissum ab impropertantibus dæmonibus, & vim sibi factam à beatif-
sima Dei genitrice conquerentibus. Postmodum diu superuixit Egidius,
& sanctitate, atque miraculis clarus migravit ad dominum.

Ipsò tempore & anno, sanctitate fulgebat S. Iuliana Virgo, Ordinis Ci-
sterciensis, beatæ Virgini deuotissima, quæ semper salutationem angelicam
in ore ruminabat. Vnde etiam amicis & familiaribus dicere solebat, eam
beatæ Virgini magis esse gratissimam, si consensus ipsius verba adderentur,
nempè; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Cor eius
exultabat præ gaudio, quando Deiparæ Virginis canticum ruminabat, &
proferabat: illudque singulis diebus nouè vicibus recitare solebat, in memo-
riam nouè mensis, quibus in sacratissimo & virginali ytero suo filium Dei
gestauit. Propterea sorores, & alias mulieres, ad hoc præstandum hortabatur.

Obiit hoc ipso anno B. Abundus Monachus Ordinis Cisterciensis, exi-
mius amator beatæ Virginis, qui etiam ab eadem magnis fauoribus nobilita-
tus fuit. Cum aliquando in die Purificationis B. Mariæ, extra se factus,
diuina contempleretur, & cæteris fratribus candelas de more Abbati offe-
rentibus, ipse in suo stallò maneret, beata Virgo eum arripiens, ad Abba-
tem deduxit. Quodam alio tempore, inter Circumcisionem & Epiphaniam,
erat hic Abundus scriptus ad Inuitatorium, & habebat incipere Antiphona-
nam in Ecclesia. Cum iam staret in choro, & cantaretur Tertia, vidit iuxta
se stantem benedictam Matrem Domini nostri, indutam cucullo splendi-
dissimo, & peplo mundissimo ad modum monialis, cantantem cum Mona-
chis hymnum illum in laudem benedicti filij sui compositum, qui incipit,
A solis ortus cardine, & ex magna melodia quam audiebat, plurimum ad-
mirabatur. Hymno percantato, cum iam inceperent Antiphonam, Robum
quem viderat Moyses, intonabat ipsa psalmum, Ad Dominum cum tribu-
larer. Postea adhuc mansit in choro, omnimodè conformans se Conuentui,
& horis completis, euannit ab oculis eius. Multoties præterea B. Virgo
eidem apparuit; cumque super hoc quidam Monachus valde miraretur, ti-
meretque

meretque ne illuderetur, B. Abundus respondit; Nullo modo possum decipi, quia in vultu cognosco beatam Virginem, quæ me nunquam falli permitter. Hoc scientes multi, beati viri precibus sese commendabant, vt scire possent statum animarum parentum suorum, & sæpè exaudiebantur, aliquando tardius. Prædicto etiam seruo suo B. Virgo solebat reuelare peccata, & statum conscientia multorum, vt ad pœnitentiam prouocarentur. Quadam vice cum ipsi apparuisset B. Virgo, vir Dei dixit. O gloriosissima mater Dei, Deus scit, quanto desiderio teneor osculandi manum tuam; rogo te ne me fraudes à desiderio meo. Tunc misericordia mater eum appropinquare iussit, & extendens manum potroxit osculandam. Et subiungens dixit ei B. Virgo, Vt scias quia ego diligo te, volo etiam tibi dare osculum, & statim osculata est eum. Cum inter metendum fratres magno calor ardore grauari deficerent, & à labore cessarent, beatus Abundus cum eis laborans, vidit beatam Virginem, cum Maria Magdalena ipsis appropinquantem, & suauè refrigerium præbentem. Nouitius quidam reditum ad seculum parans, beato Abundo tentationem reuelauit. Qui cum Deiparam pro eo orasset, ex parte eiusdem Virginis dixit fratri, Bono animo esto Frater, & noli timere, quia beata Virgo tibi mandat, quod in diebus, quibus libenter submisisti collum iugo congregationis, habebas voluntatem perpetrandi graue quoddam peccatum carnale, ni timor & amor quo eam prosequeris te impedisset. Hæc sunt signa, quæ tibi dat dulcissima Virgo, vt scias voluntatem eius esse vt perseueres, & viriliter tentationibus resistas. Quibus auditis Nouitius obstupuit, & deinceps tentationes & afflictiones patienter tulit.

Eodem anno cælum ingreditur B. Helena Ord. Minorum. Huic totos quindecim menses febre & pleuredite laboranti, & hymnos in summis doloribus decantanti, apparuit beatissima Virgo Maria. Patauij quiescit corpus eius, quod sese magno cum strepitu mouet, quando ciuitati aliqua clades imminet, verbi gratia pestis, aut belli, aut alicuius similis mali.

Annus Christi 1231.

Eodem quoque tempore viuebat beatus Leo, vnus ex sancti Francisci familiaribus, & quidem intimus permaxime. In Franciscanis Annalibus legitur, ipsi visionem huiusmodi aliquando fuisse obiectam. Erat magna planities, & in ea species quædam iudicij mox futuri. Magna aderat hominum multitudo, Angelorum tubæ personabant; denique binæ scalæ è summo cælo vsque ad terram demissæ, altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens visebatur ex alto Christus, vultus habitu severo atque subirato. At Franciscus paulo infra ipsum fratres suos euocabat, vt fidenter ascenderent: nam Dominum ita velle, eosque inuitare. Cum autem illi se per scalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo, alij de superioribus, ac penè iam vltimis gradibus procidebant. Quæ suorum clade magnoperè commotus diuus Franciscus, eos voce magna admonuit, vt ad scalam alteram candidam accurrerent; illic nihil fore periculi. Itaque cū ad eam accessissent, Mariâ ei incumbente videbant, quæ eos blandissime intuens, studiosè etiam iuuarer, exciperetque sin-

B. Virgo osculatur beatum Abundum.

Thosin. in Hist. Francisc. B. Helena apparet B. Virgo.

Schola candida innixa Deiparâ videtur à B. Leone.

SAR. XII.

gulos, ita vt nullo negotio ad vnum plurimi in cælum euaserint.

Annus Christi 1232.

Sut. 13. Iunij.

TVnc etiam S. Anthonius Paduanus eiusdem Instituti, sanctitate & miraculis clarus resplendebat. Huic cum præ infatigabili animarum zelo, prædicâdo, docendo, confessiones auscultando, sæpissimè vsque ad solis occubitum permaneret, diabolus inuidit, nocturnisque illusionibus, vt eum à proposito deterret, si molestus fuit, præcipuè verò nocte quadam sacræ quadragesimæ, cum fessa laboribus membra somni beneficio non nihil recreare vellet. Tunc enim impurus Sathan affuit, & hominis Dei guttur tanta vi compressit: vt nisi diuinitus retardatus fuisset, haud dubiè eum præfocasset. At ille beatissimæ matris Dei nomen inuocans, & fronti suæ viuificæ crucis signum imprimens, simulque depromens hymnum, O gloriosa Domina, in fugam compulit nequissimum spiritum, & repenti se sensit liberatum. Cumque fugientem illum videre cuperet, oculos aperiens, totam illam in qua cubabat cellulam, superni luminis splendoribus perfusam, conspexit.

Eadem tempestate, sanctitate & doctrina clarus habebatur Frater Ioannes Baptista Tolomeus Dominicanus. Hic Deiparæ precibus, reuelationibus multis illustratus fuit. Erat enim ei perquam addictissimus, quotidieque eam multis precibus interpellabat. Dum concionaretur, visa est Virgo (creditur fuisse Deipara) coram eo stare, tenens codicem apertum, vnde quæ concioni diceret, depromebat.

Annus Christi 1233.

Circà hæc tempora initium habuit Florentiæ, Ordo Seruorum beatæ Mariæ. Septem ferunt homines nobiles ac locupletes, voce cælesti admonitos in propinquum montem secessisse, seculoque relicto, se ad vnus Dei obsequium cõtulisse: retento semper beatæ Virginis famulatu, cui iam pridem in sodalitate quadam sese deuouerât, & cuius Assumptionis sacro die, dum preces & laudes ei persoluerent, vocem cælestem audierant. Seruitarum nomen ideo ab iis acceptum, quod se beatæ Virginis matris seruos esse profiterentur. Narrant pariter, quod Dei mater nocte quadam singulis separatim per quierem apparuerit, cum magno & illustri Angelorum exercitu, vna manu pullam tunicam, altera librum apertum tenens, iubensque eos deinceps illa veste uti, & illa regula, quam S. Augustini esse aiebat. Itaque simul ac illuxit, congregati Patres, alter alteri visionem suam exponentes, cum magno gaudio decreuerunt omnia exequi, quæ cælestis Regina præceperat. Nos illorum septem beatorum virorum res gestas in Vitis Patrum Occidentis descripsimus, vnde non est necesse repetere.

Hoc verò omnibus modis longè dignissimum est, vt memoriæ commendetur. Nacti erant Patres Seruitæ locum extrâ muros Florentiæ, quem nunc mœniis inclusum titulo Annunciationis beatæ Mariæ Virginis templum augustissimum occupauit. Cupido eos tenuerat, aliquam eius mysterij imaginem eodem loci habere, à qua Christi fideles in amorem benignitatis diuinæ, tanto actius inflammarentur. Pictor designato in pariete loco, tabellæ imaginem delineabat, reliqua corporis ac vestium, vltimo loco, vltimam

manum

Diabolus S. Antonium Paduanum suffocare nititur, sed à Deipara fugatur. Leander de vitis illustre. Ord. Præd. Ioannes Baptist. Tolomeus, vt colueris Deiparam.

Ordinis Seruorum B. Mariæ institutum.

Habuum, & Regulâ Seruitis B. Virgo tradit.

Archangel. Gianius in lib. de initio Ord. Seruorum B. Mariæ. Bzou. to. 13. Michael Seruit. in Chron. Ord. Seru.

manum vultui virgineo effigiando daturus. Dum in ea cogitatione versaretur, & Patres opus perurgerent, non prius faciem depingere disposuit, quam sacra exomologesi conscientiam expiaret, & pane Eucharistico sese dignum efficeret. Sacris ad eum modum procuratus, cum ad picturam accessisset, & ut extremam manum operi imponeret, penicillum accepisset, in extasim raptus, & obdormienti similis factus, visus est sibi videre faciem diuæ Virginis opere perfecto effigiatam. Neque vana visio fuit. Cum enim ipsissimo Natiuitatis beatæ Mariæ virginis die, quo hæc acciderant, propius picturam, ut dicebam accessisset, velum quo reliquam picturam contexerat reuelasset, mirum dicitur, vultum beatæ Virginis expressum diuinitus reperit, tanta venustate, quanta etiam inferioribus spiritibus terrorem venerationemque incutere possit. Obstupuit Florentia, ad non manufactæ speciei virgineæ aspectum: & ab eo tempore aded in amorem sacrosanctæ Deiparæ exarsit, ut ferè omnibus aëis Italiæ ciuitatibus inuidiam excitare videatur, propter deuotionem, quæ vniuersis Florentinis à frequentia miraculorum, ab eadem imagine, ad hæc nostra vsque tempora productorum.

Claruit in prædicto Ordine B. Peregrinus, beatæ Virgini deuotissimus; qui cum quadam die in Ecclesia ante B. Virginis imaginem diutius oraret, & peteret ut vias suas dirigeret, eam pretiosis vestibus indutam, sibi, ut ad seruos suos se conferret præcipientem audiuit. Quare adolescens, Angelo comite, Senas profectus, habitum Seruorum B. Mariæ accepit, multisque miraculis claruit. Vide vitam eius in nostro Choro Sanctorum.

Annus Christi 1234.

Tunc temporis in Ordine Prædicatorum florebat Tancredus, magna sanctitate vitæ illustris. Is in seculo inter Friderici Imperatoris Palatinos non postremus, cum genus vitæ quod ducebat secum expenderet, & beatam Deiparentem, ut se in viam salutis dirigeret, deprecaretur, secundum somniam apparuit illa diua, dicens: Ad meam familiam citò accede. Expergefactus, cum seriem somnij non intelligeret, & Reginam cæli interim precaretur, iterum obdormiscens, duo viti Prædicatoria toga induti, in somnis apparuere, ex quibus senior; En inquit, à beata Deipara, desideras in viam salutis dirigi. Ad nostros itaque declina, & saluti tuæ consulueris. Secundò excitatus, cum ad Missam audiendam iret, obuium habuit Richardum Bononiensis Cænobij Præfectum, cum socio exeuntem. Hunc cum nunquam antea vidisset, & somnij circumstantias expenderet, obstupuit & ex effigie, illum ei similem quem per quietem viderat esse cognouit. Igitur rebus suis consulens, sanctæ conuersationis vestimenta accepit, & nobilitatem generis, nobilitate instituti, atque viuendi sanctimonia illustrauit.

Annus Christi 1235.

Non minoris excellentiæ & miraculi fuit conuersio B. Philippi Florentini in Ordine Seruorum beatæ Mariæ. Hic enim adhuc sæcularis, cum summa deuotione afficeretur erga sacratissimam Dei genitricem Vir-

SAEC. XII

*Imaginis
Deiparae vultus
ab Angelo depictus.*

*B. Peregrinus
inssu Deiparae
Ordinem Seruorum
ingressus.*

*Tancredo vni
ex primoribus
Friderici Imper.
apparens in somnis
Deiparae, Ordinis
Prædicatorum
ingressus.*

*Vide vitam
eius in vitis
Patrum Occid.
lib. 6.*

SÆC. XII.

B. Philippus
iussu Deiparæ
Ordinem Ser-
uorum ingre-
ditur.

Deipara Vir-
go Ordinis
Seruorum pa-
trona est mo-
datrix.

ginem Mariam, ab eadem præmonitus, mundi vanitates dimisit, & annum trigesimum agens, sacrum Seruorum Ordinem ingressus est hoc modo. Vi-
fitans vir Dei quotidie, simulque deuotissime sacra Dei templa, diuino spi-
ritu ductus, die Octauæ sanctæ iucundissimæ Resurrectionis, Sacellum Ser-
uorum propè Florentiam olim ædificatum adit, & ad sacrum Virginis si-
mulachrum ab Angelis depictum, vt diuina audiat, diuertit. Dum vero ver-
ba illa Epistolæ leguntur, Philippe accede, & adiunge te ad currum istum,
statim quodam timore ac tremore perterritus expauescit, viscera contre-
miscunt, corpus quasi exangue apparet, & spiritus in extasim raptus, in syl-
uestrem ducitur locum, in quo velut alter Anthonius, singulas vias laqueis,
lapidibus, spinis, serpentibus venenosis, luto foedissimo repletas videt. Indè
verò exire minime valens, exclamat, diuinum implorat auxilium, vocem ta-
men de cælo eadem verba repetentem audit: Philippe accede, & adiunge
te ad currum istum. Quibus verbis commotus, sursum eleuat oculos, & ec-
cè videt currum aureum quatuor habentem rotas, ab oue candidissima leo-
neque fortissimo deductum, & circumcirca pulcherrimam columbam voli-
tantem aspicit. Huic verò curru insidentem maxima cum lætitia intuetur
beatissimam Christi parentem, Angelorum ac sanctorum agmine circum-
septam, ac magno pallio locum cooperientem. Quæ omnia dum verus Dei-
paræ seruus hilariter contemplatur, sacra absoluuntur diuina, simulque ho-
ra appropinquat, in qua Ecclesiæ valuæ sunt claudenda. Quapropter ab
Alexio, qui sacrarum rerum curam gerebat, vocatur, & his excitatur verbis:
ô homo Dei surge, iam enim tempus adest, vt ad propria reuertaris, diuina
namque sunt completa. Cui tamen clementer respondens dixit: Tibi Rex
cæli & terræ ignoscat, qui me ab ingenti spiritus dulcedine in qua versabar
excitasti, & indè egrediens lætus & tristis cuncta in corde conferens, do-
num reuertitur, orationibusque continuis insistens, iterum circa mediam
noctem in excessu mentis rapitur, & eandem Deiparam virginem, eodem
modo decoratam inspicit, ac huiusmodi facientem verba audit. Philippe, ad
eos celeriter curre fratres, qui serui mei nuncupantur. Quibus dictis statim
euauit. Ipse verò excitatus surgens ilicò, postquam dies illuxit ad sacrum
diuertitur locum, & humiliter accersito præfeto Cœnobij, cui Patri Bonus-
filius erat nomen, vniuersa ex ordine narrat, quibus auditis summa afficitur
læticia, & spiritu prophetico repletus vt alter Daniel & Ioseph singula visa
ei explicans, exponit syluam mundum significare, currum aureum sacram
Seruorum Religionem auro charitatis insignitam, & Virgini inter creatu-
ras nobiliori, sicut inter omnia metalla aurum, datam significare, quæ qui-
dem gubernatur non solum à quatuor Cardinalibus virtutibus per quatuor
rotas designatis, sed etiam à doctrina Christi, à quatuor Euangeli-
stis descripta, regitur. Cum autem ad ouem & leonem currum tra-
hentes, & ad Columbam circa currum volitantem venit, ouem humilita-
tem, & mansuetudinem, leonem fortitudinem contra dæmonum tentatio-
nem, columbam tandem simplicitatem interpretatus est, quibus virtutibus
Religio debet duci, & ad æternam volitare vitam. Sed vt omnia à Philippo
visa exponeret, Virginem insidentem curru, ac pallium nigrum in manibus
deferentem, curam peculiarem, quam habebat B. Mater erga Ordinem Ser-
uorum,

uorum, constantissime significare affirmat, prædixitque ei eum etiam Virginis Apostolum futurum: tradiditque ei sanctæ conuersationis habitum.

Postmodum vt verus Apostolus Virginis, in multis orbis terræ partibus sacre Virginis laudes prædicauit: impetrauitque à beata Virgine, vt multi prohi viri Ordinē ingrederentur. Cum aliquando per diuersa sylvarum deserta iter faceret, vbi nec panis ad cibum, nec aqua ad potum erat, ipsius comites quasi mortui facti sunt. Ille verò rogauit Virginem, vt eorum miseretur, finitaque oratione, vident à longè quosdam pastores panem album, multaque ad corporis necessitatem, sibi deferentes, dicentesque eis. Surgite amici Dei, Virginisque serui, ecce prandium quod vobis parauit Dominus. Et his dictis euauerunt. Illi verò cum gratiarum actione cibum sumentes, cognouerunt dictos pastores fuisse Angelos, & in fortitudine cibi illius ambulauerunt vsque ad montes Penninos.

*B. Virgo pascit
Seruos suos.*

Annus Christi 1235.

Florebat tunc in Steiueldensi Monasterio Ordinis Præmonstratensis beatus Hermannus, à teneris annis mirè à beata Virgine adamatus. Cum enim septennis studiis applicitus literarum fuisset, cæteris condiscipulis eius, vt moris est, festiuis diebus ludentibus, ab eorū consortio se subducebat, & monasterium beatæ Mariæ Virginis & Dei genitricis ingressus, ante illius imaginem, formam pueri Iesu in sinu gerentem constare consuevit, & modò cum imagine matris, modò cum filij, tanquam cum viuus, columbinæ simplicitatis puerulus loquebatur, & si quid forte manu gerebat, panis, aut fructuū, vt pueri assolent, nunc Matri, nunc filio porrigebat. Celebris valdè est, & à suis valdè familiaribus nobis tradita res mirāda, quam loquat. Stetit aliquando more suo corā imagine beatæ Virginis puer sanctus, & pomū quod tulit, illi cū magna instantia & deuotione præbebat. Et ecce benigna mater, vt deuotionem pueri commendaret, & ne sibi deuotum contristaret infantem, imaginis manum extendit, & porrectum sibi munusculum de manu pueri gratè & comiter accepit. Alia vice cum monasterium introisset, vidit iuxrà pulpitem, quod in medio Ecclesiæ situm est, in eminenti quadam via, in specie viuientis Virginis, beatam Virginem virginum Reginam, & eum ea custodem ipsius Virginis Ioannem Euangelistam, & coram matre puerum Iesum se cum Ioanne quasi quibusdam puerilibus lusuibus exercitantem. Et dum staret puer, mentem & oculos in eos delectatione defigens, vocauit eum nutu manus, & voce mater benigna, puerum proprio nomine, familiariter sic appellans: Hermanne ascende ad nos. At puer. Quomodo inquit, ascendere potero, cum chorus sit clausus, & scalam, per quam ascendam, non habeam? Cui beatā Mater. Tenta ait, si qui quomodo possis, quia te iuuabo porrigens tibi manum. Parauit puer, & cum non præualeret, benigna matre manum sibi porrigente, ascendit ad illos. Solebat autem familiaribus hoc narrare, quod cum niteretur ascendere, clavis vnus ferrei, qui ad munimentum chori affixus erat, sensibilem quidem, sed non visibilem, iuxtà locum cordis fixuram accepit, quam etiam multis post temporibus cum dolore portauit: dixitque fixuram illam fuisse præsagium multarum tribulationum & dolorum, quos postea tanquam crucem suam

*B. Virginis
amor singularis
erga B.
Hermannum
Ord. Præ-
monstr.*

*Res admiranda
digne.*

*Deipara Vir-
go Ordinis
Seruorum
patrona &
moderatrix.*

quotidie

quotidiè vsque in finem vitæ suæ pertulit. Semper enim, sicut postea referam, cum profecisset in virum, tribulationibus corporis, vel doloribus cordis, vir miræ innocentiae vexabatur. Cum verò in pulpum adiutorio beatæ Matris superius ascendisset, ipsa monente, puero nostro cum puero Iesu data est ludendi facultas, beata matre sedente, & ludos pueriles familiariter inspectante. Et cum in tam mirabili delectatione aliqua pars diei transacta fuisset: appropinquante officio vespertino, puer ea, qua iuuante & iubente ascenderat, etiam tunc ministrante descendit, eandem consolationem eodem loco sapius accepturus.

*Miro modo
eius inopiam
subleuas ma-
ter Dei.*

Cum die quadam secundum consuetudinem suam Ecclesiam beatæ Virginis puer domini introisset, & in asperitate brumali nudis incederet pedibus, videns puerum mater misericordiae in tanto frigore corporali, à cordis feruidi deuotione minimè tepuisse, consueta sibi misericordia mota est, & aduocans paruulum, statuto coram facie sua, ait. Quare in tanto frigore nudis incedis pedibus? Respondit puer, Non habeo calceos. Sciens autem beata Mater, parentes pueri rei familiaris inopia laborare, dixit illi: Vade ad lapidem illum (lapidem digito commonstrans) & sub eo quatuor denarios inuenies: quos tolles, & eis tibi calceos comparabis. Credidit puer fideliter iussis: & sicut fuerat demonstratum inueniens, ad altricem matrem suam beatam matrem rediit cum denariis letabundus. At illa subiecit. Quotiescumque aliquo indigeris, calceis, tabulis aut stylis, aut aliis necessariis, ad locum accedes eundem, & inuenies denarios, quibus tua necessitas subleuetur. Quis hæc referte, scribere, credereue præsumeret, si non paucis diebus ante mortem suam, pia calliditate inductus à nobis, hæc nobis confessione propria prodidisset? Sed non minus mirandum puto, quod subiticio. Non diu latuit alios pueros, vbi puer purissimus toties sibi necessaria reperiret: & ad locum accedentes eundem, diuque quærentes, nihil talium poterant inuenire.

*Dei misericordiam
eam consolatur
& instruit.*

Cum autem circiter duodecimum ætatis annum ageret, in Monasterio Steiueldensi Ord. Præmonstratensis sanctæ conuersationis habitum suscepit. Successu temporis fratribus in refectorio, cum fratre alio se maiore est aliquando deputatus. Quod officium licet deuotus impleret, tristabatur tamen non modicum, quod præ corporali labore continuo, non potuit consuetis & debitis orationibus, lectioni ac contemplationi vacare. Videns igitur mater misericordiae adoptatum sibi filium, pro causis huiusmodi grauiter animo tabescentem, suam illi præsentiam exhibere curauit, & solita illi suauitate blandiens, quomodo se haberet sciscitata est. At ille competenter se habere respondens, hoc vno se assuetum valde grauari, quod propter labores quotidianos consuetis precibus vacare non posset, illis præfertim, quas ex Ordinis præscripto dici oporteret. Sentiens pia mater adulescentem, zelum quidem bonum habere, sed non secundum scientiam, breui quidem, sed eximia illum sententia sic instruxit. Scias, inquit, nihil petinde ex debito faciendum tibi incumbere, quam vt ex charitate seruias fratribus tuis. Sacræ igitur matris colloquiis & monitis, adolescens docilis confortatus, cepit se cum altiori tractare consilio, cuius in hoc ministerio forinam referre videretur. Et occurrit animo eius, ille summus & humillimus

mus seruorum suorum seruus Dominus Iesus : qui vt se seruum exhiberet, seruitium suum & verbis & exemplis declarauit. Tanti ergò Domini, seruianti seruis suis formam se gerere humilis frater Hermannus, seruiens fratribus suis, semper in corde getebat, vndè tanta se sensit alacritate affici, vt quotiescumque tale fratribus ministerium exhiberet, non se ire, aut currere, sed potius volitare putaret, animi alacritate in corpus sese effundente.

Moris est vsitati in Ordine Præmonstratensi, vt quotiescumque nomen venerabilis Virginis venerandæ in Collectis, in Symbolo, in Præfatione, & in salutatione Angelica, quæ dicitur pro Inuitatorio, pronunciat, Cõuentus veniam capiat, id est diebus non festis procumbens in genua, osculetur id, cui orans incumbit: festis diebus osculetur manum. Sed beatus Hermannus quotiescumque festis diebus conuenti fratrum non interfuit, ad nomen illud amabile & amatum, velocissimè se humi prostrauit, & quoad potuit sine scandalo, terræ sic prostratus adhæsit. Cumque crebrò id faceret contra morem Ordinis, quidam ei familiaris obnixè petiit eius rei causam sibi explicari. Sentiens ille sibi obtigisse hominem, cui hoc secretum posset impunè & cum vtilitate committi, Eccè inquit, quoties ad nomen sacræ Virginis humi me abicio, odor omnium florum & aromatum tanta suauitatis copia è terra influit in nares meas, vt semper illic hætere vellem, si liceret. Spe ergò recreationis huius, ad prosternendum festinus sum: sed quia ægte tanta priuor oblectatione, tardus sum ad surgendum.

Beatissima verò Dei genitrix volens magnificare deuotum sibi iuuenem, & suis laudibus iugiter inhærentem, innumeris ei vicibus dulcissimam præsentiam suam exhibuit, creberrimisque relationibus adedò sibi familiarem effecit, vt etiam inter homines coniunctissimos vix vnquam tanta familiaritas extitisse videatur. Sæpè enim contigisse audiuius, vt ille in aliquo monasterij loco orans ac meditans, vocem amantissimæ Domine ex parte aduersa stantis audiret, nec dubius à qua vocaretur (quippè qui vocem eius ex consuetudine cognitam haberet) ad illam se conferret: tum verò in aliquo secretiori loco pariter assiderent, & ille quidem beatæ matri de ipsius statu singularim perquirenti responderet: & ab ea rursus, quicquid vellent sciscitare tur.

Talibus ille solatiis nocturnas trans mittebat vigilias, tali fretus consolatrice, quælibet perferebat aduersa, tantæ matris consolatoriis fovebatur vberibus, tam illustri magistra ipsum docente, multa dubia & incerta cognouit.

Venturus erat aliquando necessitate cogente, ad quandam sororum Ecclesiam, quæ Ecclesiæ Steinueldensis regimini suberat. Volens autem beata mater etiam in aliis Ecclesiis, familiaris sui merita declarare, venientem illum anteuertit, & cuidam admodum religiosæ sorori apprensus, ita locuta est. Veniet huc hodiè fidelis capellanus meus: videte vt comiter & honorificè accipiatur à vobis. Credidit virgo fidelis reuelationi fidei, & vt eius testes haberet, quibusdam etiam indicauit. Aliquando iuuenis speciosus post sanguinis è vena missionem, parùm cautè se ad dormiendum in lectulo composuit, in magnum salutis, quam sanguinis minutione quaerierat, dis-

SARC. XII.

Reuerentia
eius ergà no-
men sanctis-
sima matris
Dei.

Sapissimè ei
apparet Dei-
para Virgo.

Eum vocat
capellanus
suum.

SÆC. XII.

*Obscena
quam fuerit
charus matri
Dii.*

crimen venturus, nisi beata mater illum communiisset. Cum enim iam dormitaret ille, aduenit illa, eumque compellans, Caucas, inquit, tibi, non enim sine periculo in brachium, cuius incisa vena est, incubuisti. Deinde brachium eius beatis manibus apprehendens, docuit dormiturum, quem admodum & illud, & totum corpus, ne periculo se exponeret, collocaret.

Quadam nocte cum in Ecclesia oraret, vidit in medio chori ad gradus presbyterij Virginem inenarrabilis pulchritudinis, regali schemate insignitam: eique duo assistebant dextra læuaque formissimi iuuenes, quos Angelos esse didicit, tantæ Dominæ seruire paratos, Admirans autem visionis nouitatem, vnum Angelorum audiuit alteri sic dicentem; Cuiam desponsabimus hanc Virginem? Respondit alter. Cui tandem nisi fratri huic præfenti? Tum alter, Veniat ergo, inquit. Vocatus, accessit sanè pudibundus. Postquam autem vsque ad Reginam peruenit, alter Angelus sic ei locutus est. Oportet tibi hanc illustrissimam puellam desponderi. Territus frater humilis & pudicus, indignitatem suam cœpit allegare, tantaque sponsa, & sponsi quoque nomine se omninò proclamauit indignum. Cumque reluctando moras neceret; Angelus dexteram eius apprehendit manum, & manui sacratissimæ Virginis copulauit, & his verbis eam illi despondit: Hanc ergo Virginem tibi trado sponsam, sicut fuit olim desponsata Ioseph, vt nomen sponsi pariter cum sponsa accipias, & de cæterò Ioseph vociteris. Et hæc quidem nos ab eius ore accepimus, confirmatumque est illi hoc nomen etiam in alia quadam visione, quæ fuit eiusmodi. Nocte quadam post preces longas ad lectulum rediens, iamque dormitans, ad eum locum in quo orauerat, sibi reuersus videbatur: respiciensque ad summam aram, vidit beatissimam Virginem, infantem speciosissimum inter vnas gestantem. Cumque ab ea familiariter vocaretur, accessit ad eam, tactusque & tractus desiderio desiderabilis paruuli, & solita fiducia animatus, Da mihi, inquit, charissima filium tuum. Illa petentem nonnihil differens (puto vt magis eius inflammaret desiderium) tandem ei summè optatum porrexit infantem, aitque, Porta filium meum, sicut à sponso meo Ioseph portatus est in Ægyptum: vt sicut idem onus, ità etiam consimilem eius nominis honorem obtineas. Confirmatum est itaque nomen Ioseph, in nostro Ioseph, & vocabitur ei nomen nouum, quod os vniuersalis Dominæ nominauit. Monitus etiam à Domina sponsa sua, ne deinceps ægrè ferret se Ioseph appellari, nomen honorificum sine onere pertulit: sicque iam in consuetudine abiit, vt ità nuncupetur.

Redit in memoriam factum memorabile, quod lectoris moribus confirmandis valdè conducatur. Accidit iuuenem tanti profectus, cuius conuersatio iam in cælis erat, ex humana fragilitate aliquod diebus remissiori deuotione debitū officiū beatissimæ Virgini persoluere. Erat autem tepor ille tam exiguus, vt illum minimè sentiret, nec eum in se reprehenderet. Fuit eo tempore magna quorundam importunitas, qui Monasteria & templa intruderent, & res preciosas auferrent. Sollicitus igitur beatus Ioseph, ne in monasterio ipsius curæ commisso, sinistri, aliquid eueniret, à precibus & laudibus Dominæ suæ se nonnihil subduxit, & monasterij aditus obseruauit.

Non

*Ab Angelis
despon. beata
Virginis B.
Hermannus.*

Non ferens autem beatissima Virgo deuotionem erga se fidelis serui sui quacumque causa imminui, occurrit iuueni, non iam sibi, sed custodiæ monasterij vigilant, formam præ se ferrens verulæ cuiusdam, fronte rugis deformata. Videns illam Ioseph, & non agnoscens, vehementer expauit propter timores nocturnos, & exclamans, ait: Quid est hoc? At illa: Ego sum custos huius monasterij, sicut multo iam tempore fui. Cognoscens ille vocem eius, cuius faciem non nouerat, Tu ne es, inquit, ô rosa? Sic enim ex multa familiaritate, suppresso eius nomine, eam appellare solebat. Illa respondente, Ego sum. Stupefactus Ioseph, Quid, inquit, sibi vult, quod rugosæ anus vultum sumpsisti? Respondit illa. Talis ego oculis appareo tuis, qualem me finxisti in animo tuo. Iam enim tibi verula sunt. Vbi est illa representatio gaudiorum meorum? vbi salutationis angelicæ iucunda commemoratio: vbi illæ deuotionis feruor, vbi cætera spiritualia exercitia, quæ mihi hactenus obtulisti, quibus & ego tibi, & tu mihi iuuenis reddebaris? Nolo, equidem, vt prætextu custodiendi monasterij intermittas seruitium meum, quandoquidem ego multo melius illud custodiam. Correctus iuuenis castigatione seuera, tantæ custodi curam monasterij, deinceps decreuit committere, & tam se, quam Dominam suam ad pristinam reuocare iuuentutem, in eius commemorandis gaudiis, & angelicis salutationibus recitandis.

Inter cætera charitatis insignia, quæ erga Ioseph suam mater beneficentissima multipliciter exhibere consuevit, hoc mirificum sanè refertur. Accidit aliquando, vt minus caute ingrediens, in faciem caderet, & duobus dentibus orbaretur. Quos quidem manu ferens, omni spe illos recuperandi amissa, ibat fortassis vt ablueret sanguinem ab ore manantem. At mater misericordiæ dolorem, pudorem, & tantum detrimentum sui fidelissimi miserata, venit ei obuiam, aitque perquam familiariter, dolenter tamen: Quid habes? At ille, Dentes, inquit, perdididi, cruciorque multo dolore. Tum illa, Da mihi, ait, dentes illos. Quos vt accepit ex manibus eius, reposuit in gingiuas cruentas, moxque fugit omnis dolor, nec vulneris permansit in ore vestigium, dentesque suis locis fixi hæserunt. Plura de Beato Hermanno reperies in Vita ipsius apud Surium.

Annus Christi 1237.

TRanseat nunc ex Ordine Præmonstratensi, ad Cisterciensem, & videbimus beatæ Virginis bonitatē, & mirabilia erga beatum Adamum Monachum. Hic beatus vir circa annum Domini 1237. dicitur claruisse: fuitque Monachus beatæ Mariæ de Luka Ordinis Cisterciensis. Qui in ipsa infantia, cum necdum verba pronuntiare perfectè valeret, salutationem Angelicam didicit, & eam balbutiendo, incredibili affectu septuagies repetebat. Cum nocte quadam ante templum quoddam diuam Virginem salutasset, ilicò fores diuinitus reuerterat. Tanta autem erat in Ecclesia claritas, vt fulgore meridiano assimilaretur. Quam cum stupidus intrasset, vidit ante maius altare septem matronas pulcherrimas residentes, vnam in medio, quæ cæteris clarior erat: quæ eum vocans, cum propius accessisset, post alia verba ait: Nosti quæ sim? Cui cum diceret, Non Domina, respondit, Ego sum mater Christi, & Domina huius oratorij. Quia mei memo-

SARG. XII.
Verula mulieris in forma, cui B. Virgo apparuit
P. Hermanno.

Dentes ex causa excussos B. Virgo Hermanno restituit.

Menol. Cisterc. 22. Decemb.
B. Adam Cisterc. Ord. Monachus ab infantia B. Virgini valde addictus.

SAEG. XII.
Capiti dolo-
res à B. Ada-
mo pellit B.
Virgo.

Thom. Can-
ript. Baling-
hem in Cal-
lend. B. Mar.
20. Iulij.

B. Margare-
tam sanas
Deipara, ei
que dimissa
esse peccata
reuelat.

Chron. S.
Franc. lib. 1.
c. 36. 37.

Rosarium ca-
piti suo impo-
nens S. An-
tonius Pa-
duan. in ma-
gna pluuia
non madescit.
Chron. Ord.
lib. 8.

Item nec
Georgius Al-
banensis, ne-
que Antonius
de Robes Mi-
nor.

Leander de
Vitis illust.
Ord. Præd.
Ferdin. Ca-
stell. Bzo-
uius.

B. Leodatus
in extremis
visitatus à
Deipara.

riam solitus es habere, ego tibi curam adhibeo. Et subiicit. Accede ad me Adam, quod & fecit. Flecente genua coram ea, manum super caput eius ponens, ait: Ab hac hora vsque ad diem mortis tuæ non dolebis caput. Nam antea duros sæpius patiebatur capitis dolores.

Ipso anno obiit Ipris in Flandria B. Margareta Virgo tertij Ordinis S. Dominici. Hæc cum tribus diebus & noctibus peccata sua deflesset (licet innocentiam semper baptismi retinuisset) videre meruit sanctissimam Deiparam, eiusque alloquio recreari, & manus eius ad pectus suum admotione sanari, his additis verbis. Sano te in anima & corpore, & scito tibi à filio meo dimissa esse peccata. Eandem Virginem & Christum sub obitum vidit.

Tunc temporis Gregorius Papa nonus, Pontificatus sui anno sexto, in sanctorum Alburn sanctum Antonium de Padua Ordinis Minorum, de cuius erga Deiparam studio supra quædam diximus, quibus nihilominus hæc addere libet. Eo Vicentiam proficiscens, largus de cælo decidit imber. Cumque in mediis agris nihil occurreret, quo se tegeter, Rosarium suo capiti imposuit, orans Deiparam, vt à se pluuiam arceret. Mirum dictu, vix verba finierat, & ecce velut si Rosarium in tectum versum fuisset, ita eum texit, vt ad Urbem quoque Vicentinam peruenerit, ne leui quidem pluuiæ guttula respersus.

Alij id Antonio dicto de Robes tribuunt, etiam Minoritæ. Cui addere licet Fratrem Georgium Albanensem eiusdem Ordinis, qui cum in vehementi pluuiæ, careret pallio quo se tegeter, Coronam B. Mariæ Virginis recitans, peruenit ad Monasterium planè sicus.

Annus Christi 1238.

ANno sequenti, in Galliis, Agathopoli in viuus esse desit beatus Leodatus Ordinis Prædicatorum, maximæ erga Deiparam deuotionis. Huic in extrema ægritudine Regina cæli apparuit, & num secum ad cælos, venire vellet, interrogauit. Cum autem is perquireret, quæ illa esset, diua autem se, Mariam Dei matrem renunciasset: Leodatus, & vnde hoc mihi ait, vt ad eò sublimis heroina, ad me vilem, peccatisque deformatum, & mille suppliciis dignissimum delabatur? Porro si meam indignitatem non despicias, peccatorum indulgentiam mihi à filio obtine: tum deinde de carcere isto carneo exime, atque tecum esse iube. Obtinuit illa quod petiit, de certa salute fiduciam ei fecit, & tandem rebus humanis exemptum, gaudentem iubilantemque in paradysum introduxit.

Annus Christi 1239.

FLorebat quoque tunc Adolphus Ordinis Minorū. Reliquit ille Comitatu Alfatia, quem rebus feliciter gestis adusque maturam ætatem administrarat, & honoribus maximis apud Imperatorem Fredericum fuerat perfunctus. Is cum sanctam & humilem in illa familia vitam egisset, moribundo astitit communis omnium Religiosorum Patrona, ac mater D. Deipara innumerabilium Angelorum comitatu stipata, eumque trepidantem, ita confirmauit. Quid habes fili? Quid times? aut cur ob imminentem mortem angeris? veni securus, quoniam filius meus, cui fideliter seruisti, coronam gloriæ

Platus lib. 1.
c. 31.

riæ dabit. Quibus ille Virginis verbis, & aspectu aded recreatus est, ut omnis horror mortis in ingentem lætitiã fuerit conuersus.

Egimus suprà de Institutione Ordinis Seruorum beatæ Mariæ: restat nunc dicere aliquid de eius incremento. Diximus à septem Eremitis fuisse institutum. Sub annum autem Domini millesimum ducentessimum trigessimum nonum, Deipara virgo eisdem septem viros aspectu suo dignata est. Nocte concubia eius diei, qui Parasceue dicitur, orantibus ipsis, & intimo cordis affectu passionem Christi, Mariæque dolores contemplantibus, adfuit illa Angelis circumsepta. Hi instrumenta Dominicæ passionis deferebant, illa verò cœlesti lumine refulgens, pullam tunicam, lilium hians, & librum apertum manibus gestans, hunc esse habitum Ordinis illorum recens instituti, beneque de incrementis sperare iussit. Ab ea hora tunicam ad talos vsque promissam, scapulare eidem æquale, & pallium pulli coloris, caputio ceruices & humerorum fines regente, induerunt, ac diuæ Mariæ Virginis benignitati, ob eiusdem, & viduitatis memoriam habitum assumptum, acceptum retulerunt. Propter hæc, & alia miracula, cœpit propagari Seruorum institutum ex lectissimis vitis.

Annus Christi 1240.

TVnc ad sidera migrasse existimant quidam, beatum Hermannum Villariensem Ordinis Cisterciensis in Brabantia, cui frequenter apparuit beatissima Virgo Maria, quam tanquam Abbatissam Ordinis valde dilexit. Demum videntibus qui moribundo aderant, apparuit beata Virgo, in cuius societate beata illa anima ad æthereas sedes feliciter euolauit.

Ipsò anno nempe 1240. in vrbe Traiecto, quæ apud Mosam fluiuium est propè à Tungris, in finibus Brabantia, alia à Traiecto inferiori, quod Vltraiectum dicitur, vicinum Batavis ad Rheni veteris alueum, fundatum fuit Monasterium Minorum, quod Iecora fluiuius interluit. Hæreticorum furore penè totum dirutum fuit, expulsis fratribus anno 1570. Sed anno sequenti reuocari in festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ciuitate expugnata à serenissimo Principe Parmensi, & Monasterium Dei fauore, bonorumque amicorum (ut solent quæ ceciderunt) melius resurrexit. Templum è patrio sectili lapide edificatum elegante fornice & conuexitate conspicuum. In quo ad dextram facellum diuæ Virgini consecratum, imaginem habet paulo amplius longam pedes quatuor Deiparæ matris, filiolum brachio sinistro gestantis suprà altare collocatam, ante memoriam hominum miraculis celeberrimam. De illa integrum scripsit librum recolendæ & piæ memoriæ vir Henricus Sedulius Minorita, inscriptum, *Diuã Virgo Mosæ Traiectensis*, ad exemplum optimi sui amici Iusti Lipsij, qui similes conscripsit libellos, *de Diuã Virgine Hal-lensi, & Aspircollis*. Solemnissimæ supplicationis, quæ ad imaginem fit, in secundis feriis Paschalis Resurrectionis Dominicæ, damus ex eodem pio auctore descriptionem, quam etsi longiusculam, legere non tædebit, sed valde placebit. Ipsa inquit, die Paschalis festiuitatis, vespere cum finiuntur, Fratres cum frequentissimo populo, prælatam crucem antiquo ritu Christianorum sequentes, procedunt ad imaginem diuæ Virginis: cantant illud

H h 3

SAEC. XII.
B. Adulphum morientem, & rimentem consolatur B. Virgo, & ad caelos inuit. Archan. Gianius in lib. de Init. Ordinis Seru. Septem viris Ord. Seruorum Patriarchis apparet B. Virgo, eiusque Ord. habitum demonstrat.

Menol. Cisterc. 3. Apr. B. Hermannus Ord. Cisterc. in cael. uelut à Deipara. Vvaddingus to. 2. Annal. Minor. ad ann. 1240.

Sedulius in lib. de d. Virgine mosæ Trai. c. 11. Supplicationis quotannis fieri solita ad imaginem B. Virginis Mosæ Traiectensis series.

latum & priscum Catholicorum Paschale canticum, cælitus acceptum: *Régina cæli letare, &c.* atque ex sacello, eius honori & memoriæ consecrato, quod ad dextram templi est, efferunt ad Ecclesiæ medium, vbi sublimis statuitur honoranda. Nulla imposta mora, incredibili pietate frequentationes incipiunt, preces & vota ciuium & aduenarum: sed maximè noctu, vt pij quique vitent oculos aliorum, ab occasu solis vsque ad auroram diei sequentis. Nec facile dictu, quanta hominum multitudo ex agris, ex vicis, ex vicinis vrbibus conueniat. Numerati aliquando, cum id præsidarij excubitores in mandatis haberent, aduenisse suprâ sex millia virorum, præter mulieres & paruulos: curatores sacelli, diuæ Virginis imaginum, quæ magna religione exiguntur, supra septemdecim millia petentibus distribuerunt, anno salutis millesimo sexcentesimo septimo iam, tum à S. D. Paulo Papa V. sælicis memoriæ, datis denuntiatisque plenariis indulgentiis. Iucundum spectaculum piis, videre pueros, adolescentes, virgines, matronas, viros, corpora nuda tectos duntaxat lineis amiculis, siue laneis, nudis etiam pedibus D. Virginis imaginem adire, circumire, adorare, imo circum eam, & sub ea flexis poplitibus sæpius reperi. Ex vtroque sexu passim sternuntur, oculis & lachrymis pauimenta rigantes, veniam irarum cælestium deprecantur, & vota ad Deum interueniente Virgine Matre, prout sua quemque mala cogunt, vertunt. Plurimi supplicationi viam antiquitùs destinata, non modo semel, sed multoties præeunt, faculas ardentes gestantes. Multi à capite vsque ad genua, ferreis armis nuda corpora tecti, etiam in genibus repentes, totum illud, & quidem non breue iter processions conficiunt, & ferreas subindè graui pondere catenas pedibus illigatas trahentes. Dominicæ Resurrectionis secunda feria processioni decreta, finita concione ad horam nonam, toto Senatu atque Magistratu, cum vrbis primoribus conuenientibus ad Monasterium, summum sacrum in diuæ Virginis honorem celebratur, cum ciues omnes & aduenæ, Deiparæ Matri obuiam ruunt. Sub finem sacrificij, choris S. Francisci primoribus quibusque & nobilibus, diuinoque Francisco deuotis distributis: atque singulis eam publicè super vestes ab humeris ad aduersa latera gestantibus, in formam tessera: procedit peractis mysterijs instituta supplicatio, velut acies castrorum ordinata. Quemadmodum in castris expeditissimorum militum variæ sunt cohortes & legiones, varia signa atque vexilla, diuersæ generis armaturæ, sed tamen vni militant Principi: ita in ista religiosissima Processione varia deuotio, sed diuersa schemata, vbique multa gratia, quia grata diuersitas, sed vna veraque pietas: quia Christo faciunt, quod eius Matri. Cæterùm quia Christi militibus fas non est procedere sine signis militiæ Christianæ: crucem frater aliquis præfert, quam magna mox sequitur manus virorum, fœminarum, puerorum. Nec vulgi more, sed ritu singulari Crucem sequuntur, quia crucem etiam tollunt. Omnes solis laneis aut lineis amicti, nudis pedibus varia lumina gestantes, habitu publicè pœnitentium: summo silentio, calidas preces & lachrymas fundentes, totum supplicationis circulum conficiunt. Anno octauo supra millesimum sexcentessimum, mille eoque amplius hoc schemate processisse numerati sunt; inter quos non pauci viri, qui galeis ferreis, ne noscerentur, caput incluserant. Sed & matres complures secum vix dum apta

apta gressibus cata pignora trahebant: nonnullæ infantulos & lætantes eodem pœnitentium schomate ad vbera circumferebant. Annus quoque grandæua, quotannis hoc ritu solita procedere, cum ingrauescente morbo, & ætate non posset, vt fidem suam liberaret, eadem amiculorum forma grabatulo circumlata est. Sub hoc vexillo ponè sequuntur, qui in sodalitiis flagellantium, sub cura & directione sunt Collegij Societatis Iesu. Hi sacris operati, recta facie, pedibus nudis (quo ritu in Cœna Domini processionem suam celebrant) magna pietate, & pulchro exemplo supplicationem cohonestant, viri, adolescentes, pueri. Altera crux sequitur labari forma, quo labor, vna & merces præmiumque laboris indicatur, & numeratur. Sequuntur è vestigio omnes Fratres Minoritæ, in sacramenta Christi iurati, cantantes Domino, magnis vocibus benedicentes diuæ Virgini, *Benedicta inter mulieres*. Mox sequuntur primarij ciues; deindè Sacelli diuæ Virginis curatores, tædigeri omnes ante sacram Diuæ Virginis imaginem, de qua nunc agimus, quam lectissimæ probatissimæque Virgines qua it supplicatio, humeris sublatam religiosissimè ferunt. Imaginem D. Virginis cohors sequitur armatorum, qui susceptis votis, sacramenta hæc Deiparæ Matri in singulos siue certos annos dixerunt. Recentî anno octauo supra millesimum sexcentessimum, octoginta sex penè omnes faculas gestantes, corpora nuda (tectis tantummodo, quæ natura dicitur velanda) ferreis armis induti à capite vsque ad pedes. Capita ferreis armis induti à capite ad pedes. Capita ferreis galeis muniebantur, pectus & brachia ferreis thoracibus & brachialibus, crura & tibiæ, ipsi quoque pedes panoplia militari, qualis solet esse equitum armatorum in acie pugnantium, tales ferè omnes; plerique dextro quoque pede catenam magni trahunt ponderis, quo procedant laboriosus. Subligacula linea, quæ naturam tegebant, fluentem largiter ostendebant sanguinem ex morfu armorum. Nec facile quis credet, quam multis sanguineis guttis via, qua processio tendebat, spargeretur. Alij herbas, frondes, flores oculis & odori iucundos, Christo iaciebant, & eius Matri. Isti (quod habebant pretiosissimum) sanguine suo viam purpurabant, quo peccata eluerent, & flammas ignesque gehennæ sopirent. Hos lectissimos milites, velut cohortem Prætoriam, Magistratus vrbis sequitur: Prætores, quorum alter Præfulus Leodiensis, alter Ducis Brabantæ; tum Consules & Senatores, & qui vrbis ab officiis, tædigeri omnes ante venerabile Sacramentum, quod maxima profundissimaque reuerentia sub serico cœlo gestatur. Claudunt agmen Processionis, ciuitatis Gubernator, tota nobilitas, magna denique multitudo omnium sexus vtriusque ætatum & conditionum, ciuium & aduenarum. Et vero consummata supplicatio non statim finem imponit deuotioni: toto sequente octiduo diu noctuque frequentationes, visitationes, circuitus, quæ præiuit processio, à plurimis iterantur.

Annus Christi 1241.

Alexander Allensis erat adhuc in viuis in diebus illis, nempe anno Domini 1241. Hic cum adhuc secularis esset, & Parisiis legeret in die Conceptionis beatæ Mariæ, & festum ipsum sperneret, annuatim eo die grauissimis infirmitatibus torquebatur. Sed monitus à discipulis, ne talem Conceptionem

Antho. de
Eucharo in
Elucidario
B. Virginis.
Bust. in Ma-

SÆC. XII.
riali t. p.
serm. 7. p. 2.
Carthagena
tomo 1. de
beata Virg.
lib. 1. hom.

19.
*Alexander
Allensis Con-
ceptionis*

*Deip. festum
contemns,
gravi infirmi-
tate vexatur,
respirans, sa-
natur.*

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 23.

Aug.

*Gregorius Pa-
pa 9 quid sta-
ueris ad ho-
norem Deipa-
re.*

Menol. Ci-
ster. 7. Apri-
lis.

B. Herman-
nus Hemmen-
rodensis Mo-
nast. Conuer-
sus B. Virgine
reuelante obi-
tus sui horam
cognoscit.

Leander. Fer-
dinandus.

Bzouius to-
mo 13.

B. Hermannus
Ord. Prædi-
cat. pietatis
exercitio erga
Deiparam.

Conceptionem sperneret, sed de ea memoriam faceret; ille votum Virgini emittens, vt si de tantis infirmitatibus euaderet, libellum de eius Conceptione componeret, qui vocaretur liber beatæ Virginis. Facto voto, per preces beatæ Virginis reductus est ad pristinam sanitatem. Cuius liberatione gauisum fuit totum studium Parisiense. Ipse verò non ingratus, reddidit quod vouerat; composuitque librum vnum pulchrum, vbi continentur omnia facta mellifluæ Conceptionis, qui diuiditur in sex libros, & in fine tertij libri, capite penultimo, totum illud miraculum factum à Virgine in seipso narrat, & determinat beatam Virginem fuisse conceptam sine originali, reuocatque & annullat quicquid in tertio Sententiarum dixerat super hac materia in contrarium, & in quocumque alio loco.

Ipsò anno vita fungitur Gregorius nonus summus Pontifex. Hic dum armis Federici Imperatoris exagitaretur, decreuit, vt Antiphona *Salua Regina* certis diuinæ rei horis adderetur, & vt laudes B. Virginis Mariæ speciali oratione in Matutinis celebrarentur, & salutatio eiusdem tum mane tum vesperi dato signo campanæ, ab omnibus genuflexo repeteretur.

Annus Christi 1242.

Quidam tunc temporis beatus Hermannus Conuersus Ordinis Cisterciensis, Hemmerodensis Cœnobij in Germania, omninò diuersus à superiori, florebat sanctitate, virtutibus & reuelationibus insignis, cui bruta animalia, deposita feritate obediebant. Qui cum aliquando orationes, quas singulis diebus in honorem gloriosæ Virginis legere consueuerat, nimio labore fatigatus, & vrgentibus occupationibus præpeditus, obliuioni tradidisset, & eas post Completorium legere decreuisset, eandem Dei genitricem conspexit, quæ iussit cubitum iret, se loco ipsius easdem orationes persoluturam promittens. Cumque laborum suorum finis instaret, eadem Virgine reuelante, horam obitus sui cognouit & prædixit, atque in ecstasi raptus, gloriam, quam in cælo habiturus erat, videre promeruit.

Annus Christi 1243.

Fuit & alter Hermannus sanctitate celebris Ordinis Prædicatorum, qui Anno Domini 1245. obiit. Erat sanè beatissimæ Virginis amator eximius, cuius imago, eius semper obuersabatur aspectibus, cuius viscera calis capaciora demiratus, illis quod Deum immensum nouem mensium spatio baiulasset: cordi virgineo, quod suprâ humanum & angelicum captum excellentissimis mysteriis fidem præstitisset, vberibus, quæ omnia largiter pascentem pauissent manibus, quæ amictum lumine fasciis cinxissent, brachiis quæ gestassent, ori quod balbutienti pusioni oscula impressisset, beatitudinem obuentam gratulabatur, & ad singulorum pudicissimæ Virginis membrorum verecundam contemplationem, salutationem Angelicam pangebatur. Ab imagine autem externa pulcherrimæ Virginis, ad longe venustiorementis eius ideam transferebatur, & incredibilem fidem, demissam humilitatem, ardentissimum amoris incendium, puritatem suprâ angelicam, moderationem animi, iustitiæ robur, aliarumque intus manantium virtutum fulgerrima vel potius lumina, auspiciam in alia creatura visa, venerabatur.

batur, inque paradiso isto, in quo Trinitatis supernæ præcellentes personæ, sua oblectamenta capiunt, cogitatione castiore expatiatus, ad singulorum mentis virginæ ornamentorum nuncupationem, salutationem angelicam geminabat: adiiciens, Iesu suauissime, dignare me meam & tuam matrem super omnes speciosam ore laudare, corde admitari, & imitatione subsequi. Tantum autem beatissimam cælorum Reginam, eius ardentior deuotio recreauit, ut ipsa quoque se illi visendam, vna die Sabathorum præbuerit, nouisque charismatibus gratiarum eundem ditauerit. Istud erat. Præ contemplationis studio, non multum actioni vacabat: totusque in spiritu absorptus, & quasi extrâ se raptus, aliorum saluti non ad eò inuigilare satagebat. Eam obrem à multis, pro ignauo habitus, non multum æstimabatur. Mouit ea res non nihil Hermannum, & id eò Mariæ Martham, scilicet contemplationis studio, curam salutis animarum adnectere desiderans, in oratione se prostrauerat. Flagitabat filium per matrem Reginam, ut illi dignaretur tantillum delectationis spiritualis ex illo interno mentis delicio detrahere, & tantum intelligentiæ scripturarum remenso dono concedere: linguam deinde balbam, ut olim Moyse ex visione inuisibilis ardoris dissoluere, & tum ad laudes diuinas perficiendas, tum ad destruendum inimicum & ultorem, præparare, aut aliquo carbone supra mundano perurere. Percussit mox flagameo eloquio, exoluit, præparauit, ac instruxit Deus mentem, fibras, ac linguam Hermanni ad prædicationem Euangelij pacis, ut scientia diuinitus infusa Theologos, eloquentia verò pene Paulina oratores innumeros post se relinqueret. Latino, Alemanno, Bohemo, & aliis sermonibus promptissimus in dicendo, felicissimus in capiendis ad meliorem frugem hominibus erat.

Hoc ipso tempore electus fuit in summum Pontificem, Innocentius Papa quartus: qui (ut graues Auctores scribunt) composuit Antiphonam illam, Natiuitas tua Dei, genitrix virgo, &c. Nam post mortem Cælestini quarti, decursum fuit tempus sesqui anni & ultra, quo tempore non poterant concordare Cardinales in electione Pontificis, vnde succedebant in vniuersa Ecclesia afflictiones & multa mala, præsertim in Italia. Siquidem Fridericus Imperator, factus rebellis ipsi Ecclesiæ, sibi vsurpabat terras Ecclesiæ subiectas. Desiderabant ergò Cardinales, qui erant in conclauis, electionem facere, & nunquam poterant inter se conuenire & concordare. Tractatum ergo fuit inter eos, & propositum à quodam deuotissimo beata Virginis, ut fieret votum, quod qui primus ex eis Papa electus esset, breui tempore mandaret in Ecclesia vniuersa (nam antea in particularibus quidem Ecclesiis iam celebrabatur huiusmodi festum à tempore Apostolorum) celebrari festum Natiuitatis beatissimæ Virginis cum suis octauis per totum Christianismum. Quo voto facto statim successit electio Sinibaldi, Cardinalis, qui vocatus fuit Innocentius 4. Hic ergo instituit celebrari festum ab omnibus Christianis: & catholicis in vniuersa Ecclesia Natiuitatis B. Virginis die 8. Mensis Septembris. Et quia huiusmodi electio Pontificis, gaudium, & iucunditatem maximam attulit vniuerso mundo, propterea Pontifex ipse, attribuens eam iucunditatem Natiuitati, & meritis B. Virginis, instituit, ut diceretur ista Antiphona, Natiuitas tua Dei genitrix virgo,

*Scientiarum
& prædicationis
domini
precibus
Deip. recipit
B. Herm. Ordinis
Prædic.*

Thomas de Trugillo tomo 2. The-
sauri Con-
cionat.
Innocentius
Papa IV. com-
posuit An-
tiph. Natiui-
tas tua, &c.

*Institutio so-
lemnissimæ Na-
tiuit. B. Ma-
ria.*

SÆC. XII.

gaudium annunciauit vniuerso mundo. Cæterum nonnulli dicunt celebrari propterea festum Natiuitatis, quia quidam deuotus Religiosus eo die, scilicet 8. Septembris, quotannis audiebat suauem quandam melodiam Angelorum, concinentium. Cumque quæreret causam tantæ lætitiæ, responsum sibi fuit, quod eo die magna cum lætitia celebraretur in cælo festum Natiuitatis beatissimæ Virginis. Cæterum fieri quidem potest, quod talis reuelatio facta fuerit prædicto Religioso: nihilominus tamen, causa quamobrem fuit institutum huiusmodi festum, fuit illa quam supra attulimus.

Annus Christi 1244.

Paleonodorus lib. 3.
Hist. Carin.

EAdem tempestate, Auinione, Arelate, & in aliis vrbibus Galliarum, non tam ab hæreticis, quam ab inuidis aliquibus Clericis, multam calamitatem passæ sunt Religiones mendicantium. Causa fuit, quod in partem ministerij Ecclesiasticæ hierarchiæ adiuncti, tum concionibus ad populum faciendis, tum confessionibus excipiendis operam maiorem quam illi negligentiores nauarent. Inter hos Carmelita, cum diuæ Deiparentis Mariæ intercessionem implorarent, Priori eorum Generali Diua apparuit, dixitque: Vade ad Innocentium quartum intrepidè, qui iuxta nominis sui interpretationem, partem innocentium fouebit, atque promouebit. Iuit ille, & à Summo Pontifice, quæcumque desiderasset, contra impugnatores obtinuit.

Carmelita, & alij Ordines Mendicantium, à multis grauaminibus iuuantem Deiparam, liberauer.

Annus Christi 1245.

Ex ant. M. S. Codice.

Ipsò tempore, Abbas quidam in medio maris Britannici, nimia cum aliis multis oppressus est tempestate: aded vt omnes cogerentur de vita desperare. Itaque alij beatum Nicolaum, alij sanctum Clarum, alij S. Andream, vel quemlibet alium inuocabant. Vnusquisque enim quem familiarem sanctum habuerat, in necessitate sua familiariter inuocabat. Cumque videret Abbas omnes istos, vel illos minus potentes Sanctos inuocare, neminem autem Matrem misericordiæ, sydus marinum, cæteris omnibus misereri potètiorem Mariam nominare: Quid est (inquit) quod agitis fratres? Quid cæteros, qui minus possunt, tantum inuocatis, & ipsam quæ plus omnibus potest, relinquitis? Bonum quidem est quod facitis, sed multò melius esset, si omnes vna voce matrem misericordiæ acclamaretis. Quo illi præcepto, omnes vna voce, Matrem Dei nominant, omnes vt sui misereatur, proclamant. Et ipse quoque Abbas, Responsorium *Felix namque es, &c.* cum suo Versiculo, *Ora pro populo* deuotissimè recitare cœpit: vixque finierat, & ecce in summitate mali, lux magna instar cerei apparuit, quæ noctis tenebras fugans, omnes qui erant in nauis, sua claritate perfudit, totaque pelagi cessauit tempestas: & cæli Regina iubente, facta est tranquillitas. Nec multo post, dies serenus illuxit: & terræ ad quam tendebat nauis, applicuit.

Responsorij Felix namque, &c. recitatione periclitantes liberantur.

Annus

SÆC. XII.

Inter alia virtutum insignia & miraculorum, accidit & hoc ingens signum. Nam Cracouia, vbi S. Stanislaus, martyr & Episcopus signis & miraculis nostris temporibus coruscat insignis, soror Hroznata vrbis eiusdem Præfecto quondam matrimoniali copula iuncta fuit, vbi Hroznata sororem secutus, factus iam bonæ indolis adolescens, cum suis cœtaneis super fluvium Vistulam ludens, absorbetur ab vnda, in qua ab hora diei tertia, donec aduersa spera ceret, iam quasi mortuus occultatur. Tandem vbi ad sororem ipsius huiusmodi fama perlata est, ea tanquam extra se rapta, & subito cursu solâ contenta tunica, de fratris vita anxia, cucurrit ad flumen, & loco, vbi merfus fuerat adolescens, sibi ostenso, diuersis piscantium instrumentis, vt saltem extrahatur mortuus, præcipit attentari. Quibus incassum laborantibus iuuenes aderant, peritiam natandi habentes: hi vestibus à se reiectis, ad ima gurgitis natando descendunt: & ecce vnus ex illis Hroznatam capillo capitis se cum trahens de aqua, ante dominam, rei euentum spectantem, posuit super ripam. Sciscitante autem Domina, post luctus depositionem de casu, & quomodo tanto tempore sub aqua vixisset, respondit, quòd videbatur ei quædam Domina miræ pulchritudinis, forma prædita virginali, super verticem ipsius interim, quamdiu erat in aqua, continuò tenuisse, quæ non sinebat ipsum vndis inuolui; quam, sicut ei videbatur, Matrem gratiæ, Reginam misericordiæ, mediatricem Dei & hominum esse credebat. Hinc ad honorem Virginis, carmina iucunditatis & lætitiæ personabantur, & exinde Hroznata concepit in animo, B. Virgini liberatrici suæ, præstare obsequium: quod postea se, & sua omnia eidem tradens, deuotus impleuit.

*Deipara B.
Hroznatam
Ord. Pramon-
strat. diu in
aquis incolu-
men seruat.*

*Vide Vitam
eius in Vitis
Parrum Oc-
cid.*

Annus Christi 1248.

ORdo de Montefano, seu Syluestrinorum, à sancto Syluestro Abbate Institutore dicto, fuit approbatum ab Innocentio III. anno Domini 1248. Nec diu post cum S. Sylvester sub noctem intempestam ad vsitatum in oratorio psallendi, precandique pensum ritè Deo cum fratribus persoluedum, perrexisset, atque inter eundem descendere cœpisset, quòsdam scalarum gradus, dæmone supplantante, præceps per illas scalas datus est, ingenti impetu, totisque ponderibus deuolutus. Luna minimè pernox erat, cælum ingenti tempestate, & aquarum alluione desæuiebat, venti inter se aduersi certabant, omninò nox opaca, & horribilis, vt ad viti patientiam Christo permittente tentandam, dæmones, cælum, elementa conspirasse viderentur. Sylvester verò afflictus & consauciatus ità iacebat humi, vt & propter lubricum solum, & debilitatum corpusculum, conatus sæpius exurgere, ilicò cum maiori dolore recideret, vt ne reptando quidem ingredi posset. Ergo fratrum auxilium in choro psallèrium sæpius implorabat, sed præconcentium strepitu, præque horrifono imbrium ventorumque fragore, exaudiebat nemo. Semiuuius igitur miserandum in modum iacuerat aliquamdiu super frigidam & lutulentam humum, & pluuia ventorumque tempestate penè obrutus, magnam tamen animi tranquillitatem constantissimè retinebat: recrudescentibus autem propter frigus, & nocturnum aërem vulueribus, dubium non erat, quin esset in ea calamitate animam afflaturus, nisi ipse opportunè ad implorandam B. Virginis opem confugisset. Quate precabatur

precabatur sanctissimam Dei matrem, ut ne se tam subito filiis, quos Christo genuerat, absentibus, ex hac vita migrare pateretur, neque enim mortem horrebat, quam semper æstuanti animo peroptarat. Affuit precanti clementissima Virgo, augustissimo aspectu, & beatissimo lumine fulgens, ac se palam incredibili benignitate spectandam dedit, eumque non modo incolumen reddidit, ut solæ ad testandum relinquerentur vulnerum cicatrices, verumetiam ne sentientem quidem in cellam momento temporis restituit, atque extemplo descendit in cælum. Enimvero obstupuit Sylvester, & beatæ Virginis benignitatem expertus, in eiusdem patrocinium, recenti præsertim illius in se beneficio, atque misericordia inuitatus, clientelamque confugit, & ætiori quam antea, amoris vinculo eidem Virgini sanctissimæ sese obstrinxit. Hoc etiam idem studium, eandemque pietatem in suis cupiebat esse præcipuam. Interim fratres mirari nocturnæ psalmodiæ non adfuisse de more Sylvestrum, morbum fortè suspicati, frequentes ad cubiculum die illucescente conueniunt, faciem adhuc sanguine liuoribusque insignitam aspiciunt, causam querunt. Is primum modestè dissimulans, quasi suis ipsius peccatis accidisset, rem tamen omnem post aliquot dies multis fratribus enunciauit, quorum nonnulli cum hæc primam sunt mandata literis superstites erant.

Recenti igitur beatæ Virginis beneficio incensus, magis ac magis eius amore castissimo inflammabatur. Neque verò Mater benignissima gratum erga se, ac pium filium desisteat maioribus quotidie muneribus cumulare. Itaque nocte quadam Sylvester post vísitatas preces, repente leui quodam somno correptus, visus est sibi ad Bethleemitas rupes esse transuectus, & præsepe adiisse Christi Domini natali nobilitatum. Mox in quoddam templum perductus, ante altare stetit precabundus: precanti augustissimo lumine fulgens Virgo Maria non modo sese illi palam ostendit, verumetiam eum blandè allocuta est. Et visne, inquit, fili mi Sylvester, corpus filij mei Iesu Christi recipere? Hac visione atque irritatione cohorrui primò Sylvester, deindè cum se collegisset, ingenti cum tremore respondit: Paratum cor meum Domina, paratum cor meum, impleatur voluntas tua in me. Tum illa verè dulcis Virgo, sua manu purissima sanctissimum Christi corpus Sylvestro porrexit, cuius nimirum diuina virtute, tanta est beati viri mens luce perfusa; ut ab eo tempore, nullus ei planè in sacris voluminibus locus esset obscurus. Quid mirum? Poterat ne illi quidquam esse abditum, cui & mater sapientiæ, & sapientia ipsa se tam familiariter patefecisset? Fœlix prorsus ad quem accedit propius Saluatoris Mater, & cuius corpus alias consueciatum mirabiliter sanarat, eiusdem nunc mentem, atque animum cælestibus epulis benignissimè reficit.

Annus Christi 1249.

FVit tunc, nempe anno Domini 1249. relatus inter sanctos, S. Edmundus Cantuariensis Archiep. Hic ab adolescentia castitati singularem nauauit operam. Ut autem cura eius seruandæ maior inesset, de consilio cuiusdam sacerdotis, coram imagine perpetuæ Virginis sanctissimæ matris Dei, castitatis votum nuncupauit: & illi singulari & incomparabili Virgini se commendans, eam sibi sponsam delegit. Atque ut fœdus cum illa iurum

*S. Sylvester
Abbas præ-
ceps actus à
diabolo, &
grauiter vul-
neratus, à B.
Virg. sanatur.*

*Communica-
tur à Deipa-
ræ S. Sylvester
Abbas.*

*Robertus
Richius in
Vita ipsius
c. 6.*

SAEC. XII.
S. Edmundus
Canuar.
Arch. B. Virgi-
nem annulo
in digito
imaginis
ipsius immi-
so, sibi des-
ponsas.

Vincentius
in Spec.
Hist. lib. 7.
c. 87.

*Imago Deipa-
rae contrahit
digitem, re-
cepto annulo
cuiusdam
adolescentis.*

*Lumen lucer-
nae extin-
ctum, Deipa-
rae invocatio-
ne, reuocandi-
tur.*

prorsus firmum, & stabile, fore declararet, miro modo eam annulo suo tanquam arrabone sibi despondit, in quo ipsius Virginis imago depicta, & salutatio angelica descripta erat. Atque ex eo tempore (vt ipse in suo obitu confessus est) quoties illius clementissimæ Virginis implorauit opem, illa in tentatione exitum, in persecutione solatium, in afflictione remedium, in dolore gaudium ei celeriter impetrauit. Habuit verò etiam in digito suo annulum, cum quo post mortem (vt solent Pontifices) sepultus est, cui itidem omnibus admirantibus, angelica salutatio insculpta fuit: vt beatissima Virgo ipsum suum sponsum & habere, & cognoscere dignaretur.

Aliud quasi simile refert exemplum Vincentius, quod hic in gratiam lectoris scribere non grauabor. Quidam adolescentes, ante quandam Ecclesiam, ludum pilæ exercebant. Quorum vnus qui habebat in manu annulum, quem ei puella quædam donauerat, carnali amore ducta, timens ne forte assidua pilæ percussione frangeretur, diuertit ad Ecclesiam, vt alicubi eum reponeret, donec post ludum eum reciperet. Ingressus itaque ante imaginem Mariæ, intuitus eam, & admirans eius pulchritudinem, genuflexo deuotè salutauit eam, & addidit. Vere in omnibus formosior es, & illa quæ mihi hunc annulum amoris munere condonauit: ideoque ei renuncio, teque deinceps amare, & tibi seruire decerno, ita duntaxat, vt ego vice reddita, amore tuo dignus inueniar. Sic igitur præfatus iuuenis, annulum suum digito imaginis quem habebat sursum erectum indidit. Quo accepto quasi conditum comprobans, & fidem adhibens, (mirabile dictu) digitum suum imago constrinxit. Quo viso iuuenis stupore permotus, circumstantes aduocat, & rei nouitatem, salutationis ordinem, & voti conditionem enarrat. Quod illi audientes, eum seculo renunciare, & votum persoluere hortabantur. At ille spinis diuitiarum obstantibus, ægrè quod monebatur audiens, ingratus exitit; & post modicum imagini mentitus, uxorem ducere non expauit. Sed prima nocte nuptiarum, beata Virgo ei in somnis apparuit, annulum digito prætendens, & infidelitatis eum arguens. Excitatus ille de somno, & visum ad memoriam reuocans, credidit esse phantasma, quare iterum somno detentus, vidit eam iterum sibi assistere, non sicut prius blandè alloquentem, sed cum indignatione vultum auertentem, & tormenta durissima pro contemptu sui, & voto irritò comminantem. Euigilans igitur, & iterata admonitione perterritus, relictis omnibus quæ habebat, vitam eremiticam professus est: Dominæ & amicæ suæ, cunctis diebus vitæ suæ deuoto animo deseruiuit. Sed ad sanctum Episcopum Edmundum redeamus.

Quadam nocte, cum ad lucernam lectitaret, somno oppressus est. Tum verò mus ingressus, lumen extinxit. Expergefactus postea vir Dei videt se lumine destitutum, quare gemebundus, appellat nomen dulcissimum sanctissimæ matris Dei: moxque gratulabundus, cernit sibi lumen cœlitus restitutum.

Cum adhuc esset laicus, Sacellum Parisiis curauit extrui in honorem Deiparæ. Studiis intentus, eius habebat coram se imaginem eburneam, in cuius circuitu depictum erat nostræ redemptionis mysterium. Quotidie etiam Officium Deiparæ deuotè recitabat. Post nocturnas preces quibus
inter

intererat, in oratione cum lachrymis & gemitibus coram altari S. Mariæ in templo S. Mederici persistebat. SARC. XII.

Quotidiè in honorem Deiparæ, & S. Ioannis Euangelistæ, recitare consueverat orationem cuius initium est, *O intemerata, &c.* Cumque ob studiorum occupationem, aliquando eius oblitus esset, proxima nocte à S. Ioanne (qui ferula ictum immanem ei prius minari visus) mox blandè admonetur, ne vnquam eam precationem omitteret.

Occasione prædictæ orationis aliud mirum ex Vincentio referre licet. Homo quidam erat nobilis, diuitiis, potens & honoribus, ac rerum affluentia: bonis operibus minus intentus. Diabolus autem qui mentes fidelium à proposito sancto conatur auertere, assumpto cuiusdam nuper damnati corpore, ad domum eius veniens, obsequium suum ei sub mercede obtulit. Quem ille rei ignarus secum manere permisit. Satagebat ille callidus (quo sibi amplius crederetur) opus iniunctum curiosius exercere, & alios obsequio præuenire, vnde Domino suo valdè acceptus, & ab eo constitutus est in domo infirmorum, vt eis ministraret, & necessaria prouideret, vbi non paruo tempore seruiuit ficta humilitate, sperans opportunum tempus accipere, quando malitiæ suæ laqueos aperiret. Quadam igitur die conuenit Dominum suum dicens: infirmos sibi commissos, pisces ab eo postulare. Ascendit autem Dominus ipse nauem solus cum solo, vt ad opus infirmorum piscandi expleret officium. Tunc Diabolus congruam deceptionis horam arbitratus, nauem in qua ambo erant, subuerrere conabatur; sed Dei protegente gratia, conatus eius ad nihilum redactus est. Aliàs quoque cum ambo venationi insisterent, nitebatur ille contra Dominum suum ex aduerso sagittam dirigere: sed Dei repulsus auxilio, in nullo præualuit ei nocere. Perseuerante igitur in bonis viro, odor famæ eius vsquequaque diffusus, ad videndum eum multos ex longinquo adduxit. Inter quos & quidam Episcopus religiosus adueniens, benignè ab eo hospitio exceptus est. Cui diabolus præsentiam suam ostendere nolens, in diuersorio se abscondit. Cumque ad cœnam inter alios minimè videretur, sæpè requisitus à Domino suo vix adducitur, quem sanctus Episcopus intuens, & per spiritum quis esset, agnoscens, interrogauit hominem quanto tempore vernaculum talem habuisset, & quid in domo sua operis egisset? Qui respondit. Multo tempore adstitit mihi, eiusque operam in multis expertus sum, illum valdè necessarium comprobauit. Ad quem Episcopus; Non est, inquit, bonus domesticus, sed dæmon pessimus. Et aduocans illum in medium, in nomine Christi adiurato, præcepit, vt quis esset ediceret, & quare tamdiu cum homine habitasset? Tunc ille videns vterius se non posse latere, totam machinationis suæ causam aperuit. Ego sum, inquit, vnus de spiritibus tenebrarum, & ad hoc veni ad hunc hominem, vt eum à via veritatis auerterem, frequenter illum tentare aggressus sum, sed oratione nescio qua singulis diebus præmunitus, omnem mihi nocendi potestatem eripuit. His dictis dæmon conticuit, & relicto corpore in medio, subito disparuit. Interrogauit Episcopus hominem, quæ esset illa oratio, quæ sic euacuauerat dæmonis virtutem; affirmabat ille, vt laicus se literas penitus ignorare, sed solam orationem puer didicerat, quam in honore Dei genitricis Mariæ quotidiè frequentabat. Et erat oratio

Vincentius
in Spec.
Hist. lib. 7.
c. 101.

Oratio
O
intemerata
Diaboli
conatus & in-
sidia frustra
tur.

SÆC. XII.

oratio illa, quæ de beata Virgine, & Euangelista Ioanne communi laude dicitur, scilicet *O intemerata, &c.*

Annus Christi 1250.

Menol. Cisterc. 16.
Maij. Cæsar. lib. 7.
c. 21.
Cisterciensibus Monachis psallentibus in choro apparet Deipara.

IN Germania beatus Eustachius Abbas Hemmenrodensis in diebus illis clarus habebatur. Cum enim ipse, & monachi Heisterbacenses, quorum Visitator erat, vigiliis matutinis interessent, & hymnum Te Deum laudamus, deuotius canerent, visa est in magna gloria beatissima Virgo Maria, quæ miræ pulchritudinis coronam, per catenam auream super Conuentum demisit, in cuius summitate pretiosissima ac lucida gemma apparebat, in qua scriptum erat, O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria, radij splendidissimi se circumquaque diffundebant, & nomina tum Eustachij, tum cæterorum Monachorum in choro existentium, quæ per circuitum coronæ sculpta erant, illuminabant: & postmodum ipsa Angelorum Regina clara voce dixit: Sicut ego hodiè sum in gloria mea, ita omnes isti mecum erunt in æternum.

Fasti Gar-mel.

Hoc pariter anno nempe 1250. fuit electus in Generalem Ordinis Carmelitarum B. Simon Stoch, natione Anglicus. Hic beatam Virginem, Dei genitricem, iugiter deprecabatur, vt Carmelitarum Ordinem speciali insignitum ipsius Virginis titulo, aliquo singulari priuilegio communiret, dicens quotidie voce deuotissima in suis orationibus.

Carmelitarum Ordinem speciali priuilegio illustrat B. Virgo.

*Flos Carmeli, Vitis florifera,
Splendor cali, Virgo puerpera
Singularis.
Mater miis, sed viri nescia,
Carmelitis da priuilegia
Stella maris.*

B. Simon Stoch, Scapulare à B. Virg. impetrat.

Beata Maria Virgo cum multitudine Angelorum, eidem beato viro apparuit, Scapulare Ordinis in suis manibus tenens, & dixit. Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis priuilegium. In hoc moriens, æternum non patietur incendium: in hoc moriens saluabitur.

Annus Christi 1251.

Ex antiquis Monim. Monast. B. Marie de Myanis.

PER id temporis miserabilis casus accidit in Sabaudia, in vigilia S. Catharinæ. Quidam Clericus, Secretarius Domini Principis Sabaudia, Iacobus Boniuardi nominatus, videns in decliuo cuiusdam montis, inter Camberiacum, & Montemmelianum, quendam Prioratû ditissimum, cuius Prior erat quidam deuotus homo, ibidem cum aliis Canonicis regularibus Deo deuotè seruiens. Cogitauit autem dictus Iacobus Boniuardi, qui ipsum Prioratum iam tunc tenebat sub annuo censu, quomodo posset dictos Canonicos, & Priorem indè expellere, & ipsum Prioratum vsurpare, cum esset familiaris consiliarius præfati Domini Principis Sabaudia, fauentis partes Friderici Imperatoris contra Papam, & Ecclesiam. Quapropter Lugdunum se contulit, vbi tunc erat Romana curia, & tantum procurauit apud Papam, quod ipsum Prioratum obtinuit, promittens quod Dominus suus, voluntati Papæ inclinaret. Cumque expulsus Priore, & Monachis,

chis, iuisset ad dictum Prioratum possidendum, cum multis amicis suis, & epulantes magnum festum agerent: circa primam partem noctis, audiens Deus voces, & gemitus suorum seruatorum iniuste expulsoꝝ, mons quidam magnus de loco suo translatus, cecidit super dictum Prioratum, opprimens & atterens circa sexdecim Vilagia, & multas parochias cum habitatoribus suis spatio vnus leuæ per longum & latum, dempta quadam capella, vocabulo beatæ Mariæ de Myanis, longè ante ibidem fundata: quam dæmones conati fuere in abyssum reducere, sed non potuerunt. Nempe dæmones præcedentes, & diuinam iusticiam exequentes, sequacibus suis clamabant, quod in dicta capella erat quædam Virgo nigra, impediens ne ipsam capellam diruerent, & in abyssum mitterent. Sicque Boniuardus ille cum suis, & Prioratu, diuino nutu absorptus fuit: iudicia quippè Dei abyssus multa. In eadem verò Capella beatæ Mariæ de Myanis, sita in abyssis, successu temporis, fundatus fuit, & ædificatus Conuentus Fratrum Minorum de Obseruantia, anno Domini 1452. penultima die Augusti.

Annus Christi 1252.

In ciuitate Drepanensi, Regni Siciliae, pulcherrima omnino & deuotissima videtur imago B. Virginis, in Cœnobio Carmelitarum, cuius fama, ob innumera miracula per totum orbem dispersa est: & per singulos dies, ex remotis orbis partibus, magnus ad eam populorum fit concursus, præcipue vero in festo Assumptionis, quo die, aliquando numerati fuerunt peregrini, ad quatuor millia. Ipsi etiam Turcæ & Mauri, ad prædictum Cœnobium, cum deuotione conueniunt, accipientesque oleum ex lampadibus, quæ lucent ante imaginem, totum corpus deliniunt, & sic sæpius curantur ab infirmitatibus suis, fiuntque Christiani. Est autem imago hæc marmorea, tantæ pulchritudinis vt ab Angelis, potius quam ab hominibus sculpta videatur. Vnde aliquando visitans eam Prorex Siciliae, exclamauit, & dixit: *Qui eam pulchriorem videre voluerit, in paradisum eat.* Referunt Carmelitæ, imaginem illam existentibus in peccato mortali, vultum ostendere iracundum & terribilem: existentibus verò in statu gratiæ latum & iucundum. Quapropter qui eam videre desiderant prius confitentur. Referunt etiam fuisse allatam ex partibus Orientis, per quosdam Pisanos, Equites S. Ioannis, eo tempore, quo perdita fuit Terra sancta. Postmodum circa hæc tempora data fuit Carmelitis. Nam cum prædicti Equites applicuissent ad portum Drepanense, nauis ita immobilis substitit, vt nullis artibus moueri potuerit, volebant enim eam ferre in patriam. Data igitur Drepanensibus fuit, & successu temporis Drepanenses eam Carmelitis dederunt.

Ipsa Anno nempe 1252. migravit ex seculo S. Rosa Viterbiensis tertij Ordinis S. Francisci, quæ adolescentula, ob continuam sui corpusculi macerationem, incidit in morbum lethalem, sed dum iudicaretur moribunda, in vltimo transitu constituta, cum omnium admiratione circumstantes sibi virgines alloqui cœpit, vnam quoque vocans ex nomine, quarum plurimæ ante ipsius ortum in Domino dormierant. Demum cubiculum ingrediente Dei genitrice, multis stipata adolescentulis, inquit circumstantibus con-

Francisc.
Hierascus
in Vita Hen
rici Syluæ
Generalis
Carmelit.

*Miracula
multa ad
imaginem
Deip. Virginis
in Conuentu
Carmelita-
rum Drepan.*

Vvaddingus
tomo 2. An
nal. Minoroꝝ.
S. Rosa agrola
visitatur à
Virg. Deipa-
ra.

SÆC. XII.

sanguineis, Ecce venit dignantissime Dei mater ad famulam, procedamus omnes obviam, statimque summa reuerentia & modestia exiit de lecto, & genuflexa sacratissimam Virginem excepit. Illa dignanter amplexa languentem, hortata est, vt ad excelsiores quotidie ascenderet virtutes, Ecclesias S. Ioannis Baptistæ, S. Francisci, & S. Mariæ in Podio visitaret: sed in hac vestem indueret tertij instituti Franciscani, succincto ad carnem cilicio. Iussit insuper, vt audacter vitia quæque reprehenderet in concuiibus absque personarum delectu, religionis diuinæ, & fidei christianæ causas constanter ageret, neque succumberet futuris tribulationibus. Apparente secundo B. Virgine in Ecclesia, vidit, & percepit omnes Christi dolores, quos in se, tanquam in causa, voluit vlcisci, per triduum incredibilibus se affligens pœnitentiis.

Apparet secundo eidem.

Annus Christi 1253.

Vvaddingus vbi supra.
S. Clara morienti apparit
B. Virgo cum turba Virginum.

Sequenti anno 1253. etiam migravit in calum S. Clara Virgo discipula S. Francisci. Cum autem iaceret in lectulo mortis facta est manus domini super Beneuenutam sororem, quæ versus portam domus aciem oculorum dirigens, vidit turbam Virginum in vestibus albis ingredientem, quæ omnes aurea ferta suis capitibus deferebant. Gradiebatur inter eas yna præclarior cæteris, ex cuius corona, quæ in summo sui, fenestrati thuribuli speciem prætendebat, tantus splendor irradiabat, vt noctem ipsam in diei lucem intrâ domum conuerteret. Procedit ad lectulum vbi sponsa filij decumbebat, & amantissime se super eam inclinans, amplexum dulcissimum dedit.

Notitium confirmat in fide B. Virgo.

Quo etiam anno, Tyro siue Nouitius quidam Ord. Minorum, tentatus in fide, dum ficta omnium Christianorum dogmata dæmon persuaderet, voluit recedere, & vacare mundi oblectamentis. Non omnino extinctus fidei igniculus, neque plane abolita erga Virginem Matrem deuotio, quam quotidianis obsequiis magister impressit. Dum proinde discederet, voluit Virgini valedicere, & suum statum exponere. At illa misericorditer nutantem confirmavit in fide sui vnigeniti, quem vlnis tenebat, eamque confirmatam, voluit dato in manum sigillo, filij & matris effigiem habente. Mirabiliter ille stabilitus fortiter se gerit deinceps.

Tunc etiam Canonicum cuiusdam Ecclesiæ Gallicanæ, Franciscanum factum, valde à dæmone tentatum, innocente fideliter B. Virginis auxilio, sacra Virgo, vt perseueraret, effecit.

Vvaddingus vbi supra.

Ipsò anno apud Lunellum custodiæ Montispeffulani prouinciæ Prouinciæ, Tyro alius leuiter probatus, & per multa tentatus à rigido Guardiano, cum durigrem sibi impositam pœnitentiam completeret, abiit in Ecclesiam, vbi prostratus coram Crucifixo, allegabat suam sufferentiam, dicens: Domine, ecce quanta pro te patior, ecce quot mihi molestias ingerit hic inhumanus Guardianus: tu nosti me potuisse calamitates istas euadere, neque enim mihi deerant in sæculo facultates laute vitam transgendi. Cui statim indignabundus Christus, Ecce etiam, quæ ego pro te passus sum, quæ mihi illata ludibria: quæ vulnera: quæ suprema malorum? neque vero vlla mea culpa, tua omnis: ego innocens pro te peccante omnia perpeffus. Attonitus frater

Crucifixi imago Notitium alloquitur.

frater et ubi de sua iactantia, in posterum mala quæque pro Christo libenter toleraturus. In ipso Montispessulani Conuentu voluit dæmon sub boni Angeli specie suadere pio cuidam fratri, cum iam impeccabilem, non debere amplius confiteri sacerdoti. Quod dum frater illusor fecisset, alia multa sub specie pietatis dæmon proponebat, seque magistrum in omnibus exhibuit, quem quæque versus euntem iussit, ut sequeretur. Promptè magistri præcepta obseruabat miscellus discipulus, donec in puteum dare callidè vellet, atque hic moneretur ab altero, qui dæmonis præuidit insidias. Inuocato mox sacratissimæ Virginis auxilio, illusor recessit, & frater ad stultam suam simplicitatem erubuit.

Per id temporis, in Conuentu Spoletano Ordinis Prædicatorum, quidam Nouitius maximæ simplicitatis atque puritatis, cum recitaret hymnum B. Virginis, quem terra Pontus, æthera, & ad illa verba venisset, Mundum pugillo continens, admirabatur, & intrà se querebat, qui posset esse ut Deus mundum pugillo concluderet. Oranti, secundum quietem visa est multitudo innumerabilis Angelorum, sedem ingentem portantium, qui cum illam in quodam loco spatioso collocassent, affuerunt & alij Angeli, qui aliam sedem derulerunt, & econtrà statuerunt, tum deindè & alij multo plures Angeli descenderunt, & Christum humeris suis delatum, sed Iudicis vultu subiratum, in prima sede, in secunda autem diuam Dei matrem sedere fecerunt: atque interim omnes sancti adfuerunt, & singuli iuxta ordinem constituerunt. Tremebat ille à facie tantæ maiestatis; præsertim cum audiret Iudicem iussisse, ut tam bona, quam mala facinora, quam sancta facta commemorarentur, magis exhortuè ille, cum aspiceret Christum, manu vna vniuersum mundum quasi globum corripuisse, & ingenti cum impetu allidere, atque proicere voluisse: nisi diua Virgo ad vocem plorantis, dicentisque, S. Maria succurre miseris, occurrisset, atque prece supplicis prohibuisset, illud adiungens. Nec acceleraueris fili tam citò, mundum, quem proprio sanguine redemisti, iudicare. Iam enim meos Prædicatores submissi, qui illum ab improbitate ad pietatem reuocabunt, atque sanctitatis præceptis informabunt. Hæc cum primum aspexisset ille, tum demum intellexit Dei magnitudinem immensam, qua mundum vniuersum pugillo ambit, & ad nihilum redigere potest, prouocatus tantis hominum sceleribus, præsertim hoc tempore, cum Fridericus ab Imperio deiectus, omnia diuina humanaque temerabat.

Annus Christi 1254.

Innoctius eius nominis Papa IV. cum nescio quibus causis esset in Ordinem Prædicatorum, & Franciscanos, nulla eorum culpa incitatus, & quibusdam etiam edictis, eorum priuilegia ac facultates impedisset: ij quidem ad cælestè auxilium implorandum, inter alias preces, litanias etiam quotidianas indixerunt, quæ dum Romæ à Fratribus Dominicanis in Ecclesia recitarentur, vni ex ipsis contigit, ut ipsam Virginem videret, super altari stantem vnà cum filio: ità ut ipso vultu, eius familiæ mœrorem, ac lachrymas, quas vberius fundebant, miserari videretur, & ad Filium con-

SAEC. XII.

Nouitius implorato B. Virginis auxilio à morte præseruatus.

S. Anton. p. 3. tit. 23. c. 9.

B. Virgo filium iratum, precibus flabit.

Platus lib. 1. c. 34.

Prædicatorum Ordinem ab Innocentio IV. uocatum deseruit B. Virgo.

SÆC. XII.

uerſa hæc verba, vt in Litanis ſolet, iterare: Fili exaudi eos. Nec multo poſt ipſum etiam Innocentium ferunt, morte iam imminente, grauiter pœnituiſſe, illaque verba ex pſalmo protuliſſe: Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius: ſtatimque ex hac vita migratſe, tum denique in prouerbum aulae palatinae abiſſe, A Litanis Prædicatorum, libera nos Domine.

Annus Chriſti 1255.

Menolog.
Cifterc. 4.
Iulij.
B. Bertramus
Ord. Cifterc.
quæſopere
addictus B.
Virginii.

CLaruit tunc in partibus Lombardiæ beatus Bertramus Ordinis Cifterciensis, qui glorioſam Dei parentem toto cordis affectu colebat, & in tantum amabat, vt non ſine magno cruciatu audire poſſet, ſi quis de eius corporali Aſſumptione in cælum, vel in minimo dubitaret. Mirabili viſione ei Angelorum Regina oſtendit Ordinis Cifterciensis inter reliquas Regularium familias, præſtantiam, & ſingulares prærogatiuas. Ceteras conſolationes à beata Virgine eidem exhibitas vide in Menologio Ordinis Cifterciensis.

Annus Chriſti 1256.

Cliſth. in
ſer. de S. Lud.
Turſel. in
Hiſt. d. Virg.
Lauret.
S. Ludouicus
Rex Naza-
rethanam do-
mum viſit.

Circà hæc tempora S. Ludouicus Rex Francorum, laborabat pro recuperatione terræ ſanctæ. Antequam ergò è Palæſtina diſcederet, ſacra regionis illius loca perlustrans, ex Thabore monte, Nazarethum iter intendit, vt ædem B. Mariæ Deiparæ myſterio Incarnationis verbi illuſtrem, inuiſeret. Vt primum illam conſpexit, ſtrenuè equo deſilit, procumbit in genua: & venerabundus natalem Virginis domum, ipſamque ſalutat Virginem. Indè ad templum progreſſus, Dei filium inibi pro hominibus hominem factum, & ſimul ſanctiſſimam eius parentem enixus veneratur, colitque. Et aderat Gabriellis Archangeli nuncio, Deoque à Virgine concepto ſacer ac ſolemnis dies. Itaque pius Rex (vt eum loci ſanctitas, ac ſua pietas admonebat) pridie pane duntaxat, & frigida ieiunat, cilicio quidem ad carnem indutus. Feſto autem die, rem diuinam ſolemni ceremonia, regioque apparatu celebrati iubet. Sub ſacrificium in auguſtiſſima Deiparæ cella, ſacroſanctam ſumit Euchariftiam, magna lachrymarum vi, ingentique religione perſuſus.

Faſti Car-
mel.

Tunc etiam cum pergeret in montem Carmeli, in Iordane naufragium paſſus, à beata Virgine magno miraculo, ipſe, & ſui omnes liberati ſunt.

Annus Chriſti 1257.

Leander in
vita ipſius
apud Sur. 16.
Auguſti.

Circà hæc tempora, nempe anno Domini 1257. migravit in cælum S. Hyacinthus Ordinis Prædic. beatiffimæ Virginis amator egregius, & fideliffimus ſeruus. Hic vigiliis beatiffimæ Virginis Mariæ duntaxat pane & aqua celebrabat. Cum aliquando in vigilia Aſſumptionis ante aram poſitus ingenti cum affectu tantam celeb. itatem diei meditaretur, & totus lachrymis perſuſus anhelaret ad illam fœlicem ac cœleſtem domum, vt perfrui tantis gaudiis aliquando poſſet, è veſtigio conſpexit è cælo prolabi lucem ingentem ſuper aram, cuius in medio Reginam cœli ſibi dicentem collocatam vidit: Maſte virtutis eſto, Hyacinthe, & lætare, eo, quod tuæ à filio
meo,

meo, & à me exaudiuntur preces. Quod enim petendum duxeris me interueniente consequere. Continuoque in cœlum sese recepit. Cuius in recessu tanto concentu, ac tam dulci harmonia Hyacinthi aures oppletæ sunt, vt vix enarrari possit. Exinde tantam in Deum fiduciam sumpsit, vt minimè se in cassum aliquid ab eo petere posse arbitraretur. Huius rei seriem semotis arbitris Floriano & Godino sociis narrauit, affirmans Dei matrem præcipuam patronam esse Prædicatorum.

Cum Tartari Chioauiam obsiderent, & vir sanctus Missam celebraret, audiuit inimicos non longè abesse à mœnibus ciuitatis. Tunc accepto sacrosancto Eucharistiæ sacramento, discessum parabat. Erat autem in Ecclesia pulcherrima omnino beata Mariæ imago Alabastrina, ad quam summa afficiebatur deuotione. Cumque discedendo, ante eam transiret, imago clamauit, & dixit: Hyacintye fili, cur me derelinquis? Aufer me tecum. Noli me relinquere in opprobrium inimicorum meorum. Vir Dei respondit: Et quomodo tanti ponderis imaginem ferte potero? Virgo subiunxit; Accipe eam fili mi, quia tanta erit leuitatis, vt facillè eam possis portare. Ille igitur appropinquans, lachrymando accepit imaginem, quæ quasi canna vel penna leuis effecta est. Vna ergo manu portabat sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, altera verò imaginem prædictam, & sic cum fratribus, per aliam portam ciuitatis, ad quam nondum peruenerant inimici, egrediens, aufugit.

Ab eius morte visa magna Virginum multitudo, in cuius medio eminebat Reginae habitu vna aliqua præ cæteris, quæ manu Religiosum Dominicanum tenebat, ac suauiter concinebat: *Ibo ad montem myrrha, & ad collem Libani cum beato Hyacintho.* Cumque sancta illa Virgo cui visum illud apparebat sciscitaretur quænam esset Regina illa, quis item Religiosus, responsum est ei, esse illam Matrem misericordiæ, quæ sanctum Hyacinthum in cœlum deducebat.

Fuit quoque hoc tempore in Cœnobio Aracælitano Ordinis Minorum, Tyro quidam, qui dum primo experimenti anno obseruaretur à Fratribus, in nullo deprehensus est potioris virtutis indicio. Sedulò namque actiones suas commendabiliores occultabat; noctu dum cæteri somno indulgebant, hic solus orabat in Ecclesia, durius in corpus suum animaduertebat, longas trahebat excubias; quibus vt sufficeret, aliquando dormiebat cæteris euigilantibus. Ventum erat ad suffragia, quæ statutis Tyrocini temporibus Fratres vel præstant in Sodalitatem admittendo, vel negant ab eadem efficiendo, iuxta Tyronis merita vel culpas. Non fuit qui adolescentem commendaret, neque Ministro Raynerio de Senis interroganti potuit quidpiam magister Nouitiorum respondere: quam illud solum sibi laudabile visum in iuvene, quod magnam vim lachrymarum semper profuderit in confessionis arcano. Distulit Minister iudicij ferendi diem, donec ipse diligentius exploraret, quid esset in homine. Ipso illo die cæteris celerius cubitum iuisse comperit, idque vituperatum à Fratribus. Sed dum prima noctis vigilia exploraturus regreditur, non inuenit, nisi in Ecclesia coram sanctissimæ Virginis simulachro à terra eleuatum, imbre lachrymarum perfusum, Virginem deprecantem, vt concitatos in se Fratres pacaret, & ne permetteret è societate dimitti. Lachrymas hinc inde colligebant duo Angeli, & Deiparæ

*Imago Dei-
para alloquitur
S. Hyacinthum.*

Vaddingus
in Ann. Mi-
nor. Marian.
in Chron.

*Nonitium
Minoritum à
Fratrib. mul-
tipliciter ve-
xatum, de-
fendit B. Vir-
go.*

SÆC. XII.

offerebant, dicentes: non esse spernendas afflicti iuenculi preces, quibus suas addiderunt, vt Nouitius exaudiretur.

Tandem benigna Virgo respondit, eum in Ordinem recipiendum, in eo feliciter perseueraturum, & felicius obiturum. Sequenti die conuocauit superior Fratres, quibus rem visam expandit: illi vero nullo denegato suffragio in suum consodalem libenter cupientem admisierant, & benignius cum honore tractauerunt. Doluit tamen ille ad sublatas occasiones amplius merendi per iniurias Fratrum molestias timuitque adhibitos honores. Perit itaque à Ministro, vt ad partes transferretur ignotas, in quibus piè vixit, & sancto sine quieuit.

Greg. Lombardell. in vita ipsius.
B. Franciscus martyr Ord. Carmell. deuotione erga Deip. tentationem carnis superat.

Tradunt quidam ipso anno martyrio affectum fuisse beatum Franciscum Senensem Ordinis Carmelitarum, in ciuitate Cremonensi, cum prædicaret contra horrendum scelus bestialitatis, quod ibidem vigeat, & impunitum erat. Hic à teneris annis amore Deiparæ Virginis captus fuit. Vnde licet singula totius ciuitatis templa saltem semel in hebdomada visitaret: quotidie tamen illa quæ ad honorem B. Virginis constructa erant, inuisere, & ibidem orare non intermittebat. Ecclesiam vero B. Mariæ Carmelitarum quotidie bis solebat visitare. Factus Carmelita, grauem diuturnamque carnis tentationem, deuotione erga Deiparam superauit.

Annus Christi 1258.

Nicephor. Gregor.
Michael Palaolog. ob recuperatam Constantinopolim Deip. gratias agit. S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 9. §. 5. & 9.
Fratri Accursio oranti apparet B. Virgo.
Ex lib. miracul. B. Virginis Tungrensis.

Michael Paleologus ipsis temporibus, nempe anno 1258. Græcorum creatur Imperator. Hic cum urbem amissam recuperasset, vbi primum Constantinopolim venit, coram imagine beatæ Virginis à S. Luca depictæ primum gratias dixit, illamque religiosè præferri voluit, ac deinde pedes ipse comitatus atque stipatus, in urbem processit.

Ferè eodem anno in Ordine Minorum claruit Frater Accursius, magnæ in obsequio infirmorum charitatis. Huic aliquando in Oratorio infirmorum orationibus vacanti, cum Dei Mater, cum SS. Antonio Patauino & Placido apparuisset, & insolita consolatione ex colloquio recreasset, atque interim aliquis infirmus officium eius postulans exclamasset, Accursius oblectationem magis quam charitatem relinquere maluit adque ægrum corpus accurrit, obsequium præstitit, necessaria ministravit, eaque promptitudine meruit, secundò sibi apparentem cælorum Reginam aspicere.

Ipso anno, nempe 1258. Quidam Petrus Montius, incola pagi Bauffiæ, domum rediens sub vespere, trucidatus fuit grandi malleo per fabrum quendam murarium, cui nomen Flaminius Hanninius, natum annos 24. Hæc cædes tam secretò perpetrata est, vt nulli innotuerit: quibusdam tamen indicis, & coniecturis verisimilibus, imputata est Mathæo Nigro, & Ioanni Cartonio eiusdem pagi incolis, quòd paulo ante, tres illi inter sese conflixerant iuxta hospitium Cerui in foro Cheruiæ, verbis vti inque minacibus: maximè autem ab istis duobus, qui se à nominato Petro læsos quærebantur. Vnde hoc iniuriarum fundamento, apprehensi fuerunt per Præto-rem, & Senatam Cheruiæ, adeoque acriter habiti in tortura, vt confiterentur se auctores cædis, quo sic vitæ, & intolerandis cruciatibus finis imponeretur. Ex hac confessione extorta, capitis damnati sunt, idque sequenti die, qui

qui Iunij erat 12. Cumque è domo ciuica, vbi lata erat in eos mortis sententia, ingrederentur ad carceres, audierunt pulsum campanæ ad Completorium apud Tungros, vnde factum est, vt ex intimis præcordiis cum gemitibus, & lachrymis B. Virginis, innocentæ matri, se commendarent, protractis precibus in hora noctis 12. prout audierunt, carceris custos, carnifex Montensis, & satellites, iis audiendis mirè delectati. Quo facto dormiunt: in ædicula Tungrensi se esse somniant, Deum precantes coram imagine sanctissimæ, & pienssimæ afflictorum patronæ. Somnum, & oratio felicem exitum fortita sunt, ita vt summo mane custos ædis, aperturus portas inuenerit viros duos, ferro catenatos in vestibulo cubantes, graui somno oppressos, apud quos territus clamat, versat, percutit vt excitet, sed frustra, donec plures alios ad se iuuandum vocasset. Ædituus vehementius percutit, donec tandem expectatos videt. At illi existimantes carnificem esse, veniam petebant. At Ædituus, & qui cum eo erant, interrogantes eos quinam essent, quisve eos ad istum locum adduxisset? At ipsi sese adhuc in carcere esse existimantes, responderunt se esse miseros illos captiuos, de quibus hodiè Cheruicæ supplicium sumendum erat. Cumque intelligerent se Tungris esse ante fores ædiculæ, miro gaudio, alacritate, & incredibili stupore affecti sunt. Inducuntur in ædiculam B. Mariæ vbi statim ferrea vincula ex ipsorum pedibus & manibus exilierunt, idque præsentem populo illic congregato, qui non modicè gauisus est, ac Deo, Virginique misericordiæ matri gratias egit. Hoc factum innotuit Cheruicæ: visitantur carceres, quos vestibulis, & pessulis obductos inueniunt, sed carceris custodem coniciunt in vincula, quasi qui captiuos, carceris fores aperuisset. Interim Prator & Magistratus sollicitati, Tungros veniunt, comitati vxoribus, & liberis captiuorum, item propinquis amicis & vicinis, ac liberis vxoris defuncti Petri Montij, magnoque populi comitatu omnes hoc insigne miraculum audiunt, omnesque vnanimi consensu, in Dei beatæque Virginis laudes prorumpunt, captiuos declaratis liberis. Quod agnoscetes illorum vxores, tanta læticia sunt perfusæ, vt quasi extra sese rapte, in terram corruerent, vix vllò in ipsis vitæ indicio superstite; maxime verò Ioannis Nigri, quæ sic per tres horas affecta est, & tanquam mortua à lata ad imaginem B. Virginis. Quamobrem maritus eius sese humi prostermit, ac deuotissime sacræ Virgini supplicat, vt quemadmodum illi ab imputata cæde innocentes erant sic miseræ coniugi suæ vitam restituat, & liberationis suæ gaudium duplicet. Et ecce ilicò ad se sana, & incolumis rediit. Porro Flaminius cædis auctor, captus amore cuiusdam puellæ Cheruicensis, cui nomen Anna Boucheria, Nicolai filia 17. annorum, eam 8. Octobris insequentis abduxit, vt eadem luxuriosè abuteretur, sublati clanculum Nicolai pecunias, quod vt rescit, eos persecutus est. Cumque puella Oruëgnium peruenisset, ad viam quæ Tornacum ducit, partim metu, partim synderesi percussa, Tungros reuertitur, ad cognatam quandam suam, cuius ope puella postea patri suo reconciliata est. At nebulo tabernam ceruisariam adiit, vbi à Senatu Tungrensi captus, & quæstioni admotus, pecuniam reddidit, confessusque est, se Petrum, de quo supra meminimus, occidisse, sed & aliam eadem patrasse Aldenardi: quo etiam nomine inde exulauerat. Priusquam moreretur, ab vxoribus & liberis Petri, & Ioannis Cartonij, ac

Marthæ

Insigni miraculo tres viros iniuste mortis adiudicatos liberat B. Virgo Tungrensis.

Mulier pro gaudio mortua ad inuocationem B. Virg. reuiuiscit.

SÆC. XII.

Matthæi Nigri supplex veniam petere voluit: sic igitur de illo sumptum ibi supplicium.

Annus Christi 1259.

Menol. Ci-
sterc. 6. Nou.
Cæsar. lib. 7.
c. 35.
Barnabas de
Montalbo
to 1. Chro-
nicor. lib. 2.
& alij.

*Beatricis Mo-
nialis honori
& saluti mi-
vo modo pro-
videt B. Vir-
go.*

In Menolo-
gio Cisterc.
6. Nou.

Sed iam libet referre singulare beatæ Virginis bonitatis & misericordiæ
Sexemplum. In Monasterio Monialium de Oliua propè Marimontium
sive Mariæmôtém in Comitatu Hannoniæ, virgo quædam debebat nomine
Beatrix. Hæc erat corpore speciosa, mente deuota, & in obsequio Dei geni-
tricis, feruētissima. Quoties illi speciales orationes siue venias secretius of-
ferre potuit, pro maximis delitiis reputauit. Facta verò custos hæc egit
tanto deuotius, quanto liberius. Quam Clericus quidam videns, & concu-
piscens, procati cœpit. Illa verba luxuriam spernente, isto importunius in-
stante, serpens antiquus tam vehementer pectus eius succendit, vt flammam
amoris ferre non posset. Accedens verò ad altare B. Virginis patronæ Ora-
torij, sic ait: Domina, quanto deuotius potui, seruiui tibi: eccle clauis tuas ti-
bi resigno, tentationes carnis sufferre diutius non valeo. Positisque super
altare clauibus, clam secuta est Clericum. Quam cum miser ille corrupuisset,
post dies paucos abiicit. Illa cum non haberet vnde viueret, & ad Clau-
strum redire erubesceret, facta est meretrix. In quo vitio cum publicè quin-
decim annos transegisset die quadam in habitu seculari ad portam venit
Monasterij. Quæ cum dixisset portario, Nosti Beatricem quandoque huius
Oratorij custodem? Respondit, Optimè noui. Est enim proba ac sancta Do-
mina, & sine querela ab infantia, vsque ad hanc diem in hoc Monasterio
conuersata est. Illa verò verba hominis notans, sed non intelligens, dum
abire veller, mater misericordiæ in effigie nota, ei apparens, ait: Ego per
quindecim annos, absentia tua, officium tuum suppleui: reuertere nunc in
locum tuum, & pœnitentiam age, quia nullus hominum nouit excessum tuum.
In forma siquidem & habitu illius, Dei genitrix vices egerat custodia. Quæ
mox ingressa, quamdiu vixit, gratias egit, per confessionem circa se gesta
manifestans. Hæc Cæsarius. Subdit verò Chrysostomus Henriquez, quæ se-
quuntur. Nec ideo intelligendum, ipsam Virginem corporaliter tanto tem-
pore in Monasterio habitasse, sed spiritum aliquem iussu diuino, beata Vir-
gine interueniente, Beatricis formam & habitum assumpsisse, & ea quæ di-
cta sunt, fecisse. Hæc ille.

Annus Christi 1260.

Bzouius to-
mo 13. Anna-
lium.

Circà hæc tempora fuit in Cantabrigensi Academia iuuenis quidam
Guillelmus Vidius, qui suo nomini respondens (quod apud Anglos
hominem efferatum & immodestum significat) dissolutius & petulantius
vixit. Id tamen in more positum habuit, vt singulari quadam propensione
quotidiè beatam Virginem matrem Christi veneraretur. Cubabat simul in
eodem lecto cum Iacobo quodam, qui simul literis operam dabat, & Lon-
dini postea sacerdotio donatus est. Guillelmus verò quadam nocte ita tre-
mebat, tanto tamque inusitato sudore totus madidus, tantum tumultum cie-
bat, vt expergiscens socius miraretur, conareturque hominem, sed frustra ali-
quamdiu è somno excitare. Qui tandem ad se rediens, dixit se fuisse ante
summi

summi Iudicis tribunal raptum, & exactam ab eo totius vitæ præteritæ rationem: in qua reddenda, cum hæreret, neque se expedire posset, ab iis criminibus, quæ dæmones illi intentabant, quæ curiosè & accuratè erant scriptis mandata, sententia Iudicis lata, abreptum fuisse ad æternas pœnas. Ibi verò ille circumspiciens, cum beatam fortè Virginem vidisset, illius opem implorasse, eiusque precibus dimissum fuisse. Nec fuisse hoc vanum & inane simulachrum res ipsa admirabili euentu declarabat. Cum enim euigilasset, reperit in manu chartam, in qua omnia quæ vnquam in Deum grauius deliquerat, crimina complectebantur, proximaque luce ad sacerdotem perrexit, apud quem accurata exomologesi se expiauit; & tam piè deindè, tamque durè, atque austerè vixit, vt repentinam hominis immutationem omnes admirarentur.

Annus Christi 1261.

ANno Domini 1261. in Cœnobio Dunensi Cisterciens. Ordinis floruit beatus Laurentius Monachus, qui inter reliquas virtutes, quibus ab ipso conuersionis exordio clarus illuxit, maximè in ipso ergà beatam Virginem pietas & cultus, cum omnium admiratione effulgebant. Dumque aliquando orationi intentus, & ex nimio feruore quasi extrà se factus, cor eius intra seipsum concalesceret, Angelum Domini diuino fulgore circumdatum conspexit, qui ei decadem Rosarij obtulit. Quod munus è cœlo transmissum vir pius humiliter suscipiens, & tam singulari fauore excitatus, magis ac magis proficiens, plenus virtutum, & magna sanctitatis opinione adepta, migravit ad Christum.

Annus Christi 1262.

CIRCA hæc tempora sanctè obiit B. Frater Romeus Dominicanus. Hic quotidiè millies salutationem Angelicam recitabat, ad quod chordulam mille nodis distinctam habebat. Idem in familiaribus colloquiis nullius alterius ferè mentionem faciebat. Magni erat zeli in eius cultu propagando. In concionibus quas frequentissimas habebat, semper aliquid de Incarnationis mysterio, ac de sanctissima Dei genitrice inferebat. In omnibus aduersis nullius opem tam feruenter, quam Regina cœlorum implorabat.

Annus Christi 1263.

IPSO tempore, Octavianus Vbaldinus Bononiensis Episcopus, nouum Ordinem Militum S. Mariæ, ab Urbano quarto portatum, in Burgo auti reposuit. Leges quas aliqui viri diuitiis & nobilitate præstantes scripserant, hæc fuerunt. Vt tunicam albam, & subcinericiam togam induti, Crucem purpuream in campo albo duabus superpositis stellis præferrent, & viduarum ac pupillorum tutelam susciperent, vt paci & concordia inter homines componendæ seruirent. Quoniam autem suis quisque in ædibus cum vxoribus, & filiis vitâ egerunt, propterea vulgo Fratres Gaudentes vocati sunt.

Annus Christi 1264.

ILS fermè temporibus, migravit in cœlum B. Herthinodus Gothus, vir summa religione præditus, qui recolens illud Euangelicum, Quodcūque

SÆC. XII.

*Guillelmum
Viduum ad-
lascertum
dissoluitur,
ad meliorem
frugem reuo-
cat B. Virgo.*

*Menol. Ci-
sterciens. 28.
Septemb.*

*B. Laurentis
Monachi Ro-
sarij decadem
affert Ange-
lus.*

*Leander de
viris illustr.
Ord. Prædic.*

*B. Romeus vt
coluerit Dei-
param.*

*Carolus Si-
gonius de
Episcopis
Bononiensibus.
Bzouius to-
mo 13.
Ordinis mili-
tum S. Mariæ
congregatorii
initium.*

SAEC. XII.
Ioseph Pam-
philus Epif.
Sign. in
Chron. Ord.
Erem. S. Au-
gust.
B. Herthino
Assumptio
Deipara glo-
ria in visu
demonstra-
tur.

perieritis Patrem in nomine meo dabit vobis, pollicentis liberalitate confusus, Deum oravit, vt Christum Iesum, qualis cum passus est in cruce sibi liceret intueri. Qua re impetrata, ita diuino amore conflagrauit, vt anima ipsius dolore, ex misericordia faucia videretur. Post aliquanto caelestium rerum desiderio aestuans, à Deo iterum petiuit, vt qua gloria atque læticia mater vnigeniti filij sui ad cœlum euecta est, eam oranti demonstraret. Id quod factum est. Itaque acerbitatem & dolorem prioris visionis, suauitas alterius, & læticia temperauit.

Annus Christi 1265.

BEatus Paulus Conuersus Monasterij de Luka Ordinis Cisterciensis, ipse ferè temporibus cum lethali morbo correptus, vltimum iam ageret spiritum, ridere suauissimè cœpit, & circumstantibus qui eius insolitam in moribundo exultationem mirabantur, dixit: Cur non riderem? Cur non exultarem? Ecce Domina nostra præsens est, & iam animam meam suscipiet; & inter loquendum spiritum exhalauit, & à piissima Matre benigniter susceptus, ad gaudia æterna perductus fuit. De quo ita Cæsarius. Videtur mihi inquit, in isto, versiculus Poëtæ impletus.

Incipe parue puer visu cognoscere matrem.

Puer erat virtute idem Conuersus, quia simplex & purus, paruus, quia humilis & mansuetus. Haud dubium quin Beata Virgo morienti maternos exhibuerit gestus, quia non risum, sed timorem, vultus excitat seuerus.

Annus Christi 1266.

Vvaddin-
gus.

Hisce temporibus Ioannes Becanus ex Franciscano Archiep. Cantuariensis, sanctæ conuersationis vir, omnes exemplo & doctrina ad cultum B. Mariæ Virginis prouocabat, & vt 40. dies ante eius Assumptionem ieiunarent; nam id ieiunium vehementer commendabat.

Annus Christi 1267.

Helinandus
in Chron.
apud Vin-
centium in
Speculo
Exempl.
Henriq. 13.
Sept.
Guntelinus
Monach. à B.
V. in sancto
proposito con-
firmatur.

IN Ordine Cisterciensi circa hæc tempora claruisse fertur B. Guntelinus Monachus, qui ab ipsa Angelorum Regina, in sancto proposito confirmatus fuit, cui etiam se Cisterciense institutum vsque ad finem vitæ seruatorum, voto se ad id adstringens, promisit. Historiam sic narrat Helinandus. Ibi erat (nempe in Sacello) quidam candidatorum grex, sedentium in circuitu interioris Capellæ, & sedebat inter eos mater misericordiæ, resplendens sicut sol inter stellas: ad quam accedens S. Benedictus, ait: Benedicite: At illa. Dominus. Domina, inquit, ecce Nouitius, quem adduci iussistis. Et illa. Facite illum coram me venire. Qui cum accessisset, dixit ad eum Domina. Vis morari in domo mea mecum, ad seruiendum mihi, sicut promisisti? Ait. Etiam Domina. Ergo, inquit, iura mihi super illud altare, & voue quod mihi semper seruias, & operâ facies Domini, & custodies. Qui cum iurasset, dixit Domina nostra ad sanctum Benedictum. Reducite eum vnde adduxistis.

Annus Christi 1268.

Circa hæc tempora, nempe anno Domini 1268. S. Heduuigis Regina Poloniae à Clemente Papa IV. solempni ritu Sanctorum Catalogo fuit adscripta.

adscripta. Hæc dum viueret permultas habebat sanctorum imagines, & reliquias, quibus congruam præstabat reuerentiam, easque sibi ad Ecclesiam eunti voluit præferri, & in loco orationis suæ reponi, vt earum contemplatione ad deuotionis feruorem magis sese præpararet. Porro sanctissimam Dei matrem inter alios sanctos (vt par erat) ardentius amabat, atque ea causa, illius apud se paruam semper ferebat imaginem, eamque sæpius gestabat manibus, vt ex amore crebrò eam posset intueri, & inspicendo ad eius amorem se posset amplius excitare. Ea imagine cum interdum benediceret languidos, ilicò curabantur. Cum autem hoc anno eleuatum fuisset eius sacrum corpus, consumptis carnibus, & membrorum compage soluta, tres digiti sinistrae manus, inuenti sunt prorsus integri & incorrupti, & intrà illos exigua imago beatissimæ matris Dei, quam illa viuens crebrò apud se ferre solebat, & cum ea tumulata fuerat, quod moriens, eandem digitis istis strinxerat, vt commodè indè auelli non posset.

Hoc etiam anno Conradinus de Stuoßen, vltimus ex sua progenie Suetiæ Dux, Conradi Rom. Regis Frater, & Friderici II. Imperatoris nepos, cum Siciliae, & Apuliae Regna exercitu valido vt hereditaria, vindicare proposuisset, à Carolo Andegauo I. huius nominis Rege Franco, Carperani in agro Valento victus, & debellatus extitit, denique captus, cum Friderico de Asburg, vltimo ex linea Austriae Duce, itineris ac eiusdem fortunæ socio, cum aliis (proh scelus) à victore Rege securi percussus est. Ferunt Friderici caput recisum, dum extremum calorem expiraret, nomen Beatæ Virginis Mariæ semel, & secundò difertè pronuntiasse. Istud quoque in manifestis ponunt, in loco cædis, circulum impressum, quasi artificis manu circumductus esset, diuinitus & miraculosè extare, totumque sphericum etiam ardentissima æstate madere; ex angulis verò quadratæ ambientis, perpetuas guttas sudare.

De prædicto Carolo refert Fasellus, Deiparæ templum vouisse, si potius esset prædicta victoria. Itaque illud in loco cui etiam nū victoriæ nomen est, ex candido lapide mira arte extruxit, multisque castellis, ac prædiis ditauit. Corruit post multos annos nobilissimum opus grauissimo terræmotu.

Annus Christi 1269.

Ipsò tempore accidit Neapoli miraculum, dignissimum quod in memoriam reuocetur. Prostat in Ecclesia sancti Eligij & Martini, imago beatæ Virginis in pariete depicta, antiquitate iuxta ac grauitate & modestia insignis, sanctam Mariam à misericordia vulgus appellat. Hoc vnico deformata est pictura, quod vulnus sanguineum in facie habet, inflictum ex hac causa, sed non impunè. Aliquis aleator, totam pecuniam lusu chartarum amiserat, & omnes cœlites blasphemis & contumeliis incessabat. Monuerant ciues, vt linguam cohiberet, sanctis honorem debitum impenderet, verum tamen ille furis inuectus, inque Ecclesiam ingressus, pugione districto imaginem innocuam Virginis sanctissimæ homo audacissimus in faciem percussit, vulnusque infixit. Mirandum accidit, ex vulnere sanguis fluxit, homines ad vltionem sacrilegij mouit; homo verò perditus fuga se subduxit, Florentiam venit, & paulo post in manus satellitum incidit, capitalique sup-

Imago Deiparæ inueniæ inter digitos S. Heluigis Reginae Poloniae, dudum mortua, & sepulcra. Bzou. to. 13. Annal.

Friderici Principis de Asburg caput præsectum, beatam Virginem inclamauit.

Fasellus de Rebus Siculis.

Imago B. Virginis miraculosa Neapoli.

SÆC. XII.

Cæsar. Fran-
ciottus in
Hist. Lucana
anno 1265.
Imago altera
B. Virginie
apud Lucen-
ses miraculo-
sa, à Rosa no-
men habens.

plicio luit. Interim enim aliquis in platea occisus iacuerat, dum hic latro-
cinij insons præteriret, visus, comprehensus, in vincula coniectus, in equu-
leo tortus, innocentem se homicidij, nocentem verò sacrilegij, quod narra-
uit, confessus, dignas flagitio pœnas dedit.

Istud quoque dignum visum est, quod referrem de imagine diuæ Deipa-
rentis, cui apud Lucenses Etruriæ, à Rosa nomen est. Per id temporis, Ec-
clesiæ eius in qua extat imago, locus extrà mœnia ciuitatis fuerat, imago
autem ea beatiss. Virg. puerum Iesum in vlnis gestantis, tres rosas vernan-
tes in manu habens, in pariete vrbico depicta visebatur. Mirum hoc acci-
dit. Aliquis puer quindecim annos natus, pecora paterna circum circa mu-
ros ciuitatis, & frequenter circa eum locum, per herbusta pascebat. E re-
gione imaginis, cespēs vnus multa herba virēbat, quam oues contingere
negligeabant. Aduertit hoc puer, cum herbescentem cespitem præteriret,
neque vnquam decerperent: & semel, iterum, ac pluries pecora ad locum
virentem minatus est: cui tamen cum oues appropinquarent, velut oestro
perculsæ refugiebant, neque carpere copiosum gramen illius solius cespiti-
tis volebant. Ipse tandem curiosus accessit, & num quid intus lateret in-
quisiuit. cum inter tesqua, rosam vnicam, purpurea flamma rubentem aspe-
xit, collegit. Patri pro re insolita (nam mensis Ianuarij erat, & ferè omnia
à pruina rigeabant) tulit: dumque portigeret, ex muto & elingui huc vs-
que vocalis factus, vsu linguæ accepto, hanc rosam pulcherrimam illo loci
se inuenisse, dixit. Obstupuit pater, rem omnibus, & tandem Episcopo vul-
gavit, qui nouitate percussus, cum in causas rosæ in media pruina natæ in-
quireret, reperit cespitem in conspectu imaginis natum, rosam nonnisi mi-
raculo ab aspectu diuæ Virginis concepisse: ad aperiendam linguam elin-
guem, pueri verè infantis, nimirum vt se illam esse probaret, quæ olim os
mutum Zachariæ aperuit, & Ioannem in utero Elizabethæ in laudes crea-
toris excitauit, & potens esset ex ore infantium & lactentium perficere lau-
dem non vnicam, ad destruendum inimicum & vltorem. Eo loci postea ci-
ues Lucenses sacellum, ad extremum Ecclesiæ magnifico sumptu extruxe-
runt, atque imaginem eandem intulerunt, multis ac maximis miraculis ad
hæc vsque tempora illustrem.

Hac tempestate, Iacobus Cauaccius opinatur accidisse rem, quæ inter
Historias Cœnobij Diuæ Iustinæ Patauinæ relata, & antiqua apud ciues
Patauinos traditione celebris, vitio tamen vel temporum, vel scriptoris non
exprimit annum quo gesta est, quamuis summa fide conscripta etiam à loco,
memoria, rebusque secutis optimè sibi respondeat. Mos erat apud propin-
quas Vrbes, vt sub ipso die Ascensionis Domini nostri Venetias frequen-
tius iretur. Peregrinationis causa ortum duxerat ex indultu Alexandri tertij
Pontificis maximi, quo crimina dimittebantur his, qui eo die templum di-
ui Marci Euangelistæ vrbis patroni piè adiuissent. Ad spiritualem quæstum
accedebat splendor Veneri fenatus in eo festo celebrando, atque nundinæ
ex opibus totius orbis institutæ. Inter cæteros qui ab vrbe Veronensi pro-
fecturi erant, mulier quædam Iacoba nomine, sanctitate quam genere com-
mendatior, per quietem aspexit Virginem Deiparam cælesti lumine, quod
Reginam cælorum & Angelorum decebat, circumfusam, audiuitque per-
conantem.

contantem suscepti itineris causam. Ipsa indulgentiam culparum respondit, cui Virgo Dei mater. Alià item occasio est, quæ eandem tibi criminum expiationem, Sanctis autem martyribus gloriam, & Christianæ plebi multa beneficia importet. Patauij in templo Iustinæ martyris puteus later oppletus ossibus sanctorum, qui variis suppliciis necati, præmio inuictæ fidei in cælo frauntur. Ea fideles cæteri, ex primo agone clam in puteum congefserunt. Hunc tu gnauiter requiras, atque ciuibus enuncies. Mulier diuinos monitus, inane somnium arbitrata, neque se tanti existimans, sequenti nocte ab eadem sanctissima Virgine increpita, iubetur quamprimum reuelatum locum inuestigare: cuius etiam indicium accepit. Illa confestim Patauium veniens, cœpit obuios quosque ad cælestem thesaurum excitare: quorum plerique sceminam sequi, alij deridere, nonnulli quasi fatuam lapidibus incessere. Quibus sanior mens erat, eam ad requisitum templum perduxere, vbi illa cœpit ad contemplanda Dei magnalia, & Sanctorum memorias recolendas vehementius hortari, attraxitque auditorum animos, vt aliquid maximum à Deo expectarent. Diutius ad aram præcipuam orauit: inde totum templum lustrauit, vt reuelati sacri putei indicia reperiret. Templi medio circulus erat tessellati, id putei signum. Mulier eo comperto ad ostium rediit, & ab ædituo duodecim candelas accepit, quas ad circulum affixit: mox cum lachrymis in orationem procubuit. Vix deprecari cœperat, cum diuinus ignis repente duodecim candelas accendit, & de sacra turri æra nullo trahente sonuerunt. Monachus qui templi curam gerebat, sono excitus aduolauit, & vbi aspexit æra nullius ministerio, sed vltro ad sonum impelli, ad Abbatem & monachos rem detulit, eosque in templum protraxit. Hi ardentes in orbem cereos, ac mulierem cum lachrymis orantem admirati, ab astante populo totam rei gestæ seriem acceperunt. Sonus è turri secutus est, quoad vniuersa candelarum frustra consumpta sunt. Locus in memoriam sanctorum Martyrum, & diuinæ reuelationis coli cœptus, multis etiam miraculis coruscavit. Idem auctor prodidit, ab Episcopo Patauino, sacrum puteum, ne pedibus accedentium protereretur, obductum fuisse Zophoro matmoreo egregij operis, & adiectam inscriptionem: Hic requiescunt ossa innumerabilium sanctorum Martyrum. Vide plura apud Bzouium.

Annus Christi 1270.

Circà hæc tempora migravit in cælum sancta Margareta Ordinis Prædicatorum, filia Belæ Regis Hungariæ. Hæc beatam Virginem, Dei matrem, præcipuo venerabatur affectu, & vbi cumque eius videbat imaginem, flexis genibus salutationem Angelicam proferebat. In vigiliis Natiuitatis Christi, & quatuor solemnitatibus beatæ Virginis, dum in loco Capitulari pronuntiabatur dici sequentis solemnitas, deuotionem mirabilem præ se ferebat, se prosternens, & cum lachrymis orans, & gratias agens Deo, in iisdemque Vigiliis non nisi pane & aqua vesceretur. In singulis quoque festiuitatibus beatæ Virginis, ac intra octauas, offerebat eidem sanctissimæ Virgine mille salutationes Angelicas, ad singulas quasque humi se prosternens.

SÆC. XII.
Reliquias
Patauinorū
Martyrum in
puteo occultas
reuelas
B. Virgo.

Sur. in vita
ipſus 28.
Ianu.
S. Margareta
Ordin. Præd.
quibus exor-
citiis coheret
B. Virginem.

SAEC. XII.

Annus Christi 1271.

Hist. Sicul.

Regnabat in Sicilia tunc temporis, nempe anno Domini 1271. Carolus eius nominis secundus. Hic postquam Luceriam civitatem è Saraceno- rum ditione ipso die Assumptionis eripuisset: eam insigniuit nomine ciui- tatis Mariæ.

Annus Christi 1272.

Anno 1272. migravit in cœlum B. Christophorus Ordinis Prædicato- rum, beatæ Virgini deuotissimus: cui aliquando eadem Virgo visibi- liter apparuit.

Annus Christi 1273.

Menol. Cist.
11. Nouem.

*Baculum pa-
storalem tra-
dit B. Henri-
co B. Virgo.*

*Michaël Ser-
uita in Chro-
nico Seruor.
B. Mariæ.*

*B. Franciscus
Seruita, sta-
tim post Ba-
ptismū oculos
in imaginem
Deipara con-
iicit.*

*Rosarum
manipulum
accipit à B.
Virgine.*

Eodem tempore nempe anno 1273. claruisse dicitur in Germania Beatus Henricus Abbas Heisterbacensis, Ordinis Cisterc. qui diuitiis sæculi cō- temptis, vitam pauperem pro Christo amplexus est, in qua admirabilis constan- tiæ exemplo perseverauit, & antequam in Abbatem assumeretur, visa est gloriosa Angelorum Regina ei baculum porrigens pastorem, sub eius- que cura gregem candidissimorum Cœnobarum constituens, quos ipse postmodum vigili sollicitudine, & sanctis institutionibus pavit, cuius futu- ram gloriam Deipara Virgo admiranda visione præostendit. Vide Cæsari- um Historiarum, memorabiliū lib. 7. c. 21, & l. 1. dial. c. 13. l. 10. c. 16. & alibi.

Ipso tempore, & anno natus est B. Franciscus Ordinis Seruorum B. Ma- riæ. Cuius mater cum eum in vtero gestaret, se liliū parere, per nocturnam quietem, ex ipsiusque radice complura alia ortiri, & velut coronam contex- tam, Deiparæ Virginis sacro capiti imponere, in somnis vidisse affirma- uit. Puer autem statim atque sacro baptismo ablutus fuit, præter naturam lætari, oculosque cum ingenti gaudio, ad Virginis imaginem conicere cœ- pit. Et sicut admirabilis fuit eius natiuitas, ita admirabilis vita, simulque pre- tiosa mors. Ad quam cum appropinquaret, factum est diuino consilio dis- ponente, quod egressus è ciuitate ad prædicandum, ex consuetudine Euan- gelium, velut omnibus naturæ viribus destitutus, procidens in terram caderet: cui repente sit obuiam mulier incognita, (quæ creditur fuisse Deipara) eique rosarum manipulum offert, quem libentissimo animo suscipiens, surgit, simulque cum socio, sic ab eadem muliere præmonitus, reuertitur, factaque oratione, apud B. Virginis imaginem rosas suspendit. Plura de eodem infra, ad annum 1326. quo scilicet migravit in cœlum.

Annus Christi 1274.

Sur. 7. Mart.

*S. Thomas
Aquina adhuc
infantulus
chartulam in
qua scripta
erat Salutat.
Angelica, de-
glutit.*

Anno sequenti scilicet 1274. migravit in cœlum S. Thomas Aquinas Ord. Prædic. de quo refertur, quod cum nutrix eum aliquando in bal- neo aquis vellet abluere, manum extendens infantulus chartulam è terra sustulit nullo innuente, eamque compressa cœpit retinere manu. Nutrix au- tem eum lauare cupiens, conata est chartulam è manu eius extrahere: at ille id non ferens, acriter flere cœpit. Itaque nutrix pietate commota, noluit ei molesta esse: itaque cessante, ille quoque lachrymari desuit. Relicta igitur in manu eius chartula, nutrix eum abluit, ablutumque extersit & induit. Rem autem totam matri eius indicauit, quæ agrè tandem infantis manum ape- ruit,

ruit, ex eaque chartulam euulfit, in qua scripta uisebatur angelica salutatio. Infans uero chartulam instanter repetiit, atque demum ploranti redditam, ille mox deglutiuit. Visa est ea res plerisque non vacare & miraculo & mysterio, quod eximius olim Ecclesiæ Doctor futurus, in eam chartulam ante omnes incidisset, quæ nostræ salutis iucundissima initia contineret.

Quo etiam anno, cum à Concilio Lugdunensi S. Petrus Cœlestinus impetrata Ordinis sui confirmatione rediret, & iuxta urbem Aquilæ in loco Collismadij quiesceret, uidit in somnis scalam erectam, ne non Angelos ascēdentes & descendentes, ac in scalæ summitate, gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam inter Angelorum choros existentem. Quæ ad beatum virum conuersa, ut in eodem loco Ecclesia in sui honorem construeret, præcepit. His auditis, ad Monasterium S. Spiritus concito gradu reuersus Pater sanctus, duos fratres sine mora Aquilam ditexit, ut pro ædificanda Ecclesia locum illum emerent. Quod ubi factum est, conuocantur artifices, fundamenta iaciuntur, opus acceleratur, Ecclesia construitur; & in eo loco quo scala illa mirabilis apparuerat, altare in honorem Virginis, Deiparæ erigitur. Monasterium autem cum suis ædificiis, paulatim, & maximè cum de Campaniæ finibus, in Aquilam corpus Partis nostri mirabiliter translatum est, ædificatum fuit.

Ipsò tempore regni cœlestis coronam accepit B. Raymundus Pennafortius ex Dominicana familia. Hic adhuc sæcularis & Canonicus Barcinonensis Deiparam Virginem singulari pietatis affectu uenerabatur, eiusque cultum semper pro uiribus auxit. Nam cum festum Annunciationis eius in ea Ecclesia minus celebre haberetur, ipse ab Episcopo, & à Capitulo impetrauit ut ritu duplici perpetuò coleretur, & ex Præposituræ suæ (erat enim etiã Præpositus) redditibus censum annuum attribuit Canonicis in distributiones erogandum, iis qui eo die sacris officiis interessent. Eidem apparuit Deipara Virgo, ut & Iacobo Aragoniæ Regi, necnon & Petro Nolasco pro institutione Ordinis B. Mariæ de Mercede. Vide Historiam supra ad annum 1225.

Annus Christi 1275.

ANno sequenti etiam obiit S. Bonauentura Ord. Minorum; qui Psalterium beatæ Virginis ad instar Psalterij Dauidici composuit: summaque deuotione afficiebatur erga beatam Virginem, ad cuius præsidium in rebus arduis solebat confugere: monebat insuper concionatores sui Ordinis, ut populum ad deuotionem erga Virginem incitarent, præcipuèque eam salutarent, post Completorium quando salutatio Angelica pulsatur. Hic insuper instituit, ut à Natiuitate Domini usque ad Epiphaniam, in fine Hymnorum diceretur, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.*

Annus Christi 1276.

Circà hæc tempora nempe anno 1276. uita fungitur Iacobus I. Aragoniæ Rex, cognomento Victor seu Expugnator. Hic postquam tria nobilissima Regna è Saracenorum manibus eripuisset, in Aragonia ad duomilla templa in Deiparæ honorem ædificauit.

In Euesana, in Regno Valentiaë pugna, contra Saracenos, insignem de iis tulit uictoriam, inuocantibus eius militibus gloriosum sanctæ Mariæ nomen,

SATC. XII.

Ex Chron. Ord. Cœlest. M.S. S. Petro Cœlestino apparuit B. Virgo.

Ex Bulla Canoniz. eius.

S. Raymundus eximius Deiparæ cultor.

Gales. in vit. S. Bonauent. c. 13. S. Bonauentura qua scripsit & egerit ad honorem Deiparæ.

Paulus Barcinon. Gomezius.

Iacobus I. Aragoniæ duo millia templa in Deiparæ honorem ædificauit.

SAEC. XII.
Victoria contra
Sarracenos reperta a
ope Deipara.

nomen, eique confidentibus. Ac parva victoria, maximas Christo, eiusque genitrici gratias egit, totoque Regno datis ad Antistites, atque Oppidorum Magistratus literis, supplicationes ad eorum honorem fieri iniunxit. In ea pugna decem millia Sarracenorum interempta, quorum cadauera nullo apparebant fauciata fuisse neque perfossa vulnere. Ex nostris autem pauci desiderati.

Iacobus Aragonia Rex
tertio captivus
ope B. Virginis
liberatur.

Idem captivus in arce Montionis detentus, beatissimæ Virgini cui semper se deuoverat enixè commendauit, ac tandem è custodia, eius ope exiit. Antea à Simone Monfortio Catassione in vinculis detentus fuerat, vbi & Deiparam liberatricem expertus est. Tertio quoque à quodam Ferdinando, carceri mancipatus cum Regina, cum se per fenestram demittere vellet, ab ea prudenter, admonitus est, vt almæ genitrici Dei Mariæ, cui ipse se à puero deuoverat, nunc totum commendaret, fore namque vt ipsius ope Virgini qua fuit à Monfortio, & arce Montionis liberatus, à præsentì quoque custodia honorificè exciperetur. Quod & re ipsa post pauculos dies accidit.

Idem grauissima constitutione sanxit ne Iudæi toto suo districtu morantes, aut Christum, aut sanctissimam eius parentem blasphemis aut diceris ex more profcinderent, vtque eadem ex libris suis quamprimum eraderent, sub penis tum pecuniariis, tum corporeis, quæ eadem supplicia ex iis sumpsit, qui vel non erassent, vel aliqua in contumeliam æconomia salutis nostræ vomuissent. Mauris Deiparenti inimicissimis signa contulit, fœlici semper præliorum euentu.

Eidem appa-
ret Deipara.

Eidem Iacobo in oratione defixo, ac lumine quasi in medio die circumdato, in ipso lumine apparuit Deipara, à qua audire meruit quanti à Deo fieret eius zelus in Mauris debellandis, & in Christianis ex eorum manibus & seruitute liberandis. Dixit hæc Regina, eumque monuit vt Religionem sub titulo B. Virginis Mariæ de mercede Redemptionis captiuorum institueret, cuius præcipuum munus esset pretium ad id conquirere. Audiuit hæc Iacobus, & lachrymis à suauitate dulcedinis perfusus, se id facturum promisit.

Annales Col-
marionses.

In Germania ipso anno, in festo Assumptæ Virginis, flores & fructum plures arbores produxere.

Annus Christi 1277.

Mariana lib.
13. c. vii.

Pelagius Correa Diui Iacobi Magister, diuæ Mariæ ædem sacram extruxit, longè nobilissimam victoriæ monumentum, quam superioribus annis de Mauris retulerat: sole etiam, (vt fama est) à cursa retento, quo maior esset hostium strages.

Annus Christi 1278.

EZOU. 10. 13.
S. Eduardus
Rex, vt colue-
rit Deipara.

Per id temporis regnabat in Anglia Eduardus Rex, qui magno, & singulari quodam pietatis, cultusque affectu, in beatam Mariam Virginem honorandam propendebat; adeò vt singulis Sabbathis austerum & rigidum in solo pane & aqua in honorem illius ieiunadi morè obseruaret perpetuò.

Ipsò anno Domini 1278. obiit B. Sita virgo Etrusca apud Montem Sacratum Lueanæ diocesis. Hæc cum aliquando quædam pia loca visitasset, &

& ex itinire fessa, cuidam iam occumbente sole affedisset, Matrona quædam honestiore specie illi adfuit, & ecquid Lucam venire vellet, interrogauit. Cumque Sita se libenter illuc ire retulisset, matronamque vsque ad Fortalitiu Pontis testi, & vsque ad portam ciuitatis comitata fuisset, eamque & Pontis testi clausam reperisset, mirum visu, vtraque ingredientibus sua sponte patuit. Cæterum cum illa, Matronam, domum introducere voluisset, hæc ex oculis ipsius in momento euauit: seque non vulgarem mulierem, sed diuam Deiparentem quam semper præcipuo studio coluit, fuisse approbauit.

SÆC. XII.

B. Virgo S.
Sitam clausam
ianuis intro-
dit in Vr-
bem.

Annus Christi 1279.

Migravit in cælum anno sequenti 1279. B. Iacobus Nouitius Ordinis Præmonstratensis, sub Guillelmo Verciniensi Abbate, apud Viconienses. Hic piis operibus, ac præcipue deuotione ad beatam Virginem totus intendebat. Qui ante votum professionis solemniter emissum, graui infirmitate correptus, paulò ante mortem, raptus est in extasim. At post sibi redditus, cum maxima gaudij signa daret, à Magistro Nouitiorum, aliisque adstantibus, causam rogatus, respondit, vidisse se in paradiso cælesti, choros inter Virginum, locum sibi præparatum, rogauitque vt Magister Antiphonam in choro cum aliis sæpius à se decantatam *Aue mundi spes Maria* secum canere dignaretur. Quo facto pius adolescens, suauissimè in Domino obdormiuit. Accidit autem, vt anno post tertio, cum Ecclesiæ nouæ fundamenta iacerentur, corpus eius prorsus illæsum atque integrum sit repertum, aded vt nulla in parte, à vermibus arrosus, spitare, ac viuere videretur, vestimentis tamen quibus inuolutum fuerat corruptis, atque absumptis. Itaque sacrum corpus virgineum leuantes, honorifico tumulo in Ecclesia noua condiderunt.

Annal. Vico-
nienses My-
raus in
Chron. Ord.
Præmonst.

B. Iacobus No-
uitius Ord.
Præmonstrat.
moribundus
cantat An-
tiph. *Aue
Mundi spes
Maria.*

Annus Christi 1280.

Ferunt tunc claruisse B. Henricum Monachum Cisterciensem in Hemenrode, B. Virgini deuotissimum, à qua visitatum ipse narrabat in hunc modum. In ecclasi factus, contemplatus sum dominam clarissimam, quam diuersi ordinis personæ præcedebant per viam, quæ erat inter me, & chorum, incedentem. Habebat autem in capite coronam diuersorum colorum, & erat more iudaico velata. Cum mihi propinquasset, quasi ex necessitate me tangens, veste percussit, & ecce subito confortatus, ita omnis quæ me molestabat tentatio conquieuit: vt ab illa hora, delicia mihi sint ire ad matutinas.

Chrysof.
Henriquez
in Menol.
Cisterc. 21.
Aprilis.
Henrico Mo-
nacho appa-
ret B. Virgo.

Quo etiam anno eleuatum, atque translatum fuit corpus S. Hugonis Episcopi Lincolnienfis ex Monacho Carthusiano. Hic nouam militiam in Ordine ingressus, noua inimicorum expertus est tantamina. Nam carnis infestationes, licet virginæ esset puritatis, nocte dieque pariebatur innumeras, à quibus tandem post multas preces, per beatam Virginem liberatur. Idem Lincolnia, Basilicam Deiparæ construxit, erectamque eidem dicauit, in quam sanctum eius corpus 8. Calend. Decembris repositum fuit.

Surius in vi-
ta ipsius.
S. Hugo Lin-
coln. Episco-
pus à graui
tentatione
carnis ope B.
Virg. libera-
tur.

SÆC. XII.

Annus Christi 1281.

Odo Giffæus
in Hist. B.
Virginis Ani-
ciensis.

Philippus
Augustus vi-
sitat adem B.
Virg. Anicien-
sis.

Chron. Ord.
Cælest.

Chrysof. Hen-
riquez tomo
2. Lillorum
Cisterc.

B. Teresa Re-
gina moribus
da B. Virg.
Canticum
præcipit de
cantari.

Circà hæc tempora, nempe anno 1281. Philippus Pulcher Francorum Rex, B. Virgini deuotus, profectus est Anitium, vt beatissimæ Virginis auxilium, & protectionem impetraret. Hic Cælestinos ex Italia euocauit in Gallias, eosque regia magnificentia excepit, atque Ambertinense in sylua Aurelianensi Monasterium Diuæ Virginis sacrum eisdem concessit: innumeraque dona Ordini Cælest. concessit: insuperque Cruci Cælestinæ duo Lilia adiunxit, pro Gentilitiis Cælestinorum Galliarum.

Annus Christi 1282.

Quoniam Chrysofomus Henriquez scribendo Vitam B. Terefæ, nullam fecit mentionem de tempore quo claruit, nec anno quo obiit: de ea hic agam. Hæc igitur fuit Regis Lusitanorum filia, & vxor Alphonsi Regis Legionensium: quod tamen matrimonium iussu sumus Pontificis ob parentelam post multos annos dirutum: ipsa Ordinem Cistercensem ingrediens, sanctissimè vixit, & obiit. Nam ducta in Ecclesiam, ibi flexis genibus, sacramentis munita, petiit à sororibus, Canticum B. Mariæ solemniter decantari. Cumque ad illud ventum esset, *Suscipit Israël puerum suum*, inclinato capite suprâ manus, spiritum efflauit.

Annus Christi 1283.

Barnabas de
Montalbo.
Henriquez
3. Ianna.
B. Hostrado
filium contem-
plandum præ-
bet B. Virgo.

Claruisse dicitur circà hæc tempora B. Hostradus Ordinis Cisterciensis. Hic die quadam dum in Refectorio cum cæteris Fratribus ad mensam sederet, beatissimam Dei genitricem, puerum Iesum gestantem, Refectorium intrare conspexit. Quæ ad ipsum accedens, lætoque vultu aspiciebat, ei filium suum contemplandum exhibebat. Cuius pulchritudine delectatus vir pius, partem cibi quo vesceretur, obtulit puero, mira simplicitate, dicens: Comede, comede pulcherrime infans. Cui subridens Iesus respondit: non ego tuis cibus indigeo; sed potius ego te ad meas epulas inuito, & post tres dies sedebis super mensam meam in regno meo. His dictis visio euauit, & ipse se sacris muniuit sacramentis, & die tertio expirauit.

Annus Christi 1284.

Vvaddingus
tomo 2. An-
nal. Minor.

B. Margar.
Column. ap-
paret: B. Vir-
go suadet vir-
ginitatem
seruare.

Ipsò tempore nempe anno 1284. migravit in cælum tertio Calend. Ianuar. Inobilissima & sanctissima virgo Romana Margareta Columnensis familiaria inter Romanos illustrissima, & primarię generosa propago. Hæc vt virginitatem seruaret carnis delicias omnes fugiebat: & constanter restitit contrariis persuasionibus, minas & dura patienter ferens verba illorum, qui nuptias detrectantem persequebantur. Vt autem molestias omnes æquiori ferre posset animo, quotidie orabat. Cui dormienti B. Virgo Maria in lucidissimo apparuit curru, dicens: Exaudita est oratio tua, esto constans, me semper habebis auxiliatricem. Ad visionem hanc totaliter immutata est indicibili consolatione repleta, neque per biduum quicquam cibi admisit, neque deinceps res mundanas audire, videre, sentire poterat absque nausea & fastidio. Nouas addere vires tenellæ Virgini voluit Dei genitrix Maria, secundò

cundò eidem apearens, successiuisque gradibus claritatem vultus ostendens. Aduenientem summa excepit lætitia Margareta, illa appositè canens verba, *Quæ* est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? nouosque deinceps apparitione facta, concepit ignes, atque adhuc maiores dum tertio eandem inuisit Virgo Maria, & larga benedictione sacrauit.

Annus Christi 1285.

Ferunt Episcopum quendam hisce temporibus, cum sub festum Purificationis ægrotaret, enixè rogasse Deiparam, cui imprimis erat addictus, vt ei sanitatem impetraret, ad hoc vt tam solemnè festo, officium celebrare possit. Quod frequentius repetiit, at in vanum. Tandem sub tempus processionis, Choro Antiphonam illius diei cauente, quæ incipit; *Adorna thalamum tuum Sion* visa est ab Episcopo processio plurimarum Virginum pulcherrimarum in habitu candido. Inter eas eminebat vna pulchritudine, quæ vlnis puellum complectebatur. Et cum peruenissent omnes ad Episcopum, duæ ex illis ad eius caput accedentes, inceperunt angelicis planè vocibus canere supradictam Antiphonam. Cum autem ad verba ista peruenissent, *Suscipe Christum Regem*, ipsa accessit ad Episcopum, & in eius dextro brachio filiolum suum Regem Regum collocat, dicens: *Suscipe Christum Regem*, &c. Quibus dictis præcepit ei vt surgat sanus, officiumque diei, tum ad filij sui, tum ad suam laudem expleat; insuper vt populo narret, quæ sibi acciderunt. Surgit itaque momento sanus factus, & stupentibus vniuersis, officium peregit, & pro concione promulgat visionem, & cætera ex ordine quæ modo narrata sunt. Et non multo post, Deiparæ perstudiosus ad Deum migravit, in æternum fruiturus castis & iucundis Iesu & Mariæ amplexibus.

Annus Christi 1286.

Qoniam neque Molanus, neque Balinghem, neque Pyraus, neque alij historij produunt tempus quo claruerit, & obierit S. Sura. siue Soter Virgo & martyr: de ea hic mentionem faciam. Hæc igitur Dordraci in Hollandia, maiorem Ecclesiam sub nuncupatione B. Mariæ erexit. Hæc etiam singulariter coluit imaginem eius ad arborem super riuum Dordrecht pendentem. Cum autem cuperet Ecclesiam istam ædificare, ab Angelo eius didicit magnitudinem, & tribus operariis, totidem denariis dictis Kopkeus paruæ quantitatis, sed magni valoris satisfecit. Vnde factum est, vt quia pecuniosa putabatur, à latronibus sit occisa, eo in loco vbi hodiè amœnissimus fons febricitantibus medicina emanat.

Annus Christi 1287.

Margareta Flandriæ Comitissa hisce diebus plurima in honorem Deiparæ fundauit Monasteria, in quibus Flinense reponitur propè Duacum. Insulæ, Virginum sub regula S. Dominici, Deo ac beato Virgini militantium parthenonem condidit. Amburbalis pompam supplicationis, ad diuæ Virginis honorem ibidem per Senatum institui iussit quotannis Do-

M ma

SAEC. XII.
*Apparet ei se-
cundo B. Vir-
go.
Item tertia.*

Ex Antiq.
Codice.

*Visio cuius-
dam Episcopi
in festo Purifi-
cationis.*

Molanus in
Iudic. SS. Bel-
gij.
Pyraus in
triplici Co-
rona.
Balinghem
in Cal. B. Ma-
riæ. 10. Febr.
Haræus in
editione Co-
loniensi.

Myraus Ba-
zelinus.
*Supplicatio
celebris à
Margareta
Flandriæ Co-
mitissæ insti-
tuta.*

5AEC.XII.

Imago Deiparæ miraculosa, dicta vulgò. Nostre Dame aux pieds d'argent.

minica infra octauã Corporis Christi, & quò vis ingens mortaliũ è vicinis vrbibus pagisque confluentium eam celebraret, ab summo Pontifice peccatorum indulgentias impetrauit, fidemque securitatis publicam omnibus intrà nouem dies quibus hic supplicatur, oppidum subeuntibus, tabulis impertiit. Montibus Hannoniæ (vndè etiam erat Comitissa) fundauit Monasterium Ordinis Vallis Scholarium, in cuius templo visuntur Altaria quinque Deiparæ sub variis eius titulis dicata. Visitur etiam, & magno populi affluxu colitur miraculosa Deiparæ imago, quæ ab argenteis pedibus nomen sortita est, quos ei curarunt certi nauaræ, ab ea ad id beneficiis haud vulgaribus prouocati. Quæ etiamnum hodiè miraculis claret.

Annus Christi 1288.

Balinghem in Calend. B. Mar. 1. Aprilis. Lakenfis B. Virg. Templi dedicatio.

IN Flandria quoque extat celebre B. Virginis templum Lakense iuxtà Bruxellam. Cuius templi occasionem dedicandi, vide in Auctuario ad Molanum. Hoc tantum dico apparuisse Virginem vigilibus, & filum quod manu tenebat præbuisse, addens quod ipsam templi formam, longitudinem, &c. edoceret. Filum istud ostenditur certis anni diebus. Addo insuper veruisse, ne à quoquam dedicaretur templum istud, fore vt filius eius, illud dediceret. Plura in eo fiunt miracula. Huius dedicationis mentionem hic agere volui, cum tempus & annum quo facta fuerit nondum sciam.

Annus Christi 1289.

Sigonius. Leander.

Columba auspicii constructur templum B. Virg. iuxtà urbem Bononiensem.

Occasione Lakenfis dedicationis templi, agendũ videtur de altero in monte iuxtà urbem Bononiensem, columbæ auspicii extracto. Cum Ricciola Alberti Gallutij filia, Octauiani Paletesij vxor, Sacellũ in hoc colle Virgini Dei Matri vouisset, ac fabri iussu eius, terram ad fundamenta egerere instituisent, columbam de industria locum quẽdam circumuolantem, ac ligneis frustulis collectis, orbem satis amplum conficientem, vno atque altero die notarunt, ac mirati rem, religionis pleni, ad Victorem Episcopum retulerunt. Ille multis comitantibus Clericis in collem profectus, cum columbam perindè vt acceperat, nouo adhuc intentam operi reperisset, caelestem eo signo sine dubio portendi voluntatem asseruit, atque vt ædem in eo loco, & quidem rotundam faceret, matronam admonuit. Ità ex pia optimi Præsulis interpretatione, constructa ædícula pòst paucos menses ab eodem ante diem nonum decimum Calend. Septemb. est dedicata. Miraculis indè plurimis editis clarus locus, ac magna conuenarum, dona piè deferentium celebrer, satis docuit verè sedem illam à B. Virg. sibi delectam, ac tanto columbæ officio, atque labore significatam.

Annus Christi 1290.

Molanus in Adit. ad Vsiardum. Idem de sacra Militia Ducum Brabantia c. 63.

Clicà hæc tempora Ioannes eius nominis primus, Lotharingæ, Brabantia, & Lemburgiæ Dux, ope Deiparæ celeberrimam victoriam obtinuit apud Vverongiam (locus est sub Archiepiscopatu Colonienfi.) Erat Vverongia prædomum nidus, cui negotiatoribus ac peregrinis plurima inferebantur damna. Quare eam Ioannes Dux, precibus Comitum Iuliaci & Montium, ac ciuium Colonienfium eam obsedit, ac cepit, & licet decuplo plus

plus essent hostes, obuiam tamen iis processit, acerrimeque ipsemet pugnavit, ac post diuturniorem conflictum victor euasit, paucis è suis desideratis, multis verò à parte hostili peremptis. De qua victoria ità Molanus. *Bruxellæ commemoratio sanctæ Mariæ semper Virginis, ob gloriosam victoriam instituta, quam 5. Iunii apud Vverongiam obtinuit Ioannes eius nominis, primus, &c.*

Annus Christi 1292.

PER id temporis, Deo dilecta domus, Incarnatione Dominica illustris, è Syria pariter cum religione discessit, Angelorum manibus è Nazaretho in Dalmatiam; maximo miraculo translata, cladem Orientis, tanto Occidenti bono compensans. Cui enim ad preces diui Gregorij Thaumaturgi, non difficile fuit, montem olim à sede suo molitu alio transferre, eidem facile fuerat, in gratiam cœlitum Reginae domum eiusdem, olim ab Apostolis dedicatam, & in formam templi redactam, à fundamentis auellere, & Angelorum ministerio, per ingentes terrarum marisque tractus, transportare. Tersactum inter, & Flumen (oppida sunt Dalmatiæ) leniter accliuus mons, eminet quo in summo æquata agri planities sedem efficit peramcenam, Adriatico imminentem mari. Hic igitur Nazarena domus, velut præcipua tutela periclitantium à cœlestibus ministris, Deiparæ iussu, sita est secunda circiter noctis vigilia. Vt primum diuinæ liberalitatis donum accolis lux ostendit: eniuvero animos rei nouitate attonitos non admiratio tantum, sed etiam religio incessit. Ergo qui propius aberant, vt quisque rem primus nouerat, certatim visendi studio accurrunt. *Ædiculam* conspiciunt fastigiato tecto, & simul camini culmine, simul sublimi tintinnabulo insignem, at nulla re magis quam vetustate visendam. Protinus limen ingressi prostertere humi corpora: Deum venerari facto quodam honore pariter gaudioque perfusi. Inde orato Christo, Christique parente, quorum simulachra cernebant, cuncta ociose contemplari, & perlustrare oculis cœperunt. Sacellum animaduertunt figuræ quadrangulæ oblongæ, è vulgari structum lapide: Tectum perbelle laquearibus concameratum: quod modicis distinctum quadratis, cæruleoque colore obductum, inauratæ stellæ velut in cœlo quodam intermicantes honestabant. Sub tecto laqueato eminebant vndique è parietibus modica specie semicirculi se mutuò contingentes: quos medios pictæ adornabant capedines. Parietes cubitali fermè crassitudine, non ad perpendicularum, neque ad regulam exacti, loricati tamen opere rectorio. Huic superinducta antiquitus pictura, ædis ipsius mysteria referebat: quæ supernè multis locis hodiè manet, infernè temporis vetustate defluxit. *Ædis* longitudo pedum amplius XL. latitudo minus viginti, altitudo circiter XXV. In medio fermè pariete, qui olim, vt teor, faciem obtinebat domus, ianua satis ampla, sed à vulgari vsu haud sanè abhorrens. Pro superliminari trabs rudis superiecta est. Ad læuam armariolum miræ simplicioris, asseruandis fistilibus aptum. Ad dexteram in proximo pariete fenestra non magna, è regione fenestra, caminus humilis, tenuisque, opere vt cætera vulgari. Inibi sublime loculamentum columellis in orbem striatis latera cingentibus conspicuum, arcusque eiusdem operis, quinque iunctas pariter

SAEC. XII.
Lipius, in
Louanio lib.
2. c. 9.

Ioannes I.
Dux Lotharingia ope Dei
para de prado
nibus victo-
riam reportat.
Horat. Turf.
lib. 1. Lauret.
Hist.

Nazarethana domus B.
Virg. è Pala-
stina in Dal-
matiam An-
gelorum mi-
nisterio mira-
culosè defer-
tur.

*Ædis istius
sacro sancta
descriptio.*

SÆC. XII.

*Imaginis B.
Virg. Laure-
tantè descri-
ptio.*

lunas imitante fastigiatum. In loculamento B. Mariæ stantis, ac puerum Iesum altera manu medium amplexantis, altera sustentis effigies cedrina ferè bicubitalis, cuius facies electro argentum referente oblita, sed luminum obfuscata fumo. Cæterum illa ipsa infuscatio antiquitatis ac religionis index, impensè auget virginalis oris maiestatem. Gemmata corona sublimem distinguit verticem. Discriminati crines Nazarenorum ritu per nuda colli, & humeros fluunt. Simulacrum stola aurea tegit, latiore zona, gentis more succincta, demissaque ad pedes. Palla cærulea stolæ superinducta pendet ex humero: vtraque in eodem trunco celata pictaque. Insistit maternæ dextræ puer Iesus mortali specie augustior, diuinæ cuiusdam maiestatis indolem vultu præferens. Priores dextræ digitos, benè precantis in morem tollit. Sinistra autem aureum tenet globum, & ipse discriminato capillo, tunica talari, zonaque Nazarenum habitum refert. Ante Deiparæ effigiem, ara solido è saxo quadrato visitur, spirans sanctitatem.

Dalmatæ igitur cuncta per orium contemplati, etsi quid tandem rei esset ignari: communi tamen consensu statuunt ità, quicquid sit, profectò id donum esse diuinum. Neque enim ædem illam repentè humo esse excitatam, sed aliundè Dei voluntate ac nutu utique adductam. Igitur inde digressi, ut quisque obuius sit, ab se visa commemorant. Nec mora. Mortalium plerique atque in his ægrotorum nonnulli ad nouum tantæ rei spectaculum confluere: aliquid inde opis expectare. Nec sua eos spes fefellit. Loci religio sanis corporibus, mentis ferebat sanitatem, ægris etiam morborum curationem impertiebat. Celeriter Tersactum, ac Flumen prodigiosi Sacelli fama perlata, valentes ad visendum cupidinem, ægros ad spem valetudinis accendit. Alexander erat sacrorum Antistes in æde S. Georgij Tersactensis, vir antiqua probitate, atque Deo, & hominibus longè charus. Is longinquo, & graui implicitus morbo iacebat: iamque exigua in spe trahebat animam, cum peropportunè à familiaribus de diuina illa æde sit certior. Extemporè ingens animum eius cupiditas cepit hauriendi oculis tanti miraculi voluptatem. Cæterum vigente morbo, defæri eò sine certo vitæ periculo nequebat. Igitur hoc ægrius febris æstum patiebatur, quod affecta membra impetum animi haud quaquam sequebatur. Nec tamen deseruit Deiparæ effigiem quam simul cum diuina illa ædicula delatam acceperat. Itaque B. Mariæ sacellum haud falsò esse ratus, impensè eius implorat opem, votum nuncupat, non magis salutis recuperandæ avidus, quam cælestis illius doni diuinitus cognoscendi, nec incassum missæ preces. Intempesta nocte, somnum inter, & vigiliam, Deiparens repentè cælo delapsa, cælestibus latera regentibus, se illi obtulit: cubiculumque omne clarissima luce compleuit. Mox benigno vultu, Bono animo, inquit, esto fili. En vocata adsum, præsentem tibi opem, optatæque rei notitiam ferens. Sic igitur habeto. Sacram ædem vestris nuper illatam finibus, illam ipsam esse domum, vbi ego olim genita, vbi fermè educata sum. Hic ego Archangeli Gabrielis nuntio, Spiritus sancti opera, diuinam concepi sobolem. Hic Verbum caro factum est. Ergo post nostrum excessum, domum talibus mysteriis insignem, Apostoli consecrarunt, celebraruntque, certatim rem diuinam inibi factitantes Ara pariter cum æde allata, ea ipsa est, quam Apostolus Petrus sacris initiavit.

Christi

*Alexander
Episc. à B.
Virg. sanatur.*

Christi crucifixi imago quæ cernitur, olim ab Apostolis inibi posita. Simulacrum porro cedrinum, effigies nostra est, Lucæ Evangelistæ manu, qui pro familiaritate, quæ illi nobiscum intercesserat, nostram similitudinem coloribus quantum mortalis fas erat, expressit. Hæc igitur dilecta cælo domus per tot ætates in Galilæa maximis honoribus culta, nunc demum deficiente, cum fide cultu, ex oppido Nazaretho, ad vestras migravit oras. Nec dubia fides, Deus facti auctor, apud quem non est impossibile omne verbum. Cæterum vt horum tu ipse testis sis idem præcoque, sanus esto. Tua ex longinquo morbo subita valetudo fidem miraculi faciet. Hæc effata, sublimis abit in cælum, cælesti quodam odore in tectis relicto. Id verò non ludibrium sopitæ aut ægræ mentis, sed veram fuisse speciem, rei ostendit euentus. Protinus Antistes mista pauciori lætitia euigilans, totus sudore effluere cœpit: depulsaque repenti febrî, valens ac vegetus surgit è lecto. Mox non magis valetudine, quam Nazarenæ domus indicio lætus submitit genua: & oculos pariter, manusque in cælum tollens, Deo ac Deiparæ Virgini pro duplici beneficio multiplices grates egit: tantum donum sibi, patriæ, gentique suæ gratulatur. Inde simul illuxit præ gaudio gestiens in publicum prodit: & decoris oblitus, homo id ætatis, auctoritatisque, lymphato similis per vicos, per plateas, per compita cursare cœpit, nocturnum visum (vt quisque obuius erat, seu notus siue ignotus) exponere: Dei ac Deiparæ donum, vel proprium, vel commune passim prædicare. Postquam ergò ad oppidanorum plerosque peruenit rumor, confestim magni ad Antistitem concursus fieri: & cæleste donum gratis Deo, Deique parenti agendis certatim vno omnium ore ceiebrari. Princeps inter gratulantes, lætantesque, gaudio exultans ibat Antistes: & addebat ad gradum natalem Virginis donum videre festinans. Quo vt venit, venerabundus votum, cuius se damnatum profitebatur, enixius exsoluit. Itaque ædes miraculis inclyta maioribus indies accolarum studiis celebrari, colique cœpta. Manate hæc primo ad finitimos fama, deinde etiam ad remotos.

Per opportunè illa tempestate Nicolaus Frangipanius è prima nobilitate Romana, Croaciæ, Dalmatiæ, Istriæ Prætor (magnus Pan ab incolis vocabatur) regionem illam administrabat, vir pietate iuxta, ac virtute inclytus: idemque erat Dominus Fluminis, Tersactique. Is igitur simul rei miraculo, quod in suo fundo euenerat, simul Alexandri Antistitis sermone, ac repentina sanitate motus obstupuit primò: inde lætus, cæleste munus in suo potissimum agro confedisse, & ipse strenuè in motem accurrit: sanctissimamque ædem haud secus quam dignū erat, donis colere, atque ornare instituit. Cæterum quia rei nouitas hominum memoriam, magnitudo superabat fidem, tam insolitum, inauditumque miraculum diligentius explorandum existimauit. Verebatur quippè ne, ipforum credulitas suspecta cæteris foret: neue tanta res plus admirationis, quam fidei esset ad posteros habitura. Itaque re cum Antistite communicata, placuit certos homines in Galilæam mittere, totâ rem intètus inspecturos. Ex omni numero lecti quatuor expertæ fidei, ac probitatis viri, in quibus Alexander ipse Antistes fuit. Hi Nazarethum missi, omniaque explorata referre iussi. Igitur impigrè conscensa naui, transmissoque Adriatico, Ionio, Cretico, Cyprio mari, Palæstinam secundo cursu

*Viri quatuor
ex Dalmatia
mittuntur in
Palæstinam,
ad explorand.
sacra domus
Deip. transla-
tionem.*

SÆC. XII.

curſu tenere. Nec mora barbarorum animis auro delinitis, Hieroſolymæ ſacroſanctum Chriſti ſepulchrum venerantur. Inde fide publica, firmoque armatorum præſidio ſepti, Nazarethum Galilææ Urbē quæ navigationis caput erat, protinus pergunt. Ibi impenſus inquirentes, comperiunt ex incolis, non tam re quam verbo Chriſtianis, domum natalem B. Virginis, inde paulo ante ſublata, deducuntur ad templum ab Helena Auguſta olim ſacræ domui circumdatum, cernunt fundamenta, recentia ſanctæ domus auulſæ veſtigia. Dimenſi longitudinem, ac latitudinem aræ, fundamentorumque craſſitiem, reperiunt omnia cum tranſlatæ in Dalmatiam ædis, parietumque menſuris, quas ad id ſecum attulerant, proſus congruere, tempus quoque auguſti Sacelli illinc ablati, auectique in Illyricum conuenire. Ergo effuſa cum læticia, & gratulatione domum reuecti, Frangi panio Prætori explorata renunciant. Ille enim uero tali nuncio admodum lætus, manantibus gaudio lachrymis, Deo, Deique parenti grates ingentes agit: quod ſe non ſolum uiuente, ſed propemodum uidente, tantum miraculum extiſſet, tam euidentibus prodigiis, talium virorum auctoritate firmatum. Extemplò igitur ad ædem Virginis, ſolemniſ ac celebris indicta eſt ſupplicatio, maximoque peracta concurſu virorum mulierumque. Ibi Alexander Antiſtes pro concione ad populum rem ordine exponit: ac Deum, Deiparam, mortales omnes, immortalesque conteſtans, propalam confirmat, nihil ſe compertis aſſingere. Si ſecus ſit, non recuſare quominus cœleſtis ira meritas ex ipſo expetat pœnas. Nimirum hoc ipſos Dei matri gratiores eſſe oportere, quo res penè incredibilis exploratio afferatur. Quas uelut miſſas è cœlo voces, cum circumfuſa audiret concio, repente ingenti gaudio efferri, nec temperare, quin gratulationibus, lachrymiſque ipſum confunderent dicentem. Per orationem Antiſtitis exceperere preces auditorum Deo, Deique matri grates quibus ſignis, quibus uocibus poterant, agentium. Mirum quanta illi viro hæc nunciante affirmantique fides fuerit, non apud incolas ſolum, ſed etiam apud exteros: quantumque talium virorum teſtimonio, frequentia, religioniſque ſacroſanctæ acceſſerit cellæ. Nec deerant crebra, illuſtriaque miracula, cum undique ægri membris capti, energumeni adeſſent. Deſuit tamen, qui ea ſigillatim ritè conſignata, litteris proderet. Creſcebat cum populorum miraculorumque frequentia, religio loci, creſcebat & cultus. Auguſtiſſimæ quippe ædis inſidens accolarum animis cura (cum intereſſe ſupplicantium precibus, uirgo ipſa uideretur) tanta religione omnium pectora imbuerat, ut eum locum à Deipara incolæ, non ſolum diligere exiſtimarent. Itaque natalem Virginis domum, ipſamque Virginem quibuſcumque rebus ſciebant, poterantque certatim colere, & ornare cœperunt. Cæterum benignæ uoluntati, facultatum tenuitas obſtabat. Proinde ab eis piè magis, quam munificè ornata eſt. Mox etiam longinquorum populorum concurſibus celebrari, honeſtariſque cœpta. Gluſcebat indies rumor fortunatæ domus, natale beatæ Mariæ teſtum diuinitus ad Terſanctum eſt Galilææ deportatum: miſſos Nazarethum ſpectatæ fidei, utriuſque uiros rem perſpectam ac teſtatam attuliſſe. Exciuit ea fama non Illyricos ſolum remotiores: ſed Iſtros, Croatas, Boſnios, Seruios, Epidaurios, cæteroſque eius tractus longè

*Miracula
multa in Dal-
matia opera-
tur B. Virgo.*

ac latè patentis populos, ad tantum miraculum, donumque visendum. Multis quoque eorum præsens Virginis auxilium in dubiis aduersisque rebus oblatum augebat indies celebritatem loci. Enimuero Illyrici sacræ domus accola gaudere concursu populorum: gestire suam regionem apud exteras gentes ac nationes ingenti gloria esse: credere se diuino iudicio cæteris gentibus esse prælatos, humanæ arrogantia vitio, cœlestia dona meritis hominum magis, quam Dei benignitate astimantes.

Annus Christi 1292.

Villarij in Brabantia claruit tunc beatus Petrus Conuersus Ordinis Cisterciensis, cui quodam tempore, tertia videlicet die post festum beati Nicolai, Regina cœli, Domina Angelorum, & Cisterciensis Ordinis Adiuuatrix specialis, apparuit dicens: Hodie fili, est festum meum, vnde magis te præ cæteris diebus hoc die laudibus instare conuenit, amplioribus præconijs vacare, & sublimioribus meditationibus inuigilare. Cui respondens vir Dei, ait: O dulcis Domina, festum istud vsque nunc ignorauit, quod cum sciuerò, deuotus peragam, & quoad vixero, memoriter recolam. Requirente igitur eo à quodam Calendarium sciente, cuius illo die festum esset, respondit, quod esset Festum Conceptionis beatæ Virginis Mariæ. Quo audito, singulis annis idem festum tota alacritate deuotionis celebrare studuit, in quo & dominus ei visitatione spiritali inenarrabiles consolationes, & reuelationes ostendit. Vnde aliquo tempore Ecclesiam ingressus, puri cordis deuotione facturus sicut consueuerat, in excessu mentis factus, spiritus eius rapitur, ductusque in præsentia Iesu Christi, ac eius gloriosæ Matris sistitur. Quem Dominus reuerentiæ, ac feruoris, & deuotionis, quam ad matrem suam habuerat admonens, vt debita ei fidelitate perseueraret hortatur: ipsamque perpetuo cultu honorari ab eo cupiens, se Matris honore delectari, inseparabili vinculo demonstrat. Siquidem ipse Dominus Iesus, vices Sacerdotis, & morem assumens, Matrem suam ipsi, vt moris est in facie Ecclesiæ sponsalia fieri, in perpetuum spiritalis coniugij foedus desponsauit.

Tunc temporis iniuste occisa fuit B. Maria cognomento Dolorosa in pago Brabantino. Quæ cum castitatem suam Deo, & B. Virgini vouisset, contigit impudicum eam amare. Cumque nihil proficeret, nec ea se pollui sineret, eam de furto argentei scyphi falsò accusauit, & tantum egit, vt innocenter sit terræ defossa, & sude transfuerberata. Claret miraculis. Et ante mortem pro visitaturis memoriam B. Virginis Mariæ in loco suæ requiectionis intercessit. Vnde & calumniator postquam septem annis dæmoniacus fuerat, in eo loco restitutus est per Deiparam, eiusque famulam, de qua hic agimus Mariam. Ibi est confraternitas dicta B. Mariæ Virginis Deiparæ, in Capella B. Mariæ dolorosæ.

Annus Christi 1293.

Hoc ferè tempore nempe 1293. ad cœlos emigravit B. Albertus, è monte Drepano, Carmelita. Pater ei fuerat Benedictus, mater verò Ioanna, nascitura autè mirabilis. Cum enim parentes illius annos ferè 26.

*Conceptionis
sua festum B.
Virgo celebr.
præcipit B.
Petro Monacho.*

*Christus matrem suam
desp. spiritaliter B. Petro
Monacho.*

*Molanus in
Indic. SS. Belgij.
Balinghem
18. Junij.
B. Maria cognomento
Dolorosa, Deipara
deuota.*

Sur. 7. Aug.

SAEG. XII.
B. Albertum
Carmelitam,
parentes à B.
Virginine pre-
cibus impe-
strant.

in culpati morum integritate, in matrimonio sine vlla spe prolis exegissent, tandem communicato inter se consilio, Virgini matri votum nuncuparunt, si ipsa pro solita benignitate iis prolem masculam impetraret, eam se illius seruitiis perpetuò consecratos. Neque multi præteriere dies, cum Ioanna è suo marito grauidam se sensit. Natus ergo puer, cum creuisset, liberalium artium studiis est admotus. Cum verò parentes votum reddere tardarent, beatissima Virgo eis apparuit, seuerèque eos obiurgans, minitabunda dixit: Vos id quod mihi polliciti estis, non redditis, & rem alienam apud vos detinetis. Filius vester, è vestra quidem carne genitus est, sed mihi voto perpetuo obligatus. Quod si vos illum famulum meum mihi non reddideritis: breui morte fœdissima vos extinctos sentietis. Ex his nimio illi terrore consternati, expergiscuntur: confestim ad Monasterium Carmelitarum Drepanensium properant, Priori, & Fratribus, quid viderint & audierint, exponunt: filium votiuum vltro illis exhibent; & infra paucos dies monasticum suscepit habitum.

Post obitum sancti, cum quidam taxillorum lusu omnem rem suam perdidisset, tanto animi dolore est affectus, vt pariter à fide deficeret ad desperationem. Et ecce venit ad locum, vbi erant imagines beatissimæ Virginis, & S. Alberti. Eas intuens, dicit ad imaginem S. Alberti, Toties inuocaui te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur causæ est, vt te sanctum prædicem, cum nulla ratione potueris me iuuare? Absit, vt posthac pro sancto te habeam. Tu quoque Maria, quæ mater gratiæ diceris, pias aures tuas occlusisti ad preces meas. Inde arrepto gladio, vtramque imaginem fecat, & confestim ex ambabus distillat sanguis bene multus in terram. Vidit id quidam puer, sublataque voce, clamat in sacrilegum. Ille audito clamore exit è templo, sed repente horrendo existente tonitru, fulminis ictu totus in pulueres ad fores Ecclesiæ redigitur.

Imago Dei-
para à ne-
quam percus-
sa, stillas san-
guinem.

Balinghem
4. Aprilis.
Nicolaus IV.
Templum in
honor Deip.
construit.
Menol. Ci-
sterc. 21. De-
cemb.

Quo etiam anno viuere desiit summus Pontifex Nicolaus quartus, ex Ordine Minorum. Hic Oruieti in Tuscia, Angelorum Regiæ ædificauit longè pulcherrimum templum, quod & consecrauit anno 1290. 13. Nouemb. illudque marmoreis statuis à primis artificibus sculptis decorauit.

In Monasterio quoque Grandisylux Ord. Cisterc. Tolosanæ diœcesis, claruit tunc B. Ioannes Conuersus, vir deuotus & sanctus. Hic cum esset latini sermonis omninò ignarus, tantum hæc duo vocabula, nimirum Aue Maria, memoriæ mandasse fertur, & ea singulis diei horulis atque momentis, ad quoslibet gressus, siuè cum diuinis interesset laudibus, siue cum aliquid quidpiam ageret, siuè à manuum labore quiesceret, recitando perorasse. Vnde eodem anno, quo fatali morte consumptus est, ex eius ore, corpore iam tumulato, liliū literis aureis Aue Maria sparsim decoratum prodit.

Liliū ex cor-
pore sepulto
B. Ioannis Mo-
nachis prodit,
in cuius folijs
aureis hæc erit
in scripta eras
salus. Angeli-
ca.

Pyreus in
Tripl. coro-
na B. Mariæ
tract. i. c. 12.

Annus Christi 1294.

ANno 1294. Beata Virgo miraculosè ciuitatem Tullensem à proditio-
ne liberauit. Nam cum quidam ex ciuibus eiusdem ciuitatis, proditio-
nem machinarentur, mulier quædam deuota orans ante altare B. Virginis,
diuinitus cognouit & didicit omnia quæ in ciuitatis perniciem machina-
bantur, iussa que fuit rem omnem ad Magistratum deferre. Vt autem facilius
verbis

verbis eius fidem adhiberent, imago Deiparæ quæ prostabat supra altare, extendit pedem, qui statim in argentum conuersus est. Propterea adhuc hodie vocatur B. Virgo Pedis argentei.

SÆC. XII.
Hist. Sicul.

Annus Christi 1295.

Florebat tunc in Ordine S. Francisci frater Moricus Laicus. Huic sub vitæ finem talis visio contigit. Videbatur sibi damnatus, licet sanctè vississet, imò se damnatum clamabat, quo clamore exciti conuenere fratres, cohortâtes eum, respiraret consideratione misericordiæ Dei, & meritotum passionis Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, sic tranquillior factus est. Paulo post inclamat nomen Iesu. Quod audientes Religiosi qui cum eo remanserant, petierunt ab eo cur ita exclamasset, & post clamorem, cecinisset. Ad quæ ille. Cum inquit, clamarem, videbar mihi esse coram diuino tribunali, & quamquam non essem mihi vilius peccati conscius, tamen quia ibi omnia tam exactè discutuntur, videbar mihi damnandus. Quæ dum fierent, apparuit mihi B. Virgo Maria, monens me, vt in satisfactionem delictorum, centies pronuntiarem nomen Iesu, hoc modo me saluandum. Idque erat, quod modo canebam.

Chron. S.
Franc. tomo
4. lib. 10.

Moricus Franciscanus moribundus iuuatur à Deiparæ.

Annus Christi 1296.

Inter præcipuos beatæ Virg. deuotos, S. Pater noster Petrus Cælestinus, non infimum tenet locum. Hic tres annos natus cum in præacutum lignū oculū dextrum illisisset, & lumen amisisset, à beata Virgine sanatus est, vt ne macula quidem, nec vulneris vestigium appareret, perfectumque lumen recepit. Grandiusculus factus, cum scholas frequentaret, sæpè ab eadem Virgine, & S. Ioanne Euangelista erudiebatur. Factus vir solebat per singulos annos sex quadragenas incredibili cum rigore ieiunare: quatum tertiam in honorem ipsius ieiunabat, incipiens à festo Apostolorum Petri & Pauli, vsque ad eiusdem Virginis Assumptionem. Multis quoque ad eum videndum confluentibus, vt eos ad Virginis amorem & deuotionem inflammaret, collas precarias tribuebat. Neque degeneres fuerunt eius alumni. Nam feruentissimo semper amore profecuti sunt Cælestini, & prosequuntur beatam Virginem. Omnia enim ferè Ordinis Monasteria ipsi sunt dedicata, habentque eam post Deum Spiritum sanctum (cui Ordo consecratus est, & prima Ecclesia, primumque Ordinis Monasterium ab ipso consecratum fuit: apparuitque S. Petro Cælestino in specie Columbæ) in specialem patronam & Aduocatam: quam singulis sextis feriis, totius anni, & singulis sabbathis quadragesimæ, solemnè admodum & graui quodam post Completorium, officio, in ipso choro honorare consueuerant. Sed quia iussu summi Pontificis recepit Ordo Breuiarium Monasticum, hanc deuotionem recitant apud se qui volunt: atque ea quidem compensatur ob celebritates dierum sabbathi, & festi Niuus quas non habebant. Quanta mirabilia ostenderit eadem Virgo, quantaque beneficia contulerit Ordini, & deuotis ei seruientibus, nimis longum esset recensere. Celebre sane & iucundum est, atque deuotionem generans, cernere patres Ordinis, officia solemnitatum eius, cum exultatione & grauitate maxima peragere. Præparant enim se ieiunando Vigi-

Petrus ab Aliaco in Vita ipsius. Faber. Vita patrum Occidentis. Oculi lumen amissum S. Petro Cælestino restituit B. Virgo. S. Petrus Cælestini quibus exercitiis conluerit B. Virginem. Cælestinorum Monasteria ferè omnia, B. Virgini dedicata.

Cælestini valde deuote B. Virgini.

SÆC. XII.

lias, atque V. P. Prior, solet in domo Capitulari concionando, laudes eius celebrare. Denique in omnibus necessitatibus ad eam recurrunt, efficitque talis deuotio, vt nūquam indiguerit reformatione. Prou. nostra Gallicana.

Annus Christi 1297.

Auctor Scel-
larij B. Virg.
lib. 4. p. 1.
art. 3.

Scotus imma-
culata Con-
ceptionis de-
fensor acerr-
mus.

Vita eius in
Chronic. S.
Francisc. p. 3.
B. Margareta
penitens im-
petrat à Deo,
vt dolorum
Deipara fiat
particeps.

CLaruit tunc Ioānes Scotus Minorita, qui Parisiis proposita quæstione omnibus doctoribus conclusit, & omnia eorum argumenta contraria cum essent plusquā ducenta, memoria mirabili recitauit, & soluit: & innumerabiles insuper addidit rationes, probantes quod B. Virgo est concepta sine originali. Vnde vniuersitas admirando, ipsum Doct. subtilē appellauit.

Cortonæ in Etruria cælum petiit hoc ipso anno, nempe 1297. B. Margareta cognomine penitens, ex tertio Ordine S. Francisci. Hæc aliquando petierat à Domino, vt Deiparæ dolorum dum cruci adstaret, fieret particeps. Auditæ sunt eius preces, nam in tēplo Minorum veniens Dei admonitu, ad horam tertiam aded ex mysteriorum passionis consideratione corde afflictæ est, vt penè mortua putaretur multis ad eam sustentandam ac currentibus. Vbi verò hora nona aduenit, qua Christus caput inclinans spiritum emisit, & ipsa inclinato capite absque motu & sensu vsque ad vesperarum horam remansit.

Huic in loco solitario degenti, atque communicare desideranti, cum sacerdos quidam detulisset ei per errorem hostiam non consecratam, & propterea non sentiret consolationes consuetas, existimans hoc sua negligentia, & peccatis exigentibus accidisse, cœpit seipsam affligere, & lachrymari in conspectu Domini, à quo reuelationē accepit, sibi non fuisse porrectum consecratū panem, nec sumpsisse corpus suū. Ex hoc intantū doluit, & contristata fuit, vt penè sacrā communionem intermittere disponderet, timens ne deinceps tale quid ei accideret. Verumtamen consolata à Domino, cum aduocasset sacerdotem, & quid fecisset ediceret, ille verecundia & rubore perfusus, errore fecisse confessus est. Igitur paucis elapsis diebus, cum iterum sibi iussisset afferri corpus Christi, & illa quodammodo hæsitaret: Christus Dominus in sacra Eucharistia realiter existens, vt eam consolaretur, dixit hæc in conspectu adstantium. Ego sum Iesus Christus, filius Dei viui, coæternus, & consubstantialis summo Patri meo, qui hunc mundum visitare dignatus sum, sumendo carnem de Maria Virgine, in cuius signū, salutando benedictam matrem meā, dico ei, *Aue Maria gratia plena.*

Christus in
Eucharistia,
salutat Ma-
trem suam sa-
lutatione An-
gelica.

Tersel Lau-
ret. Histor.
lib. 1. c. 6.

Nazarethana
domus è
Dalmatia ab
Angelia trās-
fertur in Pi-
centum in syl-
ua Laurete
matrona, indè
Lauretana
ades dicta.

Annus Christi 1298.

ANno sequenti, nempe 1298. sacra Domus Deip. Nazarethana ædes, è Dalmatia in Picenū Italia, Angelorum ministerio translata est. Quadriennio non toto, apud Illyricos fuit, & ab eorū finibus recessit. Causa in incerto est: alij aliā tradunt. Ego siue quod ab accolis minus impensè quam dignū erat coleretur: seu quod ab initio ad breue illius gentis solarium B. Maria diuersoriū ibi potius quā domiciliū collocasset: siue vt Italiæ Christ. religionis arcē bellis eladibusq; afflictā præsentī refoueret ope, repère Dalmatis, nihil tate opinantibus, cæleste munus aufertur, deferturq; in Italiam haud maiore Italicoorū bono gaudioque, quā Dalmararū luctu atque dāno.

Namque vbi diuinum illud pignus, angustissimamque Deiparæ cellam
alio

alio euectam fama vulgavit: enimvero Tersactenses, finitimosque circa populos tam inopinatæ rei admiratio ingenti stupore defixit. Indè sanctiss. domus desiderio stimulante, lymphati discurrere: concessum adeptumque à Deo munus, quacumque eorum patebat regio, oculis diu ac voce quærirare. Posteaquam id nusquam apparebat, nec quo tandem migrasset, cõstare poterat: promiscua virorum mulierumque multitudo orbitatis dolore icta, mœstum paulisper silentium tenuit. Tum vero euerso ab stupore animo, effusi simul omnes in lachrymas querelasque, ingens suæ gētis vulnus prode infinite lamentatione cœperunt, nimirum illud cœleste donum ipsis ostensum, aliis traditū. Ad vltimū lamentandi defatigatione magis, quā facietate victi, ad Frangipanīū frequentes cõeunt, integratoque fletu, auxiliū ab eo, & consilium petunt. Ille, & si cõmuni vulnere ictus, mœstusque plusquam pro virili parte, egebat ipse solatio. Vicit tamen animum, & mœrore dissimulato, populi lactum sua auctoritate, sapiētiaque absterfit. Nam promisit se in ipsis sanctiss. Sacelli vestigiis, consimilem ædem B. Virgini excitaturum, quæ simul posteris tantæ rei monumentum foret, simul ipsis tam grauis damni solatiū. Considerare vtique se, & si absit natalis domus B. Mariæ eius opem non defuturam. Nec Prætoris dicta magnificentiora factis fuisse. Paucis annis, ipsius ære, ac sumptu, noua ædes Deip. dicata in iisdem stetit vestigiis. Templum insuper ædi circumdatum est, opere cultuque magnifico: quod hodiè extat haud clarius Frangipaniorum munificētia, quam tanti miraculi monumentum. Nec verò conditoris vocem B. Virgo irritam esse passa, crebra inibi edita miracula, & illam sedem Deiparæ cordi esse: nec eius Illyricis deesse præsidium satis ostendunt. Id templum hodiè Franciscanis, qui ab Obseruantia nomen accepere, commissum est, celebritate, ac fama illius loci clarum. Cæterum ea res Dalmatis Nazarenæ domus desiderium, non tam expleuit, quam accendit. Namque eorum hucusque solemnes voces sunt: Reuertere ad nos Maria, reuertere.

Porro hoc cæleste donum mira opportunitate transmissum Italiae est, ea tempestate, qua funestis Guelforum Gibellinorumque factionibus diuisa, odiis, bellisque plusquam civilibus tota flagrabat. Igitur ipso interregno, quo Bonifacius Octauus creatus est, quarto die Decembris, insigni ac sempiternæ memoriæ commendando die, Virgo Deipara pacem salutemque Italiae ferens, in Piceno suæ domui sedem optauit. Picenum regio Italiae est haud ignobilis & satis opulenta, è regione Dalmatiæ sita, interiecto Adriatico mari, quod etiam Superum appellatur. Ergo sacrosancta domus è Dalmatia trans Adriaticum sinum, (qua traiectus patet millia passuum ferme C.) in Picenum delata, consedit in Recinetenſis agri sylua, mille circiter passus à mari. Ea sylua marronæ cuiusdam Recinetenſis erat diuitis iuxta, piæque, cui Lauretæ nomen fuit: cuius deindè nomine Lauretana ædes appellata, immortalẽ vicissim reddidit celebritatem ei, vnde nomen accepit. Tenet fama (nec vana est fides) venienti Deiparæ domicilij arbores obuias, velut venerabundas se inclinasse ac perindè pronas perstitisse, quoad æuo, ventis, ferro procumberent. Proinde dum staret nemus (quod hodiè excisum est) inclinata ad ædis aduentum, longo ordine arbores monstrari solitas peregrinis, tanti miraculi testes. Intempesta nox erat, cum

Arbores aduenienti Deipara domicilio venerabund. inclinantur.

SÆC. XII.

Virginis domus vacuum sylvæ spatium inſedit. Custodiebant tum armenta Recinetensium in proximo saltu pastores, diuisis inter se de more vigiliis: cum subitò lux sacra circumfusa domui excubantium oculos eo repente conuertit. Mirum eis videri, nouum in solitudine illa tectum, & quidem luce conspicuum subitò extitisse. Et fuit inter eos, qui eam conspexisse se diceret, cum sublimis suprâ mare ferretur. Igitur lociis ad spectaculum excitatis, primo multa inter se (vt est admirantium mos) sciscitari: inde mutuis se vocibus ad rem explorandam accendere, omnesque pariter id quod erat, coniectare cœperunt, ibi aliquid esse diuini. Accedunt, tectum subeunt. Limen ingressi cohortescere primum animos, mox inusitata quadam dulcedine perfundi sentiunt. Itaque venerabundi precibus reliquam exigere noctem, quæcumque sub tecto erant intentius contemplantantes. Prima inde luce ex iis nonnulli Recinetum (aberat ab eo loco millia passuum fermè quatuor) iter intendunt: quæ viderant dominis nuntiant. Tota res primò ob auctorum simplicitatem, cum ipsis auctoribus spreta: vana scilicet ab eis afferri, & fortasse obiectam in somnis imaginem. Pastoribus deinde omni asseueratione affirmantibus, eniuverò oculos facturos fidem, si vellent: Domini magis velle credere, quam audere. Ad vltimum, ne aut creditum temerè tam insolitum miraculum rusticorum hominum testimonio, aut pro vano prætermisum, quod verum esset, ipsorum incuria videretur: illis comites addunt se, quid tandem foret exploraturi. Vbi ventum est in demonstratum nemoris locum, & pastorum fides extitit: vix satis oculis, vix sibi quisque credebat. Certè illam ædem ibi nunquam antea visam: nec recens conditam, quod eius veritas satis ostendat. Diuinitus vtrique aliundè aduectam, aut de cælo delapsam. Talia mirabundi inter se mullitantes propius accedunt: tectum cernunt non tam specie, quam antiquitate insigne, mirantur aded vetustum ædificium stare nullis innixum fundamentis, nullis suffultum adminiculis. Mox suspensis animis limen intrant. Beatam Virginem Iesum puerum manibus complexam supplices venerantur. Nec pietatis defuit fructus: tantus repente lætitiæ mistus horror incescit, nusquam vt in omni vita præsentius Dei numen se sensisse affirmarent. Confestim in urbem citato recurrunt gradu, diuinum munus inter se sibi, & patriæ gratulantes.

Præcipuum Lauretæ matronæ gaudium fuit, cuius saltum diuina illa ædes infederat. Vt primum urbem tanti miraculi fama peruasit: velut signo dato, mirus hominum cuiusque ordinis, ac generis, insolito spectaculo oculos implere cupientium concursus fieri in syluam. Non pueri, non puellæ, non senes, non debiles domi continere se posse. Ægri quoque relictis grabatis, adirepere, visendi cupiditate, vt fit, vires subministrante. Plerique impetu quodam ardoris ruentes, certatim ante alios prouolabant, vt tale spectaculum oculis capesserent primi. Quo propius perueniendi spes admonebatur, hoc magis concurrētium multitudo, visendique cupido crescebat. Vbi verò sacrosancta sedes, cuius conspectu rami arborum intersepserant, in apertio-rem saltum ingressus subitò apparuit, confestim omnes in vnum conuolare cœperunt: tantique vndique ex sylvæ semitis repente concursus facti, adire contingere, osculari sanctos parietes cupientiū, vt se mutuò premētes penè
alij

alij super alios corruerent. In augustæ sedis ingressu, dum venerabundi salutant Virginem, ingenti religione perfusi, lachrymarum vim profundunt: consilia ineunt melioris vitæ, ab eo loco diuelli nequeunt. Inter hæc ingentes vndique ægrotorum præcipuè, ac debilium clamores exaudiri, confusis vocibus patronam, Matrem, cæli Reginam, Deiparentem appellantium: valetudinemque ac sanitatem crebris precibus poscentium. Nec voces vanæ, nec preces irritæ cadebant. Protinus depulsis morbis, restitutisque viribus multorum, diuina vis extitit. Tum verò ingeminari clamor cœptus agentium Deo ac Virgini grates, & cælestem vim, openque prædicantium in seipsis expertam. Ergo vt Recinetensibus diuinæ lux liberalitatis affulsit: certatim sanctæ Virginis cella coli ab eis celebrarique cœpta est. Sed priuata inter publicos honores Lauretæ studia eminebant: ex quo ædi Lauretanz deindè nomen factum. Fama interim (qua nihil talibus in rebus est celerius) ad finitimos populos discurret, Lauretanam ædem miraculis inelytam ferens. Extemplo igitur, prout sua quemque religio, aut necessitas stimulabat, ad nemus accurrere, adducere, aut deferre ægros necessitudine aliqua iunctos, opem poscere, vota facere cœperunt. Voti eos compotes fuisse, & ipsorum Dei ac Deiparæ grates agentium voces, & votiuz deindè tabellæ de parietibus vulgò suspensæ docebant. Facilis quippè ac potens patrona Dei mater apud Deum erat, quæ & viam impetratutis ostenderet, & vltro opem salutemque supplicibus impetraret, &c. Vide Turfelinum in Historia Lauretana.

Mense Iulio anni 1295. Lauretana diuæ Deiparentis ædes, locum apud Piconos mutauit. Rem & causam narrat Turfelinus in hunc qui sequitur modum. Sempiternus humani generis hostis, cælestis Reginæ cultu, tanto Christianorum bono, ante octauum mensem apud Piconos excitato offensus, effusam eorum lætitiâ religionemque omni ope disturbare decreuerat. Igitur ne conualesceret pietas populorum, priusquam tantum loco religionis esset, quantum futurum apparebat, occupat aduenis ac peregrinis inferre bellum. Erat beatæ Mariæ sacellum in loco deuio, ac mari proximo, & frequenti sylua procerisque arboribus septo. Adibat semitis densa inter virgulta, arboreque, & plerique inermes ibant, satis sibi præsidij in beata Virgine, loci præside, reponentes. Ergo facinorosi homines quidam proiectæque audaciæ, non magis prædandi opportunitate illecti, quam ab infernis, vt creditum est furiis instincti, semitas quæ ad ædem ferebant, obsidere, & circa densis obsita virgultis loca, in obscuris subsidere insidiis ceperunt. Inde subito exorti, venientes peregrinos excipere, adoriri incantos, pecunia, vestibusque, & si armis obsisterent, vita quoque spoliare. Itaque breui totus ille saltus latrocinij, cædibusque infectus atque infamis, absteritis aduenis ad solitudinem est redactus. Iamque obsolescente indies cultu sacrosanctæ ædis, deuotio hominum euanescebat: cum Deus indignum ratus paratum ab se mortalibus perfugium salutis, inferni hostis scelere in perniciem versum, tutiorem opportunioremque aduenis sedem suo Matrisque suæ domicilio delegit. Collis erat leniter accliuus, mille ferè passus ab eo loco, propius Recinetum, non longè à via militari. Huc igitur sacra domus octauo circiter mense, quam lucum infederat, sublimis auferitur ab Angelis

SÆC. XII.

Miraculis clarissimis illustratur Lauretana ædes.

Turfel. vbi supra. Lauretana ædes locum rursus mutat, ob duorum fratrum munusculum.

SÆC. XII.

gelis, & in collis sistitur vertice. Possidebant eum collem communiter fratres germani duo Recinetenses concordibus animis, qui cælesti dono mihi læti sanctissimam ædem coniunctis studiis colere cœperunt. Auxit loci mutatio, nouique miraculi fama, vt admirationem, sic religionem accolarum æque aduenarumque. Quippe & Lauretanam ædem locum mutasse, & relicto obnoxio grassatoribus saltu, tutum à latronibus, opportunum peregrinis occupasse collem distulit rumor: extemplo finitimis populis eius reuifendæ cupidinem accendit. Proinde, siuè intermissam latrociniorum metu tanti boni vsuram scire, siue nouam migrationem, quam auribus acceperant, oculis subiicere cupientes, eo summis vtiq; studiis conuolant. Horum plerique qui eandem ædem nuper in sylua coluerant, quam nunc in collis vertice extrà syluam colunt. Quo maior omnes admiratio, & stupor defixos tenebat. Ergo sacellum, & veteribus prodigiis, & mutatæ denuò sedis miraculo venerabile, certatim accolæ votis, vocibusque celebrabant. Grates inde Deo, & Deiparenti pro se quisque agebant, quod religiosissimam sedem latrocinii violatam non abstulissent aliò, sed in tuto colle statuissent, opportuno aduenis loco. Porro crescente indies peregrinorum multitudine, cœpit quotidie augeri celebritas ædis, parietes votiuis tabellis, cereis imaginibus, pretiosis vestibis contegi: ara congestis vndique donis, pecuniaque compleri. Sed aucta Sacelli opulentiâ imminuit religionem eorum, quorum studia maxime augere debuerat. Itaque auaritia breuiorem etiam, quam in sylua fecerat augustissimi sacelli stationem in colle fecit.

Erat in collis (vt supra diximus) communis duorum fratrum, qui primo sanctissimum domicilium haud secus quam par erat, sanctè ac piè colebant. Felices si diuino munere ad cultum vti, quam abuti ad quæstum maluissent. Cæterum opulentioribus donis indies religiosissimam ædem cumulari cum viderent: cupido angustos animos vicit: & religionem pietatemque extinxit. Neque hæreditatem sibi vterque venisse rati sacro auro argentoque primo, inde stimulante auaritiâ, odio plusquam fraterno inter se dissidere cœperunt. Ad vltimum dum vterque ad se emolumentum trahit, cum alteratione congressi, ab irarum certamine ad arma venere. Iamque haud procul erat, quin germani fratres se, augustissimamque Deiparæ cellam (ad eò nihil sanctum auaritiæ est) fraterno cruore respicerent: cum Deus tantum facinus sublata facinoris causa præuertit. Ergo non minus fraternæ discordiæ, quam syluestri latrocinio infensus, maternam Domum ad iactum sermè sagittæ ab eo loco in proximum collem versus mare submouit: atque in ipsa via militari, quæ ducit ad portum Recinetensem, locauit, à mari nullia passuum circiter duo. Ita & discordiarum & latrociniorum materies adempta: ac stabilis aliquando, ac certa sedes capta. Stetit sacra domus in colle fratrum paucos scilicet menses. Constat quippè nondum vertente anno, post eius in Italiam aduentum, in eo colle vbi nunc visitur, confedissee. Ita in agro Recinetensi, ter intrâ vnus anni spatium, siue accolarum vitio, siue potius diuino consilio, sedem mutauit.

*ENIPEIANA
adis situs, ac
topographia
describitur.*

Opere autem pretium est, de admirabili eius situ cognoscere. Situs enim ipse sacrosanctam illam sedem, non humana, sed diuina prorsus arte manūque locatam, facile declarat. Sita igitur est, si qua vsquam, ad quatuor cæli mundique

mundique regiones, ex Mathematicorum disciplina: neque id solum, sed ex veteri etiam sanctorum Patrum instituto, qui aras sacrarum ædium ad solis spectare ortum iubebant. Namque anterior pars, ubi fenestra visitur Angeli ingressu (vt ferunt) nobilis, ad occidentem solem vergit: posterior, ubi ara est ante B. Virginis simulachrum posita, verum ferè Orientem spectat, adeo quidem directo, vt per vtrumque æquinoctium, decem circiter dierum spatio, sol oriens, posteriorem, occidens anteriorem aspiciat partem. Itaque sub occasum sol per eam, quam dixi fenestram ingressus ad beatam Virginem velut vespertinus saluator accedit, quando matutinus esse nequit obiectu parietis exclusus. Id aded etiam post sacram domum templo inclusam obseruatum ferunt, priusquam obuersa templo facies Pontificiæ domus obiiceretur ab occasu. Similiter porro sanctissimi sacelli paries ad septentriones vergit, dexter ad meridiem. Hunc autem tam admirabilem sanctissimi sacelli situm, non casu occupatum, sed diuino quesitum consilio vel illud argumento est, quod in ipsa quoque sylua, eundem planè situm à beata Virgine optatum, vestigia, quæ extant, ostendunt. Sane re ipsa consentaneum fuerat, sacrosanctam quippè domum duo præcipuè mysteria, ortus beatæ Virginis, & æterni Verbi conceptus insignem fecere: quorum ille fere in autumnale, hic in verum incidit æquinoctium. Igitur haud immeritò eam sol per vtrumque æquinoctium lustrat, sic prorsus, vt velut illorum mysteriorum memor, & sub ortum & ante occasum Deiparam Virginem pene ambitiose adite, & quodammodo salutare videatur.

Ad eum modum ædis sacræ apud Picentes collocatæ fama, etiam in Illyricum perlata, Dalmatas nonnihil suspicantes ad eam visendam, Picentiumque pietatem æmulandam accenderat. Dalmatarum ergò nonnulli Laurentanum contemplati sacellum (vt erat recens Illyricæ migrationis memoria) haud ægrè scilicet agnouerunt. Itaque obortis lachrymis, venerationis munere perfunguntur. Mox velut refricato vulnere, ac desiderio ex amissi boni conspectu, ingemiscientes suum detrimentum effusè deplorare cœperunt. Ædem illam, quæ tum in Piceno tanto mortalium concursu celebraretur, paribus ferè populorum studiis nuper in Dalmatia celebratam. Natale illud Virginis reatum Illyricis primum è Galilæa diuinitus missum, quo tum Picentes transmissio è Dalmatia fruenterent. Id & cælesti indicio enunciatum Dalmatis, & destinatis in Galilæam certis hominibus exploratum. Agnoscerent proindè, & impensius colerent Picentes cæleste donum, ne quod aliis euenisse audiant, ipsis eueniat: & cuiusmodi illud tandem munus sit, carendo magis sentiat, quam fruendo: se quidem nequaquam desperare (si optatis vota respondeant) illam ipsam Virginis Domum in Illyricum, vndè paucis ante annis abierit, redituram. Hæc & aliæ tales Illyricorum voces, quod nouæ ad Picentium aures acciderent (nondum enim quicquam de Nazarena & Dalmatica migratione fando audierant) à plerisque pro vanis habitæ irritæque. Cæterum breui noua res diuinitus oblata, eas esse veras ostendit.

Collis est, nemori ac sedi quam in Piceno primū Virgo Deipara elegerat, satis propinquus. Montem Corsum incolæ appellant. Huc receperat se paucis ante annis homo solitarius egregia sanctitate, sacrosanctæ cellæ propinquitatem secutus, nomen non proditur. Illum ipsum fuisse Paulum à

SÆC. XII.

sylua, inclinat animus. Is igitur, vt erat B. Mariæ vnicè deditus, ad Lauretanam eius sedem ventitabat quotidie: pluresque ibi precibus trahebat horas. Intererat auidè miraculis, quæ Virginis ope patrata narrabantur ab aduenis. Multa etiam subindè audiebat, quæ à Dalmatis ferrentur, haud dubiis vulgata sermonibus: nonnunquam ipsos audiebat Dalmatas suam vicem lamentantes, desilentisque nationis suæ orbitatem, erepta natali B. Virginis domo, præsentique tantæ parronæ præsidio amisso. Pius eremita cæteris beatæ Virginis laudibus lætus, vbi natalem illam Virginis domum esse accepit, obstupuit. Enimvero illi res pene incredibilis, sed tamen digna visa, quæ summa exploraretur ope: vt pote cum tanta res explotata atque comperita ædi Lauretanæ, cui ipse mirè fauebat, ingens nomen & decus esset allatura. Ergo hominem veri sciendi, religionisque erga beatam Virginem augendæ auidum cupido ingens cepit, verum vanumue id esset, diuinitus cognoscendi. Nec mora, inedia, cilicio, verberibus corpus afflictere, mentem in preces effundere, nihil eorum omittere, quibus speraret Deum placari, conciliarique posse. Præcipuè orare, atque obtestari Deiparam Virginem, vt quid tandem sacelli illud esset, aut vnde esset, certo aliquo indicio declararet. Nec incensæ eius pietati, votoque Virgo desuit. Alter (scilicet præfens) agebatur anas à facta æde in Italiam adducta, cum per somnium ei beatæ Mariæ species offertur, quæ bono illum animo esse iussum docet, se domicilio, quod in terris olim habuerit, in Italia sedem elegisse. Id quippe quod negligentius coleretur, è Galilæa in Dalmatiam, inde in Picenum, Dei nutu, cælestium ministerio deportatum: ibi semet genitam, ibi diuinam concepisse prolem. Idcirco illam ædem Deo ac sibi semper cordi fuisse, ac fore. Addidit cætera, quæ Alexandro Tersactensi Antistiti exposuerat in quiete. Ad extremum, adiungit id donum Superum concessu, ac munere singulari, Picentibus atque Italis datum, vtique in tantis calamitatum procellis, malorum solatium veniæ piginus pacisque: in cæteris deinceps mortalium periculis, & ærumnis per fugium omnium gentium, præsidiumque certissimum. Proindè abiret, & hæc Recinetensibus finitimisque populis renunciaret. Ille somno excitus, & cælesti indicio mirè lætus, exreplò beatæ Mariæ mandata exequitur. Ac primo Recinetum profectus, Primoribus ciuitatis visum, narrat, cætera exponit: Mariam ipsam sui sermonis auctorem nominat. Recinetensibus stupore defixis, alios deinceps populos strenuè percurrit, eadem ingenti animi ardore denunciens. Id Picentibus vanum primo somnium visum: & author pro somniatore à multis habitus. Deindè verò, quoniam de dato ademptoque diuinitus Dalmatiæ Sacello, Dalmatarumque ædem Lauretanam agnoscendum testimonio, obscura quædam per eos dies fama emanat: colligere sese, ac tantam rem minimè negligendam existimarunt. Et recens eorum admiratio stimulabat, quod eandem ædem, ter vno anno sedem in agro Piceno mutasse meminerant. Ergo internuncij vltro citroque missi, ac demum Recinetensibus auctoribus communi Picentium consilio decretum, vt are contributo, certi homines in Illyricum, indè in Galilæam mitterentur, rem oculis certisque indicis exploraturi.

B. Virgo apparet Paulo Eremita.

Igitur sexdecim viri, fide, religione, auctoritate præstantes ex omni Piceno

ceno lecti. His datum negotium, vt Dalmatiam primum, inde Galilæam explorantes, rem omnem intentius inuestigarent, & de natali B. Virginis Mariæ domo, quæ illis locis fuisse diceretur, comperta omnia domum referret. Confestim illi transmissis Adriatico sinu, Tersactum delati, accolis aduentus causam aperiunt sui. Ardebant dolore ex recenti adhuc vulnere Dalmatæ omnes, Talis ergo boni amissi recordatione ingemiscientes, summum eius desiderium vocibus, ac lachrymis testabantur. Legatis amicè rogantibus aream monstrant, quam B. Virginis domus infederat: atque inibi geminam illi, ac similem ædem, rei monumētum extructā. Et simul integrato flectu, querūtur, ea sola Illyricis cælestis doni reliqua esse vestigia. Aliis tam diuini muneris concessam gloriam sibi tantū famam relictam. Itaque Picentium legati ædis Lauretanæ mensura, quam secum ad hunc usum attulerāt, quaquauerfus ducta, quod vacui erat spatij, id Lauretanæ ædi prorsus congruere deprehendunt. Sciscitati inde tēpus amissi sacrosancti sacelli cōperiunt, id eodem planè tempore Illyricis ereptum, & Picētibus datum. Re satis explorata, cum vtrique commemorassent præcipua vtrobique patrata miracula, manātibz certatim lachrymis diuelluntur, alteri desiderio mœsti, alteri lætitia gestientes. Legati igitur è vestigiō vela faciunt, & Corcyrū, Cretā, Cyprū celeriter præteruecti in Palæstinā secunda tempestate perueniunt. Cæterū cum iter tutum non esset, vagantibus passim per totā Syriam Turcicis armis; pecunia præsidij emunt, quo in Galilæam perducantur, ac deinde reducuntur ad nauim. Ergo angustissimū Christi sepulchrum Hierosolymæ venerati, in Galilæam ire pergunt. Nazarethum vt venere, natalem beatæ Mariæ inquirunt domum. De christianis qui qualescumque in medio nationis prauæ supererāt sedulo sciscitantur. Ab his edocti, quæ vigente adhuc Christiana re in Syria, partim ipsi à maioribus acceperant, partim ipsimet suis oculis viderant, ad optatum ducuntur locum. Sed repetiunt aream cum fundamentis auulsæ Domus in solo relictis, quæ intentiore cura dimensi, omnia omninò cum Illyricis vestigiis, Ædisque Lauretanæ forma, ac parietibus conuenire comperiunt. Re vtrobique gesta ex sententia, admodum læti conscendunt nauim; ac remenso mari, Anconam vnde solueant, reuehuntur incolumes. Protinus domos repetunt. Magistratibusque, ac primoribus ciuitatum, vndè missi erant, comperta referentes, suam illis lætitiā impertiunt. Et Recinenses successu læti legationis cuius auctores fuerant, monumentum extare voluerunt. Rem omnem in publicas tabulas referre placuit, additis sexdecim Legatorū nominibus, testimoniisque, quo res testatior ad posteros foret. Earum literatum exempla in priuatorum ædibus asseruata, ad nostram vsque ætatem peruenerunt. Hæc autem per legatos cognita sunt anno à virgineo partu M. CCXCVI.

Annus Christi 1299.

PER id temporis, in humanis esse desiit Petrus Podiensis Ord. Prædic. vir valdè Religiosus mitis & modestus. Huic morienti diua Deiparens Virgo Maria apparuit; quam cum ille aspexisset, coram orantibus fratribus cœpit reuerenter caput inclinare, palmas coniungeret eamque deuotissimè salutare. Cum autem fratres circumstantes inquirerent, cur faceret: respondit: Nonne sanctissimam Dei matrem Dominam nostram videris, quæ me sui gratia visitauit? Hisque dictis feliciter in domo obdormiuit.

SÆC. XII.
Viri sexdecim
in Illyricum,
veritatem cir-
ca translationem
ædis Lauretanæ
exploraturi,
à Picentibus
ablegantur.

Leand. lib. 3.

B. Petro Podiensis moribundo adstante Deipara.



SÆCVLVM DECIMVM TERTIVM.

Annus Christi 1300.

Turfel. Lau-
ret. Hist. lib.
1. c. 16.



EQVITVR Annus Domini 1300. in quo Bonifacius Papa Octavus Iubilæum celebravit: vnde plurimi mortalium qui Romam ad Apostolorum Petri & Pauli limina visitanda pertexerant, miraculorum ab ope diuæ Deiparentis excitatorum fama excitati, ad ædem quoque Lauretanam visendam diuerterunt, testes ac nuntij suis quisque populatibus futuri, eorum omnium, quæ de inaudita translatione,

inuistratoque miraculo, non tam aliorum sermonibus accepissent, quam suis ipsimet oculis haussissent. Inter hæc Recinetenses tantis populorum concursibus accensi, sacrosanctum sacellum Angelicis manibus eo loci translatum impensius colere, tutarique institerunt. Videbant parietes, & tenues, & perantiquos tot iam sæcula stare sine vlllo penitus fundamento.

*Lauretana
ades nomos pa-
rietes in ful-
cimentum ad-
iectos non pa-
tissur.*

Ingens ergo eos incessit cura, veritos ne paulatim temporum iniuria, procumbentibus parietibus, augustissima orbis terrarum Sedes Virginis pefsum iter, rueretque. Itaque optimum factu rati ædem specie ruinofam (quod humana arte atque industria valerent) vndique communire, iactis quantum res ferebat fundamentis, lateritio eam pariete circumdant. Fama est haud dubiis vulgata auctoribus, nullo modo potuisse nouam substruccionem cum sacris parietibus cohærere. Diceres, Sacram domum diuina vi subnixam aspernari humanam opem. Quam etiam procedente tempore, noui illi parietes veteribus pro fulcimento adiecti, paulatim recesserunt, aded vt inter vtrosque parietes, quoties opus foret, puer cum incensa face discurreret, quo disjunctorum parietum fidem explorantibus faceret. Fama etiam tenet, antiquissimam Christi crucifixi imaginem simul cum domo aduectam, multiplici per eadem tempora miraculo insignem extitisse. Nam cum eam efferrî, & in sacello ad id exornato, vt maiore honore coleretur, reponi Recinetensibus & Episcopo placuisset, translaram subinde in sacram remigrasse domum, & in suam sedem se recepisse. Itaque illos, re nequicquam sæpe tentata, irrito demum incepto destitisse. Exin alio Recinetensium curæ versæ. Nam amplas porticus ad peregrinos suscipiendos extruxerunt. Tenet fama sacratissimam illam ædem quotannis ipsa natali B. Mariæ Virginis die, cœlesti flamma illustrari fuisse solitam, atque vsque ad tempora Pauli tertij Papæ perdurasse.

Jacob. Gardi-
nus de Iubi-
leo.
Balinghem
in Calend. B.
M. II. Oct.

Occasione Iubilei quod prædictus Bonifacius indixit, illustri accidit Deiparæ apparitio, quam quia parum cognita, lubet hoc loco subiicere.
Clericus

Clericus quidam Iubilæi tempore, vidit per quietem sanctissimam Virginem cum filio in vlnis in quodam thalamo residentem. Eam cum Clericus genuflexo adorasset, ita ipsa ad eum. Omnibus miserans indulgit Deus. Eo autem subiiciente. Num & mihi? subicit Deipara. Rursumque post morulam interiectam repetit idem: omnibus miserans indulgit Deus viuis & mortuis. Prostratus iterum ille, Num & mihi? Cui nec tum dato responso, at paulò post ait. Indulgit omnibus mortuis & viuis, miserans Deus, atque etiam tibi. Et vt de viuis fileam, certè tunc temporis daemones per energumenos publicè clamabant, omnes animas Purgatorij æternam gloriam consecutas.

Ipsò anno obiit S. Gertrudis Virgo Saxonica Ordinis sancti Benedicti, cui multoties apparuit Deipara, vt constat ex libris Insinuationum diuinæ pietatis.

Florebat quoque tunc B. Dominicanus Lusitanus è familia S. Dominici, quem cum Patres in Comitio Prouinciæ congregati, nollent, valdè licèt id vrgentem, Prioratus officio liberare, hoc memorandum dixit. Illi quidem hoc onere nolunt me exonerare, cæterum pastor pastorum me modò & hac cura, & mortali vita absoluet. Dixit, in morbum incidit, diuam Virginem Mariam filiolum vlnis complexam aspexit, & carne solutus apparuit cuidam constanter asserens se Deo viuere.

Annus Christi 1301.

Ipsò tempore, nempe anno Domini 1301. rebus humanis exemptus est B. Iacobus Ordinis Prædicatorum apud Menaniam Etruriæ ciuitatem. Hic beatæ Virgini deuotissimus, obiit in die Assumptionis, cum ægrotus; prius fuisset à Christo, & Virgine Matre Maria, ac diuis Dominico, & Georgio martyre visitatus.

Annus Christi 1302.

Anno 1302. in Monasterio Montis Ruperti, vbi requiescit corpus S. Hildegardis Virginis propè ciuitatem Bingam infra Moguntiam, contigit quendam militem, animo sacrilego in templum irrepere. Cumque apud altare quoddam imaginem Virginis Deiparæ depictam videret, quæ in pectore quinque gemmis crystallinis decorata erat, prorepit ad imaginem, & gemmas quatuor scalpendo luxauit & extraxit. Cum verò ad quintam simili modò luxandam progrediretur, eccè castissimæ Virginis intemeratus animus non sustinens hostilem in sacratissimo pectore contrectationem, excanduit, stupendoque prodigio, mox ex quintæ gemmæ arcula, quæ sacratissimis vberibus inerat, lac & sanguis profluxerunt. Sacrilegus miles viso prodigio expalluit, arreptoque puluere, fluxum sistere conatus est, nec potuit quin lacteus ille sanguineusque liquor, magis magisque proflueret, moxque præ mentis inopia in profluentem Nahum procurrat, ac seipsum miser submergit, in Virginem Deiparam impius, in seipsum crudelissimus. Lacteus ille sanguineusque liquor à sanctimonialibus loci illius collectus, vitroque exceptus, in sacra-

SAEC. XII.

Clerici cuiusdam mirabilis visio.

Michaël Pius.

B. Dominico Lusitano apud B. Virgo.

Michaël Pius de viris illustr. Ord. Præd. B. Iacobus moritur in die Assump.

Trichem. in Chro. Sponheim. & Hirsau. Bredenbach. lib. 2. Collat. c. 21. Lac & sanguis profluxit ex violata imagine Dei genit. Iconomachus seipsum submergit.

SÆC. XIII.

rium diligenter repositus est, vbi Hiamnum asseruatur, & à multis religio-
sè visitur.

Annus Christi 1303.

*B. Mechtildis
edocetur salu-
tare B. Virgi-
nem à Chri-
sto.*

*Vide vitam
eius in vitis
Patrum Oc-
cid. lib. 4.*

Ipsò tempore obiisse fertur B. Merthildis Virgo Ordinis sancti Benedi-
cti, in Monasterio Herfæ in Germania. Hæc cum semel beatissimam
Virginem cuperet salutare, sic edocta est à Domino. Saluta (inquit) cor
Virginium meæ matris in affluentia omnium bonorum: quibus homini-
bus perutile fuit, scilicet, quod fuit purissimum, vnde prima votum virgi-
nitatis emisit. Humillimum, quia præcipue meruit de Spiritu sancto concipi-
pere. Deuotissimum, & desiderantissimum: quia suo desiderio se mihi intra-
xit. Quarto feruentissimum in amore ad Deum & proximum. Quinto con-
seruantissimum, diligenter omnia conseruans quæ in infantia, pueritia, &
iuuentute peregi. Sexto patientissimum in mea passione, quæ maximè cor
eius per iugem memotiam pertransiuit. Septimo fidelissimum, quia me vni-
cum filium suum pro mundi redemptione voluit, immo maluit immolari.
Octauo in orationibus maximè sollicitum, pro Ecclesia nouella iugiter in-
tercedens. Nono in contemplatione sedulum, suis meritis hominibus gra-
tiam impetrans.

Quædam die cum ei apparuisset B. Virgo, rogabat beatissimam Vir-
ginem Mariam, vt dignaretur illam instruere, quid ea die ei honoris exhibe-
ret. Cui respondit. Admone me gaudij quod habui cum Filio Dei tanquam
sponsus procedens de corde Patris in vterum meum venit, exultans vt gi-
gas ad currendam viam, gaudij quod habui cum de virginali vtero meo
procedens, factus est mihi filius dulcedinis & gaudij.

Sabbatho quodam, dum *Salve sancta parens* cantaretur, dixit beatissimæ
Virgini. Si te cœli Regina dulcissima salutatione quam vnquam humanum
cor excogitare potuit, salutare possem, libentissimè salutarem. Statim glo-
riosa Virgo eidem apparuit habens in pectore suo scriptum aureis literis
Angelicam salutationem, & ait. Supra hanc salutationem nunquam homo
peruenit: nec dulcius me salutare potuit.

*Salutatio An-
gelica præ om-
nibus precibus
Dispara gra-
uissima.*

Die quadam post Matutinas, in oratione dubitare cœpit, si in serò, Do-
minæ nostræ Completorium dixisset an non. Vnde contristata, Deo negli-
gentiam suam confitebatur, & ilicò Completorium perfoluit. Post hoc le-
git quinque *Aue Maria*, quæ dicere solebat antequam sumeret corpus
Christi. Tunc beatissimam Virginem coram se stantem, & se amplexibus
stringentem sensit. At illa cœpit negligentiam conqueri: interrogans si
Completorium in serò dixisset. Cui Virgo. Cum nescis si legeris: sic est co-
ram filio, ac si non feceris.

Alia vice cum se culpabilem redderet, pro eo quod eius matrem nun-
quam vt debuit dilexisset, ait illi Dominus. Pro hac tua negligentia, lauda
matrem meam in fidelitate, quia mihi in omnibus in vita sua fidelissima
adstitit, in omnibus actibus suis semper voluntatem suam meæ subiiciens
voluntati. Secundò; extolle fidelitatem ipsius, quia mihi in omnibus necessi-
tatis meis fidelissimè adstitit, ita vt omnia quæ ego passus sum corpore,
ipsa sustinuerit mente. Tertio; magnifica illam, quia adhuc in cœlo mihi
fidelis

fima est in acquirendo mihi peccatores vt conuertantur, & animas, vt à pœnis liberentur, quia ipsius interuentionibus innumeri peccatores sunt conuersi.

SÆC. XIII.

Annus Christi 1304.

Regnabat tunc in Gallia Philippus Pulcher Rex, qui cum anno Domini 1304 bellum gereret contra Belgas, & causa cuiusdam Tractatus pacis, exercitus eius huc illucque dispersus esset: à Belgis proditoriè inuasus est. Magno igitur mœrore affectus, cum propè esset vt caperetur, auxilium Deiparæ deuotissimè implorauit, vouens si euaderet, se Ecclesiam ipsius Carnoti uisitaturum. Vix verba compleuerat, cum subito uidit se miraculosè omni exercitu suo circumdatum. Belgarum uerò acies & copiæ confusæ turpiter in fugam uersæ sunt. Ex Belgis igitur ceciderunt triginta sex millia hominum: ex Regis uerò exercitu, vix quindecies centum desiderati. Perrexit igitur cum triumpho Carnotum, Deo & Beatæ Virgini gratias redditurus, ipsique Ecclesiæ insignem dominationem & iurisdictionem contulit: deinde Missam, die qua fuerat reportata uictoria perpetuis temporibus fundauit, obtulitque arma & uestimenta cum equo, quibus tempore conflictus usus fuerat, & quotannis in die solemnitatis prædictæ uictoriæ, in rei memoriam, prædicta arma in pulpito suspenduntur.

Hist. Eccles. Carnot.

Philippus Pulcher Francorum Rex insignem uictoriam contra Belgas reportat.

Ipso etiam tempore uiuebat Scotus Ordinis Minorum. Puerulus (vti refert Vvaddingus) dum literis incumbit, non tamen sine labore & tædio ob mentis stuporem, & ingenij hebetudinem, quadam die dum sub arbore solitarius Virginem sacratissimam Dei genitricem, multis lachrymis & precibus orat, vt intellectum illuminare, uiuum & uerum, & ad scientias capessendas facilem efformare dignetur. Cui mox somno correpto Deipara dignanter apparet, scientiarum copiam, & multam in eisdem addiscendis exprimentisque facilitatem promittit, eo tamen imposito onere, adhibitaque conditione, vt sibi per easdem, ubi se occasio obtulerit, studeat inseruire. Expergefactus, summam concepit de tanta apparitione, & illuminato intellectu lætitiâ, crescente in eo quotidie sapientia, & ad doctrinæ mensuram erga Virginem sacratissimam deuotione.

Vvadd. to. r. Annal. Min. ad ann. 1304. Scotus à B. Virgine donum Scientiarum impetrat.

Annus Christi 1305.

In diebus illis migravit in cælum B. Ioachimus Ordinis Seruorum B. Mariæ, qui ab ineunte atate quotidie Ecclesiam ter uisitare, ac ter imaginem Christi in cruce pendentis simulque Virginis effigiem ab Angelo nunciata, salutare studebat. Puer etiamnum in sabbatho bis ieiunabat in pane & aqua, & ob reuerentiam sacratissimæ Virginis Mariæ, in die Mercurij & Sabbathi tanta charitate exarsit, quod quicquid ex parentum fortunis comparare poterat, Christi pauperibus elargiebatur. Ad atatem adultam peruentus, ab immaculata Virgine præmonitus, cuncta quæ possidebat dereliquit, & Ordinem Seruorum ingressus est. Multum dilectus fuit à beata Virgine, quæ sapissimè antequam ad Ordinem reciperetur, & post quater ei apparuit, choro stipata Angelorum.

Michaël Seruita in Chron. Ord. Seru.

B. Ioachimus Seruita quando copere à Deipara dilectus.

Annus

SÆC. XII.

Annus Christi 1306.

Tosfignian.
lib. I.B. Conradus
Minorita, vi-
det Deipa-
ram.Ex bulla Ca-
noniz ab Eu-
genio 4. edi-
ta.S. Nicolaus
Tolentinas fe-
briens sana-
tur à B. Vir-
gine.

ANNO sequenti 1306. in cælos abiit B. Conradus Offidanus Picens, Ord. Minorum, euangelicæ perfectionis, & Regulæ S. Francisci zelator feruens, qui mortuos quinque fertur suscitasse. Hic semel vidit B. Virginem inestimabili claritate circumfusam, dum ipse oraret ante altare S. Mariæ de Angelis.

Hoc pariter anno, ex hac vita excessit S. Nicolaus Tolentinas Ordinis Eremitarum S. Augustini. Hic singulis diebus sabbathi anni, in honorem beatissimæ Virginis Mariæ, solo pane & aqua idque modissime sumptis, victitabat. Aliquando grauissima febris afflictato, beatissima Virgo Maria se conspicuam exhibuit, ac blandis verbis admonuit, vt à quadam vicina religiosa fœmina recentem panem, in nomine filij sui Iesu Christi postularet, aqua intingeret, comederet, & ab illo sanitatem expectaret. Istud cum Nicolaus fecisset, & panem acceptum, aqua intinctum degustasset, statim febris abscellit: quo etiam pane multis alijs sanitatem obtinuit. Consuetudo postmodum apud patres Augustinianos obtinuit, simili ritu quotannis pagem sacrare, & plebi donare.

Annus Christi 1307.

Isidorus Mos-
couius in Vi-
ta ipsius.B. Clara de
Monte Falco-
ne sub, mor-
gem videt
Deiparam.

SANCTITATE fulgebat tunc B. Clara de Monte falcone. Hæc quatuor annos nata ita pierati se dedit, vt orationem Dominicam, salutationem Angelicam, multasque alias preces flexis genibus, manibus complicatis, vultuque ad Deum verso, tanta animi deuotione recitaret, vt omnibus admirationi esset. Cum morbo premeretur, Angelus ei apparuit, ad quem ipsa: Angele Dei nuntia sanctissimæ Virgini, vt me in cælestes sedes recipiat. Sub mortis tempus, vidit cælum apertum, & beatam Virginem eam cum summo gaudio expectantem. Hæc est cuius cor diuisum representabat expressa mysteria Dominicæ passionis ita exactè, vt ea exculpta videretur. In eius quoque felle tres globuli rotundi solidi, colore cineris inuenti, imagine, colore & pondere pares, non modo si separatim quilibet accipiatur, sed etiam (quod humanas vires superat) si vnus cum binis, aut vnus vni, aut omnes simul apponantur, æquale pondus reperitur.

Annus Christi 1308.

Iacobus Bos-
sius lib. 2.
Rosa Græc.
p. 407.

IPSO ferè tempore, Rhodij milites fœlicibus auspicijs Deiparæ, ipso eius Assumptionis die, Insulam Rhodum; ei ex hostibus Turcis asseruere, quæ est quasi plantatio Rosæ in Hiericho. Nam ea insula à Rosis nomen obtinuit, quod in fundamentis ciuitatis Rhodiæ primum iaciendis, Rosa-ram quamplurima inuenta fuissent.

Annus Christi 1309.

B. Angela de
Eulig. quid
Deip. precibus
obtinuerit.

BEATA Angela à Fulignio tunc temporis, nempe anno 1309. sanctitate fulgebat. Huic reuelauit Deus, id illi Deiparæ precibus concessum, vt nunquam in visis & reuelationibus, quibus quidem frequenter illustrabatur, falleretur, qualescumque demum illæ essent.

Annus

Annus Christi 1310.

SÆCÆ XIII.

Ferunt circà hæc tempora, in Ecclesia cuiusdam Oppidi fuisse veterem quandam B. Virginis imaginem, non quidem per opus benè formatam, sed multa virtute dotatam. Matrōna igitur quædam nobilis, quadam die ipsam imaginem respiciens, & sculpturæ indignans, ait. Vt quid stas hic tu vetus Rumbula? Paucis elapsis diebus, beata Virgo apparens alteri cuidam mulieri deuotæ, ait. *Quia Domina illa vocauit me vetulam Rumbulam, idcirco semper misera erit, quamdiu viuet. Nec mora, omnibus bonis mobilibus & immobilibus à proprio filio priuata, miserabiliter mendicauit usque ad mortem, pœnam luens stultiloqui.*

Experientia
tuffo Codic-
ce.
*Mulier ad
mendicitatem
reducta, ob
blasphemiam
in Imag. Dei-
para.*

Annus Christi 1311.

Felicis accidit duabus aliis Matrōnis. Historiam hic referam ex Matthæo Radero Societatis Iesu, cū adhuc ignoretur tempus quo acciderit. Amiserat (inquit) diuerso tempore & loco, alter filium, altera filiam; vtraque ad statuam Marianam properat, & Virgini filium suum extorquet, quoad suum recipiat. Illam lupi voracitas abstulerat, illum hostium incurfus traxerat ad vincula. Lupus innoxiam reddidit puellam; puero Dei mater carcerem referauit, & liberum matri remisit; vtraque suam Virgini pictam prolem. Grata fuit magnæ Mariæ hæc iniuria sibi per fidem auxilij quærendi illata, quam & beneficiis compensauit.

Matthæus
Raderus Vi-
ridarj San-
ctorum par-
te 2. pag.
522.
*Mulierum
duarum sin-
plicitatem re-
munerat B.
Virgo.*

Annus Christi 1312.

Ordinem Cisterciensem circà annum 1312. illustrabat B. Andreas Monachus, qui teste Cæsario, in obsequio B. Virginis ita feruens ex-
ticit ac deuotus, ita in horis eius decantandis morosus & intentus, vt non solum in singulis versiculis, sed etiam in singulis verbis memoriam ipsius haberet; sicque horam horis cum maximis laboribus penè continuaret. Cum annos decem & septem fecisset in Ordine, grauitè infirmatus est, & ministravit ei socius suus ex licentia Prioris, sciens eum virum sanctum, & in seruitio Dei genitricis deuotissimum, vt aliquid sibi diceret ad ædificationem, intuitu mutæ charitatis flagitauit. Cui cum ille nihil negare posset, nec vellet, respondit: *Heri Domina nostra visitauit me, & quia die septimo ad Dominum sum migraturus, adiecit: Quia mihi intentius seruiuisti, ego tibi faciam quod nondum alicui fecerim, collumque meum brachiis suis stringens, dedit mihi osculum.*

Cæsarius lib.
7. Histor. me-
morabilium
c. 55.
Menolog.
Cisterc. 2.
Martij.
*B. Andreas
Monachus
qua deuotione
& attentione
persoluerit
Deip. officium.*

Annus Christi 1313.

Circà hæc tempora, nempe anno Domini 1313. in Hispaniis Alphonso Castellæ XI. eius nominis regnante, apud Guadalupenses, reperta est imago diuæ Deiparæ Mariæ innumerabilibus miraculis illustris. Fama est, diuum Leandrū Hispalensem Archiepiscopū à D. Gregorio magno, Romanorum Pontifice, munus vnà cum Commentariis in Iobum accepisse, & apud Clerū ac populum solemnè pompa imaginē susceptam, maximo deinceps in honore fuisse. Pij aliquot incolæ Hispalenses, Saracenorum Maho-

Lud. Non-
nius de rebus
Hisp. Alph.
Ciacconius
in fragm. re-
rum Hisp.
Bzou. tomo
14. Annal.

SAEC. XIII.
*Imag. D. Virg.
 Guadalu-
 pensis inueni-
 tur.*

metanorum sc̄uitiam fugientes, eam ne ludibrio illis foret secum detulerant, & in eo antro Guadalupensi condiderant, vn̄a cum libro historiam rei continente, & campana ære fusa. Sexcentis ferè annis hæc imago, in eo antro obturato delituit, donec sacratissimæ Virgini placuit hunc in modum reuelare. Boarius aliquis qui vrbem Cacerensem incolebant, vaccam emiserat. Eam cum per saltum inuium quærens erraret, tandem in loco vbi nunc templum conditum est reperit: sed mortuam. Culcro, exerto pellem detrahere volebat, & iam seminudauerat, cum per miraculum animal reuiuiscens surrexit: magnoque metu Boarium ex ingenti admiratione percussit. Sed tamen in momento ad se reuersus, diuam Deiparam magno splendore illustrem, oculis suis præsentem aspexit, quæ metum excuteret, diceretque ne timeret. Adiecit Virgo sanctissima præcipiens Boario, Ad vrbem, inquit, continuò perge, & Clerum conuoca, vt huc venientes terram fodiant: & imaginem meam dubio procul inuenient. Subiungenti Boario, Quid si verbis meis fidem adhibere noluerint? Virgo Deiparens subiicit. Perge confidenter. Nam quando ad domum tuam perueneris, filium tuum, quem mortuum inuenies, ad vitam redire iubebis, istudque signum dabis, vera esse quæ reuelo. Iuit Boarius, Senatum, Clerum, ac populum Cacerensem conuocauit: visionem quemadmodum aspererat, quæue audierat renunciauit: filium fati functum vitæ restituit, atque imaginem tantoperè desideratam refodiendam, eos omnes qui ad miraculum conuenerant, adduxit. In loco designato fodientes in antro reuerato, iconam diuæ Reginæ Cælorum Mariæ, vn̄a cum libro & campana reppererunt: omnia adeò integra & illæsa, atque si die eodem reposita fuissent. Ibi ciues in lætitiâ effusi, postquam diuam Deiparentem votis supplicibus adorassent, aram ei extemporariam extruxerunt. Alphonsus postea & Ioannes Rex templum magnificentissimum extruxit, tribus magnis fornicibus tectum, grata symmetria partium insigne. In eius ara maxima ingens statuarum sacrarum ordo conspicitur, inter quas media est Deiparæ Virginis imago, quæ grato aspectu & maiestate, tum amorem, tum reuerentiam in aspectu intuentium nullo negotio conciliat. Miraculorum nullus est numerus, quæ apud eam imaginem, ope diui Deiparæ, Deus patrauit. Pendentia ex parietibus templi, feretra mortuorum, ex quibus ad vitam plurimi surrexerunt, fulcimenta paralyticorum & claudorum. Catenæ & compedes vincitorum: tum deindè donatia pretiosa templo oblata: peregrinorum frequentia continua ad diuam, illam esse humani generis hospitaticem in meridiano ostendunt per cuius intercessionem, vitam, incolumitatem, libertatem, & optata quæcumque mortales nõ irritò desiderio postularint.

Sur. in vit. S.
 Elzean. 27.
 Septemb.

Hoc ipso tempore sanctitate fulgebat S. Elzearius Comes, de cuius sanctitate Garfenda matrona sancta duas de eodem habuit visiones. Cum enim illa eum partim nutriuisset, sæpe & feruenter pro eo Dominum deprecabatur. Quadam autem nocte in Ecclesia pro eo orans, audiuit corporeis auribus Christum sibi dicentem: Inueni huic pro quo tam multum oras, noueris me Matrem meam dedisse magistram, nihil igitur de illo dubites. Ad quas voces nimium illa obstupefacta, vbi ad se rediit, rogauit Dominum, vt si illusio esset, abscederet: sin autem res vera, se certiore inde redderet.

Altera

Altera die cum Missæ sacrificio piè ac deuotè interesset, post consecrationem, corporeis auribus audiuit vocem ad se dirigi. Quæ superiori nocte de iuvene Elzeario tibi dixi, ea non ambigas vera & certa esse. Illa verò confessorio suo, viro valde religioso fratri Ioanni Iuliani, ea indicauit. Is porrò secretò ex Elzeario percontatus est, quem in precibus suis modum formamque sibi præfigeret, & quem è sanctis sibi præcipuè patronam delegisset. Respondit ille. Equidem Virginem sanctissimam mihi patronam & aduocatam elegi: cumque ad orandum me præparare volo, indignitatem & vilitatem meam prius considero; atque ità matri gratiæ me commendans, eam precor humiliter, vt ea quæ ipsi, & eius benedicto filio grata sint, ponat in corde meo & ore: simulque quanta possum animi pietate semel ei offero salutationem Angelicam. Ea dicta, nunquam mihi deest nouarum rerum diuinarum materia. His dictis abundè comperit cōfessarius ille, verissima esse, quæ à Garsenda acceperat. Huc etiã facit illud, quod sanctus iuuenis vt plurimum sabbatho, & nocte sequenti diuinitus visitabatur: & in ipsa Assumptionis sanctæ Virginis solemnitate, prima ei obtigit diuina visitatio.

Tunc etiam adhuc in viuis erat frater Philippus à Regio Franciscanus, nobilis genere, & cognatus S. Dalphinæ Virginis vxoris S. Elzeari, vir miræ sanctitatis, & columbinæ simplicitatis, ad eò vt ad primam innocentiam reductus videretur, cui etiam propter excellentem puritatem, crebrò apparuit sanctissima Virgo Maria.

Annus Christi 1314.

EAdem tempestate vixit Petrus Fauerijs Carthusiæ maioris Monachus, imprimis Prior sanctæ Crucis, deinde Auenione apud sedem Apostolicam sui Ordinis Procurator. Quantæ sanctitatis fuerit, in extrema illius ægritudine monstratum est. Cum enim ecclesiasticis Sacramentis deuotè susceptis, ad horam fuisset dimissus, & Sathan obiecto illi ingenti volumine, in quo piacula totius vitæ admixta eminebant, ad desperationem eum adduceret, subitò mœstorum solamen, laborantium fortitudo, desperantiũque leuamen adfuit Deipara Maria, inenarrabili splendore coruscans, & in vlnis puerum speciosissimum gestans, quæ languidum allocuta. Cur frater diffidis, inquit? Per hunc puerum quem pulcherrimum vides, omnia tua peccata soluta sunt. Dixit hæc beata. Sathan in momento disparuit: & ægrotans incredibilis lætitiæ perfusus, melius sperare cœpit: cum hæc non dormiens, sed vigilans, die ad declinuum vergente conspexisset. Noctè sequenti, cum Litaniam pro virili recitaret, atque ad eum locum venisset, in quo ad omnium sanctorum inuocationem dicitur, *Omnes Sancti, orate pro nobis*, manu dextera eleuata ostendens subiungit: *Omnes Sancti, qui modo hic estis, orate pro me.* Quam postulationem magno cum seruore iterum atque iterum repetens, Spiritum Domino reddidit, & cum Sanctis qui ad morientem protegendum aduenerant, supernas mansiones adiuit.

Annus Christi 1315.

Circà hoc tempus etiam in cœlestem patriam emigravit B. Iacobus Veneret. Cnetus Ordinis Prædicatorum. Is adhuc puer paratibus orbatus, ab auia

SAEC. XIII.

S. Elzearius
Deiparam
Virginem in
singularem
delegit Patronam.

Philippus à
Regio Fran-
cisco, crebro
à Deipara
visitatur.

Arnold. Bostius de viris illust. Petrus Sutor. de vita Carthuf.

Petro Fauerio Carth. moribundo adest B. Virgo.



Leand. de viris illust. Oid. prædic.

SAEC. XIII.
B. Iacobus
Venetus Offi-
cium Deipara
nunquam
omisit.

in literis & moribus, ac in primis in pietate educatus est. Conatur mulier iuuenem ad recitationē officij B. Mariae Virginis allicere. Itaque primum proposuit, si ad praefixum tempus illud singulis diebus perorasset. Eo tempore praeterlapso cum auia non solueret, & is se delusum esse intellexisset, sua spontē eam consuetudinem recitandi officij diuā Deiparae sibi imposuit, neque semel susceptam, vnquam deposuit.

Annus Christi 1316.

Chryf. Hen-
riq. in Men.
Cisterc. 20.
Sept.

INchoatum fuit tunc Iardineti Cœnobium Monialium Cisterciensium. Magnum miraculum huic Cœnobio initiū dedit. Arserat Deiparae Vualcuriensis aedes, Virginis imago Angelorum in sublimi transportata ministerio, procul in suburbano prato ab eiusdem sistitur. Indē cum nulla hominum industria posset auferri, Theodoricus loci Dominus voto concepto, Monasterium se in horticuli loco aedificaturum, iconem diuinitus Vualcuriam, nulla difficultate retulit.

Annus Christi 1317.

BZou. to. 14.
Annal.

QUas consolationes, & quae dona receperit à B. Virg. Deipara, B. Agnes Virgo de Monte Politiano, Ordinis S. Dominici, quae obiit anno Domini 1317. dicendum est. Huic oranti cum Virgo Deipara, paruulum è cœlo filium allatum in eius gremio collocasset, diu contemplata florem ingenuae diuinitatis in pueri vultu, animaduertit Agnes è paruuli collo paruam tenui filo suspensam crucem. Hanc igitur Agnes, quasi furtim illo iam abeunte surripuit, quemadmodum homines amicorum armillas, & annulos detrahere solent. Delectatus pio illo, vt ita dicam, furto, Virginis Dei filius artisit, & facile passus est illam, hoc mutuae benevolentiae perpetuum in omnem vitam habere monumentum. Eam crucem etiam nunc Politiani cum Virginis corpore conditam, in eius ciborio venerantur.

B. Agnes de
monte Poli-
tiano videt
Deiparam.

Ferunt etiam beatissimam Virginem B. Agneti aliquando apparuisse, & eidē tres lapillos pulcherrimos in manifesto lumine porrexisse, cū diceret, illam in eo munere vim, & cautionem esse quicquid vt ageret in posterum, id augustissimae Trinitatis nomine susceptum eiusdem virtute fundaret, & aeternitatis firmitate stabiliret. Cape tres, (inquit) istos lapides filia: monumentum in numero sempiternae Trinitatis agnoscis. Fruere felicitate tua & vale: meminerisque te mihi semper addictam, cordi futuram semper: & vnus trinique Dei virtute firmatam, meo nomini domicilium, templumque posituram. In dicto, conspectum sui subduxit Regina, tres lapides Agnes in manu sibi relictos vidit.

Lapilli tres B.
Agneti de
monte Poli-
tiano à B. Vir-
gine dono da-
ti.

Annus Christi 1318.

lib. 2. Rene-
lat. cap. 30. &
108.
B. Brinolphus
Episcopus a-
mator Deipa-
rae.

NASCITUR caelo hoc ipso tempore B. Brinolphus Vastonius, Episcopus Scatens in Suecia. De eo ad sanctam Brigittam ad eius sepulchrū orantem, ex quo suauissimus odor manabat, ita Deipara. Scito inquit filia, quod hic Episcopus dum viueret insigniter me honorauit, & honorem obsequiis firmavit. Cuius vita quam filio meo placuerit, vel ex hoc odore conicere licet. Deindē filio ait. Hic seruus tuus, o fili, tibi fuit fidelis, ac corpus eius hic

finē

sine honore iacet. Cui Christus promittit olim honorandum, & condigno loco collocandum quod 80. post annis contigit.

SÆC. XII.

Annus Christi 1319.

ORdo Montis Oliueti sub Regula S. Benedicti cœpit circa hoc tempus, nempe anno Domini 1319. institutore B. Bernardo Tolemæo, vel Ptolemæo. Is Senator nobilissimus Senensis, & artium egregius Doctor, Philosophiam in publica Academia cum profiteretur, repente utroque oculorum lumine orbatus, cum iam in summis positus videretur angustiis, ad Matris Dei patrocinia confugiens, eius auxilium obnixè postulabat. A qua cū non sine euidenti miraculo, pristina restitutus fuisset sanitati: protinus de abdicandis mundi voluptatibus propositum habuit. Itaque in exedram veniens, tanta facundia copiaque dicendi ad mundi contemptum, cœlestesque diuitias complectendas, auditores hortatus est, ut omnes quotquot aderant, in magnam suimet confusionem versi sint. Et quidam eorum Bernardo adhererunt, & vnà secum in proximum montem Senæ, qui Oliuetus dicebatur (ex quo ipsa familia Oliuetana appellata est) sese receperunt. Sed non defuerunt postmodum auctore dæmone, qui eos deferrent ad Pontificem, qui Auenioni tunc temporis degebat, quasi nouarum rerum auctores. A summo igitur Pontifice acciti, & benignè accepti, causam suam ita integrè & innocenter defenderunt, ut ab eo innocentes iudicati, eos ad Guidonem Petramala Episcopum Aretinum (in cuius diœcesi mons Oliuetus situs erat) cum mandatis ac literis Apostolicis remisit, ut ipsis habitum sanctæ Religionis sub aliqua probata Regula traderet. Factum est autem dum redirent in Italiam, apparuit Episcopo, beata Virgo Mater Dei, Angelorum choro stipata, quæ viros illos commendans, iussit ut candidum habitum, & Regulam sancti Patris nostri Benedicti eis porrigeret, qua deinceps vterentur. Cui rei monumentum hodiè quoque extare dicitur Aretij, in templo sanctissimæ Trinitatis parietibus depictum.

Platus de bono statu Religiosi lib. 1. c. 34. & lib. 2. c. 22.

B. Bernardus Ptolemæus oculorum lumine orbatus sanatur à B. Virgine.

Ordo Montis Oliueti sub iusula Deipara.

Annus Christi 1320.

IPso tempore in Ordine S. Domini floruit B. Margareta Castellana, quæ à beata Virgini deuota, quotidie eius Officium recitabat. Præ cæteris autem, partim diuæ Dei genitricis sedulitatem, natiuitatem Saluatoris, & diui Iosephi in ferendo, & reducendo Christo in Ægyptum, cõttemplabatur, deque istis mysteriis frequētius loquebatur. Quamobrem in mortuæ exentato corpore, tres lapides reperti sunt: in quorum primo, Regina cœlorum diademate aureo coronata, in altero infans Iesus inter duo animalia, in tertio Iosephus, ad cuius pedes in genua strata erat Virgo Ordinis S. Dominici.

Michaël Pius de vitis illustr. Ord. p. 122. Lapis in mortuo corpore B. Margareta Castellana, in quo scripta imago Deip. Virginis.

Annus Christi 1321.

IN illis diebus Ioannes Papa XXII. Auenioni degens, quidam filius Soldani Armeniæ, Græca, & Latina lingua eruditus, ad nostras partes Latinas cum saluo conductu ad videndum mores & ritus Christianorum venit: & fuit receptus Auenione in curia Papæ cum magno honore: qui quotidie intererat in solemnitatibus diuinorum officiorum, in quibus maximè

Iacobus de Valent. Epif. Chrysop. in Canticum B. Mariæ.

SAEC. XIII.

Soldani Armeniae filius scandalizatur, audiens concionatorem publice inimiculatum B. Virg. Conceptionem impugnantem.

Bulla Ioannis Papae XXII. pro confirmatione & approbatione S. Scapularis.

Beata Virgo apparet Ioanni Papae XXII.

Iste aduersarius Ioannis Papae fuit Ludouicus 4. Imperator, qui alium Papam creare volebat, propterea quod fuerat excommunicatus: à praedicto Ioanni, ut testatur Foucheus in Fonte Helica, c. 1.

delectabatur. Et accidit in die Conceptionis Virginis Mariae, quod quidam ascendit ad praedicandum, in qua praedicatione voluit probare per quasdam auctoritates sacrae scripturae, Virginem Mariam contraxisse culpam originale. Quibus verbis auditis, intantum fuit scandalizatus filius ille Regis Armeniae: quod surrexit à loco, & cum magno furore dixit Papae, & Cardinalibus, quod mirabatur de ipsis, qui erant capita Christianae religionis, ut talia tolerarent audire de Virgine Maria. Vnde etiam dixit, quod si quis dixisset in conspectu Califae aut Soldani Aegypti, aut in conspectu aliorum Saracenorum: nullo pacto euaderet mortem. Et sic ille taliter scandalizatus, reuersus est in regionem suam, qui ante deliberauerat baptismum suscipere.

Huic sanè Ioanni Papae B. Virgo iussit ut non solum Ordinem Carmelitarum confirmaret: verum etiam deuotionem S. Scapularis adaugeret. Propterea in vtriusque fauorem, sequentem Bullam quam Sabbatinam vocant, concessit. Est autem huiusmodi.

Ioannes Episcopus, seruus seruorum Dei, vniuersis & singulis Christi fidelibus &c. Sic mihi flexu genibus supplicanti Virgo visa fuit Carmelita, sequentem affata sermonem. O Ioannes, o Ioannes Vicarie mei dilecti filij, veluti te à tuo eripiam aduersario, te Papam facio, solemnem dono Vicarium meis iuuantibus supplicationibus, à dulcissimo filio meo petens, quod gratiosè obtinui; ita gratiam & amplam meo sancto ac deuoto Carmelitarum Ordini confirmationem habeas praecedere, per Eliam & Elizaum in monte Carmelo inchoato. Quod vnusquisque professionem faciens, Regulam à meo seruo Alberto Patriarcha ordinatam obseruabit, & per meum dilectum Innocentium approbatam, ut verus mei filij Vicarius debeat in terris assentire, quod in calis meus statuit & ordinauit filius; quod qui in sancta perseuerabit obedientia, paupertate, & castitate, vel qui sanctum intrabit Ordinem, saluabitur. Et si alij deuotionis causa in sanctam ingrediantur religionem, sancti habitus signum ferentes, appellantes se Confratres & Consores mei Ordinis praeonomati, liberentur & absoluantur à terribili suorum peccatorum portione, à die quo praefatum Ordinem intrabunt, castitatem si vidua est, promittendo; virginitatis, si virgo est, fidem prestando, si coniugata, inuolatam matrimonij conseruationem adhibendo, ut sancta mater Ecclesia imperat. Fratres professi dicti Ordinis supplicio soluantur & culpa, die quo ab hoc seculo isti recedunt, properato gradu accelerant Purgatorium. Ego mater gloriosa descendam Sabbato post eorum obitum, & quas inuenero in Purgatorio liberabo, & eas in montem sanctum viam aeterna reducam. Verum quod isti Confratres & Consores teneantur dicere horas Canonicales, ut opus fuerit, secundum regulam datam ab Alberto, illi qui ignari sunt, debeant vitam ieiunam ducere in diebus, quos sacra inbet Ecclesia (nisi necessitatis iam tradite impedimento) Mercurio, & Sabbato debeant se à carnibus abstinere, praeterquam in mei filij natiuitate. Et hoc dicto euannit ista sancta visio. Iam ergo sanctam Indulgentiam accepio, roboro, & in terris confirmo, sicut propter merita virginis matris gloriose Iesu Christi concessit in calis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae indulgentiae, seu statuti ordinationem irritare, vel ei casu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit: indignationem omnipotens Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli nouerit incursum.

rum. Datum Auenione, indictione tertia, die quarta Marij, Pontificatus nostri anno primo.

Circa hæc tempora, Auenione duobus pro crimine pessimo commissio, vno sene & alio iuvene, ignis incendio adiudicatis, eisque ad columnam ligatis & accensis, iunior ipse ad inuocationem B. Mariæ virginis, seniore exusto, illæsus exiuit. Quo in loco Ioannes summus Pontifex Capellam diuæ Dei genitrici, titulo de Miraculis ædificauit, & perpetuos ibidem Capellanos, prouentibus assignatis, instituit. Sed miraculum istud paulo diuersius & prolixius describit Discipulis in hunc modum. In vigilia Annunciationis beatæ Virginis Mariæ, in Auenione duo per iustitiam secularem sunt ad stipites manibus & collis ligati, vt cremarentur. Accenso igitur igne, vnus illorum crebrò beatam Mariam Virginem inuocans, vt se iuuaret, in tuendo quod aliquando ieiuniis, vel orationibus institisset, vel aliqua obsequia ipsi Virgini præstitisset. Et ecce vestibus & corpore inustus penitus, sola colli & manuum vincula ignis consumpsit, & ab igne solutus exiliuit, focio suo ab igne totaliter consumpto. Reiectus est autem solutus secundarid in ignem, & iterum permansit inustus, & ab igne exiliuit. Sicque cum laude ad Ecclesiam maiorem beatissimæ Virginis ductus est. Et Papa Ioannes XXII. statuit serò fieri pulsum campanæ, ad quem quicumque genuculando, tria Ave Maria dixerit, 20. dies indulgentiarum habebit. Hæc ille.

Annus Christi 1322.

ANno 1322. migravit in cælum B. Ioannes Firmanus aliàs Aluernicola, Ordinis Minorum. Ferebatur aliquando vit Dei magno desiderio videnti Christi genitricem, non in illa sublimitate, qua nunc regnat in cælis, sed in illa humilitate, qua conuersabatur in terris. Annuit sacratissima Virgo, apparuitque ei in cella oranti in ipsa illa veste, & forma humili, qua vixit in mundo. Per integrum diem visio durauit, & multis eum Virgo affecit fauoribus, inclinauitque caput ante se genuflexi in gremium suum, & multa aperuit diuina mysteria, quæ nulli hominum voluit ille reuelare.

Annus Christi 1323.

SEquenti anno, nèpè 1322. obiit B. Kunegundis Boleslai Pudici Regis Poloniae vxor intacta. Fuit filia Belæ Regis Hungariæ, & Mariæ filia Alexij Græcorum Imperatoris. Eius ortus & sanctitas fuerunt diuinitus clara voce genitrici prædicta, arthamque accepit mater in quadam consolatione cælitus immissa, dum tædio & mœstitia affecta propter eam, quam vtero concepit se liberatam cælitus audiuit. In lucem edita infantula, non autem more fletum edidit, vel vagitum, sed articulado & claro sermone lingua Hungarica protulit hæc verba; *Aue Regina celorum, mater Regis Angelorum.* Hæc iuuante Deipara, matrimonio iuncta Boleslao Poloniae Regi, cum ipso perpetuam virginitatem seruauit.

Ipsa anno quidam se sistit S. Virgini Montis ferratensis, publicèque profitetur, se post cecitatem anni vnus & dimidiati à Medicis & Chyrurgis desertum, Deiparæ precibus visum recuperasse.

Eodem anno, alius coram eadem Virgine, atque idoneis testibus factus est,

SAEC. XIII.

Richardus Cluniac. in Ioanne XXII. Ioannes Papa XXII. construit sacellum B. Virg. Deipara auxilium inuocens in medijs ignibus, mortò adiuuatus, nihil laditur. Indulgentias concedit Ioannes Papa XXII. recitantibus salus Angelicam.

Vvadd. tomo 3. Ann. Ord. Min. ad ann. 1322.

B. Ioannem Firmanum multis B. Virgo affecit fauoribus.

Vvadd. vbi supra.

B. Kunegundis nascendo salutem B. Virginem.

SAEC. XIII.

est, se ab hora duodecima vsque ad sextam vespertinam ad arborem nauis à Pyratibus suspensum, & post tot horas, implorata scilicet ope Deiparæ, sanum esse ab iis inuentum, atque ob hanc causam liberum dimissum.

Hist. B. Virg. Montis.

Publicis conscribitur tabulis hoc ipso anno, planè stupenda cuiusdam postquam iam tertio suspensus esset, à morte Deiparæ intercessione exemptio. Res ità habet. Thomas Faber, reus habebatur homicidij Tolosæ, & ad ampliorem faciendam eius rei fidem equuleo torquetur. Quam vt euaderet pœnam, crimen fatetur quod non commiserat. Adiudicatur itaque suspendio. Cum autem se destitutum omni humano cerneret præsidio, ad diuinum, & ad Deiparam confugit, morteque imminente orat supplicij spectatores vt sese Virgini Montis ferratensi commendent. Tortor interea eum è schala deiicit. At fracto fune collo eius inserto, in humum decidit absque vlla noxa. Iudices nihilominus, suspicati scilicet fraudem subesse, iubent nouum funem adhiberi, iparet tortor, sed ecce tibi vt prius fune fracto in terram illæsus cadit. Obstinati iudices neque sic permouentur, neque oculos aperiunt vt videant aliquid hic supra naturam latere mysterij, at vt tertio suspendatur è nouo fune imperant. Tortor imperata facit, at sine effectu, nam & hic tertius funis ruptus est, ipso in pavementum cadente. Querunt ex eo iudices quid tandem rei istud esset, & vidè tot prodigia. Interpellauit (inquit) Dei genitricem, vt me à morte quam non commerueram dignaretur liberare, quod sua pietate tertio ab ea præstitum, vt vos omnes oculis vestris hausistis. Itaque in libertatem vendicatus ea ipsa hora sese cum vxore, magnoque aliorum comitatu, ad gratulandum Deiparæ ad Serratum montem cum literis Archiepiscopi, trium insuper Episcoporum, & aliorum magnæ auctoritatis, qui fidem faciebant huius tam prodigiosæ liberationis.

Thomas Faber tertio suspensus Deiparæ intercessione à morte præseruatur.

Annus Christi 1324.

Hist. Montis fer.

Quidam tunc temporis à Mauris in mari captus, diutius detentus est in custodia, quod matri non suppeterent facultates ad eum redimendum. Ergo spem omnem suam, & vota ad Deiparam Montis ferratensem vertit, cui impensè erat addicta. Nec frustrà, quodam enim die postquam multo tempore eam rogasset pro libertate filij, orationique ieiunia & elemosynas adiunxisset, apparuit ei beatissima Virgo Dei genitrix. Quid (inquiens ad illam) tibi vis? Cur incessanter me compellas? Cur te tot clamoribus crucias? Ad quam mulier. Ego te bona Domina compello, vt filium meum captiuum libertati restituas, mihi que matri suæ reddas. Tum beata Virgo. Ne diutius te affligas, prædico tibi te filium breui visurum: eum sanum & incolumen tibi paulò post representabo. Neque aliter fecit ac dixit, nam ipso profesto sancti Bartholomæi, matre supradictam visionem apud se recogitante, aduenit filius, cui fores pulsanti aperuit mater, tanto perfusa gaudio, vt ei præteritum omnem inærorem absterferit. Cumque ex eo sciscitaretur, qua tandem ratione euasisset; Quadam, inquit, nocte se visendam mihi præbuit Dei mater, quæ postquam mihi catenam è collo manibusque, ac compedes è pedibus detraxisset, me è custodia eduxit, viamque indicauit quam tenerem, vt ad te peruenirem. Porrò collato inter sese tempore duarum istarum apparitionum, deprehenderunt eas eodem planè tempore contigisse.

Captiuum quondam miraculosè liberat B. Virgo.

Annus

Annus Christi 1326.

SAR. XIII.

Sed non est prætereundum infigne miraculum, quod paulo post contigit in partibus Hollandiæ. Iudæus quidam, baptismum in Hannonia receperat, à Vilhelmo Comite Hollandiæ Hannoniæque, de sacro fonte leuatus. Hic transiens & conuertens inter Christianos, deuotum se fingebat, Iudæica malitia repletus. Nam vice quadam, per Ecclesiam quamdam cuiusdam monasterij solus transiens, imaginem beatæ Mariæ semper Virginis pulcherrimè depictam indignabundus despexit: & veteri mox odio, innotoque furore incitatus, pugionem extrahit, inque verba blasphemiarum prorumpens contra sanctam Dei genitricem, nitidam imaginis faciem confingens, turpiter vulnerauit. Et ecce confestim, sanguis ab imagine vulnerata copiosus erumpens, circumfluere cœpit. Quod infelix aspiciens, quanto cyus ab Ecclesia aufugit: sanguis autem à fidelibus reseruatus, multis ægritudinibus medicina fuit. Cum autem tanti sceleris author aliquandium latuisset, neque à quoquam sciri potuisset, beatissima Dei genitrix semperque intacta Virgo Maria, cuidam fabro ferratio in somnis appatens, quasi vulneribus confossa, authorem sceleris ostendit, & cum ad singulare certamen pro veritatis declaratione, contra perfidum animauit. Itaque faber ad iudicem venit, sceleris Iudæum accusauit. Vbi cum testimonia probationis obiecti criminis non adessent sufficientia; ad singulare duellum prouocauit, atque impetrauit. Inito certamine, à sanctissima Dei genitrice adiutus, vicit perfidium fidelis, impium iustus, Iudæum Christianus. Superatum se cernens blasphemus, veritatem aperuit, sceleris sui immanitatem, & quod animo nunquam fuerit Christianus, publicè coram omnibus confessus est. Pro-lata à Præfecto Comitum sententia, infelix, infidelitatis suæ pœnas dedit, & laqueo vitam finiuit.

Trithem. in Chron. Hilaug.

Sanguinem emittit Imago Deip. Virginis gladio percussa.

Migrauit in cælum hoc ipso tempore & anno, beatus Franciscus Ordinis Seruorum B. Mariæ, qui quingentes in die & nocte solebat beatam Virginem salutare: à qua ob detractorum quorundam calumnias euitandas, surditatem impetrauit. Statim atque migrauit ad Christum, lilium ex ipsius ore prodiit: quod quidem lilium inuictissimi Regis Galliæ nuntios à Senensium à Republica, multis precibus à Patribus illius Monasterij obtinuisse fatentur.

Michael Secunia in Chronico.
B. Franciscus Seruita quam deuotus Deipara Virgini.

In Ordine quoque Prædicatorum clarus erat F. Reginaldus Aggellus laicus, magnus Deiparæ amator. Nam intra diem & noctem vnā, millies in genua procidebat, & orationem Dominicam, addita salutatione angelica proferebat.

Chron. Ord. præd.

Annus Christi 1327.

Adhuc tunc temporis regebat Ioannes Papa XXII. vniuersalem Ecclesiam, cum in ciuitate Aniciensi Clericus paruulus, ingressus vicum Iudæorum, alta voce clamabat: Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum de viri semine natum. Addebat deinde alia, quæ de Annuntiatione Angelica audierat & didicerat. Tunc quidam Iudæus, æquo animo honorem Christi, & Virginis matris ferre non valens, adolescentulum peremit. Sed

Odo Gyselus in Hist. Eccles. Aniciensis.

SAEC. XIII.
Clericus puer
à Iudæo occi-
sus à Deipa-
ra Virg. susci-
tatur.

beata Virgo nec diu post laudatorem suum reuocauit ad vitam. Iudæi verò ob tantum scelus, ciuitate pulsi sunt: data potestate Clericulis eos puniendi, si redire præsumerent. Extat adhuc hodiè in Ecclesiæ B. Mariæ Ancienfis tabula, in qua depictum cernitur istud miraculum, sequentesque Versus leguntur.

*Cantatur per Clericum,
Gabrielem Archangelum
Bonum tulisse nuntium:
Iudæus necat paruulum,
Susciat hunc beata.
Digna fuit expulsio
Iudæorum è Podio,
Non intrem: quia captio,
Clericulis est data.*

Hoc Anno S. Rochus natione Gallus animam immaculatam Deo reddidit. Parentes eius Ioannes & Liberata, cum continuis precibus à beata Virgine impetrarunt.

Annus Christi 1328.

Hist. Franc.
Hist. Eccl.
Carnot.
Philippus Va-
les. Franco-
rum Rex in-
signem victo-
riam ope Dei-
ra Virg. repor-
tat.

ANno sequenti 1328. Philippus Valeſius Francorum Rex insignem victoriam contra Belgas ope B. Virginis reportauit. Ex improviso enim inuasus à Belgis, votum vouit B. Virgini, quo facto, tanta fortitudo & audacia in corde Regis & militum eius accreuit, vt nouendecim vel viginti Belgarum milia corruerint in ore gladij. Cum autem triumphans rediisset Parisios fortissimus Rex, primò accessit ad ædem B. Virginis sacram, ingressusque totus armatus, equoque vectus, sterit in medio iuxta Crucifixum, obtulitque ipsum equum & arma B. Virgini, centumque libras annuatim perpetuò assignauit. In tantæ autem victoriæ memoriæ videtur adhuc hodiè ipsius Regis effigies armata & equo vecta in nauis eiusdem Ecclesiæ.

Annus Christi 1329.

Flaminius
in Vita ip-
sius.

TVnc temporis sanctitate & miraculis clarus effulgebat B. Venturinus Ordinis Prædicatorum. De quo Præfectus Monasterij Bononiensis, cui Audalo fuit nomen, qui postea prouinciæ Romanæ præfuit, & totos vndecim annos Patavinum Monasterium rexit, vir ipse memorabilis narravit, iuuenem quendam inuidia motum, & odio ingenti aduersus beatum Venturinum exæstantem venisse ad Monasterium, conficta secum afferentem crimina, quibus apud ipsum Præfectum, & cæteros patres illum accusaret. Verum vbi Ecclesiam sit ingressus, offendisse ante gloriosæ Virginis effigiem orantem illum, ac tantum à terra quanta esset picturæ altitudo sublatum, ipsamque picturam ipsum alloquentem. Stupuisse prodigio tanto iuuenem, & exhorruisse, ac murata sententia lachrymabundum ad se venisse, fraudem suam & scelus fatentem.

Annus Christi 1330.

Imago B. Vir-
ginis alloqui-
tur B. Ventu-
rinum.

Nicophorus
Gregoras
lib. 9. Histo-
riarum Ro-
man.
Petr. Canif.
in lib. 5. de B.
Virg. c. 22.

TVnc temporis cum iunior Andronicus, vt erat mirè ambitiosus, nocte per insidias Constantinopolim occupasset, in magnos angores auum, suum imperatorem Andronicum dictum seniore, hac regni affectatione, & inspe

& insperata vr̄bis occupatione deiecit. Qui cum aduentantium hostium tumultum & clamorem præter expectationem omnem nocte sensisset, de lecto profiliit perturbatissimus, præsertim, quod nec duces, nec milites ad defensionem parati adessent, ac ipse humana quidē se ope profus destitutum cerneret. Habebat autem in Palatio secum Deiparæ imaginem à S. Luca depictam, ad quam in tanto discrimine sibi confugiendum putauit, vt opratam & necessariam opem per Mariæ patrociniū diuinitus impetraret. Itaque eorā hac ipsa imagine tunc humi prostratus, magnaue fiducia vsus, ardentē cum lachrymis obtestari pergit, ne Virgo Mater periclitantem se deserat, neue sicariorum ensibus miserum obiici sinat. Nec vana fuit obtestatio, sed subitam opem Virgo attulit, vt omni metu & periculo senior Andronicus liberaretur, suumque nepotem contrā spem valdē humanum statim experiretur. Is licet noua victoria elatus esset, tamen cū primū in palatium ingrederetur, religione commotus, quoniam venerabilem Dei genitricis imaginem adesse cognouit, hanc imprimis veneraturus accessit.

*Andronicus
Imperator hostium clamore percussus, eorā imagine Deiparæ prouoluit, mox præsentem B. Virginis opem sensit.*

Annus Christi 1331.

Idem senior Andronicus, in grauissimam incidere aggritudinem, ex qua moribundum nocte proxima medici iudicabant. Et certē omnia mortis indicia certa præcesserant: iamque parata erant funeralia, cum Imperator exili, & velut iam deficiente voce quæsiuit, si quid de laticibus sacris ex perenni fonte Dei matris licuisset habere. Tunc Phacrasina fœmina nobilis, è gynecæo Imperatricis, ad vesperam vnum de famulis Byzantio venisse, & de aqua illa apportasse dixit; curriculoque attulit; ac bibedum porrexit. Quam visus est hausisse, omnibus admirantibus, quod cum extremam penē animam duceret, à fide honoreque rebus venerabilibus exhibendo non abstinuisset, tamen ad portas mortis nihilo secus appropinquare cernebatur. Deinde ea lympha eius corpore perlito, secuta est quies tranquillissima, vt exinde vsque ad auroram, nec vocem miserit, nec se quoquam commouerit, & vitam sola respiratione testaretur. Diluculō autem, ac si à mortuis existeret, *Gloria tibi Deus*, exclamauit. Tunc percunctante, Magno domestico, vt se haberet: nescire se dixit: Deum scire, qui nihil nesciat. Accessit interim medicus primarius, tactuque manu sensit venam minare exiliter: & se tam inopinata re deceptum veritus (in desperatissimis enim salutem eius posuerat) venæ pulsam manu iterum contrectata diligenter, & curiosè explorauit. Vtque se minimè deceptum vidit, obstupefactus miraculo, clara voce, Magnus est Deus, inquit, qui solus potest ad inferos deducere, atque reducere. Et quia præ stupore nondum sibimet planè credebat, aliorum Medicorum turba conuocata, lectulum circumdans quæsiuit ecquid ipsis de Imperatore videretur. Quibus assentientibus, omnes obstupere, immortalique gaudio exilure. Cœpit verò Imperator è morbo recreari, ac refici, & quasi à portis inferi redire, & ab hora diei tertia, pulsus, motusque tenues, illi quidem & languiduli, pariter tamen æqualiterque & manifestè sentiebantur, ipseque leuabatur, & malis omnibus dissipatis, ab illo die magis ac magis se confirmans, perfectam & integram valetudinem recuperauit. Tanta porrò erat rei admirabilitas, vt omnes

*Andronicus
Imperator
hausit aqua
fontis Deiparæ
Virginis
sanatur.*

SÆC. XIII.

non audientes solum dictis diffiderent, obiisse Imperatorem credentes, sed propemodum etiam intuentes, non facile oculis suis fidem contradarent.

Sic igitur sanatus, nihilominus tamen non diu superiuit. Nam quadam die, sole abeunte, cum nullo signo morbi apparente, multi amicorum vnà cum Nicephoro Gregora, illi vsque ad supremum galli cantum assedissent, omnibus eis valedicto, allatum cibum edit. Erant autem illa omnia testacea, propter ieiunium illorum dierum. Post quæ cum merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriores illum cibum conficiendum firmaretur, ille frigida vsus est. Solebat enim cum feruorem aliquem venarum sentiebat, immoderatè frigidam bibere, ne vlla venæ sectione esset opus. Tali ergo diæta tum quoque vsus, statim fastidio affici, & è stomacho, & corde grauius laborare cœpit. Cum autem iam spiritus etiam meatus obturari & coarctari, ac mortem sibi iam instare cerneret, & propter intempestam noctem neminem reperiret, qui sibi diuina mysteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clausis, surrexit, & gratias egit Deo, & pro salute animi sui cum multis lachrymis & genuflexionibus deprecatus est. Deinde sacram Dei genitricis imaginem quam in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorum in os inseruit. Cumque in lecto consedisset, statim priusquam diluxisset, defunctus est.

*Andronici
Imperat. erga
Deiparam
amor & deuotio.*

Annus Christi 1332.

Leander.

IPso tempore vitam clausit frater Reginaldus Aggellus, ex familia S. Dominici. Hic intrà diem & noctem vnã, millies in genua procidebat, & orationem dominicã, addita salutatione Angelica proferebat.

Annus Christi 1333.

Hist. Montis fer.

*Viros viginti
à morte præseruati B. Virgo.*

BEata Virgo Montis ferratensis circa hæc tempora à viginti viris inuocata, eos miraculosè seruat à præsentissimo vitæ discrimine. Res ita habet. Cum hi nauigarent vecti naui Maiorcensi, tanta repente orta est procella, vt malum fregerit, temonem atque anchoras abstulerit, ac totas tres noctes ac dies tenuerit. Ita vt tantæ tempestati nauis circà puppim fracta sit, & aperta, aqua in eam liberè sese insinuante. Quare cum non aliud quam mortem operirentur, singuli ad Deum confugere, atque in terram prostrati magnis vocibus ac gemitibus Deiparæ Montis ferratensis opem implorare. Mira res. Dum in eo toti sunt, en tibi cæleste lumen è cælo deorsum ferri, atque angulum nauis occupare: quo in loco tamdiu perstitit dum tempestate omni sublata portum tenerent sani & incolumes.

Annus Christi 1330.

*Ex Fastis
Carmelit.*

DIua etiam Virgo apud Carmelitas, inuocata à quodam, similiter à morte præseruatur ipsis temporibus. Hic vocabatur Ioannes Auerius, qui inter nauigandum magna tempestate iactatus, Beatam Virginem Carmelitarum inuocauit, quæ apparens, eumque consolatoriis verbis roborans, liberauit.

Annus

Annus Christi 1335.

SÆC. XIII.

Benedictus Papa eius nominis duodecimus, tunc temporis Auenioni de Lauretanam, vnde ad eam magnus factus concursus. Cumque Recineteses (Recinetum abest 3. miliaribus Laureto) senes ac valerudinarij eò pergere non possent, imagini ad Lauretanam similitudinem, ara excitata & sacello, ad id se conferebant, ab eodem Pontifice impetrata Indulgentia iis qui id præstarent. Erat autem indulgentiæ diploma, aureis exaratum literis.

Annus Christi 1336.

Anno Domini 1336. rebus humanis exemptus est B. Mauritius Hungarus, D. Dominici institutum professus. Genus illi à Regibus Pannoniæ: magnitudo futura, à diua Deiparente prænunciata. Cum enim mater illius iam quatuor menses prægnans diuturna febris vexaretur, ad eò vt de valetudine desperaret, appropinquante postmodum tempore pariendi, in somnis vidit quandam in veste candidissima, forma præcellenti matronam, quæ blandiore oratione metum illi omnem mortis ademit, & bono animo esse iussit, fore prænuncians, vt filium pareret, sanctitate magis quam genere illustrem Memorantium esset, hora partus imminente, signo salutiferæ crucis pectus suum communit, ac dicere: succurrat tibi virgo fœlix Christi mater, ex cuius utero vnigenitus æterni patris filius prodiit. Addidit, vt Angelicam salutationem sapius proferret, ac identidem signum crucis pectori imprimeret, & propterea mortem ne amplius formidaret, ac filium nasciturum expectaret, qui Deo & hominibus propter sanctitatem futuram charus foret. Cæterum se esse Dei genitricem quæ loqueretur, & futura prædiceret, certo certius cognosceret.

Quo etiam anno migravit in cœlum S. Elizabetha Regina Portugalliæ, sub mortem à Deipara Virgine visitata. Nam dum eius adstat obsequiis Beatrix focus, repente cœpit exclamare Elizabetha. Filia, filia, cede locum Dei genitrici, quæ candida veste nos sua vult consolari præsentia. Deindè cum paulatim ad extrema tenderet, Deiparæ Virginis opem exposcens, versus illos magno animi sensu teperebat: *Maria mater gratia, mater misericordie, tu me ab hoste protege, & hora moris suscipe.*

Annus Christi 1337.

Accidit sequenti anno 1337. in Cœnobio magno Paris. Ord. Minorū, duos Hebræos irrisisse fratres, dum illa Antiphonæ maioris *Salve Regina*, verba vltima *O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria*, piè decantarent; adstirrisse tamen militem quendam monoculum, qui iniuriis affectos in atrium deduxit, atque vnum occidit, alterum verberibus onustum dimisit. Superstes Hebræus apud Regem conquestus de socij morte, & sui iniuriæ, lictores obtinuit, qui militem monoculum apprehenderent. Incautum hi capiunt, & ad Regem ducunt: sed dum præ foribus cuiusdam obuij templi, beatissimæ Virginis, conspicit imaginem, se in angustiis, & proximo mortis periculo constitutum, propter eius defensionem honorem, deuoto corde representat, oratque humiliter vt velit esse propitia. Ex templò, quo carebat.

Turfel. Lauretanæ Hist. lib. 1. c. 19.
Benedictus XII. Indulg. concessit visitantibus ad eam Lauretanam.

Leander lib. de viris illust. Ordin. Prædic. Mich. Pius item lib. 1. de viris illust. Ord. Prædic. Bzou. to. 14.

D. Maurij Hungari sanctitatem prænunciat B. Virgo.

Vvadd. to. 37. Ann. Minor. ad ann. 1336. S. Elizabeth Regina Portugallia sub mortem videt Deiparam.

Vvadd. vbi supra. B. Virgo sibi denotum miraculosè liberat.

SÆC. XIII.

oculum, & animum recepit audentioſem. Videns Rex generoſi pectoris & vtroque videntem lumine hominem, liſtores reprehendit, & Iudæum corripuit, quod hominem innocentem nullo orbatum oculo apprehenderint: cum verè illatas ſibi iniurias, & ſocio necè à gregario milite monoculo pridem fuerit conqueſtus: & proindè hunc tanquam inſontè iuſſit dimitti.

Annus Chriſti 1338.

Vvadd.
Chriſto im-
preſe placet
laudes ſua
genitricis.

IN eodem Cœnobio, dum Fratres in ſolemnitate Aſſumptionis eiufdem B. Virginis Mariæ laudes pio corde cantarent in choro, apparuit eis ſacra- tiſſima Virgo, Filium in vlnis baiulans, qui gratioſo & delectabili vultu ſin- gulos circumiens, horrabatur voce Gallica, vt ſuam Genitricem impenſè laudarent, addens nihil ſibi delectabilius Matris honore. Fuit in eodem loco quidam ex fratribus, qui inenarrabili conſolatione afficiebatur, quoties ſa- lutationem recitabat Angelicam; dum ità ſemel afficeretur, apparuit ei B. Virgo, ex cuius brachiis elapſus infantulus, pulchram & mirifici odoris ro- ſam fratri porrexit, cuius odore admirabili ſuauiſſime recreatus eſt.

Annus Chriſti 1339.

Henriq.

FLorebat tunc ſanctitate in Ordine Ciſterciensii B. Chriſtianus Conuer- ſus. Qui degens in Cœnobio de Eleemoſyna, quadam die vidit om- nem Conuentum circumdari à dæmonibus, qui tantæ multitudinis erant, vt tegere viderentur quicquid erat inter terram & cœlum. Quod cum ille videret, & diceret: Domine Deus quid hoc poteſt eſſe, & quis poterit eua- dere pericula iſta? Audiuit vocem dicentem ſibi: Qui humilitatem habere potuerit, ab omnibus hiſ laqueis liberabitur. Non multo poſt venit quæ- dam claritas de cœlo ab Oriente, quam cum perſentirent maligni ſpiri- tus euauerunt, & in eadem claritate apparuit Regina Angelorum. Quam cum ille aſpiceret, & diceret intrà ſe, Deus bone quò vadit Domina noſtra, Aduocata noſtra, ſaluatrix mundi? Reſpondit ei eadem Domina, venio ſuccurrere huic loco, qui meo indiget auxilio. Venio auxiliari huic pauperi Abbatia, & aliorum pauperum locis qui confiſunt in me.

Annus Chriſti 1340.

Ann. Fland.
lib. 12.

Tornacensis
ciuitas obſeſ-
ſa, Deipara
auxilio libe-
ratur.

CIRCA hæc tempora, nempe anno Domini 1340. ab Angliſ obſeſſa, fuit Tornacensis ciuitas, cum quadageſimo die obſidionis omnia ferè ad victum neceſſaria iam fuiſſent conſumpta reſtarerque tatum parum aliquid ad viuendum toto quattriduo: inſtituta eſt ſolemnis proceſſio, conuenitque vniuerſus populus ad ædem Deiparæ clamans ad Deum & beatam Virgi- nem cum lachrymis & gemitibus. Ciues igitur poſt multas preces & la- chrymas, clauis ciuitatis in manibus imaginis Beatæ Virginis poſuerunt. Nec vana fuit eorum fiducia. Nondùm enim quatuor præteriti erant dies, cum inimici recedentes, ciuitas liberata eſt, & victualia in eam aſportata. Videbatur etiam à militibus inter oppugnandum Virgo Mater, ſtans ſuprà murum, vt ciuitatem, cuius ipſa erat præſes, tutaretur.

Vvaddingus
to. 3. Annal.
M. n. ad an-
num 1340.

In Prouincia Deſmonia ipſo anno 1340. loco valdè ſolitario, in Hiber- nia propè lacum Leinum, ædificauit Fratribus Minoritis commodum
hau

haud nimis amplum Cœnobium Trialacense Magnus Carthæus. Usque ad vltimum bellum Hiberniæ integrum perseueravit, etsi fratribus, & præcepto & persecutione Elizabethæ Reginæ Angelorum, destitutum, frequentes ibi conspiciuntur sepulturæ, conueniebantque illuc populi vicini, tum ob solitarij loci deuotionem, tum ob singularem cultum miraculosæ imaginis sacratissimæ Virginis, quæ illic asseruabatur. Hæretici primo tempore, quo locum sanctum prophanarunt, Christi crucifixi effigiem pedibus conculcarunt, sed non impunè, sequenti etenim die sacrilegij auctores expirabunt. Prædictam Virginis imaginem irruentibus alijs hæreticis, fratres extulerunt, atque ad radicem aridæ, & excoctæ arboris absconderunt: statim ad simulachri contactum, reuirit aridum lignum, germinauit frondes, & tenera virgulta ramorumque densitate latibulum imaginis ab irruente pluuia contexit, ita vt per integrum annum nullum sit passum detrimentum. Iurauit aliquando perfida muliercula coràm hac imagine, se falsò furti accusari, sed statim è sinu eius decidit in omnium conspectu, quod se abstulisse peierauit.

Quo etiam anno Alphonfus Castellæ Rex, adiunctis Aragoniæ & Lusitanæ Regibus, licet vix quartam hostium partem exæquarent, Deipara Virgine freti ingentem eorum exercitum aggressi sunt ad Tariffam urbem quam obsidebant. Magna eorum clades facta, supra ducenta Maurorum in prælio fugaque cecidere, captiuorum ingens numerus. Christianis (quod propè miraculum sit) viginti desiderati non amplius.

Annus Christi 1341.

Hicce temporibus Robertus Rex, Neapoli templum S. Mariæ Crucis condidit, Hierosolymis autem id quod in monte Sion S. Mariæ dedicatum est. Fuit hic vnus ex sapientissimis Principibus, iustus, benignus, religiosus, liberalis, doctorum amator. Tales facit Deipara Principes qui se colunt.

Annus Christi 1342.

Quidam nomine Ioannes Petrus Franciscus, cum iuxtà mare ambularet, inuasus à Turcis, ab eis duobus telis grauiter vulneratus, in pectore, & in ore, nec non in capite ictu gladij, inuocauit beatam Virginem, quæ apud Carmelitas colitur, quæ apprensus eundem pristinæ sanitati restituit.

Annus Christi 1343.

Florebat ipsis temporibus in Ordine Minorum B. Gerardus, Laicus suè Conuersus, multis clarus virtutibus, & innumeris prodigijs admirandus: qui etiam Reginæ cælorum aliquando recreatus eloquio, meruit eandem videre paulò ante obitum, & ab eius ore bonum nuncium audire salutis aternæ.

Annus Christi 1344.

ANNO 1344. piè in Domino obiit Vlpho maritus S. Birgittæ. Hic vxoris amulatione, Deiparæ erat perstudiosus, ac post mortem vxori apparuit, ab

SAEC. XIII.

Hibernia miraculosa B. Virginis imago.
Arbor frondescit & florescit solo tactu imaginis B. Virginis.

Nota.

Mariana lib. 6. Ciaccorius in Bened. 12. Victoria insignis parva de Mauris Deipara hostibus.

Colenutius in Hist. Neapol. Robertus Rex templa in honorem Deiparae condidit.

Fasti Carmelit.

Gerardus Minorita vocatur in calum à B. Virgine.

Ex Reuelat. S. Birgitta.

SÆC. XIII.

ab eaque certas preces, aliaque nonnulla petiit. Inter cætera, vt anno integro curaret pro eius anima continenter celebrari Missas de B. Virgine Maria.

Annus Christi 1345.

Vvadd. vbi
suprà ad an-
num 1345.
B. Liuinus B.
Virginem allo-
quitur.

ANno 1335. martyrium subiit B. Liuinus Minorita, in Chaito Babylo-
niæ minoris, vbi cum degeret, ad Christianorum obsequia, quædam in-
cepit opuscula, in Christi infantuli, & Mariæ genitricis encomium. Sed
aliis rebus distractus, non perfecit. Apparuit ei B. Virgo absque filio, quem
alias dum ei appareret, gestabat in vlnis; cui Liuinus. Vbi sacratissima ge-
nitrix tuum filium, Dominum meum reliquisti? At illa, tibi successit, qui
laudes eius à te inchoatas, neglexisti, resume laborem, & non solum suo te
conspectu dignabitur: verum etiam martyrij, quod vehementer cupis, coro-
na laureabit. Opus continuo studio prosequutus Liuinus, absoluit, & dein-
ceps maiori ferebatur studio martyrij.

Annus Christi 1346.

Meyerus.
Taruancense
templum Dei
para miracu-
lose à direp-
tione libera-
tur.

SEquenti anno, Angli Teruanam seu Morinorum urbem capiunt, diri-
piunt, & incendunt. Templum quoque Deiparæ dicatum spoliare inci-
piunt. Sed cum Anglus quidam iactu sagittæ, coronam Imaginis Deiparæ,
sublimi quodam stantem pigmate, conatur deiicere, fractus arcus, circum-
stantes grauitèr fragmentis suis vulnerauit. Tum pepercerunt templo, cre-
ditumque diuinitus prohiberi direptionem. Ac religiosè supplicatum, ac
dona ab Anglis aræ Virginis collocata.

Annus Christi 1347.

Canisius
lib. 5. de B.
Virg.
Cranzius.
Ludouicus 4.
Imp. B. Virgi.
pè deuotus.

Qualis qualis fuerit Ludouicus 4. Romanorum Imperator, & Bojarix
Dux, qui tunc temporis obiit, nempe anno 1347. ostendit Canisius. In
eo (inquit) laudem promeretur, quod sanctissimam Deiparam valdè colue-
rit, ac eius pulchram quæ adhuc extat, imaginem, ex Italia in Bauariam, suis
vt ferunt brachiis deportarit, ac deportatam in Monasterio Etalensi, quod
in mediis syluis ad eiusdem Virginis in cælum Assumptæ laudem ipse con-
struxit, posuerit atque reliquerit.

Annus Christi 1348.

Bzon. tomo
23. Annal.
B. Syluester
Camaldul.
Blasphemat.
in B. Virg.
conuincit.
Reuelat. S.
Brig. lib. 6. c.
95. & lib. 8. c.
29.

TVnc temporis, nempe anno Domini 1348. migravit in cælum B. Syl-
uester Monachus Ordinis Camaldulensis B. Virginis amator egregius.
Aliquis sanctitatem diuæ Catharinæ Virginis & Martyris admiratus, ausus
fuerat pertinaciter dicere, illam si tempore Incarnationis superstes fuisset,
in Deiparentem, præ sanctissima Virgine eligendam. Ad quam blasphe-
miam Syluester exhorrescens, vesanum blatteratorem temeritatis coarguit,
doctissimisque rationibus hæreticam illam esse assertionem demonstrauit.

Ipso anno obiit Israël S. Birgittæ vel Brigittæ frater. Hic in Deiparam
præcipua ferebatur deuotione, eius patrocinio se suaque semper commen-
dans. Neticix legiferi dignitatem quæ summa est, tam diu constanter (licet
ad eam admittendam ab ipso Rege sollicitaretur) repudiavit, donec reuela-
tione

tionem B. Mariæ Virginis monitus eam acceptavit. Cum iam iam hostes fidei Moscovitas, schismaticosque Barbaros esset inuasurus, incidit in morbum, sentiensque se brevi migraturum ad dominum, ascendit in templum dicatum B. Virgini, ibique digito imaginis eiusdem annulum quem gestabat pretiosum imposuit, dicens: Tu mihi Domina es, semperque fuisti charissima, super quo testem inuoco filium tuum, ideo me, & animam meam tuæ prouidentię do, addico.

Annus Christi 1349.

IN illis diebus beata Elizabeth Ordinis Seruorum viam vniuersa carnis ingressa est. Hæc quinquages in die, & quinquages in nocte Christum, & Deiparam salutabat.

Annus Christi 1350.

Florebat tunc temporis S. Salannus puer simplex & pauper, qui primæ ætate missus in ludum literarium, plus per omnem ætatem capere non potuit, quàm salutationis Marianæ principes duas voces, *Aue Maria*. Accedebat summa victus inopia, quem domatim emendicabat, nihil aliud etiam tum fatus quàm ter, quater, *Aue Maria*. Ergo iam tota prouincia notus, facilem parabat mensam: collecta enim duri panis crusta, in vicino vrbi fonte macerabat, nec alias dapes vnquam esuriebat, nec admittebat. Lectum ibidem sibi, propter salientem, sub humili frutice strauit, artusque argentes pallentesque in nuda humo deposuit, ceruicem saxo leuauit, nec in alia, per asperos Decēbres hiberna discessit. Vbi gelido frigore obrigescebat, arborem conscendit, & ramis vtrimque manu vtraque prensis, sexies inclamato Mariæ nomine, susque deque corpus liberauit, quoad assiduo motu vim frigoris expugnaret, & fugientem in membra calorem reuocaret. In summa demùm cœli inclementia, in fumantium aquarum gurgitem se immisit, vt vulgò iam insanite crederetur; sed Dei sapientia mox aperuit, hominum indicia tota via à numinis censura differre. Ab extincti enim tumulo, qui sub arbore (qua tecti loco vsus erat) fuit, candidissimi Lilij flos nobilissimus surrexit, in cuius virentibus foliis, aureis inscripta literis solennia Salauni verba *Aue Maria* legebantur. Ad quod miraculum videndum innumeri vtriusque sexus concurrentes, ibidem Ecclesiam in honorem Deiparæ, quæ vulgò dicitur Folgœt, construxerunt: miraculis multis ad hæc vsque tempora celebris.

Quidam pauperculus homo hisce temporibus in vicinia Aquinensis ciuitatis habitans, cum quadam die per villam deambulare, lapidis offensione, pedem quem nudum habebat, sibi læsit, & vi doloris substomachans diabolum nominavit, dicens, lapidem illum in nomine diaboli ibi fuisse positum. Et ecce vix sermone finito, repente quasi violenta iniectione aquæ feruentis, faciem totam perfundi sentiens, statim substituit; & se de loco mouere non potuit. Ad domum suam perductus, vnius oculi lumen amisit, & morbo elephantico correptus, diu quasi insensibilis mansit. Quadam die Resurrectionis, cum apud Aquinum nocturnas laudes pulsari audiret, deum precari cœpit pro sanitate recuperanda. Tunc subito cernit quandam pul-

SÆC. XIII
Israel frater
S. Brigittæ an-
nulum impo-
nit digito ma-
riæ B. Virg.

Michaël
Seru. in Vita
iphs.

Ioannes de
Longolenz-
nem Abbas
Cœnobij Re-
gij Landeuen-
censis in Bri-
tannia Galli-
ca. Renatus
Benedictus
tomo 3. de
Vitis SS. No-
uemb. i. Mat-
thæus Rade-
rus in Viri-
dario SS. p. 2.
c. 5. de sim-
plicit.
S. Salannus
puer, toto vi-
ta tempore ni-
hil potuit ad-
discere, præter
hæc duo, *Aue
Maria*.
Lilium ex
eius tumulo
surgit.

Ex ant. M.S.
Codice.

SÆC. XIII. cherrimam mulierem sibi assistete, quæ commemorans eius patientiam, ait: Noueris preces tuas esse exauditas, fac ergo quod moneo, & Aquinum te deferri facito, atque in Ecclesia B. Mariæ Virginis coram imagine ipsius, pro salute tua interueni, & virtutem diuini senties auxiliij. Quod cum ille fecisset, Dei auxilio, & matris eius suffragio, plenè curatus est.

Annus Christi 1351.

Fast. Carmelit.

IN territorio Neapolitano circà hæc tempora fuit puer quidam cæcus natus, nomine Lucas Tramontus. Hic cum in eadem permanisset infirmitate vsque ad vigesimum quintum annum, ductus fuit coram imagine B. Virginis in Cœnobio Carmelitarum Neapolis vbi deuotè sese B. Virgini commendans, desideratam videndi facultatem recepit.

Annus Christi 1352.

Bzouius.

Circà hæc tempora, nempe anno Domini 1352. vt quidam volunt, migravit in cælum B. Gerechinus Ordinis Cisterciensis, obedientiæ & humilitatis studiosissimus. Præceperat ei aliquando Abbas, vt eos qui in pistrino laborabant adiuuaret. Ipse artis pistoriæ ignarus, imaginem quandam B. Virginis in pariete depictam, more solito venerando sic affatus est. Domina mea charissima D. Abbas præcepit vt vnà cum pistoribus laborarem, tu autem scis in ea arte me prorsus rudem esse: veruntamen iuxtà voluntatem tuam facere sum paratus quod mihi suggereris. Cui imago fac quod hucusque feceras, & ego pro te seruiam in pistrino. Abiit ille ad locum consuetum, orareque perrexit, cum interim visa sit alia persona Gerechini speciem præ se ferens ministrasse, ipse verò sub id tempus fixus in oratione deprehensus in Ecclesia.

Pro B. Gerechino laborat in Pistrino B. Virgo.

Diagus Hist. Prou. Arag. Ordin. Prædic. Bzou. to. 14.

Novitij pueri mira simplicitas.

Ex Maiorica quoque Insulâ quodam Cœnobio, aliquem Nouitium Dominicanum cum Magistro ferè tunc cælum petiisse, grauissimi Auctores prodiderunt in hunc modum. Exhaustis penè Cœnobijs, coacti etiam fuerant puetos ad religionem recipere. Inter hos quidam simplicior, ante imaginem Deiparæ puerum lactantis sapius procumbebat, & quid quod puer non surgeret pueriliter mirabatur. Ad triclinium inde accedens, obsonium linteolo recondebat, & puero adferens, vt comederet inuitabat. Videbatur infans ex materno gremio descendere, & nouitio conuiuari. Donec quoque eum ad epulum cœlesti inuitasset, & is secum Magistrum adesse postulasset.

Annus Christi 1353.

pet. Sutor de vita Carth. Herm. Petra Serm. 25. in orat. Dom. Imago Deipara dolum veris Nouitio redeuntis ad sæculum.

HOc pariter tempore sub Pontificatu Innocentij Papæ VI. quidam Nouitius Ordinis Carthusiensis in Cœnobio prope Moguntiam degens, tentatus redire ad sæculum, cum Imaginem B. Mariæ offeam, vel eburneam haberet in cælla, & eam quasi valefaciens salutarer: eadem imago in quodam tabernaculo posita, se visibiliter regirans, dorsum ad eum vertit. Quo viso territus, sed non correctus, hoc quod viderat Priori, & Magistro suo intimauit. Postea verò cum Prioris & Magistri sui exhortationibus non acquiesceret: quadam nocte post Matutinas euasit. Et cum

multi

multi post eum missi essent, nunquam reperiri potuit, nec vnquam quod deuenit quisquam percipere potuit. Tunc dicta imago, ad domum maioris Carthusiæ, pro testimonio, & pro cautela perlata fuit: & adhuc ibidem manet.

SÆC. XIII.

Annus Christi 1354.

PER id temporis siccitas magna fuit in partibus Italiæ. Nam tres & amplius menses cælum non pluerat, & aruentia arua ferè omnibus segetibus iacturam ferebant. Ibi Florentinorum populus, imaginem Beatæ Mariæ Virginis, quæ apud Prunetanum Sacellum seruabatur, in supplicatione publica deferendam censuit: quæ dum circumferretur, eo ipso die cælum nubibus obductum fuit, & postridiè pluere tam abundè cœpit, septemque diebus continuis pluit, adeò, vt vbi sterilitatem metuebant, omnia abundanter prouenerint: ab intercessione Reginæ cœli, quam illi suppliciter implorant.

Villan. lib. 4. c. 6.

Siccitas & ariditas terra cessat in partibus Florentiæ, ex inuocatione Deiparæ Virginis.

Annus Christi 1355.

HOC etiam tempore, Edoardus Angliæ Rex Scotiam populabatur, hac vindicta cælitus punitus. Handicouium cum milites illius applicuissent nec procul sacellum diuæ Virginis, quod Album vocant, in terram egressi spoliassent, vbi in nauem cum spoliis reuertissent, tanta repente Aquilone vehementius solito flante tempestas exorta est, vt illisa ad scopulos classe, exceptis paucis qui nudi enatarant, omnes fluctibus obruti, submersique perierint. His percitus malis Anglus, velut cum superis illi bellum esset, in sacrosancta diuorum templa, in Monasteria, Abbatiasque fauere cœpit, quæ in Handintrum erant, ac per Landoniam quicquid nuperimo furori superfuerat, si quicquam tamen esse potuit, magna indignatione corruptit. Ferunt Anglum quendam, dum Album sacellum diriperetur, hominem nefarium, ornamenta statuæ diuæ Virginis appensa, vbi detraxisset, ouantem per templum, ac spolia ostentantem, comminuto per Crucem, quæ è sublimiori in caput eius loco concidit, cerebro, pœnas à numine sacrilegij rependisse. Acta hæc sunt postridiè, qui dies sacer est celebrandæ diuæ Virginis Dei Matris Purificationi, qui frequentibus lucet in templis diuorum cereis. Ac quoniam incendiis tunc villarum omnia collucebant, vernacula Scotorum lingua, dies ille, Bruit Candilmes, id est ignitum candelarum seu Purificationis festum exinde dictum est.

Boeth. Scot. Hist. lib. 15.

Vitis diuina in sacrilegos.

Anglus quidam ornamentum Imaginis B. Virg. detrahens diuinitus punitur.

Sigonius lib. 3. de Episc. Bono-niensis.

Occasione miraculose vindicta in violentam imaginem B. Virg. quidam eiusdem criminis conscij, mundo ualedicunt.

Annus Christi 1356.

BONONIÆ in Italia tunc temporis violatum numen B. Virginis luit quidam, qui ludens ante eius Iconem, cum amissa pecunia efferatus, ore sacrilego nomen eius venerabile lacerasset, extemplò membris, atque imprimis oculo altero, captus præcubuit, ac mox ad hospitale mortis delatus occubuit. Qua re cognita 15. iuuenes, grauis suæ in Virginem procacitatis penitentia capti, repente se rebus humanis abdicarunt, ac sibi domum eo in loco (in porta quæ S. Mariæ ad balneum marinum dicitur) compararunt, ac monastico assumpto habitu inierunt, quos accensa funalia præferentes die

SAEC. XIII. S. Michaëlis, multi laici pij officij causa cum tibiis præcinentibus affectati sunt.

Annus Christi 1357.

Belleforest.
in Ann.
Fran. in Lud.
XI. Blond.
lib. 9. dec. 3.
paradinus in
hist. Sabaud.
Ordinis
Equestr. An-
nuntiata Vir-
ginis origo.

ANno Domini 1357. Amadeus Comes Sabaudia, cognominatus Viridis, instituit Equestrem Ordinem B. Virginis Annuntiatae, constans ex quindecim nobilibus, ad honorem quindecim mysteriorum vitae B. Virginis. Ob quam causam cum fundasset Carthusiam Petrae castelli in extremitatibus Sabaudiae sitam, quindecim Monachos sacerdotes inibi perpetuo esse voluit, ut orarent pro incolumitate ipsius, felicique statu domus suae, & Equitum. Qui scilicet gerunt torquem auream, tribus intextam catenulis, in cuius extremitate, B. Virginis Annuntiatae pendet imago.

Annus Christi 1358.

Fur quidam Elbo vocatus, frequenter res alienas rapiebat, quibus se, & suos alebat: nihilominus sanctam Dei genitricem venerabatur, & deuotè salutabat. Quadam die in furto deprehensus, sine vlla miseratione ad suspendendum ductus est. Eo suspenso, beata Virgo in auxilium eius veniens, per biduum eum sustentauit, nec aliquam lesionem pati permisit. Quidam verò transeuntes, cum viderent eum viuere, putauerunt eum non planè laqueo innexum, volueruntque transfigere gurtur eius, sed non potuerunt. Cognoscentes ergo eo referente, quod B. Virgo auxiliaretur ei, dimiserunt eum abire. Qui factus Monachus, Deo, & sanctissimæ matri eius postea seruiuit.

Annus Christi 1359.

Fast. Carmelit.

Carolum Comitem à carcere liberat B. Virgo.

Circà hæc tempora Carolus Comes Veronensis, captus à Turcis, & in fortissimo castello manibus pedibusque constrictis, inclusus, multisque ærumnis confectus, tandem Deiparae auxilium deuotissimè flagitauit. Nec mora, supplicis preces exaudiuit mater misericordiae, quæ visibiliter apprens, eum eduxit, atque sanum & incolumen vsque ad templum Carmelitarum Neapolit. perduxit.

Annus Christi 1360.

Sur. 2. 3. Iulij.

S. Birgitta in partu laborans à Deipara Virgine inuatur. lib. 39. c. 97.

ID quoque temporis, in Septentrione splendebat S. Birgitta, seu Brigitta Suecorum Regiæ decus. Quandoque in partu ea periculosè laborante, matrona quædam candidi serici veste induta, visa est ad eam ingredi, singula iacentis membra contrectare. Quod vbi perfecisset, & ex oculis disparuisset, illa mox sine vlla difficultate prolem incolumen edidit. Hanc ipsam beatam Virginem Mariam fuisse, postea per reuelationem intellexit.

Legitur in Reuelationibus eius, de quodam viro illustri, qui grauiter ægrotans, sacerdoti nolebat confiteri, pro cuius animæ salute Birgitta preces ad Deum fundebat, & ad ægrotum Christi iussu, semel & iterum, suum Confessarium, qui eum ad confessionem inuitaret misit, sed frustra. Tertio tandem rediit, & Christi nomine ad pœnitentiam hortatur, quod Christus paratus esset ignoscere. Tunc ægrotus cum insolitis lacrymis diuinitus sibi concessis, dicebat se iam sexagenarium, multis sceleribus irretitum, diabolo, qui

qui sæpè ei locutus fuerat, homagium fecisse, & nunquam sua peccata sacerdoti confessum, nec sanctissimam Eucharistiam sumpsisse, & iam de salute sua desperasse. Verum in spem veniæ, & verbis sacerdotis, & interiori motione Christi adductus, quater eo die confessus, sequenti die post confessionem communicauit, & sexto die obiit, de quo Christus sanctæ Birgittæ dixit, eum ad purgatorium iuisse, propter contritionem quam illi ex sua benignitate dederat, & propter meritum (inquit) matris meæ. Nam licet homo iste eam non dilexerit corde: tamen quia ei consuetudo fuit compati eius dolori, quoties eius imaginem considerabat, ideo compendium salutis suæ inuenit, & saluatus erit.

Quia vero de S. Birgitta fecimus mentionem, non est prætereundum beneficium singulare, quod Carolus filius eius moribundus à Deipara consequutus est: quod sanè ipsa in suis reuelationibus examinatis in Concilio Constantiensi, per Cardinalem Turrecremata, iussu Concilij, approbatifque ab eo. Prædictus Carolus, iuuenis ætate, ac moribus, militiæ deditus fuit, qui in ea ætate mortuus est. Anxia erat B. Birgitta de filij æterna salute, quam hac visione Christus Dominus consolatus est. Vidit tribunal iudicis, & in eo Christum dominum sedentem, ad cuius dexteram Maria mater erat: accessit dæmon ad iudicium, & ait: Iuste iudex, aded iustus tu es, vt sperem me à te obtenturum, quod iustè petiero, etiamsi contrà matrem tuam petam ego inimicus tuus. Iniustè illa mecum egit in morte Caroli in duobus, quorum illud primum fuit, quod in die vltima vitæ illius, illa cubiculum eius ingressa est, eique affuit in extremis laboranti, meque illa die inde expulit, nec vllò modo passa est, eò me ingredi, vt tentare Carolum possem. Qua in re manifestè vim intulit mihi, ius enim mihi à te concessum est homines tentandi, maxime tamen postrema die, qua vniuersum hominis negotium conficitur. Iube ergo animam illius in corpus redire, & per diem mihi concedatur, vt tentem eum, quod si euaserit, mihi que viriliter restiterit, saluus sit: nunc verò iure salutem consequutus non est. Secundò verò mihi à matre tua irrogata iniuria hæc fuit, quod cum ego tanquam apparitor debeam animas in iudicio præsentare, ac accusare, mater tua animam Caroli corpus exutam, inter brachia recepit, ad iudicium tuum detulit, meque iudicium intrare prohibuit, & eum accusare, iudiciumque sine partè actum est, quod contra omne ius est. Respondit Maria, licet dæmon pater esset mendacij, ibi tamen vera dixisse, quia coram veritate prima ageret, eamque ea præstitisse animæ Caroli beneficia præclara, eo quod ille in vita eam summè dilexisset, omnique die se illi commendasset, & insuper summè eum lætatum de bonis Mariæ, & pro ea vitam fundere paratissimum. Cumque ille tanto erga eam affectu fuisset, debuit illa in morte illi adesse, & hæc in eum beneficia conferre. Respondet iustissimus Mariæ filius. Mater mea in regno meo principatur, non vt alij electi, sed tanquam Mater, Regina, ac Domina, & proinde potest dispensare in legibus à me latis, cum iusta intercesserit causa: iustissima verò fuit causa, vt cum anima Caroli dispensaret, sic enim honorandus erat, qui matrem meam tanto dilexisset affectu, & ea erat morte donandus. Quare super hac causa perpetuum silentium dæmoni indictum est. Qua reuelatione in-

SÆC. XIII.

Peccatoris maximo Christi contritionem in extremis tribuit, eo quod dolores B. Virg. consueuerat meditari.
Oforius tomo 3.

Carolus filius S. Brigittæ moribundus inuatur à Deipara.

SÆC. XIII.

rellexit beata Birgitta, filium suum in cælesti regno commorari adiutrice Maria, propter ipsius in illam eximiam deuotionem.

Balinghem
Calend. B.
Mar. 23. Iu-
lij.

Obit ipso anno nempe 1360. B. Ioanna de Oruieto ex familia S. Domini. Hæc quodam die festo Assumptionis Deiparæ, cum audire legi Historiam festi, & apud se reputaret quemadmodum ea ad tantam euecta esset in gloriam extasim rapta est, corpusque eius à terra sursum sublatum, diutius ita permansit, donec sensim in locum suum restitutum est.

B. Ioanna de
Oruieto appa-
ret Deiparæ.

Accidit ut cum cæteris sororibus Christi corpus sumere non posset. Unde multum dolenti apparuit Deipara vlnis filium suum complexa, qui in hæc verba ad illam: Ioanna licet me hodiè non receperis in venerabili Eucharistia, nihilominus me semper habes intus in animo per gratiam & amorem eximium quo me prosequeris.

Annus Christi 1361.

Ex antiquo
Codice.

A pud Lassentiam, quidam in taberna ludens, & malè sibi cedere videns, maledicta multa cœpit proferre in ventrem sacratissimum Beatæ Mariæ: vnde horrida & subitanea morte extinctus est. Cum autem pater eius veniret ad sepeliendum eum, occurrat ei vicinus suus paulò ante mortuus, qui dixit ei: Filius tuus sempiterna morte mortuus est. Et hoc tibi signum: Iuuenies cadauer eius, à ceruice vsque ad nates, per mediam dorsi spinam quasi sectum, & cor in duas partes disiluisse tabefactum. Hoc dicto disparuit: & pater hæc signa inuenit.

Annus Christi 1362.

Hist. Eccl.
Carnot.

Circa hæc tempora Ioannes Francorum Rex Ecclesiæ Deiparæ Carnotensis (quam nuncupat Dei genitricis cubiculum) eiusque Capituli causas omnes decernit, Parisiisque apud se in Senatu Parisiensi iudicari. Idque eo intuitu, quod Ecclesia illa sit cubile Dei genitricis. Idem viatorum suum scipionem ex ligno brasilico quo in peregrinando utebatur, obtulit eidem Deiparæ, qui & hodiè visitur in thesauro eiusdem Ecclesiæ.

Annus Christi 1363.

Ioannis
Franc. Regis
affectus erga
D. Virginem
Carnotensem.
Massonus in
Chronico.
Balinghem
3. April.

Prædictus Francorum Rex Ioannes, is est pro quo ab Anglo captiuo, Parisienses ad Deiparam confugerunt. Nam solemnitas statio Parisiis, in vigilia Assumptionis, ad maiorem ædem, quæ est diuæ Virginis indicitur, & cereus ad altissimæ turris quam vrbs haberet quantitatem dimensus, qui diu noctuque ante Virginis statuum arderet, rotæ circumflectitur.

Annus Christi 1364.

Ex Viris Il-
lust.

Ordinem Prædicatorum illustrabat tunc temporis B. pater Taclemano-
noth Indus, qui Deiparæ fuit singulariter deuotus, cui etiam sub vltimam vitæ periodum visendos sese præbuerent Christus, cum sanctissima matre sua.

Annus Christi 1365.

Leander.
lib. 5.

IN Germania anno Domini 1365. diem clausit extremum B. Henricus Suis-
sonis Ordinis Prædicatorum. Hic præcipuo affectu diligebat beatam
gebat

Virginem. In Gallicinio præcipuè eam consalutabat, & laudes illi depangebatur. Propterea promeruit, ut ei sæpius apparuerint Angeli, suauiter concinentes: Stella Maria maris, hodiè processit ad ortum. Aliquando dæmonem sibi infidias tendentem, & sagittam acutam intorquere in eum parantem, solo nomine B. Virginis Mariæ, fugauit.

Annus Christi 1366.

IPso tempore, nempe anno Domini 1366. martyrio coronatus est S. Petrus Thomas Ordinis Carmelitarum. Hic totum studium suum, & vitam siue intermissione, post Deum, intemeratè Virgini dedicauit affectuosissimè; etiam in corporali sua necessitate recurrens ad eandem. Vnde plures ab eadem Virgine habuit reuelationes. Dum aliquando anxius, humana necessitate Virginem exoraret, dixit illi in visu. Ne timeas Petre, omnia tibi necessaria adicientur. Altera die, Deo sacræque Virgini gratias agens, postquam Missarum compleuisset mysteria, venit quidam mercator, & facta confessione, dedit illi decem aureos regales. Exindè temporalium semper sufficientiam à Deo consecutus est Adeptis autem Parisiis doctorum insigniis, post frequentes orationes pro Ordinis Carmelitarum stabilitate, in nocte Pentecostes iustantius Virginem Mariam exorauit. Cui apparens illa, dixit. Vsq; in finem mundi Petre, Religio Carmelitarum permanebit. Nam Elias illius institutor, filio meo apparente in Transfiguratione, pro eadem causa postulauit. Hic fuit Episcopus Pacensis, deinde Patriarcha Constantinopolitanus, postmodum Legatus in Alexandria, vulneratus infidelium telis in Famagusta Cyprî in die Epiphaniæ migravit ad Christum, ciuitate Alexandria capta anno domini 1366. Multa scripsit volumina doctissima, quæ extant.

Refert de eodem Odo Gissæus in Hist. Ancienti lib. 3. c. 23. quod cum sequeretur corpus Clementis V I. Papæ, sepeliendum in Monasterio Casæ Dei, cõcionem habuerit in æde B. Virg. Ancientis, in qua prædicauit, se ope Deiparæ, loquelæ beneficium recuperasse, cum illud in itinere perdidisset. Post huius sancti viri mortem, sanctissimum Mariæ nomen in corde ipsius inscriptum repectum fuisse testatur Iosephus Falconius in Chron. Carmel.

Annus Christi 1367.

IPso tempore sanctitate fulgebat B. Paula Florentina Ordinis Camaldulensium. Hæc ab infantia se totam Deiparæ, eiusque filio sacrauit, neque ab imagine diuæ Iesum lactantis oculos vnquam ferè auerit, totos dies noctesque contemplationi intenta. Vnde Deipara cum puero Iesu ei apparuit, & ab osculo puerili lactis rorem degustauit, à quo illa ebria facta cum in amorem cælestium exatisset, audiit virginem Deiparam iubentem, in et ad Cœnobium proximum nominatum sanctorum Angelorum, ibique Syluestram Camaldulensem inueniret, ei viam salutis ostensurum.

Annus Christi 1368.

Mercator quidam circà hæc tempora B. Virgini Carmelitarum deuotus, cuius Scapulare gestabat, concidens nauim, negotiationis gratia

SAEC. XIII.
B. Henricus
Susonis damo-
nem sibi infi-
diantem solo
nomine Ma-
ria fugat.

ralconydo-
rus lib. 3. An-
tiq. Ord.
Carm. c. 12.
S. Petro Tho-
ma necessariis
providet Be-
ta Virgo.

Aug. Fesalin.
in vita eius.
B. Paula Or-
dinis Camal-
dulae B.
Virgo.

Fest. Carm.

ria nauigabat in partibus Orientis. Nautæ autem scientes eum esse pecuniosum, non solum argento, verumetiam vita eum spoliare voluerunt. Ligatum ergo manibus pedibusque, proiecerunt in mare, Deiparam inuocantem, quæ apparens, vinculaque dirumpens, saluum eduxit.

Annus Christi 1369.

Fast. Carm.

Florella de Procisci, à dæmone grauius obfessa & vexata, perducta coram imagine Deiparæ in Cœnobio Carmelitarum Neapol. statim fuit liberata.

Annus Christi 1370.

Andr. Fauinus lib. 3. Theatri honoris. Ordinis Equæstris Cardui B. Virginis institutio.

Anno Domini 1370. Ludouicus Borbonius, cognomento Bonus, renante Carolo sexto Francorū Rege, cum totam spem suam in Christo & beata Virgine posuisset, videns Francorum Regnum ab Anglis diripi, instituit Ordinem Equestrem Cardui B. Mariæ. Constabat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus & nobilioribus totius Regni Gallia. Prædicti verò Equites in festo Conceptionis B. Mariæ, procedebant in magna gloria, gestabantque in extremitate torquis aureæ, imaginem D. Virginis sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum lunæ sub pedibus habentem, caput autem cardui ex viridi & albo contextum, in extremitate rotundi videbatur.

Annus Christi 1371.

Ciacconus in eius vita.

Urbanus V. quid egerit ad honorem Deip.

Gobelinus lex Reuel.

Ipso tempore obiit laudatissimus Pontifex Urbanus V. Hic apud Mimatenses D. Virginis Episcopalem ædem augustissimam sumptibus suis instaurauit, vasque ex auro & argento purissimo, auratas vestes, & omnis generis instrumenta Ecclesiastica donauit. Collegium Canonicorum in vico cui Quæfaco nomen est, ad Tarnem instituit, dicauitque Virgini Deiparenti. In monte Pessulano de nouo fundauit, construxit, & dotauit Basilicam Dei genitricis. Quolibet Sabbato, toto anno, vt & feria 4. & 6. aqua & panem vitam tolerabat. Roma in Galliam profectus secum tulit capillum B. Virginis Mariæ. Inter plurimas à Dei genitrice reuelationes factas S. Brigittæ, vna est de Urbano. Antequam Urbanus V. moreretur, S. Brigitta Romæ tunc existens, intellexit Pontificem, velle Roma deserta Auinionem omninò redire. Itaque in visione audiuit beatam Virginem sibi dicentem: Papa vult relinquere sedem Romanam, & Auinionem reuerti. Sed si fecerit, statim morietur, rationem abitus sui Deo redditurus. Eam reuelationem curauit per Pontificis Confessarium ei renuntiari. Ille tamen Cardinalibus urgentibus, Auinionem reuersus, defunctus est.

Annus Christi 1372.

B. Andreas Episc. Fesul. Ord. Carmel. precibus & voto parentium, impetratur à B. Virgine.

Per id temporis sanctitate & miraculis insignis fulgebat B. Andreas Ord. Carm. Episcopus Fesulanus. Parêtes eius cum essent steriles, admodum cupiebant ex se filios procreare, vouêtes primogenitum sum Mariæ religioni tradere. Quorum precibus beata Virgo annuens, diuinitus eorum adimpleuit desiderium. Post paucos dies Peregrina mater concepit. Cumque iam
tempus

tempus pariendi immineret, in somnis sibi visum est lupum peperisse pro homine, qui cum Ecclesiam intrasset, paulatim immutatus, in agnum se vertit. Puer igitur natus, & ingenue educatus, crescit. Postremò factus adolescens, canes alere, equos mercari, sodalitates parare, tractare arma, lites gerere cœpit, & ad hæc omnia diuina pariter & humana promiscua habere, parentibus non solum inobediens, sed nec eos se castigantes perferre poterat. Parentes verò ubi intellexerunt quantum periculum adollescenti imminebat; timentes ne ob eius facinora per dedecus vitam amitteret, à tam pessimis moribus, illum iam ætatis suæ quintum decimum annum agentem reuocare statuerunt. Igitur nacti opportunitatem, Andream ad se accersiri iubent, qui cum iussa parentum negligeret, contumeliosa verba respondens, ab eorum conspectu improbe discedebat. Quem mater, id inique ferens, animo concitato alloquitur. Tu profectò lupus es, quem in somnis mihi visa sum peperisse. Quibus verbis perterritus adolescens, retrò ferens pedem, matrem orauit, vt quid sibi vellent ea verba, significaret. Tunc mater, inquit. Audi fili mi verba mea, neque matris tuæ dicta contempnas. Ego vnà cum genitore tuo sterilis annos plurimos vixi, tantusque sobolis amor fuit, vt etiam pro habendis filiis vota susceperim. Itaque primitias vteri mei Deo Mariæque matri eius offerendas constantissime voui: Hoc idem Nicolaus pater tuus communi voto promisit. Factum est, vt Mariæ precibus conciperem, & cum iam tempus pariendi aderat, in somnis visa sum lupum parere, qui cum ingressus esset Ecclesiam, lupi formam deferens, agnus effectus est. Postridiè verò te peperit, qualis superiorem ætatem vixeris non te latet. Non enim vt homo ratione vtens, sed vt rapacissimus lupus. Nunc iam tempus exposcit, vt in agnum te veritas, & quæ pro te vota suscepimus, velis pia mente perficere; nam non nobis sed Mariæ Virgini natus es. Expergiscere igitur fili, nec velis longius per socordiam, atque malos mores vitam inficere. Postquam mater loquendi finem fecit, Andreas huiusmodi oratione percussus, superiorem vitam suam tacitus considerans, pœnitentia motus, multis lachrymis Virginem precabatur, vt pro se ad filium preces fundere dignaretur, ne iuuentutis suæ delicta cognosceret. Postridiè verò ad Carmelitarum Ecclesiam profectus est, habitumque Religionis assumpsit; & in agnum versus, ad religionis obseruantiam, lætantibus parentibus admissus est.

Cum autem omni virtutum laude floreret, ad sacros etiam Ordines admissus est. Hæc igitur deuotissime sacerdotij sui primitias offerenti, B. Virgo Maria cum comitatu Angelorū apparuit, dicens ei: Seruus meus es tu, quia ego elegi te, & in te gloriabor. Et hæc dicens, paulatim in auras se leuauit.

Migrauit in cœlum anno 1373. sancta Birgitta vel Brigitta, de qua supra egimus, cuius natiuitas à B. Hemingo Deo reuelante cognita est. Cum enim nocte quadam orationi vacaret, vidit nubem lucidam, & in eius medio Virginem sedentem, librum explicata manu tenentem, sibi que dicentem, nata est Brigitta filia, cuius admirabili voce mundus omnis personabit. Eadē Brigitta, Deipara reuelante, cognouit quid premij rependeret aliquando eicem Hemingo, eo quod omnes suas conciones ab eius laudibus (cui tota vita deuotus extiterat) inchoarat, Dic, inquit, illi Episcopo, quia omnes prædicatio-

B. Andreas
Carmel. pri-
mam Missam
celebrans, vi-
det adstan-
tem sibi B.
Deiparam
Virg.
Ioan. Vasto-
nius.

Natiuitatem
S. Birgitta re-
uelat B. He-
mingo beata
Virgo.

B. Hemingus
cōciones suas
incipit à lau-
dibus Deipa-
ra.

SABC. XIII.
In Reuelat.
extra. c. 104.

Spec. Exem.

Coronam ca-
piti B. Virgis-
ta imponit B.
Virgo.

Blohus in
Monili ex
lib. Reuelat.
eiusdem.

Nurum suã
B. Virgo vo-
cat S. Brigit-
tam.

Nicolaus
Perr. de ge-
stis Tolof.
Odo Cif-
feus Hist. B.
Virginis
Anciensis
lib. 3. c. 14.
Guillemi Na-
talozi Ord.
Erim. S. Aug.
amor et pa B.
Virginem.

Chron. Ord.
Min. lib. 8.
c. 32.

nes suas inchoare solet à laude mea, ego volo eiesse in matrem, & eius ani-
mam præsentare Deo. Huic non absimilis exitit feruens, quidam con-
cionator, qui conciones omnes alicuius de ea miraculi narratione claud-
bat. Qui morti proximus, sanctissimæ Virginis conspectu & auxilio confir-
matus est, & incredibili lætitia perfusus, & laudes virgineas, & suum ipse
sibi epinicium (ne quicquam frementibus demonibus) concinens, emigra-
uit. Verùm ad sanctam Brigittam redeamus.

Hæc impensè Deiparam coluit, quæ vicissim ei familiaris exitit, vt patet
ex libris Reuelationum eiusdem Brigittæ. Cui inter cætera immaculatam
suam conceptionem reuelauit. Cum septimum attigisset ætatis annum, vidit
Deiparam habentem in manu pretiosam coronam, quæ dixit ei: Visne habe-
re hanc coronam, & illa annuente imposuit eam capiti eius. Vndè sensit qua-
si circulum coronæ cingentis caput.

Eidem Angelus Romæ prope venerabile Sacramentum, in Ecclesia S.
Laurentij in Damaso ad cuius latus ipsa habitabat, dictauit Dei iussu, Ser-
monem de excellentia B. Virginis Mariæ, quem & excepit ex eodem iussu.

Subiiciam reuelationem à Deipara ei factam, quæ magna futura est solati-
o peccatori. Quantumcumque (inquit ad eam Deipara) homo peccet, si to-
to corde, cum vera emendatione & charitate ad me confugerit, parata sum
excipere venientem. Nec attendo quantum quis peccarit, sed quali inten-
tione ac voluntate ad me redit. Nam peccatoris quantumlibet sit vilis ac
fordidus, non dedignor eius plagas tangere, vngere, & sanare, quia vocor, &
verè sum, Mater misericordiæ.

Neque id de Deipara in eam affectu silendum videtur, quod Deipara eam
Nurum vocaret, quod scilicet filij eius Dñi nostri Iesu Christi sponsa esset.

Annus Christi 1374.

FLorebat etiam tunc Guillelmus Natalozius Ordinis Eremitarum S. Au-
gustini, vitæ austeritate, & miraculis ante & post mortem clarus. Hic B.
Virgini deuotissimus, ipsius imaginem depictam in oratorio suo habebat,
quæ scilicet Imaginem D. Virginis Anciensis exprimebat. In conspectu
huius imaginis, lampadem iugiter ardentem tenebat, permissoque superio-
rum, piorum eleemosynas colligebat, vt oleum ad lampadem iugiter con-
cinnandam habere posset. Diabolus non potuit seire honorem huic exhibi-
tum imagini. Quapropter nocte quadam cum satellitibus suis, conatus est
eam extinguere & euertere: sed frustra, nam à beata Virgine subito in fu-
gam versi sunt.

Annus Christi 1375.

ACCidit tunc insigne miraculum, quod præterire non licet. Augustinus
quidam Ordinis Minorum, magnæ prudentiæ & deuotionis vir, cum
à studio Parisiensi rediret in Italiam, cum duobus alijs eiusdem instituti fra-
tribus, iamque ad Montem sinesium, vel cinerum in Sabaudia peruenis-
sent, subito aër turbari, tonitrua mugire, coruscationes oriri cœperunt.
Tunc audiræ sunt voces in aère clamantes, occide, occide; statimque ictu
tonitruui magni, vnus ex illis Doctõibus cecidit mortuus. Paulo post, tempe-
state

state adhuc durante, audita est vox altera clamans, Occide, occide: & tunc secundus cecidit mortuus. Augustinus igitur, cernens evidentissimum periculum, beatam Virginem inuocans, cœpit deuotè recitare Antiphonam *Sub tuum præsidium, &c.* confestimque facta est tertia vox clamans, & dicens, Occide, occide. Cui respondens altera vox dicebat: Non possum, quia sese Antiphona *Sub tuum præsidium* communiuit.

Annus Christi 1378.

Mirum mirandumque adiungo quod id temporis accidit in Belgio, in Monasterio Villariensi Cisterciensis Ordinis. Quidam frater Martinus nomine, cum Lutetiæ, fauore quorundam mæcenatum aliquot annis sacris literis operam dedisset, & gradu iam Barcalaureatus insignitus, ad vacantem Abbatialem dignitatem, propter eruditionem, & quam de se fecerat temporalium rectè administrandorum spem electus fuisset, factum est contra, vt Ducis Brabantia aulam frequentare, Monasterij bona ac eleemosyna, surripere dissipareque cœperit. Et cum religiosi superioribus suis quotannis visitantibus iam multoties querelas de sacrilega huiusmodi prodigalitate frustra proposuissent, tandem nullum aliud præsentius remedium rati, illum in vincula coniecerunt. Quibus tamen postmodum deprecatis, liber factus, ad Horneum Leodiensem Episcopum contendit, de Monachis conquesturus. Episcopus assumptis aliquot eiusdem Ordinis Abbatibus, Villarium visitat, Monachos aliquot carceribus mancipat; Abbas de Monachis suis quasi triumphum agens: Ego, inquit, Beatam Virginem Mariam Deiparam, sanctumque Nicolaum huius loci patronos sanctè inuoco, precorque, vt signo aliquo demonstrent, quis, cui iniuriam inferat. Vix verba finierat: & ecce manus Domini super eum. Nam illicò in amentiam versus, ore ad terga conuerso, instar bouis mugiens, misera morte periit.

Annus Christi 1379.

Florebat tunc S. Catharina Senensis, tertium Ordinem Dominicanum professa. Hæc annos nata plus minus quinque, salutationem edocta Angelicam, illam crebrò reperebat, & calitus permota, cœpit per gradus, tum ascendendo, tum descendendo, ad singulos singulas flexis genibus Virgini matri salutationes promere, & in eiusmodi studiis magis ac magis proficere. Huc etiam quadam vice panes conficienti ad usum pauperum, apparuit Beata Virgo Maria cum multis sanctis & Angelis, quæ suis sacratissimis manibus cum ipsa etiam panes composuit.

Annus Christi 1380.

Anno Domini 1380. nata est S. Lydunigis Virgo, quæ cum septem, vel octo annorum esset, inspirante Deo magnam cœpit habere deuotionem ad imaginem B. Mariæ Virginis, quæ stabat in Ecclesia Schiedamensi. Erat autem hæc imago lignea, & tantæ leuitatis, quod vir vnus eam de facili portare potuisset. Hanc itaque imaginem Virgo iuuenula fratribus suis duobus frequentatibus prandium ad scholas deferens, antequam domum rediret, Ecclesiam desideranter intrans visitauit, & eandem per Angelicam salutationem prout poterat, deuotè studuit honorare.

SS 2.

SANCT. XIII.
Augustinus
quidam Mi-
noris à mor-
te præserua-
tur, recitans
Antiphonam,
Sub tuum
præsidium.

Radulph Ri-
uan. tomo 3.

Martini eu-
iusdam Mo-
nachi Cister-
horrendus in-
teritus.

Raym. in vi-
ta eius.
S. Catharina
Senensis à te-
neris annis,
vt coluerit B.
Virginem.

Io. Brugm.
in vita ipsius
apud Suriura
tomo 2.

B. Lyduniga
deuotio ad
imaginem B.
Virginis.

SÆC. XIII.

Cum ergo de moroso reditu à matre corripereetur, respondit columba sine felle, Ecclesiam ad salutandam beatam Virginem se intrasse, illamque sibi vicissim arrisisse. Quo audito mater eius satisfactionem accepit, & benignè contenta ab ea quieuit.

Annus Christi 1381.

Sæcius in Vita ipsius c. 6.

SANCTA etiam Catharina Suedica, filia S. Birgittæ, beatissimæ Virgini valdè deuota, quotidie eius Officium deuotissimè persoluebat. Cum autem perrexisset Romam cum matre, recordansque pristinæ libertatis & dulcedinis patriæ, valdè cœpit contristari, diabolo acerbas in animum eius cogitationes immittente, quod scilicet eius cognati, fratres & sorores, in patria cum summa tranquillitate seruirent Deo, ipsa verò miseram duceret vitam, & præstare ne in lucem quidem edita fuisset, quam id genus inertam vitam viuere. Erat hæc in animo sanctæ Virginis tentatio vehemens, adeoque mœrore & perturbatione eam oppleuerat, vt matre præcipiente, tanti mœoris causam ediceret, respõderet se loqui non posse. Et certè iam planè instar mortuæ facies eius expalluerat, oculi transuersi erant, intantū ei molestus erat dæmõ. Porro nocte proxima, in somnis visa est sibi videre totū mundū quasi inflammatum, seque in medio ignis postram, in parua quadam planicie, planèque desperantem ab illis se posse flammis eripi. Tum verò apparentem ipsi beatam Virginem Mariam, his se verbis deprecantem: Adiuua me charissima domina mea. Illam verò respondentem. Et quare possum ratione iuuare, quæ tanto patriæ teneris desiderio, oblita sponsonis tuæ, & neque Deo, neque mihi, neque matri, neque patri spirituali obediens? Se verò offerentem ad omnia exequenda quæ iuberet Dei mater, atque tum demum Dei genitricem dicentem: Obedias igitur matri tuæ, & patri spirituali. Expergefacta indè Catharina, matrem cum omni humilitate celeriter adiit, veniam suæ inconstantia petiit, promisitque deinceps se vsque ad mortem libenter in exilio cum matre permansuram.

S. Catharina Suedica à gravi tentatione per beatam Virg. liberata.

In initio conuersionis suæ, cum abiiecisset pomposas vestes, eius exemplo permotæ multæ nobiles consodales, & cognatæ eius, vestium pompas, & cultum superfluum abiecerunt. In iis fuit nobilis Domina, vxor Caroli fratris eius, quæ licet initio pertinaciter resisteret, at postea in melius vitam commutauit. Cum enim in Chalmarnensi vrbe pariter orarent S. Catharina, & hæc eius fratris coniunx in sacello B. Mariæ Virginis, idque coram illius imagine, paululū obdormiuit. Videbatque diuam Virginem blando vultu Catharinam, se verò coruis oculis iracundè intueri. Itaque multum anxia, cum lachrymis dixit ad matrem Dei. Cur me tam terribiliter respicis Domina mea? Cui illa respondit. Et quare tu non obtemperas consiliis mihi dilectæ Catharinæ? Si tu eius exemplo vanitatis habitum moreque correxeris, ego te quoque blanditer respiciam. Illa ad se reuersa, non immemor quid vidisset & audisset, ilico repudiatis vestium superbium ornamentis, ad S. Catharinæ exemplum se composuit.

Annus Christi 1382.

Meyerus.

IPSO tempore nempe 1382. reconciliantur Brugenses, Comiti Flandriæ, atque ob pacem tam facillè adeptam, in Virginem Matrem grati, ad eam Rofbecam,

Rosebecam, nouam calentiam deferunt, seu velum & tegmen muliebri, quod etiamnum mense Iulio obseruant.

In pugna Rosebecana anno ipso Gallorum in Flandros, illorum acies loco mota ab his, interfectique aliquot equites, donec clamatur à quodam milite: O Virgo Maria ora pro nobis, tum inclinauit ad Gallos victoria.

Annus Christi 1383.

VRbanus eius nominis Papa VI. in illis diebus Ecclesiam gubernabat. Anno autem Pontificatus eius 6. & Iesu Christi 1383, die 26. Septembris in epugnatione Buburgi in Flandria, sacram beatissima Virginis puerperæ more, paroohiali in templo decumbentis iconam, cum nepharius quidam Britto in pectore ferisset, largus cruor exiuit. Placet historiam ex Archiuui Buburgensis susus enarrare. Est ibi in maiori Ecclesia imago quædam ex ligno fabrefacta, ad honorem & venerationem beatæ Mariæ virginis in puerperio decumbentis, ipso aspectu venerabilis, & nescio quid gratiæ præ se ferens. Ad eam ex Regis Galliarum Caroli militibus, vnus Britto natione, spe prædæ accedit, ratus auream esse imaginem, quam bracteis quibusdam incrustatam videbat: pugionem exemit, & illam magno impetu velut carneam transfuerberauit. Mirabile visu. Illa accepto vulnere, roseo cruore perfusa est, totaque commaduit, nec aliter sanguinis guttæ ex ligno dimanare visæ sunt, quam ex corpore humano plagis affecto. Dum hoc crudele facinus in templo peragitur, muliercula quædam pia, & deuota, Mariæque cultui multum addicta, quæ exemplo Annæ filiæ Phannel, nocte sæpè & die in templo versabatur, fortè superuenit ad sacellum beatæ Mariæ, vt pro more orationem faceret vbi imaginem Virginis puerperæ sanguine perfusam conspiciens obstupuit. Accessit propius, & peplum seu lintheum capitis sui detrahens, eo vulnus extersit: nec illud ita extergere potuit, quin cruoris vestigia vsque in hodiernum diem vulnere adhærere videantur. Muliercula verò lintheum lauatura domum rediit: atque quantumcumque lauit, cruorem è lintheo eluere non potuit: citius ac facilius Æthiopem quam lintheum dealbasset. Istud etiamnum in thesauro Ecclesiæ, inter factas reliquias conseruatur & honoratur. Impius verò parricida, vt primum statux vulnus pugione incussit, in humum furibundus deorsum cecidit, & crepuit, hoc est factis suis dignam mercedem accepit. Cadauer eius mox templo extractum est, & in medio foro, vt à canibus discerperetur, possum est. At illi præter naturæ suæ instinctum, intactum reliquerunt, tanquam indignum, quod ipsorum dentibus dilaceraretur. Prædictum cadauer, manum qua tantum facinus perpetratum fuerat, semper porrectam habebat, & quomodo cumque illa vesperi, vel fimo, vel humo tegeretur, mane discooperta videbatur. Non poterat frangi, nec à canibus vorari, & hoc in testimonium sceleris perpetrati. Vbi duo tresue dies omnium oculis expositum in foro iacuisset, tandem equinæ caudæ alligatum, extra vrbis mœnia extractum est, & in veterem cisternam, horto qui tunc ad Sodalitatem S. Georgij pertinebat, adiacentem proiectum est. Ferunt illud aquis obrutum, manum qua scelus perpetrauerat semper exeruisse, & omnibus spectandam præbuisse, & tempore hyberno in glaciem minimè coaluisse: sed vaporis

SABO. XIII.
Brugenses in
Deip. grati ob
reconciliationem
Comit.
Fland.
Meyerus.

Bzou. tom.
15. Annal.

*Imago Deiparae
Virginis gladio
percutta,
sanguinem
emittit.*

*Mors horrenda
impj cuiusdam
imaginem Deiparae
percutientis.*

SÆC. XIII.

cuiusdam fumum continuò exhalasse: donec cisterna ita sensim ruderibus oppleretur, vt nulla eius in præfens cernantur vestigia.

Annus Christi 1384.

Meyerus lib.
14.

Froflardus.

ALius in templo Deiparæ Virginis cum imagini pretiosam margaritam conaretur detrahere, imago se vertens, tergum illi ostendit. Miles autem terrorum cecidit; atque collum frangens interiit. Cum idem alius tentasset, addit Froflardus, campanas omnes sponte sonuisse, eaque propter miracula Regem, proceresque attonitos, templum religiosè inuifisse, ac trecentos amplius francos illi donasse.

Annus Christi 1385.

*Miracula
Deiparæ Virg.
apud Clarummontem:
in Polonia.
Bzouius to-
mo 13.*

Eodem ferè tempore, diuæ Deiparentis imago, vt fama fert, à diuo Luca Euangelista penicillo depicta, apud Clarummontem in regno Poloniae illustris esse cepit. Nicephorum audio, qui lib. 6. c. 16. inter imagines, ipsius quæ Christum supra naturæ captum miracè genuit Virginis Mariæ coloribus adumbratas, ad huc vsque diem conseruatas, vnam quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuentem, & tabulam ipsam videntem, gratiamque adeo illi formæ suæ immittente, recenset: quam Antiochia missam, Pulcherria Augusta, in templo Odigon Constantinopoli magnificentissimo opere ædificato dedicauit, vbi ingentia miracula patrata sunt. Hanc Verbi matris imaginem, successu temporis labētis, in manus Leonis Russiæ Ducis siue præmium militiæ, siue dotale pignus: & ab eo ad Ladislaum Oppoliæ Ducem, qui Regibus Poloniae militabat: & ab hoc deinde ad Clarummontem (abest locus à Cracouia 18. leucis) neque sine prodigio venisse, tradit auctor libelli de Miraculis Marianis, ad ipsum illum motem, hucusque patrat. Oppoliam cogitabat Diuam inferre, at cum in eum cliuum venisset, miraculo defixam imaginem loco mouere non potuit. Relinquere eo loci coactus, deuotionera maiorem in animis piorum ergà Deiparentem excitauit. Ab hoc tempore locus ille apud Polonos & Bohemos in magna fama, imago in veneratione, sanctissima Deipara in honore est, propter ingentia miracula indidem perpetrata. Nullus enim (vt Germanus Patriarcha Constant. cõcionabatur) post Dei filium ita generis humani curam gerit sicut Maria. Nullus nos ita deffendit in nostris afflictionibus sicut Maria. Deffendit sanè inter alios hunc ipsum Ladislaum Oppoliensem Ducem à ferro barbarorum. Belsa primum seruabatur, illata à Leone Russorū Duce Leopoli cõditore, donec Ladislaus ea vrbe potiretur. Accidit quod exscribo. Fiducia vitium, & celeritatis pernicitate freti Scythæ, excursionem fecerant in Voliniæ prouinciam, atque aded etiam in Russiam conterminã, ferro & igni omnia vastantes vsque Belsam. Præfens tū ibi aderat Ladislaus Oppoliæ Princeps, arcis præsidio, vt existimabat, probè munitus. Aduolat Scythæ & agmine facto arcem circumcursantes, in eminens Ladislai cubiculū, in quo hæc sacra Deiparæ imago prostabat, vnus eorum arcu intento sagittam torfit. Prostratus ante eam iacebat pius Ladislaus, opem implorans contra barbariem, & sagitta quidem illæso supplice, guttur imaginis transfixit. Ladislaus non tam dolebat, si speculum pectus eius penetrasset, quantum diuæ Virginis simulachri iniuriam: & voce sonora; Ecquid tuam iniuriam diua

*Ladislaum
Oppolia Duce
m à ferro
Barbarorum
deffendit B.
Virgo.*

diua

dina non vindicas, inquit? Dixit, & ecce in momento spississima nebula ar-
cem & ciuitatem operuit: ex qua visi fuerunt, Scythis magnitudine, splen-
dore & viribus longe præstantissimi quidam milites prodire, inque hostes
irrumperet: quo ostento territi barbari, in fuga quærentes salutem, à Ladi-
slao, qui animis & viribus resumptis persequutus est tergantes, pais pro-
strati, pars fugati, dilapsi sunt. Translata in Clarum montem icona maiesta-
tis plena, continuis miraculis in iuuandis piis hæctenus effulsit.

Ipsò anno B. Petrus Fernandus Ordinem Eremitarum S. Hieronymi ex-
citare aggressus est, idque in Toletana primum prouincia. Itaque Romam
ueniens Gregorio X I. qui tunc Ecclesiæ clauum tenebat, nonam illam vi-
tæ formulam attulit, ipso anno salutis 1385. quæ ab ipso confirmata, & ap-
probata fuit. Sed cum Ordo recens esset in Hispania, nec pluribus adhuc,
quam duobus, aut tribus, iisque paruis, constaret Monasteriis, aliqui fratres
eam paucitatem molestè ferentes, communicato inter se consilio, ad alium
Ordinem transire decreuerant. Iamque abibant, cum in ipsa via Mater Dei
visibili specie eis occurrit, monens, atque adedò etiam imperans, vt in sus-
cepto instituto permanerent, breui enim fore, vt id valdè propagatum vi-
derent: se verò Ordinem illum totum in suum recipere famulatum. Quæ
cum dixisset, non solum illi in suo proposito confirmati sunt, sed ad hunc ip-
sum famulatum Virginis contestandum, tota ea familia reliquis vestibus al-
bam tunicam adiunxisse dicitur, quam adhuc retinent.

Annus Christi 1386.

Tunc temporis Anglus Rex obsidebat Ipras in Belgia, atque fortissimè
topugnabat, ità vt præ multitudine sagittarum, nemo defensorum in
summo aggere, aut muro consistere posset. Non tamen obsessi diffidunt,
quamuis ob nimiam multitudinem breui essent fame perituri. Sed Deiparæ
Virginis opem omnis multitudo multis precibus ac lachrymis efflagitat.
Nec incassum missæ preces, nam à potentissimo Francorum Rege, ducen-
torum scilicet millium pugnatorum exercitu, Deiparæ meritis soluta obsi-
dio. Hic dies, qui fuit 8. Augusti, ob tantum beneficium, etiam nunc me-
morabilis est, per ferias sepis, & annua amburbalia Virgini matri instituta,
ideò quod ciuitas intrà septem seruata sit. Habebat enim septem spinosam
condensam, cum muro cespitio ac altis fossis.

Annus Christi 1387.

Sequitur annus 1387. natiuitate B. Ioannis Tossiniani Episcopi ex Ordine
Scluatorum insignis, qui ab infantia, deuotione præcipua cæpit Deiparæ
colere. Nā quotidie priusquam pergeret ad Scholas, orabat antè ipsius ima-
ginem, & similiter quando redibat, prostratus ante eandem gratias agebat.

Obiit ipso anno 1387. B. Petrus de Luxemburgo, sanctitate clarus, beatæ-
que Virgini deuotissimus. Nam in quinque vigiliis solemnitatem ipsius, so-
lebat in pane & aqua ieiunare. Quotidie verò priusquam ad mensam acce-
deret, centies orationem dominicam, & Angelicam salutationem flexis ge-
nibus, in faciem procumbens recitabat.

Circa hæc tempora, quidam Hugo de la Sale, diœcesis Augustensis in Sa-
baudia, degens verò Luca in Italia, ibi per iustitiam secularem, suspendio
adiudi

Hieronymus
Platus de bo-
no Statu Re-
ligiosi lib. 1.
c. 34. & lib. 2.
c. 22.

*B. Virgo Fra-
tres Ordinis
Eremit. S. Hie-
ronymi, ad
perseueran-
tiam hortan-
tur.*

Meyerus in
Ann. Fland.
Iprensis ciui-
tas liberatur
à Deipara ob-
sidiōne.

Vide Vitam
eius in no-
stro choro
Sancti.
*B. Ioannis
Tossin. Episc.
deuotio erga
Deiparam.*

SÆC. XIII.
Hugo de la Sa
le suspensus,
mori non po-
tens, sustenta-
sus à Deipara
Virgine.

adiudicatus, reuerà à carnifice suspensus fuit: sicque ab hora prima post me-
ridem, vsque ad vespèras suspensus manens, mori non potuit, sustentatus à
beata Virgine, cui seipsum deuouerat. Cum autem quidam eques iuxtà lo-
cum illum transiret, vocatus ab homine illo, eius hortatu perrexit ad Iudi-
cem, & alios iustitiæ ministros, quibus rem totam enarrauit. Qui mirantes,
venerunt ad locum, videntesque eum viuere, deposuerunt, didiceruntque
ab eo, quod quia seipsum B. Virgini Aniciensi deuouerat, ab ipsa sustenta-
tus, non potuerat mori. Dimittentes ergo eum in pace, peregrinatus est ad
ædem B. Virginis Aniciensis, cui in gratiarum actionem, & ob tanti mira-
culi memoriam, omnia bona sua contulit, publicoque instrumento fir-
mauit.

Annus Christi 1388.

Bzou.

IOannes Galeatius Comes Virtutum, maximum tunc Mediolani tem-
plum in honorem sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, incredibili ac
indicibili prope tum impensa, tum artis elegantia solido è marmore candi-
dissimo ædificauit.

Annus Christi 1389.

Visitationis B.
Mariae solerni-
tatis quando
instituta.

Fuit etiam tunc institutum festum Visitationis beatissimæ Virginis Ma-
riæ ab Urbano Papa VI. pro extirpando schismate, vt quemadmodum
diua Deipara Verbo Deo grauis Elizabetham visitauit: ita à precibus eius-
dem sanctæ Dei genitricis, quas ea festiuitate omnes Christi fideles, Deus
Ecclesiam suam aspiceret, & ex alto visiteret. Pro hac ipsa festiuitate, Boni-
facius IX. successor, diploma anno insequente vulgauit, quod videbis apud
Bzouium ad annum 1390.

Annus Christi 1390.

Lipsius in di-
ua Hallensi.
c. 9.
B. Virgo quæm
dam seruas
ab immani
diluuio.

DEipara Hallensis anno 1390. quendam seruat ab immani ac subito di-
luuio. Fuit hic Pastinus nomine, Angiani natus in Hannonia, vbi tanta
& tam subita orta est tempestas, nimbi, tonitrua, fulmina, & aquæ sic densæ
caderent, vt torrentes vbique fluerent, domos abriperent, molas auferrent,
omnia denique vt mare inundarent. Homines trepidare, alius in altum, alius
imùm fugere, ille aquas, hic fulmina, & Pastinus hic in cellam pennariam
suam. Dum ibi est, ecce aquæ vis perumpit, cauum implet. Ipse interim di-
uam Hallensem inuocat, & simul (illa inspirante) ianuam in sublimi quæ
fornicem claudebat, manibus apprehendit. Tenet fortiter duas horas totas,
& aquæ nihilominus assultant, mentum interim & caput supergrediuntur,
aut tangunt. Iam mors aduenit, & mortis nuncia caligo, cum ille flebiliter
iterum Diuam, nec frustra, inuocat, quippè quæ radiis immisissis locum illu-
strauit, & simul ei vires addidit ad perdurandum. Nox & aqua abiit, ipse
emerfit, vxore & prole tamen submersis. Hallas venit, ceream imaginem
obtulit, septemdecim fidos testes adduxit, qui vnà cum eo de re sic gesta af-
firmarunt.

Annus Christi 1391.

QVia nondum reperi quo tempore claruerit beatæ Raynerus Dominicanus, de eo hic agam. Hic Brugis in Flandria obiit. Cum autem in fide esset dubius, & an Iudæus, an Gentilis fieri deberet, ambigeret, nec fratrum suorum monitis cederet, & noctu fugam medicaretur, iamque esset in limine portæ, obuiauit ei B. Virgo Maria. Fluctuasti inquit, & veritatem in fide filij mei te dubitas inuenisse. Noueris certissimè, Gentiles variis teneri erroribus. Iudæos Moïsis gaudentes umbris, vero Christi haud illustrari lumine. His dictis disparuit, & Raynerum reliquit in fide constantem. Obiit sanctitatis laude illustris.

SÆC. XIII.
Arnoldus ad
Molarum.
Balinghem
in Calend. B.
Mar. 9. Aug.
B. Raynerus
Dominic. in fi
de dubius, con
firmatur à
Deip.

Annus Christi 1354.

IVxta Sueffionem urbem Gallia, ipsis vt tradunt temporibus, auditi sunt Angeli: qui Antiphonam istam concinerent in laudem sanctissimæ Virginis. *Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster.*

Balinghem
ex Cant.
prat.
Angeli auditi
canens An
tiph. Felix
namque es,
&c.

Annus Christi 1394.

FLorebat quoque in illis diebus Frater Guido Regiolanus, diui Domini-
ci institutum professus, nam obiit anno 1394. Hic diuæ Virgini Deiparæ plurimum addictus, meruit statim illam à matutinis precibus in choro sibi apparentem aspicere, filiolum in vlnis gestantem. Ab hac visione intellexit extremam horam sibi imminere.

Michael
Pius lib. 1. de
Vitis illust.
Ord. præd.

Annus Christi 1395.

IOannes Sanguelus, circa hæc tempora conscenderat altissimam arborem, vt colligeret fructus. Sed capite primo dilabens, diuam Virginem Carmelitarum inuocauit: & sic nihil mali sustinuit.

Fasti Car
mel.

Annus Christi 1396.

CArolus eius nominis quartus tunc temporis imperabat. Hic inter alia quæ suis Boëmis veræ pietatis exempla reliquit, non pauca collegia Canonicorum, & Monasteria fundauit Pragæ. Imo etiam extrâ Bohemiam in Italia, in honorem sanctissimæ Virginis collegiatam Ecclesiam erexit, magnificèque dotauit, quam sua etiam ætate in villa Terentij, Parmensis agri extitisse scribit Æneas Syluius.

Cocleus.
Æneas Syl
uius in lib.
de origine
Boëmorum.

Annus Christi 1397.

IOannes quoque Castellæ Rex his temporibus regnabat, qui quod templum celeberrimum Guadalupanum B. Virginis spoliasset, victus à Ioanne Lusitaniæ Rege, decem millia de suis ceciderunt. Regis duo Fratruelles, Regina vnus auunculus, nobilissimi quippe Duces trucidati Regis, qui fuga sibi consuluit.

Mariana.

SÆC. XIII.

Annus Christi 1398.

Hist. Montis
ferr.

ANno 1398. Cum quidam in edito & abrupto monte ligna scinderet, Agressu fallente, in subiectam vallem per rupes & saxa decidit, idque sine noxa. Scilicet in ipso casu Deiparæ opem imploravit, quæ cum miraculosè ab omni malo eripuit, naturaliter enim fieri non poterat, ut per loca tam confragosa, & abruptas rupes decidens, non aliqua corporis sui parte vulneraretur, ac contereretur.

Annus Christi 1399.

Bzouius to-
mo 14. An-
nal.

B. Dorothea
Pruthena a te-
neris annis
incipit ieiuna-
re in hon.
Deip.

BEata Dorothea vidua Pruthena abiit in cælum anno 1399. Hæc ætatis Anno septimo quouis sabbatho pane & aqua cœpit ieiunare in honorem Dei matris, quod ad extremam senectam seruauit. Exemplo aliarum fœminarum (iam vidua facta) familia prius disposita, cœpit peregrinari, & vilissimo peregrinæ habitu, Aquisgranum, Deiparæ Virginis imagine celebre adiit. Huic in festo S. Agathæ, Christus cum sanctissima matre apparuit: similiter etiam sub vitæ finem.

SÆCV





SÆCVLVM DECIMVM- QVARTVM.



SEQVITVR annus Iesu Christi 1400. in quo cultus in diuam Reginam cœlorum in Hispaniis auctus est. Nam in Vaccæis ad oppidum Nicuan Virginis matris imago reperta est: ibique constituto Dominicanorum Cœnobio, impensa Reginæ Catharinæ, locus religiosus haberi cœpit, plenusque numine: breuique multorum concursu in municipium excreuit, eius templi possessione, atque opinione sanctitatis, quam re alia nobilius.

Mariana lib.
19. c. 10.

*Cultus Deip.
in Hispania
augetur.*

Annus Christi 1401.

ANNO sequenti, cum quadam nocte Bentes Bentiuolius, Bononiæ excubitorum vigilantiam exploraret, occasionem dedit, vt quædam diuæ Deiparentis imago, in eminentiore cancello, vici S. Stephani, non longè à porta vrbica depicta, miraculis hoc anno inclaruerit: quæ vsque in hodiernum diem, Deus ad eandem operatur. Excubitorum quod dixi, vigilantiam Bentes explorabat. Ad eum locum, quem hodie Baracanum vocant cum nocte intempesta venisset, quandam anum decrepitam, ante imaginem sanctissimæ Virginis procuruam, precibus incumbentem reperit. Aliquam quæ cum hostibus, tam intra, quam extra urbem quippiam necessitudinis haberet, quæcque aut literas vltro citroque reciperet, mitteretque existimans, ne amplius in eum locum, aut anus, aut aliquis alius impostero gratia deuotionis, ante sacram iconam, parietem satis crassum lateritio opere excitauit. Miraculi loco acceptum est, illum ipsum parietem, imagini Deiparentis adstructum illa ipsa nocte sponte corruisse: imaginem verò eam, ad operanda mira miranda vegetiorem apparuisse: non tantum ad tutelam, sed etiam ad medelam vrbis, diuæ Deiparentis supra multas alias deuotissimæ.

Bzou. to. 15.
Annal.

*Bononia ima-
go Deipara
claret mira-
culis.*

Annus Christi 1402.

ANNO 1402. vita exiit Ioannes Galeazius Dux Mediolanensis. Hic templum maximum Mediolani in honorem Deiparæ incredibili propè tum sumptu, tum artis elegantia, solido è marmore candidissimo ædificauit. quod certè inter Christianorum templa principatum tenuisset, nisi Basilica Romana Principis Apostolorum à Iulio 2. inchoata, post aliorum succedentium Pontificum operas à Paulo V. ad incomparabilem pulchritudinem maiestati mixtam consummata, super illam & super omnes alias quotquot orbe Christiano visuntur emereret.

Corius de
Rebus Me-
diolan.

*Ioan. Galea-
zius Tem-
plum elegans
in honorem
Deip. cõstruxit.*

SÆC. XIV.

Annus Christi 1405.

Lipſius in
diua Virgin.
Hallenſi.

Origo cultus
D. Virg. Hal-
lenſis.

S. Elizabeth
Lanterauia
& Turing.
Duceſſa qua-
tuor habuit
Imagines
Deipara mi-
raculoſas.

Templi Diua
Virginis Hal-
lenſis descri-
ptio.

Halla oppi-
dum à Dei-
para, ab in-
cendio, & ho-
ſtibus deſer-
ſum.

Viri tredecim
implorato B.
Virg. Hallenſ.
auxilio à
naufragio li-
berantur.

Patrata ſunt circa hoc tempus nempe, anno Domini 1405. ad imaginem Deiparæ Virginis Mariæ, apud Hallas in Belgio cultam, duo inter alia miracula inſignia. Sed præſtat originem eius cultus alius repetere, mira- que alia nonnulla ibidem geſta enarrare, ad gloriam Dei & laudem Diuæ. Sancta Elizabeth Haſſiæ & Thuringiæ Landgr. quæ obiit anno Domini 1231. inter plures filios, habuit etiam filiam nomine Sophiam, quam ſibi ſecundis nuptiis deſpondit Henricus II. Dux Brabantiæ, cognomento Bonus. Illa maternæ pietatis etiam hæres & adſecta, diuæ Virginis cultui imprimis fuit mancipata. Putatur à matre ſtatuas aliquod accepſiſſe, quas vel ob eius memoriam charas ſanctasque habuit, ex quibus vnã Viluordiæ, in cætu Virginum Religioſarum dedit dedicauit, miraculis olim & nuper clarã, cui cognomen diuæ Conſolatricis à ſe inditam: quia multi malis animi corporiſque remedia illic aut leuamenta reperiebant: tres aliàs dediſſe Marthildi ſorori Henrici Ducis mariti ſui, quæ eas coluit, & iam moritura diſpartitiuit, & locis ſuis quamque assignauit. Vnam Graueſandæ, Hollandiæ veteri oppido, quod ſinitimum eſt Loſdunenſi cœno- bio, quod ipſa condiderat, in eoque vitam à morte mariti caſtè pièque egerat. Alteram Harlenij, ad ſeruandam in ſacrario Carmelitarum. Tertiam denique Hallis Hannoniæ.

Eſt iſtud oppidum in finibus Hannoniæ; tercio à Bruxellis milliario. Ha- bet templum foro imminens, eleganti ſatis opere, in cuius alia ingredien- tibus ſiniſtra ſacellum eſt & ara, ac ſuper eam ſtatua hæc diuæ Virginis. Sacellum modicum eſt, ornatum à donariis & tabulis votiuis habet, reli- gionem à ſe, & neſcio quomodo ingredientibus ea tangit. Concuſſus huc olim & nunc vndique, etiam à longinquis locis, & quam larè propemo- dum Chriſtiani fines ſe tendunt. Mira hoc effecerunt, quæ crebra, & vel aſ- ſidua hic euenerunt, eueniuntque.

Iſtud primum obſeruo, (ait Lipſius) in ipſa ſtatua miri aliquid videri, quæ haud magna, (bipedalis circiter) & è puro, nec medicato ligno, tot ſæ- cula perſeuerat, immunis adhuc ab exitiali peſte. Immunis etiam ab incen- diis, quæ vrbecula illa aliquoties, vel noſtra memoria ſenſit: cum illa Diua, & ſe, & templum ſuum, omni vicino foro, & iuxta ipſam ædem ædibus ardentibus, deſcendit. quin & ab hoſte, & à vi bellica hucusque defendit. Incolæ præferunt, & Annales referunt, aliquoties oppidum illud, nec ſitu, nec opere munitum, tentatum ab hoſte, vel clam & fraudibus, vel pa- lam & machinis, ſed tutela præſidioque diuæ Deiparentis ſteſſiſſe ini- ctum. Omiſſis igitur aliis miraculis, quæ à Lipſio deſcribuntur: ad ea quæ hoc anno (nempe 1405. ibidem patrata ſunt) narranda nos accin- gamus.

Viri tredecim, quorū nomina ſchedis expreſſa opere pretium non eſt ite- rare, nauis è Bataua Antuerpiani uehebant. Tempeſtas oboritur, & mare fit magnum, & nox ſuperueniens mala metumque auget. Magis etiam guber- nator, qui victā à vi attem ſallus, oratione ſtriſta & aſpera horratur. Quiſ- que ſe ſatis parat, Deo litet, ad meliorem vitam iturus hac amiſſa. Fit gemitus

gemitus, & comploratio, in genua voluuntur, manus ad cœlum tendunt, præsentem omnes mortem expectant. Fuit, qui suggereret, diuam Virginem Hallensem communibus votis vocibusque inuocandam: quod faciunt. Et factò, statim clarum lumen naui superfulsit, quod tenebras dispulit, metum minuit: & mox illa gubernante, nauis portum tenuit, è qua totidem illi viri egressi, omiſſis rebus Hallas venire, & vitam se debere Virgini testati, votum bona fide soluerunt.

Eodem anno, Diua Virgo Deipara, matrem se misericordiæ, vt Ecclesia appellat, in hoc miseræ genere ostendit. Auennæ in finibus Hannoniæ & Picardiæ, oppidum est Ducibus Arschoranis iure & mancipio subditum: vsu tamen & transactione aliqua, Principum Belgiæ factum, vt præsidia locare, munire, & tueri facilius, pro suo arbitratu possent. Hic istud mirandum accidit. Erat Ioannes quidam Sampenoius Gallus natione, ex oppidullo Aspernaco, in Campania oppinor. Is pietate motus, Hallas ad visendam Virginem affectabat: & in via duos comites, (heu parum fidos!) reperit, Nicolaum Barenium, & Petrum Normannum. Illi benignè appellare, & quo iter? In Belgiam. Nos vnà: te pietas, nos Lucellum trahit, & mercatores sumus. Auennas iuncti veniunt. Statim missi è Gallia superueniunt, qui duos illos furti, & rapinarum nimis ex verò arguunt: atque illi duo iam capti, istum falsò. Fatentur in tormentis, quatuor argenteas pateras se furto abstulisse, vendidisse, & trientem pecuniæ huius Ioanni cessisse. Amplius, tres alias in oppido S. Maxentij, partitione eadem facta. Denique præter hæc & alia furti, eadem patrasse innoxij viatoris, & huius quoque confesum atque adiutam Ioannem fuisse. Itaque ille in iisdem vinculis & custodia habetur, & Nicolaus iam eductus, & cruci admotus, in eaque suspendendus, religione tactus liberat culpæ omnis Ioannem, & reuocat quicquid accusarat. Alter, Petrus contra, & palam iterumque asserit, & in extremis fallere se Deum hominesque negat, Ioannem consortem facinorum illorum verè esse. Hic Prætor nihil ultra ambigere, & Ioannem eodem adigere: & tamen quia innoxium se proclamabat, populum hortari vt sacrificio Missæ interesse vellent, in gratiam veniamque criminum morituri. At Ioannes: Imò potius, ô Prætor, inquit, Dominicam orationem, & Angelicam Salutationem singuli recitent, honori B. Virginis Hallensis, ad quam ibam. Et quoniam in innocentia parum præsidij est, ad illam appello, ea me tueatur. Post dicta, carnifex hominem cruci applicat, laqueo illigat, scalis deicit: & ille viuere perseverat, quod alij mirantur, carnifex indignatur. Itaque funem trahere, & stringere, genibus niti super eum & premere, omnia facere, quæ accelerandæ morti essent. At ille tamen viuere, & palam videre (postea fassus est) pulchra & augusta specie fœminam, à tergo sibi stantem, quæ amplecteretur & circumdaret, velut in tutelam suam. Hora sic amplius exigitur: atque ecce demirantibus superuenit in equo vir nobilis Ioannes Sellius, omnibus ibi à virtute, stirpe, & opibus notus. Is ad Prætores, Domine, inquit, precibus à te posco, hunc innoxium hominem mihi dones, aut potius B. Virgini, cuius nomine & monitu huc veni. Ille impellitur, iam ante inclinatus. & solui iubet, ac sibi habere. Accedit Sampenoius ad suum Seruatorem, grates

*Suspensum
iniuste homi-
nem à morte
praferuat B.
Virgo Hallen-
sis.*

ÆÆC. XIV.

*Puer mor-
uus precibus
Deipara re-
uiuiscit, &
baptismum
suscipit.*

gratias agit: ille à se abdicat, & ad diuam, inquit, Hallensem perge, cui promiseras, auctorem tuæ salutis agnoscere, & meum ab illa deposcere.

In ciuitate Auenionensi hoc ipso ferè tempore illustre accidit miraculum. Extat adhuc hodiè in prædicta ciuitate Sacellum Diuæ Virginis Spei, non longè ab Ecclesia S. Desiderij, vbi sequens miraculum in tabula videtur depictum. Igitur iuxta prædictum B. Virginis sacellum erat cuiusdam opificis officina, vbi nebulones quidam foliorum ludo intendebant; quorum vnus perdita pecunia, foras egrediens, multasque proferens blasphemias, lapidem proiecit contra imaginè B. Virginis, vulnerauitque eam subtus mammillam, sicut adhuc hodiè apparet. Tunc sanguis copiosus è vulnere manauit. Sed Dei vindicta statim perditum illum hominem percussit, totumque corpus eius horrendum in modum deformauit. Delatus ergo ad iustitiam, mortique adiudicatus, cum ductus fuisset ad prædictum Sacellum, vt coram Imagine Deiparæ veniam peteret: tantoperè peccati in Virginem perpetrati eum pœnituit, tantasque præ dolore & contritione lachrymas fudit, vt mirum videretur. Mater misericordiæ eius pœnitentiam considerans corpus ipsius horrendum in modum deforme, sicut prius restituit, & formauit: vitumque illum à morte corporali & spiritali liberauit.

Annus Christi 1407.

*Pius de vitis
illustr. Ord.
præd. lib. 1.*

*Franciscus
Retza quan-
ta & fecerit
dixerit, &
scripserit ad
honorem Dei-
para.*

Viebat anno Domini 1407. Viennæ in Austria B. Franciscus Retza Dominicanus, totis 26. annis summa cum laude sanctitatis & doctrina vniuersitati Rector prælatus: tanta deuotione in beatissimam Virginem, vt penè ad miraculum fuerit. Duodecim continuis annis, quibus librum Proverbiorum Salomonis ad populum explicauerat, semper repetitis illis verbis, Primi & purissimi fructus eius, totus in laudibus Deiparentis amplificandis fuerat. Cum sextum eiusdem libri caput exponeret, tria volumina ingentia, super canticum *Salve Regina*, in laudes eiusdem Virginis composuit. Singulis diebus sabbatinis, concionem, ad minus dimidiam, in gloriam Reginæ dixit. Nullam imaginem eius diuæ præteribat, quin salutationem Angelicam recitaret. Inter studiorum exercitamenta, quoties à libro ad librum, vel de loco ad locum transiret, eandem Reginam Angelicis verbis salutabat. Quatuor & octuaginta annos natus, cum in commentatione rerum B. Virginis assidua colliquesceret, die Natiuitatis eiusdem diuæ, inter solennia sua deuotionis Marianæ, lætus expirauit.

*Ex Archi-
uuijs Mona-
sterij Cæ-
lest. Lugd.
Cælestina-
rum Lugd.
fundatio.*

Hoc etiam anno Monasterium Cælestinorum Lugdunensium edificatum fuit ad Beatissima Virginis Deipara honorem. Eius autem fundatio prius per reuelationem fuit ostensa in hunc modum. Cum Lugdunense Concilium Gregorius X. celebraret, sanctus Petrus Cælestinus Lugdunum venit, vt statutorum suorum confirmationem impetraret. In domo itaque Templariorum hospitio susceptus, cæteris quiescentibus, orationem sicut incensum in conspectu Domini dirigere cepit. Cum autem obdormisset, Domino reuelante cognouit, & à summo Pontifice impetraturum se quod querebat, & in eodem loco Ordinis sui fundandum esse Monasterium. Post multa namque temporum curricula, Templariis ob varia factinora exterrimatis, præfatus locus in Amadai primi Sabaudia Ducis ditionem cecit.

cesit. Qui diuinum cultum more solito illic minimè celebrari considerans, Cælestinos induxit, & fundauit anno Domini 1407. Cum autem Dux ille paruam & insufficientem fecisset foundationem in redditibus, & fratres inopia pressi, accessissent ad eum, rogarentque ut saltem aliquid superadderet: respondit: Reliqui vobis optimam Dominam, beatam scilicet Virginem. Hac nunquam vobis deerit, si sincere dilexeritis eam. Quod postmodum rei probauit euentus. Nam cum successu temporis fratres extrema inopia compulsi; deliberassent finito tenui prandio discedere, ac Monasterium relinquere: tunc memoriam fecit Deus mirabilium suorum, escam dedit timentibus se. Illis enim adhuc prudentibus, impetuosè ad ianuam pulsatum est. Accurrens autem Portarius, saccum plenum panibus, & duo vasa vini inuenit. Quis verò hæc attulisset, nullus unquam scire potuit. Undè fratres in bono proposito confirmati, perseverarunt, & paupertatis molestias, patienter sustinuerunt.

SÆC. XIV.

Cælestinis
Lugdunen-
sibus visa ne-
cessaria sup-
peditat B.
Virgo.

Annus Christi 1410.

ANNO domini 1410. Ferdinandus Infans Castellæ, cognominatus Infans Antequaræ, eo quod illam ciuitatem de potestate Maurorum abstulerat, vbi etiam plusquam quindecim Maurorum milia prostrauerat. Ad tantæ autem victoriæ, Deiparæ auxilio reportatæ perpetuam memoriam; instituit Ordinem Equestrem Vasis B. Virginis. Constabat enim ex multis vasis seu poculis, diuersis liliis refertis.

Andr. Fau.
Theatri
hon. lib. 6.
Ordinis
Equit. Vasis
B. Virginis in-
stituis.

Annus Christi 1413.

CIRCA hæc tempora, nempe anno Domini 1413. Cum Ludouicus Comes Vindocinensis partes teneret Aurelianensium contra Burgundiones, captusque fuisset in confictu Azincurti: terribimo mancipatus est carceri, vbi multa incommoda spatio nouem mensium ab inimicis sustinuit: quique de eius morte tractabant, bonaque eius omnia diripere disponebant. Cum autem nuntium mortis & inhonationis accepisset in Vigilia Annunciationis, beatissimæ Virginis auxilium deuotissimè implorauit, vouens se ædem ipsius Carnoti visitaturum, si ab imminente periculo liberaretur. Nec preces fuerunt inanes. Nam paucis elapsis diebus eductus de carcere est: omniaque bona, & Dominationes pristinas recepit. Tunc profectus est Carnotum cum centum Ducibus & nobilibus, vbi in Ecclesia Deiparæ, nudatus homagium fecit, cereumque magni pretij obtulit: quod etiam ceteri nobiles qui cum eo erant fecerunt. Sequenti die Capitulo conuocato, historiam suæ liberationis prolixius enarrans, magnos redditus Ecclesiæ Carnotensi assignauit, ut scilicet perpetuis temporibus solemne Officium B. Virginis celebraretur cum cappis, Cantoribus, musicis, organis, campanarum lato sonitu, nempe sequenti die quinque solemnitatum ipsius Virginis.

Hist. Eccl.
Carnot.

Ludouicus
Comes Vindo-
cinensis im-
ploro D. Virg.
Carnot. auxi-
lio à morte li-
beratur.

Annus Christi 1314.

FUIT in illis diebus in Constantiensi diocesi, in rurali villagio vltra oppidum imperiale, & satis prope Lindaro, quædam virgo adulta, facie pulchra, & elegatior moribus. In huius aspectu captus fuerat quidam Clericus, & quantum

SÆC. XIV.

quantum conficicio erat suus plebanus, vir leuis moribus. Hic vulnus suæ mentis vltra celare non valens, venit ad domum prædictæ virginis, honestis verbis primum se rete dæmonis exhibens. Paulo post ausus est, ad amorem sui, verbis quibus potuit, animum virginis prouocare. Hoc illa diuino instinctu percipiens, & mentem calibatus paulatim se sic perdere intelligens; si serpentis caput non contereret, ilicò intacta mente & corpore respondit viriliter: Domine cum talibus verbis domum meam nullatenus frequentetis, alioquin repulsam sustinebitis verecundia mediante. Cui ille petulcus. Et si me modo diligere, verbis monita dulcibus, renuis: me tamen, tibi promitto amabis post modicum. Erat enim vir ille suspectus de maleficio, & incantator. Hæc verba pro nihilo virgo habuit, nec se ad amorē viri vllatenus affectam id temporis sensit. Cæterum non multo deuoluto tēpore, imaginationes morosas & amorosas de illo habere, vel potius pati cœpit, omnino ignata quid tandem acciderit. Sensualitas enim in ea velut serpens, ad rationis ostium aliquoties pulsauit, & vt ad amorem illicitum, illa vellet aperire tentauit. Hoc illa percipiens, diuinitus inspirata, ad matrem misericordiæ confugit, statimque honestam societatem requirens, peregrinationem suscepit ad locum Eremitarum in præfata diœcesi, vbi Ecclesia est in honorem eiusdem Dei genitricis consecrata. Ea ibi inuocata, confessa est sacramentaliter, ne malignus spiritus aliquem locum in se posset habere. Factum. Nam protinus in ea hostis superstitiosa omnis machinatio cessauit, neque vumquam postmodum eam tetigit.

*Maleficia
nihil proficiunt
contra
quandam
opem Despara
ra inuocantem.*

Annus Christi 1415.

IN partibus Hūgaricæ, anno 1415. Stephanus Lonfoscius, Sigismundi Imperatoris Præfectus, aduersus Turcas viribus fidētes, pugnavit. Confosso illo, legionibus quoque animi cecidere, vnde extēplō acies inclinari cœpta, mox in fugam effusa, cæteri quoque palantes, castris iuxta atque impedimentis exuti, partim inter fugiendū cæsi, partim capti sunt: pauci ex ingenti clade euaserunt. At illud incredibile, quod paulo post accidit miraculum silentio præteriri non potest. Secundo namque tertioque anno, cum plerique in eum campum descendissent, vbi patratam fuisse stragem memorant, editissimumque cadauerum aceruum spectarent, emissam inter ossa subinde vocem exaudiuere, faustissima Iesu Christi Saluatoris, & diuæ Mariæ Virginis nomina resonantem. Admiratio simul & pauor, hos incessit. Cum ad verba subticuissent eadem paulo post quasi difficulter expressa acceperere. Dum vocis locum inter ossa disquirerent, portenti desiderio succenti, loquax inter cadauera caput inueniunt. Quod vbi homines sibi adesse nouit: Quid tam, inquit, stupidi hic statis viri? Christianus ego sum, & magnæ matri diuæ Mariæ semper addictus, in expiatus, inconfessusque in hoc bello occubui. Magna Maria, in cuius tutela vitam egi, me æterni supplicij reum esse non patitur. Sic me adhuc linguæ compotem seruauit, vt delicta fateri, & animum sacris Apostolicis ritè lustrare queam. Proinde sacerdotem, qui confessionem exaudiat, & me expiatum reddat, accersite quæso. Rogatus, ecquid tantum beneficij à matre viuentium promeruisset, Respondit, peculiari sibi id in vita fuisse nomen: Septena quotannis in vira, sua festa reuerentissimè celebrasse,

*Bonfinius de
Rebus Hun-
garicis de-
cad. 3. lib. 3.
Brou. tom.
15. Annal.
Pelbatus.
Stephanus
Lonfoscius in
bello confos-
sus, toto trian-
nio à Despara-
ra viuus con-
seruatus, vt
nostris confiteri.*

celebrasse, religiosissimisque ieiuniis ex pane duntaxat & aqua coluisse; Sacerdotis fuisse quam studiosissime operatum, illique post Deum cunctas animi vires dedicasse. Accersito è proximo pago Sacerdote, confessionem rite transiegit, & impetrata errorum omnium remissione, acceptaque nouissima Illustratione, id defuncti caput repente conticuit perpetuoque quieuit.

SAEC. XIV.

Annus Christi 1417.

Florebat hoc tempore B. Alanus Ordinis Prædicatorum, qui à beata Virgine singulariter electus est, ut Rosarij deuotionem penè extinctam, restitueret. Hic in initio conuersionis magnas & horribiles tentationes habuit: deinde per spatium septem annorum, à dæmonibus continuè fuit verberatus, & flagellatus: adeoque sæua fuerunt hæc verbera, ut sæpius ei vitam extorsissent, & ipse in desperationem corruisset, nisi beatissima Virgo Maria eum adiuuisset. Nam sæpius tam vehementer agitabatur à spiritu desperationis quod sæpè sibi vitam extorsisset, & signanter semel, nisi visibiliter dum in Ecclesia oraret, beata Virgo eum liberasset, subito tentationem profugando. Manus enim illius trahebatur ad ferrum, & ipso nolente flectebatur brachium cum ferro ipso ad guttur proptium, tam validè; ut tunc se iugulasset, nisi brachium eius Regina pietatis tenuisset, alapa eum feriendo, dicens: Quid, ô miser, quid agis? Si me debite inuocasses, ut dudum solitus es: nequaquam tantum periculum incurrisses. Dixit, & disparuit. Nec diu post crudelissime verberatus à dæmonibus, per beatam Virginem sanata fuerunt vulnera eius. Quanta autem & qualia dona & priuilegia ei contulerit B. Virgo, & qualiter eum sibi despon. vide infra.

Andr. Coppenst. Carthag. de Mirand. Deipar.

*Alapam impingit B. Alano Dei. para Virgo.**Annus Christi 1418.*

Anno Domini 1418. Parisiis in vico Vrforum quidam peruersus iuuenis, cum ludendo pecuniam omnem amisisset, atque etiam vestimenta sua, ira magna percitus, gladio percussit imaginem B. Mariæ quæ stabat in prædicto vico, ex qua cunctis videntibus, riuus sanguinis emanauit. Sed tantum facinus impunitum, non reliquerunt ciues. Nam rapientes scelertum illum, tradiderunt iustitiæ, ligatusque ad stipitem, virgis cæsus est, vsque dum viscera eius omnia in terram defluerent. Solent ad tanti miraculi memoriam, ciues per singulos annos tapetem coram prædicta imagine extendere, ignemque latitiæ accendere.

Dubreul in Antiq. Paris.

*Imago Deip. percussa emittit sanguinè.**Annus Christi 1419.*

Hoc ipso tempore Martinus Papa V. Ecclesiam Romanam regebat, cum quidam Tolosani studij Rector, determinare ausus est, beatam Virginem originali peccato fuisse corruptam. Qua de re, in furore populi pullus ciuitate, Romam veniens ad summum Pontificem, de illata sibi iniuria conquestus est: conclusionem suam asserens, publica velle disputatione tutari. Audiens hoc memoratus Antistes, diem faciendæ disputationis indicxit: collectoque maximo Doctorum conuentu, cum frater ille non veniret, missus est nuncius, qui eum aduocaret. Fratres autem apud quos gloriosa Virginis inimicus hospitatus fuerat, ad eius cellam pergentes, ipsam

Anth. de Euchar. in Elucid. B. Mariæ. Bust. in Mariali 1. p. in lect. Officij Concept.

SAEC. XIV.
Recloris su-
di Tolosani
horrendis in-
gruentis, ob
imagnatam
Concepcio-
nem inma-
culatam.

S. Vincentius
iuuans Dei-
para perpe-
suam seruat
virginitatem.

Lipius in
diua Virg.
Hallensi.
Ioanna Mail-
larta submer-
sa à B. Virgi-
ne suscitatur.

Archangel.
Gianius in
2. Centuria
Ann. Scriu-
tarum.

Martinus
Papa V. B.
Virgini deuo-
tus.

mortuum reperere, interiora ventris non habentem. Sicque beatissima Virgo hostis sui argutias debita mulctatione confudit.

Obiit tunc nempe, anno Domini 1419. S. Vincentius Ferrerius Ordin. Prædicatorum, qui ope beatæ Virginis perpetuam virginitatem seruauit. Quadam enim nocte cum legeret in cella librum illum, quem edidit S. Hieronymus de virginitate B. Mariæ, & inter suauitatem lectionis, ipsam Virginem obsecraret, vt eius virginitatem custodiret, facta est ad eum vox huiusmodi. Non omnes possumus esse virgines. Nam tamen vsque nunc te virginem appellare potuisti: tamen non vltra patiar, vt tam honorato nomine gaudeas. Vir Dei ad hæc verba plurimum attendens, intra se tacitus voluebat, quid sibi veller sermo quem audierat. Non enim induci poterat, vt verba illa ore beatæ Virginis Mariæ emanasse crederet, quippe quæ virginitatis custodes, Virgo ipsa semper amauit, confortauit, adiunxit, magnificauit. Genua igitur flectens, ab ipsa Virgine petiit, vt quid significare vellent verba illa terrificæ dignaretur ostendere. Nec multo post beata Virgo cum multa luce ei visibiliter apparuit. Et postquam sui ostensione confortauit, lætumque reddidit: hoc pacto locuta est. Verba illa paulo ante ad te facta, diaboli fuerunt, qui tibi proponit bonorum operum difficultatem, vt terribus ab incepta virtute desistas. Tu autem cautus esto, & constanti animo perseueres: Et quanquam crebras tibi parabit insidias, ac frequenter conabitur, vt pericliteur virginitas tua, vtque ceteræ virtutes, quæ in te sunt corrumpant, tamen ne diffidas, spera semper in Domino, quoniam ipse erit clypeus tuus, quo non solum arma diaboli poteris extinguere: sed & ipsum, cunctasque artes & versutias eius magnanimitè superabis. Hæc vbi à Virgine gloriosa dicta sunt; ei à Vincentio gratiæ referuntur, & illa disparuit. Ex eo autem tempore Christi militi tantum feruoris accessit: vt non terrestris homo, sed cælestis Angelus esse videretur.

Hoc etiam anno in atce Ligniaca, virguncula erat Ioanna Maillarta, quæ cum ad hauriendam aquam e profundiore vicino puteo iuisset, cecidit in profundum, & submersa est: cadendo etiam grauitè brachium & tibiam læserat. Mortua igitur extracta, & beata Virgini Hallensi commendata, ad vitam rediit, plagæ sanatae sunt, ac demum post paucos dies vnà cum matre Hallas venit, & reddidit vota sua.

Annus Christi 1420.

Quo scilicet tempore, nempe anno 1420. cum Martinus Papa eius nominis V. esset Florentiæ, frequenter visitauit imaginem sanctissimæ Deiparentis, quam Annunciatae figura expressam Patres Seruitæ in sui religiosissimi Monasterij nobilissimo Templo asseruant, miraculis illustrissimam. Cum autem eam imaginem suis ornamentis argenteisque votis exultam ob extremam Fratrum inopiam Pontifex conspexisset, sericeis aulaeis auro intextis, & sacra suppellectili tanto Pontifice digna exornauit: deinde frequenter ad eius altare sacra fecit. In cuius rei memoriâ, vnũ illud altare, cum nonnullas ob causas Florentiæ aliquando sacris postea interdixisset, reseruauit, ad quod tunc omnes velut ad vnicum præcipuumque animi solatium, salutisque remedium Florentini potuissent recurrere.

Annus Christi 1425.

FLorebat tunc S. Bernardinus Senensis Ordinis Minorum, qui annorum sex natus, etiam si annis tener, ad honorem beatissimæ Deiparæ Mariæ diebus sabbathi ieiunavit, & quamdiu laicus fuit, illud ieiunium nunquam intermisit. Solebat etiam quotidie inuisere egregiam diuæ Virginis imaginem in porta Camelie, ad quam nudis genibus orans, multa deuotione perfundebatur & amore erga Virginem. Quam imaginem etiam postquam factus est Minorita, sæpius in quantum licuit, visitauit. Solebat præterea quotidie corollam precariam deuotissimè recitare. Cumque cresceret quotidie in amore beatæ Virginis, quadam die eidem in magna gloria apparuit: deditque ei gratiam prædicandi, & faciendi miracula. Ipse (ut aliquando, prædicando, retulit) natus est in die Natiuitatis B. Mariæ, eadem die baptizatus, eademque habitum Minorum suscepit, eadem emisit professionem, & eadem primum sacrum celebrauit: eademque sperabat se moriturum, quod tamen, aliter Deo disponente, contigit.

Sur. in vita eius 1. Maij. S. Bernardinus Senensis à teneris ætate, ut coluerit B. Virginem.

Miraculorum & prædicationis gratiam S. Bernardino Senensi tribuit Virgo.

Annus Christi 1426.

Æqualis Bernardino fuit in eodem Ordine B. Coleta, Minoritarum institutum inter Clarissas professa. Hæc cum semel uisitaret Monasterium quoddam sui instituti, ad eam lingua in guttur medium depressa fuit; ut nec loqui, nec orare valeret, imò vix respirare posset. Occurrit ei tunc iuuenula quædam speciosissima, & humanissima, hilariter eam salutans, & tandem etiam amplexibus stringens, & deosculans. Inde lingua rediit in locum suum, & mox Virgo illa euanuit. Testabatur autem Coletæ confessarius Henricus de Balma, Virginè illam fuisse beatissimam matrem Mariam.

Steph. Iuliacus in vita ipsius apud Surium.

B. Coleta Virgini amissam loquela beneficium restituit B. Virgo.

Orante illa feruentissimè sanctissimam Deiparam pro peccatoribus, ut pro iis apud filium interueniret: oblatum ei fuit discus plenus particulis carnis tanquam infantis in frustra concisi, dictumque est illi. Quo pacto ego deprecabor filium meum, pro his qui quotidie horrendis sceleribus suis (quantum in eis est) etiam in minores eum discindunt particulas; quam sint hæc quas cernis?

Annus Christi 1427.

IPso quoque tempore nempe 1427. Deiparæ precibus ad vitam reuocatur puer bimulus. Accidit istud Cantiprati (pagus est in Cameracensi.) Relictus fuerat domi puer hic à parentibus, qui se ad sacrum (quia Dominica dies erat) & inde ad prandium apud amicum contulerunt. Vbi à meridie domum redire, mox filiolum requirunt, at non inuentum, ubique quærunt simul cum vicinis diebus duobus, at frustra. Pater interim ad D. Hallensem animum, & preces vertit. Statim in somnum soluitur, & viso monetur quærere puerum certò inueniendum. Luce orta iterùm cum vicinis, omnes agros, dumeta, fossas scrutatur, donec sub ipsa meridie ad voraginem aliquam limo & aquis oblitam veniunt. Ibi enim iacentem cæno & aquis obrutum reperiunt, puerumque ad templum deferunt, mox ut putabāt terræ dandum. Sed Patrem spes non deserit, & diua Virgo excitat

Lips. c. 20. Hist. Viing. Hallensis.

Puerum mortuum suscitavit B. Virgo.

SÆC. XIV. atque internum robur addit. In altari igitur prolem collocat ante diuæ imaginem, calidis precibus, lachrymisque opem poscit. Statim puer (ô mirum) vitam & vocem recipit, surgit, cum patre it domum: & cum eodem Hallas venit.

Annus Christi 1428.

Lipſius.

ANno 1428. in Belgio contigiſſe Lipſius memorat iſtud mirum, mirandum de alio puero, ad inuocationem ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ, quæ apud oppidum Hallenſe in Hannoniæ finibus colitur, reſuſcitato, aut ſub terris ſeruato, non ſine aliis ſtupendis. Plura illud miracula in ſe vno continet, diuinæque benignitatis & potentiæ totum fontem manat, atque oſtendit verbis Lipſianis iſtud dabo.

S. Hilarij Vicus eſt minus nobilis, iuxta Cameracum nobiliſſimum oppidum. Eius incola Stephanus Motelius fuit, cui vxor Firmina, & hæc prolem ei non prolem peperit. Mortua enim erat, & obſtetric, ac fœminæ omnes, quæ partioni interfuert, ira iudicabant: idque explorato, cum lauifſent, fouiſſent igni, experiendæ, aut eliciendæ vitæ, admouiffent. Puer igitur in terra communi & profana, de more ſepelitur: & alij quidem curam aut cogitationem eius vna deponunt: at non Mater, cui duplex luſtus: & à morte prolis, & à tali morte, quod nondum conſors, & particeps diuini Baptiſmi, & lauacri fuiſſet. Itaque plangere, & ſe affligere: & tamen ſpem vel fiduciam in diua Virgine ponere, eo magis quod ſolita eſſet annua peregrinatione eam colere, & Hallas venire, ac ſtatuum piè caſtèque venerari. Vota igitur facit, iteratque de die in diem, & contra ordinem rerum vel naturam pugnat, vſque ad diem quintumdecimum à prolis ſuæ morte. Et iam fidentior eſſe, ac palam affirmare illam viuere, gnaram certamque ſe factam ex viſo nocturno, quod ſæpius eueniſſet. Mulieres denique adminiſtras importuna virget ac propellit ad hortum ire, vna cum patre Stephano, & puerum terra iam tot dies conditum contemplati, & arbitrari, ecquid eius rei eſſet. Refodiunt tres pedes circiter deſoſſum puerum, terra etiam ſupernè pedibus inculcata; vident ipſum, & miraculum, pulchellum, viuudum, & roſæ inſtar, quod dicitur rubentem. Nulla nota mortis in corpore, ne noxa quidem, niſi quod maxilla altera terræ aggeſtu, & impreſſione attrita leuiter eſſet. Mirantur trepido gaudio, nec audent tamen tollere, quippe iam diu mortuum; & contra calumniam omnem, ad Paſtorem ſuum eunt. Ille venit, ipſe quoque ſtat attonitus, & ſigna vitæ palam videt. Sua det, quoniam in diuæ Virginis patrociniò puer eſſet, deſerri ad proximum pagum, Vertenguellium, qui frequentior erat, & vbi ea colebatur. Eunt, obſtetric, fœminæ magna pompa: & quia dies inclinabat, & pagus ſecundo lapide aberat, prouida mater, ſacratæ candelæ cereæ partem donat quæ in laterna prælueret. Mirum hic alterum, cum lento paſſu irent, vt amat hic ſexus, pars illa cerei, cuius modulus ſeſquipalmis erat, non defecit, nec minuit quidem, & perſeuerauit ardere ac lucere, à ſexta veſpertina ad lucem ſequentis diei, ſine vlla, vt dixi imminutione. Mirum tertium. Via anterior, quam inibant, & petebant tota illuſtris inſtar diei erat: ſtatim ab agmine, tenebræ & nox excipiebant. Iam in propinquo Vertenguellij erant, & de

Paſtore

*Puer mortuus
poſt decimum
quintū diem
ſub terra ad
B. Virginis
inuocationem
vniuſ reper-
tus.*

Pastore audiunt, non esse ibi, sed in arce aliqua (Vertainium ei nomen) cum Præfecto, viro nobili oniuari. Ergo pater Stephanus, cum æditui S Hilarij vxore, quæ comes hæserat, illuc celeri pede eunt, reperiunt arcem sub tempus prandij clausam, pulsant, repulsant: nemo audit, vel admittit. Quid tamen? Sponte (quartum miraculum obserua) dum astant, portula, maiori portæ (vt fit in arcibus) inserta, sponte aperitur, dat aditum: ineunt, & ad alteram portam accedunt. Pulsant item, & nemine conspecto portula aperitur. Pergunt ad tertiam, fit idem. Veniunt igitur ignatis omnibus in cœnaculum: Henricus Dammanus, Præfectus arcis inelamat, quis intromississet? & Socios, an hostes? Imo exilit, & ianitore conspecto gladium educens, in eum ingruit. & se eleste, inquit, vbi fides? Ille excusare & deprecari, sedulo se portas omnes clausisse, neque recensisse, & testem filiam Præfecti, quæ adfuerat, dare. Admiratio in locum iræ successit: & videt imbellem manum, & hostile nihil esse. Itaque preces admissi exponunt, & pastorem poscere, vt Ven. engelij talem puerum (rei ordinem breuiter addunt) velit sacro fonte ablutum, Christi numeris adscribere. Surgit nouitate hac & illa attonitus, & comitantur eum de conuiuio, viri fœminæque ad viginti. Ipse Præfectus equum insterni iubet, & conscenso, cum quinque comitibus eodem intendit. Vocata autem Virgine filia, portas maiores aperiri illic iubet, frustra, iam sponte omnes reuerauerant: aut vt verius dicam Virgo mater illas aperuerat. Ipse signo crucis identidem se signare, & tamen pergere, donec ad templum cum pastore aduenirent. Ibi puer, omnibus conspicuus, signa vitæ clara mittit, sanguinem stillat de naribus, os aperit, clauditque, idem in oculis, & denique gemit, ac etiam lachrymat: & veris quidem grandibusque lachrymis, & quas detergere linteo & excipere licebat. Ergo baptismum Pastor, in coram omnibus (ad septuaginta hominum erant) indulget: & vixit puer quinque horas circiter, in ara beatæ Virginis reclinatus: ac mox (quintum miraculum) instat niuis visus palam liquecere & tabescere, & sic ad mortem ire. Terræ igitur sacræ ibi mandatur: & sextum miraculum addam: Possunt. Fœmina mater absens, & in lecto, ipsa illa hora, sensit mammas sibi arefcere, antea lactantes, & quas nulla arte donec puer Baptismo tinctus, & verè mortuus esset (vide sympathiam) potuit arefacere, aut exficcare.

Et istud quoque aliud, hoc eodem anno 1428. eiusdem diuæ Virginis ope accidit. Captiuus aliquis in vltima Gallia de carcere, ad instar D. Petri eductus est: Rem narabo cum Lipsio: Guillelmus Mosterius, Picardus gente, non bona sua sorte in Pictoniæ fines venit, negotij causa. Bellum autem ea tempestate Anglis cum Gallis vetus & diuturnum erat, manebatque Rege tunc Galliæ Carolo septimo. Incidit igitur in Anglorum manus, & captiuus abducitur in oppidum S. Michaëlis, ac decem circiter menses detinetur. Detinetur, nam redimias quas ab eo poscebant, octuoginta aureorum, homo fortunæ modicus expedit e non poterat: neque spes erat. Sed nec fraude, aut vi euadendi: quoniam in puteum profundum dimiserant, atque ibidem pede vtroque firmiter boiis illigatum tenebant. Dum igitur mœstus & anxius iacet, ac forte panis frustum comedit, quod supernè deiecerant: mentem ei tetigit memoria & affectus ergà diuam Hallensem

SÆC. XIV.

Miracula plura in suscitacione pueri mortui.

SÆC. XIV.

Guillelmus
Mosterius à
Despera in-
star D. Petri
educitur de
carcere.

Virginem, cuius nomen & cultus tam in Picardia frequens etiam erat. Itaque toto corde eam inuocat, & à squallore, pœdore, ac tenebris illis, liberari ope eius optat. Preces vix fuderat, somnus eum molliter amplectitur, & mane eum expergiscitur (res ipsi & nobis stupenda) videt se liberum à vinculis & carcere, & tribus addo milliaribus ab oppido sancti Michaëlis abiunctum. Dum miratur, gaudet, & vix credit: ecce Angli equites adueniunt: Præfectorum & nobilium aliqua manus. Hominem facentem in agro vident, & ipsi quoque mirati, accedunt. Erat inter eos centurio Tournebolius nomine, qui agnoscit: & Tunc captiuus ille noster es? Unde huc? qua vi, fraude, arte? Guillelmus ex gaudio iterum confusus: Domine, vera audi, inquit, Nec fraus, nec vis mea, aut aliena huc adduxit, & arcta custodia (nostri ipse) eduxit. Diuæ Virginis hoc totum est ad quam preces equidem fudi, & illa ignatum ac dormientem huc transiit. Rem vides, crede, & cœlesti beneficio, tu quoque suffragator accede. Tetigit hominem religio, itémque alios, dimittunt: re tamen explorata: atque diploma, quo securior transeat, donant, eoque miraculum consignant, cuius se auctores & testes profitentur. Id ipse Mosterius Hallas secum tulit, atque ibi liberatricem meritò est veneratus.

Brugmannus
in vita S. Ly-
du. 14. April.

Circa hoc tempus in ciuitate Schiedam erat fœmina quædam pusillanimis & timorata, quam diabolus in desperationis barathrum ferè præcipitauerat. Obiecit namque ei sapius per somnium scedulam, cum peccato quodam ab ea commisso, quasi necdum diuinitus dimisso nec dimittendo: cum tamen ipsa illud sacramentaliter sapius confessa absolutionem suscepisset, & pœnitentiam iniunctam egisset. Cum ergo cordis sui angustias beatæ Lyduuinæ crebrius exponeret, & illa benignis consolationibus desolatam refoneret, eo quod princeps mortis nouis semper terroribus per somnium eam, sicut prius, conturbaret, dicens: Nequaquam manus meas eundem poteris, quia literis istis te mihi confirmatam & subiugatam habeo. Contigit ergo quadam vice, vt Lyduuina orationibus dedita, ad cœlestia raptâ, eundem videret dæmonem chartam ipsam in manu gestantem: sed manu beatæ Mariæ Virginis, de manu eius violenter est ablata & rupta. Potens enim erat misericors Domina, omnia machinamenta diaboli dissoluere, & tristem animam fiducia bonæ spei consolari. Hæc postmodum Virgo Lyduuina sensibus corporeis restituta, domino Ioanni Vvalteri confessori suo retulit, malitiam diaboli per pietatem beatæ Virginis destructam ostendens. Post hæc fœmina prædicta sicut prius, desolationis suæ quærimonias coram Lyduuina deposuit: quam illa blandè consolans, tacita tamen chartæ destructione, præcepit vt secunda deinceps esset, nec quicquam mali super hoc sibi euenturum formidaret. Sed & seipsam obsidem pro conscientia illius in die iudicij offerens, ac diuinæ pietati per omnia confidens, ab omni præhabita trepidatione liberam eam reddidit, & pacatam.

Fœmina qua
dam meritis
B. Mariæ à
desperatione
liberata.

B. Ioan. Ord.
Carmel. insi-
gnis deuotio
erga Desper-
nam.
Bened. Mut-
tus in vita
ips.

Ipsò anno nempe 1428. nata est B. Ioanna Virgo Ordinis Carmelitarum, quæ quando aliquid à Deo volebat obtinere, quindecies mille salutationes Angelicas, & post quemlibet centenarium, recitabat *Salue Regina*. Deinde etiam septies hymnum *Aue maris stella*, vel *O gloriosa Domina*, recitabat, appellabarque hoc spirituale exercitium Camisiam beatæ Virginis. In vigiliis

vigiliis solemnitatum B. Mariæ, de sero millies salutationem Angelicam recitare solebat; & in die festo septies eius Officium persolvebat. Singulis diebus Sabbathi ieiunabat in pane & aqua. Confessarius sciens austeritatem vitæ eius, timensque ne deficeret, præcepit ei in vigilia Annunciationis in virtute S. obedientiæ, quatenus semel tantum salutationem Angelicam recitaret. Quod & fecit, sed cum tanta deuotione & attentione, vt per totam noctem in raptu & extasi permanferit.

Annus Christi 1429.

IN illis diebus Ordinem Prædicatorum illustrabat B. Conradinus, qui à B. Virgine castitatis donum consecutus est. Nam cum semel in cella degens carnis tentationibus vrgeretur, easque flagello ferreo terga nudata percutiens, propulsare conaretur: piissima cœlestis patriæ Regina duabus comitata virginibus, mira odoris suauitate illi extemplo apparuit, dicens: Conradine fili charissime iamdudum suspiria, singultus, gemitus, lachrymas, tuumque castissimum affectum optimè noui. Ea profectò virtutum fundamenta iecisti, vt minus dignum laude videatur ob vigilias, ac orationes tuas, te gratia aliqua non donari. Quamobrem scito, quascumque ad filium meum preces emiseras illas exauditas esse, teque omnia quæ efflagitaueris consecuturum. Et quo priuilegij huius fidem faciam, nunc tibi amatæ castitatis integritatem enixè postulanti, renes petulcos ita cohibeo: quod nullo exinde turpitudinis infestaberis telo. Illa sic demum fata, propius accedens, illius renes, quod in suaueolenti ceronate iniungere visa est, inquit: Stringantur amodo renes tui, nè vllam deinceps carni aduersus spiritum bellandi occasionem præstare valeant. Peractisque omnibus, Virgo sanctissima, cœlestia petiit. Quoniam verò istud dignum memoratu extitit: idè locus ille, in quo visio apparuit, magna hodièque colitur veneratione.

Quo etiam tempore cum Angli vniuersum ferè Francorum Regum subiugassent & Edoardus Parisiis Rex fuisset coronatus, B. Virgo Maria Regni Gallici patrona & protectrix, sæpè apparuit Ioannæ Darcia (vulgò dicta Puella Aurelianensis) inter pacendum gregem patris sui. Quæ arma sumens, Dei beatæque Virginis auxilio, Anglos omnes turpiter expulit è Gallia.

Hoc etiam anno nempe 1429. in agro Casteten. pago Bullizelia, cœpta sunt fieri miracula & prodigia in honorem sacrosanctæ Virginis Deiparentis Mariæ, quo etiam anno Philippus Dux Burgundiæ, ad laudem Dei, & reuerentiam Matris eius gloriosæ, ac S. Andree Apostoli, necnon ad exaltationem fidei & sanctæ Ecclesiæ, & excitationem virtutum & bonorum morum, decimo die Ianuarij, instituit huiusmodi Ordinem titulo Velleris autci: conspectu velleris Gedconis, quod intemeratam sanctissimæ Virginum Reginae Mariæ virginitatem significat, illapsumque Dei in eius purissimum gremium in memoriam reuocat.

Ipso anno Patres Ordinis sanctissimæ Trinitatis de Redemptione captiuorum celebrant Capitulum generale in Cœnobio Cerui frigidij, in quo antiquam confirmant constitutionem, qua singulis feriis quintis Officium sanctissimæ Trinitatis, & singulis diebus sabbathi Officium B. Virginis,

SAEC. XIV.

Leand. de viris illustrib. Ord. prædic.

B. Conradinus castitatis donum recipit à Deipara.

Nicol. Eg. in Ann. Fran. cor. in Carolo VII.

Ioanna Darcia iubente Deipara arma capit contra Anglos.

Meyerus Ann. Fran. lib. 26.

Ordinis Velleris autci institutio.

Ordinis SS. Trinit. Patres quid statuerint ad honorem B. Virg.

Sæc. XI^v.
Lusitani Regni constitu-
tio sine De-
cretum ad
honor. Deip.
Virginis.

Virginis 9. lectionum recitare tenebantur. Constitutum præterea fuit in Regali consilio Lusitanæ, (quod vulgò Mensa seu Tabula conscientie dicitur) vt in singulis Truncis, vbi colliguntur elemosynæ pro redemptione Captiuorum, pingretur imago Deiparæ tenens filium in vlnis: ad cuius pedes ex vna parte ponerentur captiui, compedibus & catenis aggrauati: ex altera verò Religiosus eiusdem Ordinis, vna manu oram vestimenti B. Virgo tenens, altera vero extendens digitum ad captiuos, cum inscriptione istorum verborum: Digna Mater Dei, solue vincla reis.

Annus Christi 1430.

Iacobus de
Vorag. in
Hist. Lomb.

TVnc etiam Basileæ, die Lunæ 6. mensis Octobris, anni Domini 1430. in manibus iudicis fidei deputati per Synodum, fuit testificatum etiam cum iuramento, quod nouo mensis Septembris anni 1428. in ciuitate Minorillæ, quidam Franciscus Mileti, Canonicus Ecclesiæ collegiatæ, Vicensis Diocesis, cum in extremis ageret, & iam quasi appareret mortuus, postquam fuerat in agonia & extasi, magno cum suspirio sic clamauit. O Virgo Maria, ita est, quod propter hoc ego eram condemnatus. Tu seis quod à me ipso non habui. Statimque vocans ad se Priorem Prædicatorum, & Confessorem Monialium S. Claræ dixit publicè coram prædictis, & aliis adstantibus, quod comburerent certis conclusiones, & vnum Tractatum de Conceptione B. Virginis in originali peccato, quem ipse audierat cum esset studens. Et nisi fuisset alius deuotus B. Virgini, & ipsa eadem subuenisset: ob hoc erat condemnatus in diuino iudicio, ideoque firmiter credebat eam fuisse conceptam absque originali peccato.

Franciscus
Mileti episcopus
Deiparæ eua-
dit damnatio
non æterna.

Annus Christi 1431.

Nider in For-
micatio li. 4.

HVC adscribere libet ingens portentum, quod ostendit Deus circa hæc tempora ad probandum Virginis Deiparæ partum Virgineum. Hoc refert Nider qui scribebat circa hæc tempora. Vix, inquit, sunt 12. anni elapsi, cum propè Nurembergam creuit pomus in loco campestri & communi, quæ multis annis, vt sequitur in vigore permansit. Hæc in vere floruit, fronduit, & in autumno more aliarum fructificauit. Porro annuatim in asperissima hyeme, semper & solum in Christi Natiuitate, quando Virgo Virginum saluo integritatis flore, Filium Dei genuit, pomella virentia, in quantitate artus vnus virilis digiti produxit. Est autem tunc patria illa ad duos menses antea, & totidem post niuibus profundis tecta, gelu constricta, ventis perflata, quæ incommoda, omnia fruteta vna cum arboribus cæteris patiuntur eodem tempore. Augetur stupor, quod nec ante nec post, sed nocte tantum Natiuitatis pomella germinentur. Nec ea arbor, vt cæteris fit, fimo nutriebatur, non circumfodiebatur sarculo, nec sepimento circumdabatur. Vidi ego (inquit Nider) eiusmodi poma præsentari nostro Generali. In Concilio Constantiensi plures viri fide digni id prodigium testati sunt, quod & aliis verum esse persuasurunt, cum de eo ante dubitarent. Eadem res me præsentem in Concilio Basiliensi proposita fuit coram multis Doctoribus Theologis, Iuris vtriusque, Artibus ac Philosophis, nec aliquem audiui, qui id naturaliter fieri posse asseueraret.

Pomus arbor
in nocte Nati-
uitatis Christi
quædam poma
refert ad
probandum
Deip. partum.

Annus

Annus Christi 1432.

SÆC. XIV.

Quidam putant ipsis temporibus vixisse Euphemiam Virginem quandam nobilem, quæ in teneris annis castitatem vouerat. Sed cum Pater ob eius pulchritudinem, eam inuitam cuidam Comiti desponsasset, ipsa Capellam ingressa, Deiparæ opem inuocans, sibi labra & nasum præcidit, quare ab irato patre, cuidam rustico in ancillam tradita, magnis laboribus & plagis ab eo affligebatur, quæ omnia læto animo ferens, Deo gratias agebat, quod digna esset aliquid pro eo pati. Septennio autem in his expleto nocte Dominicæ Natiuitatis, familia ad mensam accumbente, ipsa ad stabulum laudatura Dominum se contulit, vbi Deipara multis sanctis & Angelis stipata, immensoque splendore circumfusa, eam est ad constantiam cohortata, nasumque & labia ipsi restituit. Quod vbi rescivit pater, in loco stabuli, Virginum claustrum construxit, in quo Euphemia Deo seruiens, breui quieuit in Domino.

Guillelm.
Grann. in
Spec. Exem.
diff. 9. n. 22.

Balinghem
24. Decemb.
Euphemia
Virgini nobili
nasum & la-
bia restituit
SS. Dei ara.

Annus Christi 1433.

Sequentia prodigia ad salutationem Angelicam pertinentia circà hæc tempora acciderunt. De quorum primo ita Nider qui scribebat anno 1433. Cum (inquit) Sententiarum Magistrum Viennæ legi, venit eo filius Regis Lusitani Dominus Petrus cum exercitu multo, iturus in terram sanctam, eum audiui dicentem, suo tempore in terra Saracenorum circà Sepram Africæ ciuitatem, quam pater eius paulò ante ceperat, in fonte quodam repertos lapides varios, quibus vt videbatur, naturaliter insita erant nomina nostræ fidei & incarnationis Christi, licet sparsim. Nam in quibusdam lapillis *Aue Maria*, in aliis *Gratia plena*, in quibusdam *Domine tecum*, & ita de Christi Domini incarnatione plura legebantur claro intuitu. Hæc Nider.

Nider lib. 4.
c. 6 Formi-
carij.

Prodigia cir-
ca saluati-
onem Angeli-
cam.

Quo etiam tempore cultus & deuotio ad beatam Virginem, ob sequens miraculum, Bononiæ, tempore Eugenij Papæ IV. valdè cœpit augeri. Nicolaus Albergatus, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Bononiensis, reuersus ex Gallicana legatione, Bononiæ agebat, officio vigilantis ac pij Pastoris in sua Ecclesia defungens. Assiduæ ac vehementes pluuix, necnon teterrimæ & immoderata tempestates, ferè vniuersum Bononiensem agrum deformatuerant, necnon maximam curam omnibus iniecerant, ne, vt sæpè contigerat, segetes maturescentes extinguerent. In ea trepidatione, implorata sunt cætera auxilia. Quæ cum depellendæ acris intemperiei nequicquam opis adferrent, Nicolaus Cardinalis Episcopus decreuit, vt imago diuæ Deiparæ ex aspectu eiusdem Virginis, manu S. Lucæ Euang. expressa, quæ ante complures annos Constantinopoli allata, in Templo sanctæ Mariæ Montis Guardix seruabatur, intra moenia deferretur, atque illa religiosè in pompa perlata, supplicatio de more, adhibitis sacris ac prophanis ordinibus ageretur. Ea cura deuotis sodalibus Hospitalis S. Mariæ montis cum esset demandata, ipsi 4. nonas Iulias imaginem deportarunt, atque in templo S. Marthiæ Cœnobij Dominicanarum Virginum, quæ ipsam in monte Guardix asseruabant, collocauerunt. Postero die, tertio, & quarto, Episcopus indè

Bzou. to. 16.
Ex miraculo
impetrata se-
renitatis ma-
ximus erga
Imaginem B.
Virginis que
in monte
Guardia as-
seruatur:
apud Bono-
nienses cultus
& deuotio.

SÆC. XIV.

sumptam, in processione publica cum pompa deferri, atque ad tria templa urbis præcipua ab omnibus solemnes supplicationes fieri præcepit. Hoc facto precibusque per intercessionem diuæ Deiparæ adhibitis, lux statim optata serenitatis affulsit. Vnde postea consuetudo inoleuit, ex decreto publico, religione ciuium aucta, vt singulis annis, tribus diebus quas Rogationum appellant, eadem imago Reginæ cælorum, ex monte Guardia, in cuius templo à deuotissimis sanctimonialibus perpetuò custoditur, in urbem deferatur, & in supplicationibus publicis, solemni cum ceremonia circumferatur, ad hæc vsque tempora ingentibus miraculis illustris, & toti Flamiæ, Emiliæ, Liguribus, Insubrib. Etruscis, & aliis Christi fidelibus illustris.

Ascanius
Pest.

Sed sacræ huius imaginis historiam ex Ascanio Persio describere libet. Quo tempore Orientis Imperium Comnenus Manuel, Occidentale Fridericus cognomento Anobarbus, obtinebat, vir quidam in Græcia fuit, vitæ innocentia, ac religione comprimis venerandus; quippè, qui vt diuinum numen sanctius colere, vitamque ab omni noxæ labe puram exigere posset, cum in solitaria ac deserta secessisset loca, ibi diu austerè ac duriter vixerat. Hic aliquando Constantinopolim profectus, vbi ipsam urbem inuit, recta in basilicam S. Sophiæ tetendit: in qua veneratus Deum, illustrare inde templum oculis, quæque in eo digna visu cernebantur, contemplari cœpit. Ibi inter multas Tabula visebatur, in qua imago inerat Virginis Deiparæ, in vna puerum gerentis umbilicotenus picta. Subtus autem huiusmodi legabatur inscriptio.

Quomodo di-
cta Imago ad
montem Guar-
dia delata
suauit.

*Tabula hæc, Luca Evangelista manu picta, in funum eius Montis Guardia in-
adisi. aium ferenda, ibique supra altare locata, sanctissime colenda.*

In hanc ergo defixis oculis vir solitarius, mira que imaginis eius reuerentia, ac religione ipsius animum subeunte commotus, eam pronus adorauit: deinde literas subscriptas perlegit. Hæc vbi hominem mira incenderunt cupiditate cognoscendi quisnam foret ille locus, in quem transferri imaginem iubebant, eius Fani Sacerdotes ea de re continuo adiit. Ab his responsum accepit, se à parentibus accepisse, eam tabulam summa semper religione habitam, easque literas ibi diutissime fuisse; necdum tamen, cum de monte Guardia perquisitum sedulo foret, compertum esse quicquam. Tum ille iis vltro pollicetur, si sibi tabulam concedere velint, terrarum se vsque eo peragraturum orbem, donec ad eam diem locum ignoratum reperiat, vbi ipsam deponat. Mirum sane, & vix dignum fide. Sed quid non facile euenire posse credas Deo auctore? Impetrat continuo hisce dictis, homo locorum ignarus, vt Græci eam tabulam illi commiserint. Carolus Sigonius, in eo quem de Bononiensibus Episcopis conscripsit volumine, affirmat diuino viso admonitum fuisset Eremitam, vt montem Guardia sedem illi imagini destinatam diligentius per regiones Italiæ quæreret, & reposita illic tabula, finem peregrinationi imponeret. Et obediuit ille quidem, ac imprimis Romam caput Orbis & Religionis adproperauit: credens in ea vrbe se posse aliquem via ducem inuenire, qui recta ad montem Guardia deduceret, aut saltem vbinam locorum mons ille emineret, ex fide edoceret. Nec falsus spei, aut voti fuit. Cum enim ea imagine onustus, in basilicam Principis Apostolorum conscenderet, Pascipouerus, quidam Bononiensis ciuis, ex nobili Pascipoue-

torum.

rorum familia natus, illum prætereuntem vidit, & accersito ad se homine; quid in superficie Tabulæ quam gestabat extaret percontatus, diuina permissione cognouit, imaginem sacrosanctæ Deiparentis à S. Luca depictam, Bononiensium præsidio destinari: atque mox Eremitæ, montem Guardia inquirenti, aperuit in agro Bononiensi esse, altero non nisi lapide ab vrbe eminere, in eius vertice templum sancto Lucæ extractum prostare. Credit homo inquirendi anxius, Pascipouero, montem demonstranti, & detracta ex humeris peta, depromptam inde imaginem illi tradidit: cumque ea deinde Pascipouerus illum Bononiam destinauit, & Magistratui Bononiensi, quid Eremita adferret, aperuit. Ad eius aspectum commoti fuere mirum in modum cunctorum animi, quibus diuinæ imaginis spectaculum, sacrum quendam horrorem, mistamque læticia reuerentiam incussit: quippe cum omnium Ordinum ciues pictam Tabulam, non vt ab homine oblatam, sed tanquam de cælo cernentibus ipsis delapsam esse existimarent, & tam venerabundi, quam summo gaudio exultantes exciperent. Indictæ mox tridui supplicationes, quas ornatissima pompa, & summa religione obiere, circumlato per vrbe[m] vniuersam cælesti illo dono. Ad occasum diei tertie, placuit Tabulam ad templum sancti Lucæ, quod in vertice montis Guardia prospectum in vniuersam ferè Lombardiam habet, deducere, atque supra aram maximam collocare: commissa eius seruanda cura, religiosæ cuidam ciui, ex nomine Angelicæ, quæ vna cum sociis mulieribus, religionis studio locum incolebat.

Mons iste inter primos Apennini aquilonares situs in occasum, aliquantum vergit, non multum aut obliquo, aut longo tramite ascendentibus ad cacumen peruius, cuius radices alicubi, tantum non alluit fluuius Rhenus, Bononiæ vicinus, Guardia nomen inde traxit, quod cum quotidianis ferè præliis Bononienses cum Mutinensibus de finibus contenderent; atque hi viribus impares, Parmensibus, Regiensibusque ad societatem belli adscitis, in agrum Bononiensem excursions facerent, statuit Senatus populusque Bononiensis, ne hostis imparatos, imprudentesque adoriretur, in monte habendas esse excubias, quas Itali Guardias appellant, vt aduentus eius longè prospici, & maturè ciuitati ad ipsum propulsandum posset nunciari. Ex eo mons acceptum nomen postea retinuit: ita vt excubiæ illæ custodiæque vr-bis, imago ac typus fuisse videantur, veræ huius custodiæ, quæ in eodem locata monte, vrbe[m] eandem à quocumque hoste, quin & à quocumque malo seruatura foret. Sicut autem mons ipse primus omnium circumcircà montium, quod aliqui obseruarunt, à Religiosis coli cœpit, sic non multo ante illatam illuc imaginem, S. Lucæ templum in summo ipsius iugo constructum liquet, vt esset locus præparatus excipiendæ imagini diuinitus destinatæ. Sub annum Domini millesimum octuagesimum septimum, puella quidem Bononiensis Angela nomine, paternæ domus commodis, vrbana-rumque voluptatum illecebris posthabitis, ad sanctiorem vitam à Deo vocata, clam parentes, in hunc montem prima commigravit, sibi tuguriolum quoddam manu propria ex virgultis composuit, inque eo solitariam agere vitam proposuit. Eam cum diutius parentes quaesuisent, atque tandem in eodem tuguriolo, solam, positis genibus, sublatisque in cælum manibus in

SAEC. XIV. oratione occupatam reperissent, atque adhibitis multis precibus lachrymisque nec quicquam retrahere ab instituto, aut domum reducere potuissent, sociam ei adiunxerunt quandam mulierem, eodem pietatis studio inflammata, humilemque vtrique casam ad habitandum, & parvam ad Dei cultum ædiculam extruxerunt. Hinc Angelæ ipsi nomen Exemiridis vulgo factum. Cumque religionis illius & sociæ fama indies percrebresceret, ea impulsu Canonici Regulares sanctæ Mariæ Rhenanæ, quorum in ditione mōs fuerat, vltro ipsum iis, ac cæteris quæ per successionem eas excepturæ forent, largiti sunt. Inde Angela, ad nouas capaciores ædes construendas animum adiecit; cum aliæ postmodum sociæ ad eius conuictum se contulissent: inter quas Angelica, cuius superius facta est mentio. Hæc cum Angelam non magis nomine, quam factis, & viræ sanctimoniam imitata videretur, vbi illa naturæ concessit, à sociis demortuæ sublecta, curam earum suscepit. Quæ postquam grandiori templo, & ampliori continentium ædium extructioni, quatenus haud satis ampla ferebat area fundamenta iecisset à Canonis Regularibus, quorum antecessores locum Angelæ dono dederant, factum illud in controuersiam vocantibus prohibita, suamum Pontificem ipsa adisse fertur, & ab eo, re enarrata, ius suum hoc est donationis eius (loco sibi, post peroratam vtrinque causam adiudicato) confirmationem impetrasse: nec multo post, anno scilicet millesimo centesimo quinquagesimo circiter cœptam ædificationem absoluisse. Templum ipsum à principio sancto Luca dicatum, eidem ad annum millesimum centesimum sexagesimum sacrum permansit, quo quidem anno, perlata in id imagine, & Angelicæ cōcredita, sanctæ Mariæ montis Guardie tutelare nomen accepit.

Sacra Imaginis schema.

Porrò sacre huius imaginis, hoc est schema. Tabula ipsa, in qua picta imago est, duorum in latitudinem palmorū, veterum scilicet Romanorum, ac digitorum ferme quinque, in longitudinem verò trium, ac digitorum circiter quatuor protenditur. Hæc ita ætatem tulit, vt quantum quidem patet oculis, vix dum senserit cariem; suæ ne vi naturæ, an peculiari potius eius qui supra naturam omnem est numine, incertum mihi, cui genus eius ligni ignotum. Damna etiam, an ab æuo, an ab hominibus, an vtrinque verius; in colore pusilla sunt: quippè id credimus, quod credi procliuus, tot ætatum crebrò, aut piè deosculantium, aut aliquid contrahendæ religionis admoventium appulsu, vnam, aut alteram, quam videmus in pictura labeulam non aliundè factam, alioqui pigmenta ipsa (quæ, aut ex ovo, aut ex glutino illita videntur) per tot centurias annorum, ferme vt recentia seruantur. Ea in tabula Mater Virgo cingulo tenus depicta est, puerum Iesum in sinu ad sinistram fouens, caput & ipsa eodem leuiter inclinans. Facies est non puellæ, sed maioris natu Virginis, atque adeò senescentis, neque id temerè. Siquidem post Resurrectionem, atque in cœlum Ascensionem Filij eius, excepisse eam Lucas penicillo videtur, matre videlicet, haud abdita amplius apud Christi fideles diuinitate filij nobilitari cœpta, atque vt haud dubiè habita Deipara, ita etiam visenda maximè; & vbi visendæ ipsius non esset copia, subeunte ad imaginis eius speciem, eius desiderio. Tam grandæuæ autem, appinxit puerulum Lucas, vt ex amplexu nati agnosceretur mater: cum etiam scito penicillo miscuisset, id quod inerat genuinæ venustatis

in vultu adolescentulæ, quando puerum gestauerat, cum grauitate maturioris æui, quam sanctitas venerabilem efficiebat. Collum anterius candido à pingente obiectum velo, nulla sui parte nudum apparet. Manus quoque ac vestem quo minus inspicere liceat, argentea prohibet, multis ab hinc annis imposita lamina, quæ præter faciem matris, ac faciem nati, quicquid in tabula pictum inest, operitur. Eas olim qui videre, oblongas testantur esse, & vt flauum capillum, qui nunc sub ipsa lamina lateret. Facies à fronte summa ad mentum rimum, nouem fere digitos: latitudo eius vbi maxima, sex tantum patet. Colorem habitumque oris lineamenta que non aliis quam Epiphaniij verbis à Nicephoro relatis, quibus ille formam expressis viuentis explicare queam aptius, ad eò hæc conueniunt, vt illum hanc habuisse ante oculos tabulam, in describenda dixeris. Maria, inquit, colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, ac decenter nigra. Nasus longior, labia florida, facies non rotunda, aut acuta, sed aliquanto longior. Manus simul ac digiti longiores. Hæc quidem ad vnguem expressa omnia picta tabula exhibet. Nasus porro ipse, non solum longus, verum etiam non nihil ad aquilinum accedens. Frons quoque magnitudine in partem neutram peccante, sed modicè ampla ac decens. Oculi non demissi, nec semiclausi, quales in huiusmodi iconum plerisque cernimus, sed satis patentes, ac rectè obtuentes. Litteræ subscriptæ, quas initio memorauimus, propter argenteam illam cuius paulo ante meminimus, laminam, nullæ videntur. Fides est apud omnes, imaginem hanc S. Lucæ esse opus, qui vnà medicus ac pictor, germanos vultus Christi Iesu, & beatissimæ Matris eius, Petri item Paulique Apostolorum accuratè delineauit. An vero illa sit imago, cuius Nicephorus meminit, hic non disputo, sed rem integram aliis relinquo: cum non vnâ, sed plures, sanctus Lucas pinxerit. Imago quidem ipsa in penetralibus templi, edito parietis posita loco: ita vt aræ eius principi, à qua paries ipse per angustam intereapedinem seiungitur, impendat, scalis vtriusque lapideis aditur, ligneoque pereleganti, atque egregiè picto armario, siue vt vocant tabernaculo conclusa, reliquiis cum ambientibus sanctorum compluribus, varioque ornatu decorata, religione maxima custoditur aut minore ostenditur, plurium tutelæ clauium commendata.

Cum imago ipsa miraculis inclarescere cœpisset, ea que propter ad se plurimos, non indigenas modò, verum & de proximis externos, longinquisque regionibus exciuisset, certatim propter latam sibi præsentem opem, aut quouis alio nomine votiua dona comportantes, impulit mercatores quosdam malorum materies ingentium avaritia, de imagine hac turpis lucri inire consilia, quæ vt nullum auctoribus speratum quæstum, sed grandem potius infamiam, sic contra summam imaginem ipsi peperere gloriam. Res est, Surripere hanc illi, & Venetias aduectam, Reipublicæ Venetæ magnis commutandam præmiis tradere constituerant: quasi verò quæ tantum fuerat maris ac terrarum emensa, vt sedem sibi hic in longinquo figeret, in eandem redire abrepta è proximo neglectura foret. Conscendunt igitur montem, & templum ingressi, tanquam voti rei, totum ibi diem per speciem supplicantium traducunt, & quasi pijs ipsorum comprecationibus

lib. 2. c. 23.

SÆC. XIV.

dies non suppeteret, rogant ut sibi illic pernoctare detur: & à sacris Virginitibus, quæ tum ibi degebant, facile eos ut ceteros item homines è suo ipsarum animo atque ingenio fingentibus, haud ægrè impetrant. Ergo ubi illæ cubitum iuerunt, nocte intempesta inuadunt hi in armarium, in quo tabula condebatur; sublataque inde vera imagine, subdititiam Virginis effigiem, quam ipsi attulerant, subiiciunt, Venetiasque petunt. Animaduertentem cum prima luce id facinoris Virgines. Itaque alterius consilij inopes, indicto sibi in tres dies ieiunio, mœrentes ad diuinum numen confugiunt, non sine gemitu ac lachrymis obsecrantes, ut thesaurum ipsis restitui suum velit. Mercatores ipsi à discessu nocte, cum proximè Venetiis abessent, inusitato odore in nauigio quo uehebantur afflati, unde nam ille flagraret, admirantes exquirunt. Loculos tandem surreptæ imaginis adeunt, si forte inde manaret, eoque suauissimi ac planè cœlestis odoris vim fundentes, sed relicto ibi tantum imaginis, quæ desiderabatur inuolucro deprehendunt. Stupor inde atque animi consternatio consecuta, diu mutos & penè exangues eos habuit, coniectura deinde rem assequuti, reperiuisset, scilicet prodigiosè locum suum imaginem, vno omnes accusante ore; atque execrantes quod item omnes vno animo designauerant facinus, facti pœnitentia corripuntur: & quos infamia sacrilegij fugare longius debuerat, eos magnitudo miraculi, pollicita flagitij impunitate ad Guardie montem reuocat. Ibi Virginibus rem ut acciderat enarrant, eas orant, ignoscant sibi peccatum supplicesque & procumbentes humi, veniam ac pacem à læso numine exposcunt. Illæ vero eodem die, nondum conscia miraculi, metum tamen mœroremque in spem, lætitiãque conuerterant, mox ad armarium conscenderant, & remigrasse veram imaginem, subdititia inde exturbata (quæ hodieque de templi pariete in propatulo suspensa, monumentum eius facinoris conspicitur) summa cum animi voluptate compererant.

Imago B. Virginis Montis Guardie furto abrepita, & Venetiis delata, n. d. priorum locum rediit.

Ioan. Brugm. in vita S. Lyduinæ apud Mosandrum tom. 7. Suriij. Miracula circa imaginem B. Virg. Schiedami.

Alia tunc temporis patrata sunt miracula circa imaginem B. Virginis Schiedami, quæ præterite non licet. Mercator quidam Schiedami attulerat imaginem sanctissimæ Virginis Mariæ venditurus in nundinis Antuerpiensibus. Naui igitur eam imponit, nauatæ se ad soluendam nauem comparant, sed eam nulla vi, aut ratione mouere possunt. Aduolant multi ad nouæ rei spectaculum, stupent omnes: tandem suspicantur id fieri propter imaginem Matris Dei. Orant Mercatorem, ut propter miraculum iusto accepto pretio, imaginem illic relinquat. Assentit ille, tollitur imago, & reuerenter in æde beatissimi Ioannis Baptistæ collocatur. Crescit inde amor & deuotio propter imaginem, instituitur quædam fraternitas, & illo loco quotidianæ matris Dei laudes celebrantur.

Quid autem à beata Virgine præstitum sit B. Lyduinæ dicendum est. Quadam solempni die sub meridiem, rogauit confessarium suum, & alios ut trium horarum spatio ipsam solam relinquerent. Abeunt omnes, sed confessarius clam rediit, & alicubi se abdidit intrâ Virginis cubiculum, sperans se visurum Angelum, quem ex Virginis confessione didicerat crebrò ad ipsam aduentare. Cum autem B. Lyduina se solam putaret. cœpit pro more sponsi sui commemorare beneficia, preces offerre Domino, inuitare Angelum suum. Et ecce circa horam primam post meridiem. aduenit Angelus,

Angelus, non tamen vt solebat propius ad lectulum Virginis, quæ continuis affligebatur ægritudinibus, accedit. Illa timens ne ob aliquam culpam suam id fieret, cœpit amarè flere. Angelus verò ait ad eam. Nulla tua culpa fit, quod tibi non appropinquo, sed eius potius qui hic delitescit. Et his dictis disparuit. Tum verò sancta Virgo etiam acrius flere cœpit. Ea re puffedactus confessarius eius accessit ad eam, suamque culpam confitens, promissit se nihil tale deinceps facturum. At illa tertio flens amatissimè: Itane (inquit,) etiam tu hæsitas mi pater? Nesciens ille præ verecundia quid diceret ocyus exiuit. Sed pius Dominus afflictam Virginem consolatus est. Rapta est enim ad altare, in quo imago de qua diximus, collocata est. Inde ducta per loca pœnarum, tandem ad contemplandos cœlicolas deducente eum Angelo peruenit. Quidam autem è sanctis eam hortabantur ad tolerantiam, & vt fortiter perferret omnia quæ deinceps passura esset. Sub his videt aduenire Dominam Angelorum, & mundi Dominam Mariam, dicentem sibi: Cur charissima filia ad eò inculta huc venisti? Cui illa. Nosti mater speciosissima, à ductore meo sic me huc perductam esse. Et mater Domini ad eam. Visne, inquit, capiti tuo imponere regmen quod manibus fero? At illa pauida valdè, respexit ducem suum, nesciens quid responderet, ne fortè peccaret propria voluntate freta. Tertio autem Reginæ cœli percontanti respondit humiliter: Ego Domina mea non debeo hic obsequi meæ voluntati. Dixit autem ei Angelus, Si vis tolle illud. Petit ergo illud, sed non absque multa formidine. Cum ergò ad se rediisset, beatissima Virgo Maria cum multis Virginibus apparuit ei, regmen illud manibus tenens, dixitque ei. Sæpè ex te rogavi charissima, num velis habere hoc velamen, nec tamen indicare voluisti voluntatem tuam. En ego iam impono illud capiti tuo. Sed cum è cœlo venerit, non nisi septem horis erit in terris. Dabis autem illud confessario tuo, & admonebis eum, vt fidem adhibeat donis Dei, & vt imponat velamen hoc capiti imaginis meæ. Quibus dictis euanuit. Virgo autem post actas Deo gratias, velamen de capite deposuit, & cuius formæ & materiæ esset considerauit. Deindè Confessarium ad se vocans, omnia ei narrauit. Ille verò admirabatur. Erat enim velamen illud crispum, colore cæruleo, medio inter album & viridem, testuræ incompetæ, totam domum implens odore suauis. Rogauit autem Virgo confessarium, vt imponeret illud quamprimum capiti imaginis. Illo causante tempus, quod ante horam esset, & imago loco sublimi existeret, Virgo ait: Dominus prouidebit, vt possis ingredi in templum, scalam autem ad borealem templi partem inuenies. Mira res. Egressenti domum mox illi occurrit templi custos, scala innititur, qua fretus, imposuit velamen capiti imaginis: sed ab Angelo confestim ablatum est.

Annus Christi 1434.

HVc referre licet B. Beneuentam Dominicanam, cum adhuc ignorem tempus quo claruerit. Hæc die Annunciationis (cui mysterio singulariter addicta erat ter mille salutationes Angelicas recitabat, iis addens in honorem festi, ieiunia, vigilia, & orationes. Eadem cum tantum septennis esset, quotidie Deiparæ mille *Ave Maria* offerebat. Neque extra rem est admira

SAEC. XIV.

*Velum capiti
S. Lyduina
imponit B.
Virgo.*

*Alij codices
habent fer-
rum pro ve-
lo.*

*de mulieribus illustr.
Ord. prædic.*

*Beneuentam
vt coluerit
Deiparam.*

SAEC. XIV. quod sequitur. Quodam die in templo vidit putrum admirabili specie, specie, à quo petit scirene salutationem Angelicam, quo annuente, vicissim eam rogat, an eam ipsamet teneret, postulatque eam semel recitet: paret illa. Et cum ad ea verba, *Benedictus fructus veniris tui* esset peruentum, Ego (inquit puer) sum fructus ille benedictus, quo dicto disparuit.

Balinghem
in Calend. B.
Mariæ 19.
Maij.

Simon Robanus
monitus
B. Virg. inuenit
Imaginē
eius, in Deipara
in Hispania.

In Hispania B. Virginis imago, monitu eiusdem Deiparæ inuenta fuit. Cuius inuentionis historia sic habet ex vetustissimis manuscriptis. Cum Parisiis Simon Robanus (vulgo dictus Simon Vela) versaretur, semel atque iterum diuinitus admonitus est per quietem, vt in Gallica rupe versus occidentem, Deiparæ imaginem studiosè perquireret. Qua rupe in Galliis toto frustra quærita quinquennio, in Hispaniam ad D. Iacobum profectus, & Salmanticæ aliquamdiu commoratus, diuam Virginem impensius orabat, vt sibi rupem Gallicam vbi tandem esset, certo aliquo indicio demonstraret. Haud ità multò post, carbonarij indicio, atque aliorum responsa secutus, cum ad eam rupem sylumque lætus peruenisset, post preces ibi fusas per somnum ei oblata est Deiparæ species filium in vlnis gestantis, multo lumine circumfusa, quæ iussit suam ex eo loco effossam imaginem, in summo montis apice collocari, ac ibidem templum erigi. Itaque anno 1434. die 19 Maij, imaginem effodit, effossam in tuguriolum quoddam ex lignis raptim excitatum infert. Tantaque ibi miracula statim fieri cœperunt, vt iis quotidie increbrescentibus, ei templum erectum sit, quod à Ioanne 2. Castellæ Rege, sacro Ordini D. Dominici traditum est. Situs est autem hic mons seu rupes editissima in Salmaticensis Diœcesis confinio. Hispani suo idiomate vocant *La pigna di Francia*.

Annus Christi 1435.

TVnc etiam Tolosæ, Episcopus quidam volens prædicare contrà veritatem immaculatæ Conceptionis, diuinitus fuit impeditus. Historiam ità scribit Iacobus de Voragine Archiep. Genuensis. Magister Ioannes Birelli Canonicus Aniciensis, in sermone ab eo factò de celebritate immaculatæ Conceptionis coram Synodo Basiliensi, anno Domini 1435. inter alia miracula retulit, de Domino Elia de Lestrangiis Episcopo dictæ Ecclesiæ proximè defuncto, quod cum dictus R. Pater, in vniuersitate Tolosana, in die celebritatis Conceptionis B. Mariæ, contrà hanc sanctam Conceptionem prædicare decreuisset, priusquam ascenderet ambonem, & solito more funderet orationem ante altare ad Virginem, & ibi existens, omnes rationes & puncta, quæ contrà immaculatam conceperat, subitò de sua memoria euauerunt: oppositis & contrariis in eadem fixè permanentibus. Coactusque ad confusionem vitandam, oppositum sui priori propositi prædicare. Quem casum vt sibi contigerat, quamdiu vixit, ad exaltationem Virginis, priuatim & publicè frequentius enarrauit.

Annus Christi 1436.

Iac. de Voragine. vbi sepr.

Retulit anno Domini 1436. die sabbathi 21. Aprilis R. in Christo pater, Dominus Bernardus Episcopus Montis Albani, in Concilio Basiliensi, quando prius fuit facta allegatio publicè de materia immaculatæ Conceptionis,

ptionis, qualiter eo equitante super Pontem fluuij, qui est super ciuitatem Ebredunensem, & oppidum S. Crispini, ipse pons erat ruptus in medio, & à loco super flumen vbi erat maius periculum, habens vnum magnum foramen, & eo inaduertente, equus quem equitabat, transiens ex illa parte vbi pons ruptus erat, posuit duos pedes anteriores super dictum foramen vacuum. Cumque rueret in præceps ad aquam, & iam caput equi esset quasi iam infra pontem, concussus pauore magno, inuocauit beatissimam Virginem Mariam in auxilium suum, vouens celebrare annuatim festum de sua Conceptione. Et nesciebat referre qualiter exiuit, sed statim absque lesione aliqua sui, & equi, vidit se positum in securo ab altera parte foraminis. Vnde ex tunc maiori semper cum deuotione continuauit celebrationem dictæ solemnitatis.

Annus Christi 1438.

ANno Christi 1438. cum terra pestilentia lues, Bononiam incolis exhauriens, ingentem curam omnibus iniessisset, & magistratui vrbico placuisset, ad diuinum propitiandum numen, triduo oratum ad tria templa procedere, atque imaginem diuæ Virginis Deiparæ Montis Guardia, de qua supra egimus, circumferre: re ex constituto ordine peracta, ciuitas voti compos facta, vberimum pietatis fructum recepit.

Cum id temporis obsideretur, oppugnareturque Bononia, hominesque pij vtriusque sexus, pro patriæ incolumitate, vota huic Virgini ad eius imaginem religiosissimè nuncupassent: visa est à compluribus Dei genitrix, inter sanctos Petronium, Dominicumque eius vrbis patronos, stans pro mœnibus, atque hostium aciem suo aspectu perterrefaciens ex quo eos referre pedem, atque soluta obsidione inde statim abscedere coegerit.

Circà hæc tempora, cum Nicolaus Picinninus, Philippi Mediolanensium Ducis iussu, magnis copiis in Etruriam transisset: Florentini, Veneti, & Genouenses, Franciscum Sfortiam contra illum accersere. Admouit is exercitum ad S. Mariam castellum, in agro Pisano, iam à Picinnino interceptum, municipiumque ipsum ità acriter oppugnare aggressus est, vt paucis post diebus, muris plerisque in locis frequentibus bombardarum ictibus quassatis ac dirutis, & municipes, & qui in præsidio relictæ erant milites, imperrata salute Francisco cesserint. Quid autem in ea oppugnatione acciderit, non absurdum est literarum memoriæ mandare. Cum turris quædam cæteris eminentior, quam pro arce eius municipij hostes custodiebant, assiduo tormentorum ictu quateretur, tandem inopinantibus custodibus magno fragore extra municipium corruit. Inter corruendum, eorum vnus qui in præsidio locati fuerant, Genitrici Dei Mariæ sese quam deuotissimè commendauit: & quod miraculosissimum est, ex cæteris omnibus eius præsidij tam præcipiti ruina obrutis atque obrutis, solus ipse qui campanæ pulsati in turris summitate præerat, signumque dabat, vt reliqui sibi cauerent: quoties sublatis pulteis bombardæ saxæas moles essent emissuræ: ipse inquam speculator incolumis intactusque euasit, cum admirabili omnium admiratione ac stupore. Cepit postea Franciscus compluta Lunensis & Lucensis agri oppida, & inter hæc Casanouam; in quo hoc admirabile & penè

SA. B. C. XIV.

*Bernardus
Episc. inuoca-
to Deipara
auxilio sua-
dit mortem.*

*Ascanius
Pesticus in
Hist. B. Virg.
Mōis Guar-
dia.*

*Pestis cessat
Bononia ope
Deipara.*

*Bononia ob-
fessa à B. Vir-
gine libera-
tur.*

*Simoneta de
rebus gestis
Franc. Sfort.*

*Miles quidam
Deipara im-
plorans auxi-
lium à mort-
preseruat.*

SAEC. XIV. inauditum singularis continentiae edidit exemplum.

Municipio vi capto, praedaeque militibus concessa, rapiabantur omnia, ut fieri solet, nullo humano diuinoque iure seruato, omniaque militum libidini patebant. Cumque & mulieres, & virgines, non militiae solum primoribus, sed ipsis quoque infimae conditionis famulis permitterentur, puella quaedam facie liberali ac venusta, militum manibus ad explendam libidinem trahebatur, & haec inter lachrymas crebra voce clamabat: Ego me Francisco Comiti dico. Istud audientes milites, ne Ducis iram aduersum se concitarent, abstinerunt omni in puellam contumelia atque maleficio, eamque perduxerunt ad Franciscum. Tunc & iuuentutis ardore, & corporis temperamento, ad libidinem venereasque illecebras procliuem, & militari licentia nihil se turpe ob id admissurum existimantem: is puellam intuitus, eiusque forma ac pulchritudine non mediocriter illectus, ne quid tamen admitteret, quod accusari posset, quaesivit ex ea, num ita esset animata, ut sibi morem gereret, potius quam iis prostitueretur, a quibus esset deducta? Illa, parata sum, inquit, omnibus in rebus tuae obsequi voluntati. modo me ab horum manibus eripias. Quibus auditis, Franciscus iussit eam duci ad Praetorium, atque diligenter seruari. Cumque ad multam iam noctem concessisset in cubiculum, ubi puella continebatur; eam primum rogauit rursus, an eodem esset animo quo antea in se fore annunciaffer, cumque illa in priore sententia persistens, se omnibus in rebus ei libentissime paritura respondisset, iubet ut exuta vestibus ad tunicam usque se transferret in lectum; idemque ipse continuo facit. Cumque iam in Virginem incaluisset, illa verecunda, & magna cum reuerentia, facie confestim oculisque conuersis ad proximam Virginis Matris Mariae imaginem quae de more in cubiculo seruabatur, ait. O Domine mi, per intemeratam illam Virginem Mariam Saluatoris nostri genitricem, te etiam atque etiam oro & obtestor, ne me violes, ne me incontinenter atrectes, neque virginitatem meam, quae mihi anima ipsa charior est, polluas; sed intactam potius, & nulla turpitudinis labe inquinatam sponso meo quem habes captiuum atque vinctum per tuam clementiam, & per diuinam misericordiam restituas. Haec verba Francisci animum tantoperè permouerunt, ut omnem vim libidinis illicò suppresserint, flammamque restrinxerint. Puellam tamen interroganti, quare antea, non modo non petenti, verum ne cogitanti quidem ad suam se voluptatem tradidisset: fertur non ineptè quidem illa respondisse, se vulgò iam pridem audisse, nihil apud eum esse iustitia ac pietate antiquius; quatum se virtutum spe fretam, ea pro tempore locutam, quae sibi tandem suaeque honestati vsui forent. His verbis Franciscus maiore in Virginem pietate commiserationeque commotus, iussit eam bono esse animo, quae nullam esset iniuriam passura: sed suum etiam sponsum, qui apud gregarios milites quosdam captiuus erat in vinculis, confestim assecuturam. Id quod etiam Franciscus effecit. Nam sua pecunia sponsum redemit, qui cum esset coram adductus, & tristi lachrymabilique vultu sponsam intueretur, quod putaret eam esse compressam, leniter illa verecundeque subridens: Noli inquit, sponse mi quicquam de mea pudicitia subuereri. Nam huius clementissimi Principis bonitate & gratia, eadem ipsa nunc sum, qualis eram

*Franc Sfortia
ob amorem
Deiparae Vir-
ginis, puellam
quandam in-
tactam relin-
quit.*

eram ante captiuitatem. Tum etiam Franciscus, sanctè constantissimeque iurauit, puellam, nullam à se, nec ab alio quopiam passam esse iniuriam. His sponsus auditis, sublatis ad cœlum manibus, atque genuflexo, quam maxime potuit gratias Francisco agens; Tu, inquit, Domine non fallis eam quæ de te est fama apud omnes pulcherrima. Nemo enim te vno inter homines est, aut humanior, aut elementior. Referat tibi Deus omnipotens, quæ ipsi non possumus, digna meritis tuis præmia. Iusserat interim Franciscus multam in medium suppellectilem comportari, quam ex ea municipij direptione fuerat per suos milites domesticos consecutus. Hanc cum puellæ adderet in dotem, eam illa nequaquam accepit, sed gratias agens, inquit; Maxima sunt in nos tua beneficia Princeps clarissime. Verum ego hanc suppellectilem si acciperem, iudicaret omnes vicini eam esse prostratæ castitatis mercedem. At ipsa eo sum animo, vt mori malim, quam huiusmodi fama laborare. Tum Franciscus liberali vtrosque exceptos conuiuio, eosdem laudatos dimisit.

Aliud cuiusdam militis ferè simile continentie exemplum, à Deipara summo beneficio remuneratum, narrat Vincentius in hunc modum. Miles quidam insignis, sed impudicis amoribus addictus, cum quandam violare pararet, illaque tristis esset & oblectaretur: Quid sibi, (inquit miles) vult iste fletus & resistentia? Pater tuus te mihi tradidit, pretio ei persoluto. Ad quem illa. Nox ista, nox est Sabbati, Deiparæ Mariæ cultui consecrata; & mihi quoque nomen est Maria. Insuper voui Deo ad matris eius honorem, castitatem, & iam sanctimonialis essem, nisi id patris mei egestas prohibuisset, non possum in hanc mei violationem consentire. His Deo inspirante commotus eques, mutatus est repente in virum alterum. Ne inquit, deinceps timeas. Quandoquidem nox ista sabbatina est, & vocaris Maria, & ob sanctæ istius noctis sacra mysteria, quam sibi dicatam voluit beatissima Dei mater, ego te ab omni contagione liberam dimitto: super hæc te in Sanctimonialium sacro cœtu collocabo, & quæ ad ingressum tuum necessaria sunt abundè suggeram. His dictis iter suum prosequitur ad quoddam torneamentum, quo multi conuenerant equites, ibique perimitur. Post cuius mortem, apparet Deipara puellæ isti factæ sanctimoniali, aitque equitem illum saluum esse, eo quod in honorem Sabbati ab ea violanda abstinuisset. Addidit mandatum, vt Abbatissæ suæ denuntiet, vt corpus eius ad Ecclesiam Monasterij transferat, vt ibi iuuetur suffragiis Ecclesiæ. Ne autem hæc vana inquit existimes, inuenies recentem rosam supra eius sepulchrum, cuius radiis ex ore affurgit.

Annus Christi 1439.

IN illis diebus, nempe, anno Domini 1439. cum vigeret grauissima pestis in ciuitate Basiliensi, vbi tunc Concilium celebrabatur, eo ipso, quod fuit facta Synodalis definitio declarans gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam, nunquam actualiter subiacuisse peccato originali, immediatè tota ciuitas, experimento palpabili, cælestique miraculo sensit auxilium diuinæ misericordiæ. Equidem remissa est, ac statim cessauit quæ plurimum ante vexabat pestis grauissima. Præterea eum in Conuentu Monachorum

Vincent. in
Specul. Hist.
lib. 7. c. 102.
& 103.

Miles ob amorem Deiparæ abstinens ab oppressione puellæ saluatur.

Basilea peste grauissima cessat, eo ipso quod fuit declaratum B. Virginem nunquam subiacuisse originali.

SÆC. XIV.

Ord. Cluniac. infirmarentur de dicta peste, tam de Religiosis, quam aliis personis, quasi triginta, cum recepissent huius declarationis bullam, qui erant infirmi conualuerunt: cessauitque in dicto Conuentu pestilentiae morbus.

Annus Christi 1440.

Valader in
vita ipsius.

Velum tradit
S. Francisca
B. Virgo.

S. Francisca
moritur inter
recitandum
Deipara Offi-
cium.

D. Virginis
Anic. auxi-
lium implo-
rante sanan-
tur.

Lipf. in diua
Virgin. Hal-
lens.

Mulierem à
periculo mer-
sionis & op-
pressionis libe-
ras B. Virgo.

Anno sequenti 1440. migravit in cœlum S. Francisca Romana Ordinis S. Benedicti, Congregationis Montis Oliueti, atque fundatrix Ordinis B. Mariæ Turris Speculorum. Hæc à beata Virgine multa recepit beneficia. Quadam enim die ipsi apparens, caput eius in gremio suo reclinauit, mirisque modis ei blandiebatur, eamque demulcebat. Quin etiam velum suum ex aureo panno capiti eius imposuit, aliudque ei tradidit niue candidius pro sociabus suis in testimonium quod semper eas debebat protegere. Officium B. Virginis toto spatio quadraginta annorum, numquam omisit: illudque semper flexis genibus, siue in domo, siue in Ecclesia, & in agro recitabat. Vndè cum semel recreationis gratia perrexisset in vineam suam, lesæque ab aliis subtraxisset, vt Officium B. Virginis recitaret, magna superueniens pluuia, omnes madefecit, ipsam verò nihil omninò tetigit. Et quia tam deuotè Deiparæ persoluebat Officium; inter illud recitandum animam efflare meruit. Complures post illius obitum contactu libri horarum sanctissima Dei genitricis, quo ipsa utebatur, pleureride, febribus, & aliis morbis, curati fuerunt.

Hoc etiam tempore multi variis & grauissimis infirmitatibus & calamitatibus vexati, ex remotis orbis terræ partibus, auxilium B. Virginis Aniciensis implorantes, liberati sunt.

Tunc etiam ad intercessionem eiusdem sanctissimæ Virginis, quæ apud Hallas Brabantiae colitur, duo insignia miracula patrata sunt, quæ Lipfius narrat in hunc modum.

Molitor erat, Ioannes Massardus, iuxta Abbatiam Lobiensem in Hannonia, cui vxor Catharina, eaque fœtu grauida, & mensibus vtero legitimis fere iam exactis. Molitor iste idem lignarius faber erat. Itaque per eam causam fortè egressus, molam & domum vxori commendat. Vxor sedulò officium factura, rotam molarem censet tardiuscule volui, atque aquæ inopem esse. Venit igitur repagulum ligneum leuatura, & flumen vberius admissura. Sed dum conatur, tabula siue ponticulus cui insistit, frangitur: atque in aquam ea, & sub ipsam rotam lapsa hæret. Nam rota liberam volutionem non habere, & ipsa identidem à rota premi: atque ita tum aquis mergi, tum pondere simul cum fœtu suo allidi semihoram sic amplius iacet. Sed initio lapsus diuam Virginem Hallis in mente habet, atque inuocat: quæ palam à duplici periculo, & merisionis, & oppressionis seruat. Nam maritus tandem superuenit, & miratur, molam sistere, nec circumagi, vxorem etiam requirit: cum eccè eam sub mole afflictam videt, & consternatus opem, opem clamat. Vicini accurrunt, inter eos Prætor, & religiosi etiam aliquot Lobienenses, mulierem ægrè subtrahunt certè non arbitrario mortuam, vt censebant. At illa viuam & sanam se exhibet, Sanctam Mariam in ore ingemigans, eiusque præsidio tutam se coram omnibus testata. Post dies etiam aliquot

aliquot pulchrum puerum parit, qui dies duodecim superuixit, quod omnes iure mirabantur, tanto illo rotæ pondere, ne factum quidem non dicam elisum, sed læsum.

Teneramundæ in Flandria ad Scaldim fluum Sartor opificio fuit, cui nomen Bartholomæus Broëcus, cum panni aliquid fuisset, surgit, & vestem nouam parat scindere. Acum igitur cum filo in os accipit, vt liberas manus haberet, & dum operi totus intendit, acus insertæ oblitus eam cum filamentum dimittit & deglutiit. Post factum sentit, & stat attonitus ad vxorem deindè abiens, Perij o mea, inquit, ac casum narrat. Illa vnà lamentari, & ad vicinos, deindè cognatos & medicos, opem ab omnibus aut consilium petere. Multa dicuntur, & fiunt, frustra omnis conatus est, & dies ipsos quatuor acum in corpore circumfert. Venit denique Mechliniam, vbi fratrem habebat, rei medicæ deditum, consulit & istum, & alios, purgant & medicantur: sed acum hanc inter iniectamenta nusquam vident. Fortè dies sabbati erat, & conuiuolum aliquod Medicus instituerat, fratri recreando. Producent id hilariter, & more gentis in vesperam. Ecce autem æs campanum sonat, & Medicus ad templum se infit, ad diuæ Virginis eo die solemnes laudes. Alij tamen resident: ipse Bartholomæus, cui vultus quam animus hilarior, surgit, & ad ignem solus adstat meditabundus. Incidit cogitatio, quemadmodum frater de sacra Virgine, istius inelytæ Hallensis: & statim animum eo mittit, & corpore vouet secuturum, si eius ope sit saluus. Vix dixerat: sensit in dentibus aliquid volui & implicari; digitos immisit, acum vnà cum filo eduxit. Lætus fratrem reuersum lætificauit, miraculum ostendit potius quam narrauit, & fidem à re fecit.

Aquisgrani decimo Iulij, & tredecim diebus sequentibus, ostenditur in templo Deiparæ, eiusdem sacrum indusium, idque quolibet septennio duntaxat. Quo tempore eò fit maximus concursus, potissimum verò fiebat ante hos bellorum motus, quando ex tota penè Germania, Gallia, & Belgio, maximè verò Pannonæ, Sclauæ, Saxones, Frisones, cæterique quos Carolus Magnus armis subegerat, & fidei sacre subegerat, Aquisgranum confluebant. Inter quos Hungari, Sclauones, & Bohemi in hac æde Deiparæ aras annuo censu dotatas erexerant, quo Capellanum suæ gentis haberent, apud quem quolibet septennio peccata sua ponerent, assignatæque erant singulis hisce nationibus suæ stationes ad spectandas reliquias. Narrat Meyerus (vt hinc zelus & frequentia populi agnoscat) anno 1440. tantam fuisse hominum vim ad has sacras reliquias honorandas, vt cum testa domorum conscendissent, inter eas vna nimis onerata conciderit, quo casu exanimati vni 19. & ad octoginta grauiter luxati. Extrà hæc tempora, maximè sub festum Natiuitatis Domini, maximus etiam fit Aquisgrani concursus, licet tunc sacra hæc ipsa non ostendantur, liceatque ea tantum venerari, non intueri. Natali Domini anni 1496. numerata sunt peregrinorum millia centum & quadraginta duo, & tamen constanti fama tunc vulgabatur longè plures in reliquiarum solempni ostensione adfuisse.

Acum deglutiens sartor, à Deiparæ sanatur.

Petr. Beeck. in Aquisgrano. Indusium Deip. quolibet septennio ostenditur Aquisgrani. Aliud Indusium seruatur Carnoti. In Annal. Fland. Ingens popularis concursus ad illud videndum.

Trith. lib. 2.
miraculo-
rum B. Ma-
ria Viticeti.

TVnc temporis nempe, anno Domini 1442. concursus admirandæ peregrinationis populi, & eatenus continuatæ vsque in præsentem diem ad imaginem beatæ Mariæ semper Virginis in Vrticeto extra muros regalis oppidi, Fontis salutis Heibrunnæ, tali occasione sumpsit initium. Vigesima quinta die mensis Aprilis, quæ fuit sancto Marco Euangelistæ solemnis, Clerus & populus memorati oppidi Heibrunnensis, cum reliquis Sanctorum, vt in Litanis maioribus fieri solet ordine turmatim disposito extra portam ad vicinam Ecclesiam in Bœckingen, quæ antiquitus Parochialis erat, deuotionis gratia processerunt. Stabat iuxta viam à latere paululum vltra portam vrbis in muro cuiusdam agelli, beatissimæ Virginis Mariæ sculpta imago, Iesum iam mortuum filium representans in sinu de cruce depositum, a cuius veneratione propter stratam continuè lutosam, & multitudinem Vrticarum per circuitum muri crescentium, nemo quærebatur accessum; vnde penitus in obliuionem deducta negligebatur ab omnibus; nec quisquam prætereuntium, vt nobis consuetudo est non optima, dixisset, vel semel *Aue Maria*. Vix enim, & cum difficultate videri poterat à prætereuntibus propter magnitudinem vrticarum. Sed non patiens hanc iniuriam statua matris suæ diutius omnipotens Deus, virtutem fidei Christianæ, quam ad eius facere mentionem ab æterno disposuit, in præscripto tempore, mirabili concursu populorum taliter inchoauit. Nam plebe cum Clericis ad Ecclesiam prænominatam in Bœckingen ordinata processione imaginem præeunte, nec vnus quidem homo, qui pedem in loco sisteret vrticarum comparuit. Cum verd redirent eodem ordine versus urbem tanta peregrinorum ibidem multitudo conuenerat, vt ciues verteret in stuporem. Quid dico stuporem? & non potius in metum? intesim quippe, quod ciues ipsi orationibus consuetis vacabant in Ecclesia, confluerat de viculis & pagis circumvicinis hominum plusquam quingentorum turba cum oblationibus variis ad imaginem singulari & mirando feruoris affectu B. Mariæ deuota. Hanc à longè ciues multitudinem hominum videntes conuenisse in vnum, & nescientes causam nimium animis perturbati sunt, & subordinatos vel hostes, vel insidiatores rei suæ publicæ conuenisse putauerunt. Verum posteaquam didicissent per intermissos causam tam insperati conuentus, timor conuersus est in læritiam, & stupor in admirationem. Contigit ante paucos annos, priusquam populi concursus initium sumeret ad Vrticetum, hominem quendam villanum de Einzingen, nomine Albertum cum vxore sua Cunegunde piæ deuotionis instinctu Ecclesiam peregrinando visitare, S. Genouefæ Virginis in vico Elnhoffen prope Vvinsberg: cumque in reditu ad eum locum peruenissent, in quo beatissimæ Virginis Mariæ stabat imago inter vrticas, conspicata mulier icone dixit ad maritum. Cerne vir bone, quam pulchra isthic imago stat Dominæ nostræ inter vrticas sine honore. Sistentes ambo paululum gressus secum taciti orauerunt. Oratione completa vir ait mulieri. Eamus, quia tempus est breue & longum iter, quod nobis restat ad propria. Cui mulier. Præcede paulisper obsecro, donec adhuc vnum *Aue Maria* orauero, & mox prosequar sine mora vestigia tua.

Abeunte

Abente marito stabat vxor deuota intuens quodam compassionis dolore sculptam tanta pulchritudine imaginem inter lutum, & vrticas sine veneratione contemptam. Pietatis tandem in ea viuente affectu deliberauit, & mente concludit fore bonum, si imaginem ipsam secum ferret, & in sua villa Eyfingen, vbi à populo haberetur in reuerentia, collocaret. Hæc animo reuoluens, manus extendit, & de muro imaginem extrahere voluit: & ecce vox de imagine facta est, dicens: Desiste mulier cæptis, & in meo me locello stare permitte, quoniam hinc me auferre non poteris. Multa enim in hoc loco signa virtutum, & miracula sanitarum per me diuina potestas breuiter exhibebit mortalibus. Hanc audiens mulier vocem nimio pauore correpta in terram cecidit, & amisso rationis officio, mortem quadam similitudine potius, quam vitam repræsentare videbatur. At vir eius, vbi paululum processisset sequentem, ad vrticas reuersus est, & reperit illam coram imagine veluti mortuam inter herbas iacentem. Exclamans autem, quasi dormientem de somno excitare conabatur, quæ tandem & manibus concussa viri, & voce clamantis impulsa pristinum corporis vigorem recepit. Marito interrogante an sopore fuisset oppressa, vel quid pateretur, somnum negauit, sed facti historiam, quæ sibi contigerat cum sancta imagine Dominæ nostræ per ordinem dixit. His vir auditis contemnit, & indicto mulieri silentio cæptum cum ea iter continuauit. In sua reuersi miraculum sub taciturnitate seruauere sepultum, nemini indè verbum penitus facientes. Cum autem dies Quadragesimalis aduenisset ieiunij, mulier perurgente serupulo conscientie, factum suo presbytero aperuit in confessione, & silere deberet, an proferre in publicum, mysterium consultauit. Erat in illis diebus Monachus Cisterciensis Ordinis in Cœnobio Milbrunnensi Spirensis Diocesis, nomine Ludouicus, vir sapiens, doctus, & religiosus; ad cuius consilia multi per circuitum consueuerunt habere recursum. Ad hunc Ludouicum Presbyter mulierem destinauit sibi confessam, vt eius vteretur consilio, cuius exploratam in multis habebat prudentiam. Ludouicus ergo cum audisset mulierem, dixit. Bonâ mulier, non expedit his factis leuiter adhibere fidem propter demonis astuciam, qui se nouit & potest in Angelum lucis transferre, & citò credentes enormiter supplantare. Vnde tibi consulo fideliter, vt sileas, & ea quæ audisti, nulli mortalium dicas, ne si ex aduersario fuerint, ludibrium & confusionem multorum incurras. Nam si ex Deo negotium est, non poterit impediri quo minus fiat, quod ille prædisposuit ob matris honorem ad eius imaginem, de qua loqueris, ad operandum. Quibus mulier auditis, cum suo marito domum rediit, & secretum ambo tenuerunt. Verum post annos aliquot, cum iam populi concursus ad Vrticetum magnus fieret, & plura quotidie miracula diuinitus ibidem ostenderentur, aduentantibus tunc mulier, quid olim viderit & audierit, palam cunctis retulit, & nemini verbum interroganti abscondit ad eius gloriam Patris, qui facit mirabilia magna solus. Successu temporis in loco illo insigne Monasterium constructum fuit, & Carmelitis datum. Historiam foundationis, & miraculorum inibi factorum duobus libris cõplexus est Trithemius, nos præcipua hoc ipso anno ibidem facta miracula, & ab eodẽ Trithemio scripta, in Lectoris gratiã referemus.

Ammo

SÆC. XIY.

Peregrinationis initium ad Imaginem D. Virg. in Vrticeto.

Imago B. Virginis Vrticeti loquitur.

SÆC. XIV.

Anno Dominicæ Natiuitatis 1442. erat vir quidam nobilis in altissima turri captiuus, manicisque & compedibus ferreis durissimè constructus. Hic auditum habens quanta in Vrticeto, miracula fierent ad inuocationem Dominæ nostræ, quadam die mente compunctus, & captiuitatis suæ miseria grauius attenuatus, cum nulla euadendi spes ei esset relicta, nisi Dei misericordia sola, cum gemitu & lachrymis patrocinium Dominæ nostræ inuocauit. votum peregrinationis ad eius in Vrticeto memoriam cum oblatione promisit. Oratione multis suspiriis completa manus & pedes, quod frustra sapius antea fecerat, de vinculis extrahere confidentia firmatus tentauit: cum ecce subito, quod prius nunquam poterat, beata Maria semper Virgine præsentia inuisibili ferente suffragium, vincula partim defecit, manus & pedes confestim extraxit. Quo facto, scidit vestimenta sua, & quicquid pannorum habebat ad manum, in longas petias virgulatas, & composito ex eis fune nodoso per fenestram se deorsum mittere cepit. Cumque adhuc pendens in aère, distaret à terra cubitis geometricis plus minus duodecim, funis rumpitur, cadensque deorsum super terram patrocinio suæ liberatricis ab omni collisione membrorum miraculosè præseruatur. Qui mox confurgens à terra, eadem nocte ambulauit, veniensque ad Vrticetum, cunctis narrauit opera Domini, gratias egit, votum adimpleuit. Puer quoque in Thermis Badensibus submersus, inuocata B. Virgine Vrticeti, ad vitam rediit. Alius quidam puer de vehiculo carrato cadens, & in quartam horam iacens velut mortuus, ad inuocationem Dominæ nostræ sanatus fuit.

Nobilem virum in altissima turri captiuum B. Virgo liberat.

Bestiola centum quinquaginta, inuocata B. Virg. Vrticeti, de visceribus cuiusdam excunt.

Mulierem obsessam liberat B. Virgo.

Anno Dominicæ Natiuitatis præmemorato 1442. fuit mulier quædam in noua Ciuitate, Spirensis Diocesis, quæ aquam potauerat ex quodam fonte campestri stagno foetulentum propinquo, in quo sanguisugæ fuerant multæ. Assumpto potagio cum seminario bestiolarum non penscolato, creuerunt in ventre eius sanguisugæ, à quibus per annos quatuor continuos in visceribus suis tumefacta, mirabili torquebatur cruciatu. Non erat medicus in ea regione tota, nec quisquam alius, qui aut causam ægritudinis posset dicere, aut efficacem adhibere medicinam. Mox autem vt votum vouit B. Virgini Vrticeti, sanguisugæ omnes viuæ numero 150. per os de ventre illius exierunt: & sanata est mulier ex eadem hora, gratias agens B. M. Virgini.

Fuit eodem anno Domini 1442. in Hasmasheym mulier à dæmone corporaliter obfessa. cuius malignitate haud parum torquebatur. Cuius maritus & amici post multa, licet frustra, hinc indè quæsitæ remedia, cum nihil proficerent, energumenam cum oblatione muneris ad sanctam Mariam in Vrticetum deuouerunt. Cumque venissent cum ea, sicut vouerunt, ad memoriam Dominæ nostræ in locum prænotatum, mulier ante sacram Dei parentis imaginem à dæmone est liberata, & quæ prius diabolico furore agitata insaniebat, iam mente sana & corpore, liberatrici suæ grata, rediit in propria.

Memorato anno 1442. mulier quædam in villa Zeitern in pago Kreichgavv, Spirensis diocesis, infantem peperit mortuum. Quod cum eius nunciaretur marito, valdè contristatus est, & flexis in terram genibus auxilium ipsius Dominæ nostræ summa cum fiducia mentis deuotissimè inuocauit, se quoque

quoque ad memoriam eius in Vrticeto cum ceræ talentis nouem peregrinum deuouit. Et ecce mox, vt orationis suæ verba compleuit, infans qui erat mortuus, apparuit uiuus.

Supradicto anno 1442. vir erat in villa superiori Buhel, nomine Nicolaus Cubius, cuius vxor in partus difficultate per quinque dies & noctes continuas periculosè laborauit. Cumque spes omnis deesset humani compassus, maritus eam deuouit ad memoriam S. Mariæ in Vrticis, si meritis illius fuisset à tanto periculo misericorditer liberata. Cuius preces optatum mox consequuntur effectum, statim fœmina peperit, & liberata protinus gratias egit.

Anno memorato Domnicæ Natiuitatis, puer quidam paruulus ex incuria puerili, de supremo paternæ domus pavimento cadens in terram, grauiusque collisus, in multam horam sine spiritu iacuit vt mortuus. Cuius pater nomine Nicolaus Schuraltus de Lorch magna compassione turbatus, auxilium beatissimæ Virginis Mariæ pura simplicitate inuocauit, & puerum ad eius memoriam cum oblatione in Vrticetum simplici puritate deuouit. Puer qui mortuus fuerat reuixit, sanusque surrexit: & genitor promissa impleuit.

Puerum alterum ab alto lapsum, ac tridud penè mortuum vitæ simul & sanitati pristinæ restituit. Virum quoque cæcum suis meritis illuminans claro visu donauit.

Venit quoque anno prædicto ad memoriam S. Mariæ in Vrticeto Laurentius Pistor de Harviler secum adducens puerum sexennem cum oblatione cerea quam promiserat in graui eius pestis morbo. Nam cum eo tempore pestilentia venenum grassaretur in multis Germaniæ locis, dictum quoque puerum inuasit, quem genitor memoratus deuouit ad sanctam Mariam de Vrticeto: & mox vt verba protulerat, Mariæ meritis planè sanum aspexit. Sed nimis prolixum esset singula recensere. Nam quadraginta nouem miracula ipso anno 1442. ad inuocationem B. Virginis Vrticeti facta scribit prædictus Trithemius, ex quibus supradicta collegimus.

Annus Christi 1443.

Anno Domini 1443. obiit inclytus Princeps Ferdinandus Regis Lusitanæ filius, qui singulis diebus sabbati, necnon in vigiliis festiuitatum B. Virginis, in pane & aqua ad honorem ipsius ieiunare solebat. Paulo ante mortem vidit Deiparam sedentem supra folium excelsum & eleuatum, multis Angelorum & sanctorum agminibus circumdatam. Inter quos aderant Michaël Archang. & Ioannes Euangelista, quibus erat valdè deuotus, qui prostrati ad pedes Virginis, rogauerunt eam, vt dilectum suum Ferdinandum ex miseris vitæ huius euocare dignaretur, ne malicia mutaret intellectum eius; dignumque assererent vt ipsis confociaretur, eò quod animam suam nulla vnquam peccati mortalis sabe maculasset. Tunc Regina misericordiæ, sereno vultu respiciens Ferdinandum, petitioni eorum annuit, asserens ipsum priusquam præteriret dies esse moriendum. Quod & accidit: cuius animam beata Virgo suscipiens in cœlum detulit.

Ipso etiam anno in pago Vyachalio, apud Insulas Flandriæ, Ioannes

SAEC. XIV.
Puer mortuus
inuocata B.
Virg. Vrticeti,
reuiuifcit.

Muli rem
parturientis
inuocata B. Vir-
go.

Puerum mor-
tuum ad vi-
tam reuocata
B. Virgo.

Puerum à pe-
ste sanata B.
Virgo.

Vasconfel-
lus in Ana-
cephalocsa
Regum Lu-
sitanæ.

SÆC. XIV. Cuiullerius fuit, qui binos habebat sequioris sexus liberos, paruos, tenellos, vix benè adhuc fantes; & triennium maior natu nondum attigerat. Dum ludunt, absente vtraque parente, minor cultrum reperit, & manu eum versatim iufcula videt, & verita noxam eripere conatur, eripitque sed tanta vi (altera scilicet renitente) vt sibi ipsa improuidè cultri aciem in oculum demerferit, vt pupillam ipsam perfoderit, valido ictu. Clamores, & fletus, parentes audiunt, accurrunt. quid consilij? Ioannes statim inuocat diuam Hallensem, promittit suum & filix illuc iter & piam inuisionem, si reciperet visionem. O bonitas! ô potentia! non alio remedio fanescit mox puella, & cum parentibus vicinisque (qui attestati) Hallas venit.

Annus Christi 1444.

Loer. lib. 2. c. 12. Sequitur annus Christi 1444. quo Louanij in æde D. Petri, Deipara inceptit clarere miraculis, quæ vsque ad hanc diem perseverant. In ea est Sodalitas Mariana, quæ Deiparæ pulcherrimum statuit Sacellum.

Annus Christi 1445.

Chron. Cælest. M. S. Anno Domini 1445. Christianissimus Rex Francorum Carolus VII. certissimè cognoscens diuino auxilio, Ducatum Normaniæ Anglis expulsis & deuictis se in ditionem pristinam recepisse: Cœnobium Cælestinorum in ciuitate Rothomagensi ad honorem Deiparæ Virginis erexit & dotauit. Valdè enim deuotus erat B. Virgini, & ideo ipsa adiuuante, Anglos magna ex parte Regnum suum occupantes fugauit.

Cælestinorum Rothomagensium Cœnobium à Rege Carolo VII. fundatum, ad honorem Deiparæ, ab fugatos Anglos.
Bzou. to. 17.

Annus Christi 1447.

Circà hæc tempora Salutarum ciuitate ignibus deflagante, beata Virgo in aère apparuit; neue vniuersa ciuitas confligaret, visibiliter prohibuit.

Annus Christi 1448.

Vasconcellus. Ioannis I. Lusit. Regis pietas in Deiparam. Quo tempore florebat Ioannes I. Lusitaniæ Rex, qui Deiparæ laudes & preces horarias singulis diebus percutrens, id pensum identidem aliis suadebat. Tria molitus est templa in eius gloriam; illud Bataliæ cui à victoria, aliud Olyssipone, cui ab scala, tertium Guimarauij, cui est nomen ab Oliua.

Annus Christi 1449.

Iac. de Breul. in Antiq. Parisiens. Aurifabrorum Parisiensium erga Deiparam munificentia. Parisiis anno sequenti 1449. præcipui quidam aurifabri initium dederunt piæ illi consuetudini offerendi diuæ Virgini, in æde sua ramum, Gallicè *vn May*. Collocabatur autem hic ramus suprâ columnam instar tabernaculi plures habentis facies, in quibus visebantur parua loculamenta continentia varias icones ex bysso, auro, & argento, certas exhibentes historias sacras. Quæ munificentia in Deiparam durauit vsque ad annum 1607. quando aurifabri eam commutarunt in istam. Obtulerunt nempe Virgini tabernaculum ex abiete, forma triangulari scilicet admodum fabricatum, quo imagines tres continentur, quæ quouis anno 1. die Maij mutan-

ent, veteribus in sacello sanctæ Annæ eiusdem templi locatis. Additur & ab iisdem Aurifabris ramus communis, ad memoriam antiquitatis retinendam.

Iacobus de Sirek eodem ipso anno, Archiepiscopus Treuirensis, dedicauit Basilicam B. Virginis Mariæ, ab vrbe Treuirensi tertio circiter lapide. In ea plurima sunt miracula occasione imaginis eiusdem Virginis in ea collocatæ. Quam imaginem prius Rusticus quidam vinitor, Deiparæ & castitatis amantissimus in summo stipite in loco deserto terræ infixio deuotionis suæ alendæ causa collocarat. Postea eiusdem Virginis admonite, eidem domunculam extruxit, & in eius muro imaginem hanc posuit. Vbi cum miracula plurima fierent, & innumeræ quotidie ab aduentantibus fierent oblationes, Sacellum paulo maius erectum est, & postmodum circa idem sacellum Basilica 26. passuum longitudinis ædificata. Demùm anno 1451. Ordini Canonorum Regularium S. Augustini hic locus datus est, qui Monasterium ac templum nouum ibidem ædificarunt.

SAEC. XIV.

Miracul. in
Orig. Cano-
nic. Regul.
S. Augustini.

Miracula
multa ad
Imaginem B.
Virg. in agro
Treuirensi.

Annus Christi 1450.

FLorebat in illis diebus, eximia sanctitate S. Didacus Ordinis Minorum. Hic cum circa annum Domini 1450. sub vesperum cum aliis fratribus cœnaret, factum est vt stata hora, per se campana, ictibus nouem de more signum Angelicæ salutationis dederit, quod Sacrista, cuius munus erat, facere negligenter prætermiserat. Rei admirabilitate illi obstupefacti, ad Ecclesiam accurrunt, vt viderent à quo pulsata campana esset, fores quidem clausas inuenerunt, intus verò neminem. Tum Didacus alios adhortatus ad orationem & disciplinam, ita ob pœnitentiam quam pro satisfactione negligentis Sacrista subiit, virgis se acriter percussit: vt mirum esset omnibus, quomodo tam grauium vulnere acerbissimam vim ferre ipse potuerit.

Petr. Galen.
in vit. ipsius.

Angelica sa-
lutatio diu-
nitus pulsa-
ta.

Annus Christi 1453.

PER istud quoque tempus absoluto Florentiæ marmoreo sacratissimæ Annunciatæ Sacello, in quo miraculosa B. Virginis imago, maxima populorum deuotione colitur, Petrus Medices, Guillelmum Eustonteuillanum Normandum, regio sanguine natum, ex monacho Benedictino, Archiepiscopum Rothomagensis, & ab Eugenio IV. in Concilio Florentino, ob morum doctrinæque præstantiam creatum Cardinalem, induxit, qui istud insigni munificentia & pietate renouatum consecraret. Quo scilicet tempore, nempe anno 1453. B. Petrus Ord. Seruorum B. Mariæ, centenariu maior, beatæ Virgini totus mancipatus, ab eadem optatam cœli mercedem consecutus est.

Archangel.
Gian. 3.
Gent. Ann.
Ord. Seruit.
lib. 2.

Sacellum D.
Annunciata
in Florentia
dedicatur.

Annus Christi 1454.

HIS temporibus, in diocesi Treuirensi, in loco, qui clausa Eberhardi dicitur, ad imaginem beatæ Virginis ingentia miracula parati ceperunt. Aliquis pauper colonus de villa in litore Mosellæ constituta, quæ Pizbort nuncupatur, paruum ibi tugurium fecerat, ac in eo imaginem bea-

Trithem. in
Chro. Spon-
heim.

Miracula B.
Virg. in dia-
cesi Treuir.

SAEC. XIV. *ix* Mariæ semper Virginis, filium in sinu tenentis collocauerat. Ad eam cum fierent plurima miracula, quam plurimi populi ex longinquis etiam regionibus ex eo tempore confluebant. Ex eorum eleemosynis Cœnobium Canonicis regularibus extructum, Iacobus Archiepiscopus Treuirensis confirmauit, & nouam ibidem solemniter Ecclesiam consecrauit.

Annus Christi 1455.

Chronic.
Sponheim.
Item in Dio-
cesi Herbipo-
lensi.

IN Diœcesi quoque Herbipolensi circa annum 1455. non procul ab Hippohnem, in quodam loco qui Biroclingen dicitur, in solitudine, quædam imago beatæ Mariæ semper Virginis, in quadam arbore posita, multis cœpit coruscare miraculis, ad quam maximus populi concursus factus est, & multæ fidelium oblationes impensæ: ex quibus successu temporis, Monasterium Canonicorum Regularium de reformatione Vuindesgeimensi fuit constructum, atque ditatum.

Annus Christi 1456.

Michael
Pius lib. 1. de
viris Illustr.
Ord. Prædic.
B. Ioannes
Imaginem
Deipara pin-
git genibus
flexis.
Chron. Mi-
norum lib. 4.
c. 22.
B. Gabriel
Minoritas
Deipara per-
studiosus.

TVnc quoque eximia sanctitate fulgebat beatus Ioannes Fesulanus, Ordinis Prædicatorum celeberrimus, qui semper genibus flexis iconas crucifixi, & beatissimæ Virginis Mariæ solebat depingere. Michaël Angelus Bonarota, pictorum facile Princeps, cum Annunciationis beatissimæ Virginis historiam ab eodem effigiatam, Fesulis aliquando vidisset, demiratus aliquamdiu, picturæ maiestatem, ac venustatem: Necessarium fuisse, ait, Ioannem eas species in cœlo vidisse.

In Ordine Minorum ipso anno superis iungitur B. Gabriel Anconitanus. Hunc frequentissimè visitauit Deipara, cuius erat perstudiosus. Nullum huic exercitium, nulla occupatio sapiebat magis quam meditari, loqui, prædicare sanctitatem Reginæ cœlorum, cuius etiam meritis & precibus plurima exorauit à Deo. Miraculis claruit uiuus & mortuus.

Annus Christi 1457.

Alanus in
Ros. B. Mar.
Gull. Pep. in
paruo Rosario
B. Mariæ
serm. 3.

SEd mirum mirandum quod accidit anno Domini 1457. non est præterseundum. In territorio Beluacensi, fuit quædam iuuenula apprime deuota beatæ Virgini, solebatque quotidie Rosarium recitare. Hæc igitur cum semel causa visitandi parentes, & amicos, quos in aliena parochia habebat, pergeret cum vna de sodalibus suis in festo Dedicationis Ecclesiæ illius parochiæ, obuios habuit duos terribiles lupos famelicos, quorum vnus sociam per guttur rapiens, mox iugulauit, & feruè ex integro corpus eius deuorauit. Illa ego tam stupendum factum cernens in sociam suam, mirum in modum tremebat, & angustiabatur, simile expectans de seipsa fiendum, nisi Deus desuper illi auxiliaretur. Leuans ergo oculos suos in cœlum iunctis manibus, cum quibus suam tenebat rosarium, rogat Dei genitricem, vt saltem non permittat eam à lupis occidi, antequam confiteatur, & communique. Mira res, lupo vbera eius dirumpit, ventrem discepit, viscera vorat: mox tamen à transeuntibus liberatur. Post quod triduo viuit, quo in tempore syncerè confitetur, & deuotè communicat, fiducialiter moritur: & à Dei matre in extremis visitatur, & per eam ad cœlos deducitur.

Puellam ferè
à lupo con-
sumptam: in-
columnen con-
seruat B. Vir-
go, vt confi-
tentur.

Annus Christi 1458.

ANno Domini 1458. creatur Romæ summus Pontifex Pius II. Hic præsentem Deiparæ Lauretanæ opem in grauiſſima febrî expertus; extemplò ei calicem aureum opere ac ponderis inſignem donauit. Et Roma ſe voti cauſa exfoluendi Lauretum tranſtulit, ingenti Cardinalium, procerumque Romanorum cæterua ſtipatus.

Annus Christi 1459.

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus hoc in tempore migravit in cælum. Hic Ioannem Caninum Medicum, Florentiæ commorantem, negromanticum, in diuam Deiparam Virginem latrantem, tum hæreticis dogmatis pertinaciter inquinatum, quanquam reclamantibus multis ex ciuibus, concremauit. In mortis articulo conſtitutus vir ſanctus, hæc verba crebrò repetebat, Sancta & immaculata uirginitas, quibus te laudibus efferram neſcio, incertum ad diuam Deiparam Virginem conuerſus, quæ ſe luçantem cum morte viſitaſſet, an exhilaratus, quod inuiolatum ad illum uſque diem corpus, uirgo ab omni obſcœnitatis putredine ſeruafſet.

Annus Christi 1460.

In ciuitate Toſoſana anno Domini 1460. quidam Religioſus prædicauit in Eccleſia Fratrum Minorum, beatam Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali. Finita prædicatione, ad ſacellum S. Michaëlis Miſſam celebraturus acceſſit, in qua erat imago uirginis marmorea, pulchra viſu, quæ ſtatim dum frater ille ad altare aſcendere præſumpſiſſet, imago illa facta eſt aſpectu terribilis, furibunda & irata, ab illoque faciem reuoluit, retrò uertens uultum contrà fratrem, & ſic uſque in hodiernum diem dicitur permanere.

Ipo anno 1460. migravit in cælum B. Bonifacius Epicoſopus Lauſanenſis, quondam Monachus Ordinis Cifterciensis, qui cum ſingulari affectu Deiparam diligeret, eius uidentæ & contemplandæ nimis deſiderio quadam uice æſtuabat. Nec fraudatus eſt voto. Ecce enim ſanctiſſima Deiparens, glorioliſſima Angelorum Regina, ſamulo ſuo, circumcincta fulgore apparuit. Iacebat tunc uir ſanctus inſirmitate correptus in lecto, & uidens piſſimam miſericordiæ matrem, cecidit ad pedes eius dicens: Domina mea, ſancta Maria, uiuifica me. Quæ reſpondit. Et ſanctificaui, & iterum ſanctificabo te. Et hæc dicens, uirgo diſparuit.

Quadam uice, in octaua S. Ioannis Baptiſtæ, contemplationi cœleſtium intentus, apparuit illi Regina cœli, habens coronam in capite ſuo, & pallium auro textum, & ueſtimenta uariis coloribus adornata, ducens ſecum magnum conuentum uirginum, quæ & ipſæ monilibus & cœleſtibus ornamentis ornatae erant, ueneruntque ad uifiſtandum eum, necnon & ſanctus Ioannes Baptiſta candidiſſimis indutus ueſtibus, tranſactaque magna noctis parte, omnes pariter diſceſſerunt.

Ægrotabat aliquando uir ſanctus in Natali Domini, ideòque ad uigilias Matutinas ſurgere cum cæteris non ualuit, ſed ſupra lectulum ſuum triftis

SÆC. XIV.

Balinghem
14. Aug.
Pius II. fe-
bricitans uo-
to ad D. Vir-
ginem Lau-
ret. factò, ſa-
natur.

Vinc. Mai-
nardus in vi-
ta ipſ. apud
Suet. tomo 2.
11. Maij.
Ioannes Ca-
minus Medi-
cus blaſphe-
mator in Virg.
concrematur.

Anth. de Eu-
char. in Elu-
cid. B. Virg.
Buſt. in Lect.
Officij prop-
rij B. Virg.
Carthag. de
Miran. Deip-
Imago Dei-
para marmo-
rea uulium
auris à cen-
cionatore con-
tra immacu-
lat. Conce-
ptionem
Henriqu. in
Falcic. S.S.
Ord. Cifterc.
B. Bonifacio
Epicoſo Lau-
ſanenſi appa-
ret B. uirgo.
Secundò ei-
dem apparet.

SÆC. XIV.
Item & ter-
tio.

& in cœtus iacebat, & quod ibi solus esset B. Virgini conquerebatur. Cui statim apparuit piissima Mater portans in brachiis suis desideratum gentibus, pannis involutum. Et posuit illum super lectum suum, & infans extraxit manum de panniculis suis, & eleuauit pannum de facie sua, quasi ostendens ei pulchritudinem faciei suæ. Tunc B. Bonifacius dixit. Si nihil aliud esset in paradiso, nisi facies ista benedicta; dignum esset pati omnes tribulationes, vt possemus videre faciem tuam gloriosam.

Annus Christi 1462.

Michael
Seru. in
Chron. Ord.
Seruorum.
B. Nicolai
Seruici egre-
gium sancti-
tati testimo-
nium præbet
Drip.

ANno 1462. etiam perrexit in cœlum beatus Nicolaus Aretinus Ordinis Seruorum B. Mariæ cuius sanctitati egregium testimonium præbuit eadem B. Virgo. Nam mulier quædam, ob videntes corporis dolores, assiduis precibus Virgini gloriosæ se commendabat. Ei autem in somnis adesse visus est B. Virgo dicens. Perge ad perfectum virum Nicolaum Aretinum, clarum Ordinis Seruorum sydus, addet preces vt liberet te. Exurgens illa, quænam sit Nicolaus Aretinus efflagitat. Quo reperto, tibi (inquit) Virgo Maria me sanandam tradidit. Si ab ea mitteris (inquit Nicolaus) surge, & reuertere in domum tuam. Qua erecta, sanitatis voto potita est.

Annus Christi 1463.

Petr. Galen.
in vit. ipsius.

SANCTUS Didacus Ord. Minorum, cuius supra meminimus circa hæc tempora migravit in cœlum, nempe anno Domini 1463. Hic cum aliquando iter Hispalim haberet, ad hominem diuertit fratrum Ordinis sui hospitem. Erat autem in vicinia mulier, quæ præ inopia furnariam exercebat, vt se, suamque familiam sustentaret. Habebat hæc filium annos septem, aut amplius natum, qui matris iracundia excandescens acerbitatem metuens, sæpenuero aufugere solebat. Is quodam die verberibus cæsus, domo abiit, neque est ante diem Dominicum reuersus. Tum verò timens ne à matre acerbius iterum vapularet, in futurum se abdidit, vbi somnus cum arctissime complexus est. Eo loci puerum iacere cum illa ignoraret, postera die, qui feria secunda fuit, ante lucem surgens, ignem admouit furno. Qui tam celeriter flammis exarsit, vt simul & puer horribilem in modum clamitaret, & furnus ignesceret. Eo acerbissimo filij casu mater mœsta ac mœrens, cum non esset, qui sibi opem ferret, gemitu, eiulatuque lugubri & vociferatione muliebri vicinij replebat, auxilium experens. Cui beatus Didacus, benè iuuante Deo obuiam factus, re audita, mulierem consolatur, bono animo esse iubet, hortaturque hoc maxime, vt ad Ecclesiam quamprimum properè festinet, vbi ad B. Virginis Mariæ altare supplex filij salutem & misericordiarum matri intimè commendet. Rectè momenti paruit ilicò mater pueri periculo consternata. Tum continuo B. Didacus & socius, ad furnum profecti, lignis & sarmentis incensis, illum ab omni planè illo ardore incolumen inuenerunt. Ob rei admirabilitatem, ad sacram ædem vbi mater precabatur, illum perductum, albis vestibus Canonici induerunt, in honorem B. Virginis, nemoque aderat è frequenti populo, qui illum curiosè non spectaret, tanquam è media morte mirabiliter erëptum.

Puarum illa-
rum conseruat
in incenso
furno B. Vir-
go

Hoc

Hoc ipso anno 7. Idus Martij, in humanis esse desit beata Catharina Bononiensis, Ordinem Clarissarum professa. Semel nocte quæ Christi natalem diem præcessit, quarta ipsa hora concubia, oranti in templo, diua Virgo Deipara, infantem Iesum in vlnis gestans, visibiliter apparuit: & filium illi suum amplectendum; dissuauandumque tradidit.

Tunc etiam obiit Alexander Cardinalis ex Saxoferrato Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui tertium agens annum ætatis, cum flores (vt solent pueri) sectaretur, in proximum fontem concidit. Aderat Margareta soror, triennio maior, quæ fratris lapsum conspicata, non ausa ipsa descendere in fontem, ad proximas refugit casas; vlulatuque omnia compleuit, & fratrem in fontem delapsum, opem, atque auxilium clamauit. Accurrit quæ proxima erat, matrona Diambra nomine, vbi puer, & qua parte concidisset percontata. Coniecit se in fontem: quæsitum aliquandiu, correptumque puerum suspendit in ora crusculis sublatis, vt quas hausisset aquas, refunderet. Interea mater audito vlulatu, & ipsa ad eum locum percurrit. Vbi exanimem vidit natum, vellit comam, laniat exsecatque genas, & filium nequiquam appellans nomine, eiulatus in cælum tollit. Iam horis passis ad cælum iacuerat puer. Hic mater, cui erat coma in tergum, reiecta passis ad cælum manibus, factoque in orbem gyro terram deosculatur. Indè ad templum conuersa gloriosissimæ Matris, quod procul indè cernebatur, Virginis opem implorat, filiū, si reuincat, vouet. Extemplo visus est puer primum mouere labella, mox tollere oculos, matremque appellare. Qua re attoniti, qui aderant, puerum subito ad templum deducunt: offeruntque altaribus. Hic sacratium ingressus, forte Dalmaticam vidit vestem, in cuius limbo simulachrum inerat Virginis auro intextum. Conuersus ad matrem puer, Dalmaticamque complexus, simulacrum digito ostendens. Mater (inquit) mater, hæc mihi manum porrexit in fonte, hæc opitulata est. Nec aliquanto spatio adduci potuit vt indè discederet. Id miraculi non clam fuit. Oppidani omnes, & exanimem reuixisse puerum, & quæ de Dalmatica dicta sunt, qui per ætatem supererant, attestabantur. Sacellum in fonte Virgini erectum est, miraculi monumentum.

Annus Christi 1464.

TVNC temporis, nempe 1464. Romæ coronatus fuit Paulus Papa 2. Hic Cardinalis existens, Deiparæ Lauretanæ ope à peste liberatur. In sanctum illud Lauretanum sacellum se deferri iubet, vbi dum ardentem pro salute sua precaretur, fama est ab eo in quiete Deiparam visam, vitæque incolumitatem promississe, quin & ipsum summum Pontificem propediem futurum. Quod vtrumque probauit euentus. Itaque Pontifex factus, haud immemor beneficiorum, Lauretanum templum veteri disturbato, moliri instituit, ac penè ad fastigium perduxit. Varias ei loco indulgentias impertit. Lauretanam ædem, eiusque ministros, cæterasque res ad eam pertinentes, ab Episcopi Recinetenis iurisdictione eximit, atque in suam, sedisque Apostolicæ tutelam recipit. Sacerdotibus Lauretanis facultatem dat absol- uendi peregrinos à casibus reseruat.

Hic cum Imaginem miraculosam B. Mariæ in Porticu (ea est quæ S. Gallæ

SÆC. XIV.
Flaminius in
vita ipsius.
B. Catharina
Bononiensis
apparet B.
Virgo.

Anton. cam-
panus in
Orat. Fune-
bri Alexan-
dri card. ex
Saxof. apud
Bzou. to. 14.

*Auxilio B.
Virginis Dei-
para à peste
liberatur Ale-
xander ex
Saxoferrato
quondam
Card. vel po-
tius mortuus
suscitatur.
Turfel li. 2.
c. 1. Histor.
Laurent.
Balinghem
in calend. B.
Mar. 16. Sep.
Paulus Papa
II. ope Deipa-
ra à peste pra-
seruatur.*

*Vbi supra 29.
Iulij.*

SAEC. XIV. Gallæ apparuit) in Pontificium sacellum deferri iussisset; altera die in propria æde collocata diuinitus inuenitur.

Chron. Ord. Præd. Ipso anno obiit B. Margareta Sabauda Marchionissa Montisferrati ex Ordine S. Dominici. Hæc cum podagra grauissimè torqueretur, atque Deum rogaret, vt saltem ei acutissimos illos dolores aliquantulum minueret; apparuit ei B. Virgo Maria, indicauitque filij sui voluntatem esse, vt eos cruciatus æquo animo vsque ad mortem toleraret. Itaque deinceps summa patientia dolores illos pertulit. Cum neptis eius (quæ postea Regi Cypri nupsit) à Medicis desperata iaceret, ad Christum eiusque Parentem precando se conuertit pro neptis sanitate. Nam ipsa eadem nocte qua illa moritura putabatur, apparuit B. Virgo Margareta, indicauitque exauditas eius preces à filio, neptemque sanitati restituendam.

B. Margareta Sabauda ap-
paret B. Virg.

Annus Christi 1466.

Georg. Trapezunt. in vita ipsius apud Mosandrum tomo 7. Suriij.

B. Andreas Chionita inuocato Deipara auxilio sanatur.

IN annum 1466. incidit martyrium B. Andreae de Chio, qui pro fide passus est Constantinopoli, anno 1. Pauli II. summi Pontificis. Hic mirum in modum dilexit beatam Virginem Mariam. Apud Insulam enim Chio natus, & educatus, febribus grauiter laborare cepit. Cumque iuuenis esset, calibem se perpetuò fore Reginae misericordiae Virgini Mariae vouit, si euaderet. Tunc sedatis ilico febribus, paulo post quasi ex morte surrexit, & albis se vestimentis induit, vt scilicet nunquam obliuisci posset munditiam corporis, quam Creatoris obtulit matri. Constantinopolim deinde petiit, vbi à Mahumeritis comprehensus, post carceres, ad palum nudus alligatus, flagellis atque locis caditur, postmodum ferreis vnguibus, terga quæ prius fuerant flagellata, dilacerantur. Deinde sic tortus fuit, vt nec manus, nec pedes, digitorumque articuli, nec cubiti, nec genua, in locis suis remanerent. Deinde nouo tormenti genere vexatur, Nam carnifices, cum eius humeros carnibus gladio denudassent, die sequenti, clunes etiam carnibus nouaculis spoliarunt, non subito, sed cum mora, vt doloris acerbitas magis sentiretur. Postmodum partes pedum similiter carne nudantur, similiter & suræ. Sequenti die femora exoriantur, & postera die, totum corpus à capite ad pedes verberibus caditur. Deinde capite plexus est, cum nollet abnegare Christum, eiusque fidem. Incepit autem eius Martyrium à 20. Maij, vsque ad 29. Et in omnibus illis tormentis, hoc solum clamabat; Virgo Maria adiuua me.

Deipara inuocato fortiter martyrium subit.

Annus Christi 1467.

Claconus in Paulo 2.

Miracula D. Virginis apud Viterbium.

Viterbij anno sequenti, Imago diuæ Deiparentis Mariae, in quadam quercu appensa, miracula ingentia operari cepit. Baptista Clauarius Viterbiensis, vineam habebat in pago Grazamico, secundo à ciuitate milliari, cui ab iniuriis cœli tuendæ, vt erat in sacrosanctam Deiparam pius, imaginem diuæ in tegula depictam, in vastissima quercu eiusdem vineæ appendit: ratus sanctæ Virginis patrocinio, vineam ab imbrium, ventorum, gelu, niuium illasam fore. Pependit ibidem ea imago annos circiter 40. donec quibusdam piis sceminis Mater gratiarum anno Domini 1467. secundum quietem se visendam ostendit, monuitque, viam ad quercum extatē aperirent.

aperirent, & imaginem adirent, aramque eo loci ædificari curarent: futu- SAEC. XIV.
 ram eo scaturiginem omnium gratiarum ab inuocatione sui nominis. Fa-
 ctum conscio omnium rerum Episcopo. Ara ibidem erecta, & sacrificio ritè
 peracto, cœpit mox sanctissima Virgo ingentia edere miracula, inde fama
 in circumuicina loca manare, inde confluere mortales ad consequenda be-
 neficia, quæ optarent. Inde extractum penes arborem Sacellum, deuotioni
 fidelium, inde non multo post Ecclesia amplissima, quæ & sacellum, &
 quercum tegetet ædificata, & Dominicanis Patribus, qui incolerent, vñ
 cum Cœnobio attributa, vbi ad hanc vsque diem, innumeris miraculis, in
 salutem aduentantium ab intercessione sanctissimæ Virginis manantibus,
 diua Virgo colitur.

Annus Christi 1468.

TVnc etiam nempe, anno Domini 1468. migravit in cœlum B. Elizabeth
 virgo Picinarda, quæ B. Virgini tantopere addicta erat, vt ab ea omnia
 impetrarit: tantaque familiaritate fuit, vt sæpè sæpius audita sit cum illa
 miscere sermones. Omnesque ad illam, tanquam ad miserorum asylum con-
 currebant, & Referendariam Dei genitricis vocabant, cui illa petenti ni-
 hil negaret.

Romanis virginibus tunc temporis in matrimonium collocandis Ioan-
 nes de Turrecremata Cardinalis ex Ordine S. Dominici, innumeras pecu-
 nias erogauit, & census perpetuos ad idem attribuit. Et vt res maiore cura
 ageretur, Confraternitatem instituit sub titulo Annunciatae Virginis, in
 templo Deiparæ ad Mineruam, dotandis & elocandis in die Annunciatio-
 nis puellis quam & legibus & amplissimis censibus locupletauit Sacellum
 eidem Virgini & sodalitis ornauit, dicauit, ditauit. Illudque institutum tam
 fuit Pontifici & Cardinalibus commendatum, vt illi perpetuum deinde
 Romæ morem inuexerint, singulis annis die Annunciationis, solemniſſimo
 cultu ad basilicam S. Mariæ dictam descendendi, vbi sacro ab vno Cardina-
 li celebrato, ipse Pontifex dotem puellis, sacculis inclusam distribuit, du-
 centisque Virginibus pauperibus, quæ viris se matrimonio iungere vo-
 lunt, scuta 80. donat, centum verò iis quæ Deo sese desponsare volunt.

Annus Christi 1469.

ANno 1469. dedicatur in pago Nenuz dicto, non procul Parisiis ad Se-
 Aquanam, templum Dominae nostræ Bononiensis ad mare. Ædificatum
 est hoc templum, liberalitate peregrinorum, qui Bononiam ad dictam Dei-
 paratam se pietatis causa contulerant, in quo & erecta eiusdem sodalitas, in
 quam inscriptos inuenio sex Gallia Reges. Varia etiam miracula in eo
 templo fiunt ad intercessionem B. Virginis.

Annus Christi 1470.

Circà annum Domini 1470. Iacobus Picens è Franciscana disciplina,
 pariter pietate & doctrina clarus, Euangelij præco fuit. Hunc insana-
 bilis morbus inuaserat, & animum ægritudo corporis vrgebat, quippe ea
 mali vis erat, vt nomen iuuandi sacris concionibus homines, spem præci-

A A a

Bzou. to 17.
Annal.

*B. Elizabeth
Picinarda,
Referendaria
Dei genitricis.
Bzouius in
Annal.
Confraterni-
tas Annun-
ciata Virginis.
inscripta à
Cardin. Tur-
cremata,
pro dotandis
& elocandis
puellis.*

*Gallia sex
Reges inscri-
pti in Sodali-
tate B. Virg.
Bononiensis.
Iacob. Brou-
lius in An-
tiq. Paris.*

*Chronic. S.
Franc. lib. 6.
c. 3 & 4.
Hor. Tursel.
Laurista. ff.
lib. 26. 2.*

SÆC. XIV.

B. Iacobus Picens agrotus sanatur in ada Lauretana.

B. Virgo prædicit obitum B. Iacobo Picens.

Franc. Hierascus in vita Henric. Sylviæ Gener. Carmel. Antiqua Monim. huius Monasterij quæ vidimus.

Imago Dei paræ Virg. inuenitur planctum.

deret. Ergo humani remedij inops, ad Deum, Deiparamque animum ac vota vertit. Mox quamuis afflictâ valetudine, Lauretum peregrinatorum ritu venit. Virginis cellam ingressus, inter sacrificandum cœli Reginam enixè lachrymis obortis orat, vt Iesu filio propitiato, impetret sibi corporis sanitatem, quæ sanctum eius Euangelium prædicando multis fortasse populis, saluti foret. Nec mora; oblata illi protinus est Deiparæ species, iubentis eum alia ab se petere. Nam quod peteret, esse iam datum, & Iacobus ilicò salutem sibi redditam sentit. Itaque gratis B. Virgini actis, non tam suam, quam eorum, quorum saluti studebat vicem, lætus remeat domum. Nec vna hac in re Beatæ Mariæ Lauretanæ is expertus est opem. Interiectis aliquot annis, ab importunis Diabolis, diu multumque vexatus, Lauretura certissimum malorum leuamentum, accurrit. Ante aram Virginis, non sine animi angore, sacris operatus, expertum eius auxilium exposcit: finemque tandem orat tam molesto periculosoque certamini. Audita preces. Impensus oranti, Beata Maria se rursus ostendit. Et bono animo esto fili, inquit, ac summo rerum parenti grates agito. Adest pugnae finis, & te cœlestis corona victorem manet. Prædictionem comprobauit euentus. Haud ita multo post fractæ infestorum hostium vires, læta repente secuta pax, ipse deinde cœlesti præmio donandus euocatus in cœlum.

Hoc eodem anno in pago Rocchiætæ in Sabaudia imago miraculosa B. Virginis hoc modo inuenta fuit. Pastor quidam oues suas cum pasceret, è propinquo spineto aliquoties audiuit planctum siue eiulamentum. Primum accurrere, & explorare non ausus, tandem post aliquot dies, vbi ploratum geminari audiret, accessit, & imaginem sacrosanctæ Virginis, velut lilium in medio spinarum iacentem conspexit. Tangere religiosum ducens, vt erat pietate inflammatus, ad vicinos patres Carmelitanos properauit, rem vt audierat, inueniatque, enarrauit: sed agrè fidem apud auditores inuenit. Iuerunt tandem & hi, ac spineto appropinquantes, planctum primò eiulantis audierunt; deinde imaginem quam diximus, reppererunt. Mouere, & ad Ecclesiam suam transferre conati, nihil omnino promouere potuerunt. Vnde voluntatis diuinæ, quæ eodem in loco cultum suæ Matris introducere se velle significabat, certiores facti, ibidem Oratorium extemporaneum extruxerunt. Quo loci crebrescentibus miraculis, & deuotione populorum aucta, Marchio Camberinensis magnificum Templum Diuæ Virgini superædificauit, & Patrum Carmelitarum Ordini adscripsit. Quamquam autem nihil prætermisum fuerit diligentia, vt inueniri posset, qui eam imaginem inter spinas reliquerit, tamen nunquam potuerat sciri, aut reperiri, depositor lilij tam venusti, tamque miraculosè medicati. Aliquis ex vicino Delphinatu eam imaginem ex Oratorio clam subtraxerat, & in templo quodam eius Prouinciæ reposuerat. Cæterum ista die consequenti, eodem in loco quo subtracta fuerat, per miraculum reperta est, diuina, vt piè creditur, virtute relata. Hinc maior deuotio, hinc frequentiora, maioraque miracula.

Annus Christi 1471.

SÆC. XIV.

IN temporis nempe, anno 1471. ab inuocatione sanctissimæ Deiparentis, cuius imago apud Hallas in veneratione est, aliquis vir nobilis è carcere liberatus, & Hallas porro perductus est. Rem vti accidit narrat Lipsius. Philippus Cliuius cognomento, quia ex illustri ea gente originem, sed natura, non lege ducebat, in oppido Burgundiæ noto Diuione agebat. Militiam sectabatur: neque ea prospera illi tum fuit. Nam captus à Gallis, quorum Rex Ludouicus Carolo Duci Burgundiæ bellum intulerat. abductus Vaucolorium fuit, ad Lothatingiæ fines, & turri præalta creditus, quæ cubitos 80. supra terram eminebat. Petiit ab eo lutrum, siuè redemptionis pretium, vt à viro nobili, quingenti aurei. Nimirum quantum ei visum, pro fortuna, & opibus. Itaque æger animi moriebat, & corpore etiam languebat. Die quodam sub meridiem cibus ei adfertur, nam somit, sed somnus statim eum occupat, & dormit in sequentis diei alterum meridiem, dormissetque etiam (sedens, & in vinculis) nisi custos excitasset, & ad cibum inuitasset. At ille spreuit, neque cupidus erat. Ità toto animo agitabat, & defixus hærebat in viso, quod per somnium erat obiectum. Id tale, videbatur Hallis esse, & iacere in ipsis gradibus sacelli, quod diuæ Virgini est sacratum. Ibi preces fundebat coram eius imagine, atque ea solari, & animos addere, vt breui liberando. Hoc somnium dico, cum suauiter menti obuersaretur, custodis abscessu in genua voluitur, & illam ipsam Diuam precatur, ratum firmumque id esse velit. Spei impletur, & os atripit è carne bubula, quæ esui anteposita erat, eoque velut lima vsus, (ab stulte, non stulte, quid facis? osse ferrum secas? vsus inquam statim numellas ferreas, quibus ceruix adstricta, decidere videt fractas. Idem in manicis, idem in compedibus. Et iam vinculis omnibus liber, fune, quem è laneis laneisque vestibis suis fecerat, è fenestra se demittit. Sed turris, vt dixi præalta erat, nec funis satis comperebat. Tamen fiducia diuini auxiliij pergat dimittere, & illæsus in terram saltu fertur. Iterum hic miraculum. Fugit in syluam proximam, & metu perquisitorum diem totum later, idem altero, tertioque facit, & noctes saltem itineri impendit, idque sine vilo cibo, aut etiam veste. Diua tamen tuita est, sanumque perduxit Hallas, tali illo habitu, id est nudum, & squalentem.

Ipsò anno, Romæ ad radices montis Capitolini qua forum Boarium & montem Palatinum respicit, Imago Deiparæ stupenda, eaque plurima miracula edere cœpit, & vsque ad hæc tempora edit. Quæ causa fuit, vt locus frequentatus sit, & ibi Templum B. Virgini Mariæ à consolatione sit extructum, inter præcipua vrbsis templa amplitudine, maiestate, & cultu non postremum.

Quo etiam tempore Sixtus quartus summus Pontifex Romæ creatus est. Quam fuerit propensi animi ergà Deiparam patet, quia instituit festum Conceptionis immaculatæ, item Præsentationis Deiparæ, item S. Annæ & Iosephi. Præterea nobilem ædem cum amplissimo Cœnobio S. Mariæ de populo Ordinis S. Augustini à fundamentis crexit. Templum S. Mariæ de pace de nouo ædificauit. Quod autem contulerit in ædem Lauretanam vide infra.

*Philippus
Cliuius, è
carcere à De-
para liberatus,
Hallas profici-
cisit.*

*Balinghena
in Calend. B.
Mar. 20. Iur.
Templum B.
Virginia Ro-
ma, dictum à
Consolatione,
qua ratione
extructum.
Balinghem
vbi supra.
Conceptionis
& Præsentationis
solemnitates
instituit
Sixtus 4.*

SAEC. XIV.

Annus Christi 1472.

Bzou. to. 18.
Annal.B. Ioannes Bo
ner Augusti-
nianus mori-
bundus videt
Deiparam.

PER id tempus in humanis esse desit B. Isaias Boner Augustinianus, S^r Theologiae professor, Cracouiae in Polonia natus. Hic nullibi orabat frequentius, quam ante imaginem diuæ Deiparentis, sua cura, & piorum impensis collocatam, vbi si quando in preces, & in spiritus ardorem effunderetur, magna claritate circumfusus à terra in aërem rapiebatur, quo in raptu carmen Ecclesiae, *Aue Regina caelorum*, cantare audiebatur. In mortis articulo constitutus, beatissimam Virginem Mariam Deiparam, cœtu Angelorum, & diuorum tutelarium numero stipatam, ad se venientem aspexit; & ad possessionem regni cœlestis inuitantem audiuit. Cum adhuc in viuis esset puerum iam ad funus delatum, post verba illa ad beatam Virginem Mariam, ante imaginem illam fusa, *Monstra te esse matrem*, ad vitam reuocauit. Vide Bzouium tomo 18. Annal.

Annus Christi 1473.

Herib Ros-
veid. in vita
ipſius.

THOMAS à Kempis Canonicus Regularis per id temporis migravit ex hoc seculo. Fuit à puero diuæ Virginis cultor eximius, cui stas quotidie preces solitus erat persolvere. Verum quia instabilis, & mutabunda est puerilis ætas, cœpit & in eo laxioribus velis pia hæc consuetudo nauigare. Peditentim igitur solitas orationes, atque suffragia, primo ad vnum diem, deinde ad duos, aut tres, demùm quatuor, tandem ad integram septimanam neglexit; & (quod dolendum est) postremò vniuersa postposuit. Quod dum ageret, visum est sibi in visione nocturna, quasi staret in atrio magistri Florentij; vbi dum simul cum aliis scholaribus, qui simul confluebant audiendum diuinum verbum, auidas aures ad ea, quæ dicerentur inclinaret; conspexit in nubibus cœli desuper venientem Dominam mundi, quæ dum facie decora, & fulgenti habitu ad prædictum atrium descendisset, circuiuit fratres, qui illic verbum Dei audientibus loquebantur, & nunc illum hunc, nunc illum benignè complexata, gratias eis videbatur refundere, quod tam piis admonentibus satagere viderentur, ne pretium sanguinis dulcissimi filij sui, in illis iuuenibus deperiret. At adolescens hæc intruens, & videns Virginem in mulieribus benedictam ruere in amplexus Fratrum dictorum, auidens, & æstuens, liquecens, & sperans stabat, & in ipsam amore plenos oculos detorquens, intra semetipsum dicebat; Paululum expectabo, & cum felix Virgo charitatis insignia cæteris sufficienter ostenderit, tum etiam & mihi, qui eam etsi non digno, saltem quoquo possum amore prosecutus sum, amplexum benignitatis offeret. Sed heu! quia sæpè in contrarium vadunt spes firmæ mortalium, Thomas osculum, dulce amoris pignus, sperabat, sed verbum asperæ increpationis accepit. Siquidem Virgo beata, postea quam singulos, dulcibus amplexibus demulisset, venit tandem ad Thomam, & seuerioribus luminibus, eum aspiciens: Frustrà, inquit, amplexum petis sancti amoris, hostis acerbe, qui exosa inimicitiae negligentia, malo consule fretus, debitam atque solitam mihi pensionem flammantium precum non exoluis. Siquidem vbi nunc sunt constructæ preces tuæ? quod solitæ orationes auolarunt? vbi mixta piis suspiriis pia suffragia? Nonne refrixit in

Thomas à
Kempis incre-
par. r. à B.
Virgine.

te charitas, torpuit amor, pietas quondam habita vacillauit: Et nunc tu, quasi nihil peccatum sit, stas, & audaci fronte amplexum cupis, qui argui magis meruisti: Et indignabunda vultum auertens, Abi, inquit, abi à me: quia amplexibus meis indignus censeberis, qui tam facilem precem amatâ soluere neglexisti. Atque sic iustis increpationibus laceratum relinquens, cœlis refusa disparuit. Thomas post visionem euigilans, discuit conscientiam, agnoscit culpam, & emendationem promittit. & ne de cætero Virginis beatæ frustraretur amplexibus, neglecta, dimissaque suffragia, itâ legenda rursus arripuit, vt vsque in finem vitæ suæ, nullo modo ex ea die in posterum ausus fuerit prætermittere. Ita felix reprehensio correxit errorem, amoris fœdera non nihil dirupta resarciit, ac negligentia næuum aboleuit.

Annus Christi 1474.

Quam verò circa hæc tempora beata Virgo contulerit beneficia B. Petro Carali Ordinis Prædicatorum, scribit Franciscus Diagus. Aliquando mula, quæ senio confectum ferebat, spectro à dæmone persecutor obiecto perterrefacta, hominem ephippio excusserat, perque multum viæ spatium, pede in stapede hærentem, suspensumque traxerat, ac prope eliserat. Apparuit ei diua sospitatrix, & manibus caput raptati sustentans, ac reliquum corporis à collisione defendens, illæsum seruauit. Alio tempore, ægritudine grauissima confectato, illi dæmon in figura Doctoris Theologi apparuit: ac proposita de altissimo sacrosanctæ Trinitatis mysterio quæstione, neruosis, ac subtilibus argumentis hominem propè ad infidelitatem adduxit. Cumque quid responderet non haberet, ad imaginem B. Virginis in proximo pendulam aspiciens, & auxilium deposcens, facile obtinuit. Namque imago, vultu ad illum conuerso, mentem eius cœlitus impetrato lumine illustrauit, tenebras intellectui à dæmone offusas, discussit, & ad respondendum linguam instruxit: cuius acumen Sathan non ferens disparuit.

*Beneficia in-
gentia B. Pe-
tro Carali à
B. Virgine
præstata.*

Annus Christi 1475.

Æqualis Petro, B. Clemens Caponius Minorita fuit, inter eos quos laicos vocât, ex humilitate professus. Aliquândo in exercitiis manualibus, plus solito occupatus, cum ante horam prandij pensum orationum absolueret nequiuisset, Ecclesiam ingressus, ante imaginem Annunciationis B. Mariæ genu posito, cæteris fratribus prædentibus, ipse orationibus absoluendis incubuit. Ibi verò ab eadem imagine vocem delapsam, audiuit, In Refertorium ite, cæteris fratribus sese conformaret: pergratam sibi fore bonam illius voluntatem, quando in officii charitatis, præsertim iussu Maiorum occupatus, pensum deuotionum in tempore persoluere non posset: satis illi temporis à prandio, ad ea quæ intermisit, explenda.

*Imago Dei-
paræ Virginis
alloquitur B.
Clementem
Caponium.*

Annus Christi 1476.

Hoc tempore B. Alanus Rupensis, cuius dudum suprâ meminimus, cum esset Ord. Prædicatorum, deuotionem in beatam Deiparentem, titulo sanctissimi Rosarij, vel Psalterij, variis in locis intermissam, instaurabat. Fuit Alanus aliquando magnus peccator, à multis flagitiorum speciebus va-

SAEC. XIV.

*B. Alano Ru-
pensi apparet
B. Virgo.*

*Annulum mi-
rabilem porri-
xit B. Alano
B. Virgo.*

*Rosarij re-
stauratorem
eligit B. Alano
S. Di-
ana.*

dique multa per tempora ligatus: sed à B. Virgine ad promouendam eam deuotionem electus, Dominicanisque adscriptus, vitam prius malè institu- tam, serió postea correxit. Cum ergò sanctissimi Rosarij amor, eiusque reci- tandi studium penè interiiisset: beatissima Dei genitrix, hunc Alanum eiusce sui cultus restauratorem elegit. Quare ei se conspicuam fecit, & imprimis horrendas vniuerso orbi pœnas imminere significauit, deinde de neglecto Rosarij cultu eum admonuit, quem vt totis viribus promouere satageret, rursumque sacra illius sodalitia aggregaret, imperauit. Diabolum hominum saluti inuidentem, magnis molitionibus pro illo instituto remoram iniicere conaturum, atque ipsi Alano grauiam illaturum prædixit: offerre se tamen in omnibus opitulatricem promisit: felicemque totius rei progressum sibi curæ futurum spondit. Et verò vt in hoc munere persequendo instructior esset, atque confidentior, annulum ex sanctissimi capitis sui crinibus mirabili opere contextum dono dedit: beneficium sanè rarum, atque inestimabile. Præter hæc Rosarium vnum (globulos precatorios) collo eius iniecit, ac quod omnè fidem exuperare videretur, exerto virgineo vbere, lactis copiam oranti, & contemplanti in os infudit. Ad extremum, si negligeret tam salute mundo Rosarium propagare, diuinæ offensæ, & mortis vtriusque periculum illi comminata est. Ea reuelatione affectus vir sanctus, tanto ardentio- re animo deuotionem excitauit, quanto remissiore ab ea Christi fideles de- fecerant. Nam tanta cura, atque diligentia huic prædicandæ incubuit, cum alia plaræque loca, tum maximè Septentrionalem omnem Galliæ Belgicæ oram, & Saxonū in Germania, & Britannorum vrbes perlustrans in Gallia, vt multa hominū millia breuissimi temporis spatio huic sodalitia inscripserit: præsertim subsequenter signis & miraculis, quæ ex hac orandi formula, ad intercessionem magnæ parētis, Deus in salutem omnium perpetrabat. Dolebat tenebrarum princeps diabolus, Mariam periculosi huiusce maris Cynosuram, sereno vultu splendescentem, Alani opera, discussis scele- rum nubilis, naufragantibus fidelibus commonstrari totque vbique virtutis palæstras confugia pœnitentiæ, asylum pietatis institui. Quare in ipsum primarium omnium Coryphæum bellum molitus, grauissimis illum malo- rum incendiis circumcingere voluit, iis præsertim, quæ in vasta solitudine, atque inter feras olim in frigidò, ac præmortuo Hieronymi corpore sola bulliebant. Datus siquidem fuit ei stimulus carnis suæ, qui eum acriter colaphisaret, & libidinum flammam, casto pectori subiiceret. Nec verò vnum vnicum solum fuit illud certamen, quamquam è plurimis aliis prædurum; etenim truculentus ille in varias formas se transformans, qui Iobum, An- tonium, Macarios, Paulum Eremitam, similesque complures ad insignem inuictæ constantiæ palmam exercebat, septem annos continuos, Alanum crudelitate mirabili, & aperto, vt aiunt, Marte, persequutus est. Ita verò modo horribilius spectris eum deterrebat, modo immani crudelitate dirissimis verberibus affligebat, variisque tormentis excruciebat, vt etiam ad despera- tionem prope adducere conatus sit. Ita de se, sed nomine suo, more suo sup- presso narrabat lib. postumo de dignitate psalterij, seu Rosarij B. Mariæ c. 4. & alijs. Antequam ait, ad Rosarij admirandam gratiam peruenit, assiduè can- tabat hoc canticum Mariæ, cupiens liberari à malis diaboli, carnis, & mundi,

di, & quidem à quibusdam est liberatus: sed aliis maioribus pugnis est impugnatus. Septem enim annis continuo à Diabolo fuit crudelissimè tentatus, percussus, & flagellatus: adeoque sæua fuerunt hæc verbera, vt sæpius ei vitam extorsissent, & ipse in desperationem corruisset, nisi Maria virgo eum adiuiisset. quinimò sæpius tam vehementer agitatus fuit à spiritu desperationis, vt sæpius ei vitam extorsisset; & signanter semel, nisi visibilissimè in Ecclesia Ordinis eiusdem Maria eum liberasset, subitò tentationem profugando. Manus enim illius, heultrahebatur ad ferrum, & ipso nolente flectebatur brachium cum ferro ad guttur proprium, tam validè, vt tunc se iugulasset, nisi brachium eius Regina pietatis tenuisset, alapa eum feriendo, dicens. Quid, ô miser, quid agis? Si me debitè inuocasses, vt dudum solitus es, nequaquam in tantum periculum incurrisses. Dixit, & disparuit. Sed & paulo post grauissima, & ferè incurabilis infirmitas eum arripuit, vt omnis hanc sciens indubiè iudicasset, hunc mortis vicinæ fuisse filium. Cum igitur à dæmonibus vndique agitatus, turbatus conscientia, infirmitate grauat, miserabiliter iaceret, vehementissimis suspiriis ad Virginem Mariam ita clamabat: Heu me miserum mortis filium, heu quid faciam? Cœlestia mihi repugnant. Speraui, ô Maria, me habere tuam gratiam, & ecce grauiorem vndique decidi in maledictionem. Heu me cur natus sum? Cur Religionem hanc intraui? Quò mihi valuit seruitium Dei tam durum? vbi veritas dicentis, Iugum meum suauè est? & quod non permittat tentari vltra quod possumus? Ità ille cum Iob & Hieremia clamans deficiebat; cum ecce subitò, post decimam noctis horam resplenduit claritas Dei in cella, apparuitque beatissima Virgo Maria, quæ suauissimè salutato, & colloquiis multis lactato, lethalia vulnera rigauit, & mox sana reddidit: simulque eum sibi, Domino Iesu Christo præsentè, & multis sanctis, realissimè desponsauit. Grauiora verò ista sunt, & admiranda, nec tamen hic finis, aut à tentationum turba concessa quies, etenim & à falsis fratribus. Pauli instar plurima passus est Alanus. Nonnulli siquidem viri Ecclesiastici, seu quæ ille euulgabat miracula atque eximia Virginis Deiparæ beneficia, vtpotè insolita, non admodum probabant, seu (quod interdum fit) inuidiæ stimulis agitati, iniquè ferebant, summa omnium gratulatione prædicationis palmam Alano tribui. Vndè obloqui primùm deindè calumnias texere cœperunt: tum verò concepto odio, etiam eas asserere ausi sunt, & innoxium Virginis clientem, dicam etiam (vt ipse se passim nominat) nouellum sponsum, apud Ferricum Tornacensem Episcopum impudenter criminari. Alanus verò iniquorum machinatione depressus, non nihil remissus, & minùs quam par esset, prædicandi Rosarij munere perfungebatur. Quod Christo eiusque Matri ingratum fuisse, ex eorum admonitione, & increpatione cognouit.

Cum autem (vt aliis plerisque sanctis accidit) semel ad cœlestia contemplanda animo esset icitno, & arido, eaque de causâ anxie torqueretur, apparuisse sibi, & solatium artulisse mûdi Reginam, in hunc modum scribit c. 56. Speciositatis immensæ, & ineffabilis misericordiæ dulcedinis benignissima Virgo Maria, suum addidit visitare sponsum, infra octauas quasdam omnium Sanctorum, cuius infinita videbatur pulchritudo, ad eò admirabilis, vt

*Tentationes
horribiles in-
uante Deipa-
ra superat B.
Alanus.*

*Beata Virgo
quam fuerit
familiaris B.
Alano.*

omnis

omnis mundi pulchritudo huic comparata, videretur sola esse pictura, & umbra veritatis: tantæque suauitatis, ac gloriofitatis ipsa erat in suo aspectu virgineo, tamque profunda in eloquio, vt omnium æstimationem hominum penitus excedat mortalium. Cumque iam præfatus multis clapsis antea diebus satis vagabundè officium Psalterij dixisset, de hoc supra modum dolebat, quod attentè & sapidè illud psalterium dicere non valeret. Æstimabat enim psalterium nihil sibi prodesse, cum ad idem non posset attendere, singularissimè ex dæmonum maxima tentatione, qua mente quamplurimum totus erat obtenebratus. Hunc igitur Domina nostra trepidantem, & de Ecclesia fugere volentem alloquitur, dicens: O fili ne fugias. Illic diuina tunc virtute pedes eius terræ inseparabiliter adhæserunt. Rursus Domina ad eum. Si de me, meisque puellis dubitas: signa me signo sanctæ Crucis, cunctasque mecum, quas vides puellas. & siquidem à maligno sumus, fugiemus: sin autem, fortius stabimus, & clarius tibi apparebimus, quod & fecit. Quibus præactis, Domina ad eum ait: O fili iam non dubites, tua enim sum sponsa; sciasque non sine afflictione in hoc mundo quenquam posse viuere. Nam nec ego, ne filius meus, nec alij sancti hoc habuerunt. Quinimodò te prepara sub armis fidei, & patientiæ, ad varia plusquam vnquam sustinendum tentamenta. Nec te, ô fili elegi, vt pigriteris, sed vt bella mea tanquam miles inuictus prælieris, & per amplius non terreat te ariditas mentis, quam me volente aliquibus diebus passus es. Hoc enim debes capere tanquam supplicium in pœnam pro tuis peccatis, & ad promotionem patientiæ, & virtutis atque pro salute viuorum, & defunctorum.

In eadem apparitione, Mater misericordiæ, nouellum suum sponsum, vndecim gratiarum monilibus ornauit, cum illi dixit: Impetraui tibi omnium peccatorum remissionem, nec morieris in reatu peccati mortalis: sed si offenderis, in hoc mundo punieris. 2. Do tibi, vt lucem quandam habeas semper præsentem, in qua me habebis, & videbis semper præsentem, & adiuuantem, longè clarius, & veriùs, quam si me videres, aut tangeres. 3. Do tibi gratiam impetrandi à Deo omnia postulata, quæ oraueris. 4. Do tibi sentire influentiam cælestem, hoc est lucem in membris subintrantem, réque pertrahentem ad conformitatem voluntatis diuinæ. 5. Do tibi, vt præsentialissimè sit Dominus tecum, non visione oculorum, sed fidei, & sub lumine clariori, quam sit lumen scientiæ. 6. Do tibi, vt videas in te totam Sanctorum curiam cælestem, & cum aliquo sensu, & luce illuminante sentias. 7. Do vt audias loquelam meam, & Sanctorum. Nec vox ista est corporea, nec phantastica, sed quædam alta, clara, distincta, mentem efficiens, & erudiens. 8. Do tibi scientiam, non humano ingenio acquisitam. 9. Do tibi, vt mulieres nunquam tibi noceant ad luxuriam, quantumcumque pulchræ. 10. Do tibi benedictionem in sermone tuo, vt sentias inde Christum loquentem, ea quæ debes loqui. 11. Do vt sentias in corde tuo filij mei vitam vniuersam, & in te lucem confortantem ad omne bonum, pellentem omnem accediam, & passionem.

Huic viro Dei commoranti in Picardia, oblatu fuit homo, quem etiam malus genius sedem sibi elegerat, tantumque torquebat, ac distrahebat, vt neque funes, neque catenæ ad coercendum illum sufficerent. Ad exorcismos

Gratia & benedictio ducem Alano à B. Virgine impetrata.

Ecclesiæ solennes, res deducta fuit; sæpè usurpati & iterati sunt, sed frustra. Tandem Alanus Rosarium suum collo possessi appendit, dæmonem eiecit, & hominem instar agni mansuetum dimittit.

Ipso anno, nempe 1476. migravit in cælum B. Iacobus de Marchia Anconitana, Ordinis Minorum. Qui cum quadam die prædicaret contra peccata carnalia, quidam ex adstantibus multipliciter iis implicatus, existimans quod contra ipsum inueheretur, proposuit occidere illum, assumptisque armis, expectatum iuit virum Dei in via publica, qua iter facturus erat. Videns autem quod moram faceret, ingressus est paruum quoddam Sacellum B. Virgini sacrum, in quo erat imago eiusdem, tenens in vlnis dilectum filium suum Iesum, quæ vultu minaci & iracundo, pessimum illum alloquens, dixit. Quid hic stas pessime & nequissime? Nunquid occidere vis feruum meum? His auditis, statim corruit in terram semimortuus, quo etiam temporis momento, vir Dei illac transiit. Sequenti die, inuentus vir ille semimortuus, & delatus in Xenodochium, per tres menses iacuit ægrotus. Postquam vero conuauit, perrexit ad virum Dei, veniam petit, & miraculum narravit.

Ordinem quoque Prædicatorum B. Elsa Indus illustravit, cuius hic mentionem faciam, cum adhuc ignorem tempus quo claruerit. Hic cum ad Regem Abassinorum proficisceretur, ad conuincendum hæreticum, qui malè sentiebat de beata Virgine, negans ei honorem Matris Dei, visus est in oratione quam fundebat ad prosperum itineris exitum consequendum, eleuatus cum equo à terra aliquot cubitis. Itaque hæreticum conuicit. Sed cum ille nihilominus in errore persisteret, Regis iussu quatuor leonibus famelicis traditus est, qui momento eum deuorant. Sed cum id egerrimè ferrent nonnulli, qui in eodem errore versabantur, petiere à Rege, vt B. Elsa etiam ipse traderetur Leonibus, ac tum denuum omnibus palam futurum quid de ea re tenendum sit. Videns igitur Rex rem ad seditionem tendere, rogauit beatum virum, & ad eam sedandam, veritatisque confirmationem pateretur se leonibus etiam obiici. Quod ille non grauatè concessit, & postquam se crucis signo muniisset, in mediam leonum turbam se coniecit, Quo viso portento Rex, & proceres, immortales Deo, Deiparæque egere gratias.

Annus Christi 1477.

IN Cracouia tunc temporis, cum quidam Lector nomine Paulus, prædicaret contra immaculatam B. Virginis Conceptionem, nondum finito sermone, cecidit, & expirauit, vt testatur Henricus de Hassia.

Eodem tempore, & anno 1477. in festo diuæ Annæ, fulgure in dormitorio Monasterij Ternarum Ordinis Cælestinorum ruente, ac fasciculos pro fratrum necessitate illic repositos concremante, totius Monasterij consumptio & conflagratio imminere videbatur. Iam enim ignis Turrim diui Benedicti, necnon coquinæ ædificium inuaserat. Sed Deus miraculosè precibus B. Virginis cui hoc Monasterium consecratum est, pluuiam fortem, & imbrem copiosum in medium ignis immisit: sicque finem incendium acce-

BBB

SÆC. XIV.
Rosarium B.
Alani pellit
dæmonem.

B. Virgo à
morte præser-
uat B. Iaco-
bum de Mar-
chia.

Balinghem
in Calend. B.
Mat. 16. Au-
gust.

B. Elsa inter
Leones degie
illatus, ad
conuincendos
hæreticos ne-
gantes B. Vir-
ginem esse
Matrem Dei.
Bull. in Mat.
1. p. scim. 7.
p. 2.
Ex antiq.
Monimentis
Monasterij
Ternarum,
& Chronic.
M.S. Ordin.
Cælest.

Ternarum
Ord. Cælest.
Monasterium
conflagrat,
sed precibus
Deiparæ in-
cendium ex-
tinguitur.

SÆC. XIV.

pit. Huius calamitatis causam nonnulli dicebant, quod videlicet minus sufficienter diuæ Annæ festum fuisset celebratum.

Ipso anno cum fulgur in villam quandam in Combrallia sitam cecidisset, ac vniuersa igne cremarentur; mulier quædam, Deo, & Christifera Virgini, necnon S. Eutropio vouit, quod si bona sua seruentur illasa, quolibet anno vitæ suæ Monasterium Cœlestinorum B. Mariæ Ternarum, situm in Marchia Galliaë visitaret. Sicque ædificiis cæteris flamma consumptis, domus eius, & cætera bona conseruata sunt.

Tunc temporis vita sanctus est Pater Andreas Noorth Dominicanus. Hic sedulo beatissimam Virginem rogabat cum lachrymis, vt illum non pateretur mori nisi in festo eiusdem. Igitur ingenti correptus ægritudine asseruit fratribus, se in festo Assumptionis eiusdem moriturum. Quod & factum est.

Annus Christi 1478.

PER id tempus Bononiæ, initium habuit Ecclesia SS. Virginis Deiparæ ad Galeram nuncupata, ex hoc miraculo. Vicus erat dictus Galera, & in eo domuncula quædam vilis: in cuius porticu extabat imago diuæ Deiparæ. Pestilentia laborabat ciuitas, & in ea aliquis pauperculus apostemate mortali percussus, iam cum morte dimicabat. Prorumpens illac, & ad imaginem oculos attollens, supplices preces Virgini, pro valetudine deplorata, neque sine fructu perrexit. Vix enim orauit, cum vniuerso morbo præter expectationem leuatus, sanus, incolumisque euasit. Quo per urbem diuulgato, nonnemo à contagione infectus, vel aliis morbis confectus, vbi votum ad diuam Virginem concepisset, sospiratem recuperauit. Indè ciues religiosissimi collato ære templum suæ liberatrici condidere, Sodalitatemque nobilitatis instituere, qui illuc statis diebus conuenirent, atque stipem in indigentes, sed mendicare erubescences, colligerent, atque erogarent. Continuanit illo loci ad hæc vsque nostra tempora, Virgo potentissima, miracula in salutem accedentium patrare.

Annus Christi 1479.

IN illis diebus, Sixtus Papa quartus Sodalitatem Rosarij iamdudum ab aliiis Summis Pontificibus approbatam, ob obrectatorum maledicta contra ipsam Sodalitatem, sacrumque illud & diuinum institutum, iterum approbauit & confirmauit. Ipse etiam est, qui solemnitatem Conceptionis B. Mariæ, vbique solemniter celebrari voluit, officiumque à Bernardino de Bustys compositum approbauit.

Ipso anno migravit in cœlum B. Ioannes Sahaguntinus, aliàs à sancto Facundo Ordinis Eremitarum S. Augustini, cuius nos vitam prolixius descripsimus in Choro Sanctorum. Parentes eius, licet omnibus affluerent bonis, attamen sterilitatis non carebant opprobrio. Cum autem essent pij, vigiliis, ieiuniis, orationibus, & eleemosynis ardentè insistebant, quatenus tantum malum Deus ab eis remouere dignaretur. Vt autem facilius petita acquirerent; ad B. Virginis Mariæ præsidium confugerunt: quorum precibus annuens, dignissimam eis prolem impetrauit, beatum scilicet istum Ioannem.

Quo

Mulier inuocata B. Virgine, domum & omnia bona sua, ab igne illasa recepit. Hyacinth. Choquetias. Andreas Noorth Dominicus optat mori in Assumptione & impetrauit.

Pomp. Vizan. Hist. Bonon. lib. 8.

Ecclesia B. Virg. ad Galeram in. iiii. Peste infecti sanantur à B. Virgine.

Rosarij Sodalitas confirmatur à Sixto Papa IV. Vide vitam eius in nostro Choro Sanctorum. B. Ioannem Sahaguntinum impetrans parentes à B. Virgine.

Quo etiam anno, vitæ finem imposuit Joannes 2. Aragoniæ Rex. Hic Virgini matri impensè deditus erat, omniaque eius festa summa cum diligentia colebat. Festum immaculatæ Conceptionis celebrari summa cum veneratione præcepit, & ne quis eam in peccato originis conceptam, neque publicè, neque priuatim assereret, cauit.

Tunc temporis occasione Turcici exercitus qui iam Rhodum versus tendebat, transfertur Rhodum imago quædam Deiparæ, quæ in loco quodam & colle vicino, non solum ab incolis, sed ab aduenis etiam colebatur. Eadem imago cum aliis reliquiis, & suppellectile sacra magni pretij, fuit postmodum translata Melitam, ibique in Ecclesia conuentuali D. Ioannis Baptistæ collocata, vbi & magnam habet venerationem.

Annus Christi 1480.

Rhodum tunc temporis, nempe anno Domini 1480. Turcæ obsidentes à beata Virgine fugati sunt. Historiam narrat Philippus Bergomensis in hunc modum. Mahumetus Turcarum Imperator, ingentem classem, & maximam bellatorum vim, cum plurimis & maximis tormentis in Rhodum expeditionem fecit, & per tres menses urbem bombardis, aliisque missilibus indefinenter per Duces suos laceravit. Cum autem propè esset vt ingrederentur, Rhodienses milites posuerunt ad fractionem muri, vexilla Christi, beatæ Virginis, & sancti Ioannis Baptistæ: statimque apparuit quædam Virgo pulcherrima in vestibus & armis albis, cuius aspectu terrii Turcæ fugerunt, multique eorum perierunt.

Hoc anno tumultuantibus inter se Perusinis cum Senensibus, de possessione Annuli pronubabilis sacrosanctæ Deiparentis, Sixtus Pontifex Max. controuersiam de re omnium pretiosissima, dirimere conatus est, datis Apostolicis literis. Sed operæ pretium est totam historiam huius annuli & controuersię exponere, quam Ioannes Baptista Laurus Perusinus, Prothonotarius Apostolicus, luculenter descripsit in hunc modum.

Omnium primum satis in aperto est, in nuptiis contrahendis non apud Romanos modò, aut Græcos, verumeriam apud antiquissimos Hebræorum, vt esset fidei, & amoris coniugalis argumentum, Annuli, quem sponsalem, ac Pronubium appellarunt, inoleuisse vsus. Nam de signatorio, atque honorario vulgatiores res est, quam vt hoc loco commemorari debeat, ac militatum quidem ad sponsas arræ nomine à sponsis, ferreum, gemmeum, aureumque, passim ex veterum monumentis intelligimus, adduntque illud præterea non tam vt ornatus gratia gestaretur, quam vt eodem coniugali, tanquam sigillario, adseruata domi ab vxoribus potiora quæ obsignarentur. Cæterum mansisse, & prisco seculo, apud vetustioris instrumenti studiosos in confesso est. Cum enim occupatos superstitione animos, Moses pœnitentia & expiatione liberandos docuisset, Arcæ fabricam, in qua lapidæ includerentur Tabulæ palam edixit. Igitur cum suppellex varia ad Tabernaculum conficiendum, & ad cæremoniarum cultum quæreretur, lapides etiam Onychini, aliæque gemmæ ad ornatum sacerdotalium indumentorum congestæ sunt: & conferim viri vnà cum mulieribus, armillas, in aures, annulos, ac dextalia præbuere. Huc accedit, quod cum populum, &

SAR. XIV.
Marineus
Siculus.

*Alphonsus
Aragonia
Rex. quid statu-
erit ad hono-
rem Deip.
Iacobus Bo-
sius in Hist.
militiæ D.
Ioann. Hie-
rosolym.*

*Philip. Ber-
gom. in Sup-
plem. Chro.
ad an. 1480.
Hist. Eccles.
Carnot.
Rhodum obsi-
dentes Turcæ
à B. Virgine
fugantur.*

*Bapt. Laurus
in Comm de
Annulo B.
mar. Virg.
Annuli pro-
nubalis B.
Virginis histo-
ria.*

SAEC. XIV. Principes, Isaias, ac Dominus verbis acrioribus castigasset; ne mulieres à scelere & crimine sese alienas esse arbitrarentur; ob quarum delicias, & luxuriae inquinamenta, exactores, Domini vineam miserè depasti fuerant: minatur & iisdem ablaturum se omnia vestium gemmarum, auriq; ac monilium ornamenta: in his mitras, discriminalia, & annulos. Vt Iuditha muliebrem mundum silentio pertranseam, quæ tantisper ob defunctum vitam comparem, orbitatis oblita, ad prosternendum tyrannum, omnibus incuntis matrimonij quasi telis se splendide obarmavit. Iam procedente tempore nubentibus Hebraeis, si nolissent annulum, quiduis adhibendi, quo oblectaretur vxor, vel si teruncium maluisset, potestas fuit. Vbi verò nuptialis orbiculis arrisisset, is ex ferro, aut Onyche conflatu totus, nulloque in palam lapillo inferto, ad antiqui victus parsimoniam, & frugales mores indicandos, æquabilis vnde quaque connubiis celebrandis opportunus, vt in præsens aureorum fert consuetudo, putabatur. Ergo vbi præpotentis Dei consilio, à summis Hierosolymitani Mystagogis, de Maria Virgine in matrimonium elocanda relatum est (trimula enim eo illata, nobiles iam attingerat annos: ac nefas erat intra delubri septa vnà cum Sacerdotibus obseruari diutius) eandem perenni virginitatis voto Deo obstrictam, viro profus ad custodiendam ipsam facto, qui foret Mariæ contribulis, atque ex Davidis stirpe, oriundus Iosepho peregrinationis, ac laborum futuro socio, addixerunt: prodigiosa istud indicante virga, in cuius fastigio lapsa (vt aiunt) è cælo columba confedisset. Quamobrem homo egentissimus, vt patrimonij, copiis vel exilibus carebat, ac lignario opere quæritate sibi in die victum cogebatur, nullum ad contrahendas hæc nuptias paulò pretiosiores, qui & commodum se in id obtulerit, nactus est Annulum.

Atque hic planè verus, nequaquam per speciem intercessit: quod de iis annulis fertur, quibus sæpius in adiungendis sibi mystico connubio Virginitatis Christum fuisse usum legimus: vt in SS. Agnete, Ofanna, & Catharina Senense virginibus Dominicanis, atque Alexandrina. Neque item eius est generis, quo sanctus Ioachim, Annam Mariæ parentem sibi matrimonio copulauit, & seruat Romæ apud diuæ Annæ sanctimoniales. Argenteus enim ille est, rudis admodum. Consurgit pro palla vasculum, in quo vitrea, seu crystallina includitur gemmula, maculis circumcingentibus nigris in medio pellucida, superficie duntaxat: interius opacitate ingreſcit. ex qua imago, velut è speculo resilit. Hoc hebetes, & caligantes oculos, quibus dicato ipsi die admoueri consuevit, plurimum iuuari tradunt. Nec annulum denique missum è cælo aliquem quisque putet: quemadmodum receptum nube aliquandò, illucque sublatum in martyrio SS. Hemeterij, & Chelidonij Calaguritanorum, Aurelius Clemens tradidit.

Enimverò regionis genio potiùs, quam locupletioris alienius liberalitati, qui ad virginum connubium est adhibitus: animo tenuissima in re diues, retulit acceptum Ioseph, Damascum Syriæ Alabastritis lapis, sicut Palæstinam, qua contingit Arabas, vberimè commendat Onyz prior ad vasa vnguentaria conficienda effoditur: potiora ex altero, necnon amphoræ, & columnæ excinduntur transit & in gemmam, quæ humani vnguis similitudinem amulatur, popularis materia est, & efficti ex ea annuli, quàm minimè

minimè æstimantur. Hoc ex genere censetur iste, quem alij Sardonychen, & Calcedonium transnominauerunt. Illud quoque propè est omnium approbatione vulgatum, gemmeo in calice, qui Valentia adhuc visitur, Christum Dominum Eucharisticum sanguinem, vt aliquem materni annuli rationem duxisse videretur, consecrasset. Hunc certè talium æstimatores acerrimi maluerunt Calcedonium. In his Paulus III. Farnesius, qui per causam extruendæ Perusinae arcis, Perusiam quotannis commigrabat, semperque explorata gemma recedebat. Ioannes Baptista Castaneus, Rossanensium Archiepiscopus, quamdiu Perusia, Umbriaeque imperauit, quem postea Urbanum VII. agnouimus: & Ferdinandus Gonzaga Mantuae Dux, haud semel ea Etruria parte perlustrata. Sensere idem alij viri Principes, gemmarumque peritissimi insitiores, ea vtique religionis ergò inspecta, & curiosè salutata. Igitur Arabico, seu Palaestino lapillo in subarrhanda Virgine vsus est Ioseph, quem insertum Aaronis Rationali, siue Oraculo (ita Græci interpretabantur, ob eximium 12. gemmarum fulgorem, quo belli prospera populo prænunciabantur) seni pietas fecerat venerabiliorem. Cumque pronubale annuli fidei signo, nimirum coniunctis dexteris, insculperentur, quòd esset mutui fœderis inter coniuges argumentum: ad hunc per coniecturas adrepimus; cum notæ nescio cuius, quæ in annuli dorso subleuetur, euersum penè vetustate vestigium intermicet: sic vt Apirona non absurdè voces, hoc est carentem funda, & absolutæ rotunditatis artificio concinnatum.

Etenim flos permultis est è calice erumpens, aliis duo semiclustri flosculi, sponsi virgam indicantes. Sunt, qui binos parent oculos, vigilantia, humilitatis, aut prodigæ in omnes benevolentia testes. Caput alij sermo redimitum, quòd sit Dauidis, à quo sui fontem generis amplissimi coniuges deriuarint: aut character denique, qui temporum iniuria apud Hebræos abolerit. Nemo enim ignorat, Esdræ Iudæorum literas immutasse, nouosque characteres, ne cum populis Samaritanis ipsi congregarentur, inuexisse. Cumque post emendatum Moseos volumen, ob gentis Israelitica captiuitatem, fieri non posse animaduertent, vt per manus tradita à maioribus leges, ad posteros peruenirent incolumes, foreque ex eo, vt quæ diuinitus Symmista peteperant, per negligentiam, & ignorationem interciderent, coactis in Synedrium LXX. sapientibus, aduocatisque exceptoribus, quæ quisque de legis mysteriis memoriter recitaret, Esdræ iussu conscripta sunt: atque hinc LXX. libri scientia Cabala, siue doctrina secretioris, in quibus intellectus vena, & sapientia fons occultaretur, promanarunt: quos incredibili studio à Sixto IV. perquisitos, & Reipublica Christiana bono, Latinis literis reddi ceptos, importunus Pontificis obitus indignè subtraxit. nostraque tempestate, tanti apud Hebræos sunt, vt ad eorum cognitionem cuiquam, nisi quadragenario aspirare non liceat.

Sed profectò, quæ de Sphragidophylacio annuli in medium attulimus, coniecturis pleraque inniuntur. Istud certò certius, ex Pelbarti voluminibus, quæ eidem Sixto Pontifici dedicauit, dicimus, conclusam ibi fuisse Amethysti particulam: nisi ex Amethysto malimus totum, quod est vero propius, quæ est sculptura facilis, neque ita præstans existimaretur: quippe in ea Arabia gigneretur parte, quæ finitima Syria, Petrea vocatur, omninò

SÆC. XIV.

longè sordidior, viliorque Indica Amethysto, quam gemmarij nobiliores, cæteris quæ in Thaso, Cypro, Armenia minore, Ægypto, & Gallia reperiuntur, prætulere. Nam recentiorum quorundam placita scitis Hebræorum aduersantia profus repudiauerim: qui annulum aureum, in cuius palapuniceus esset calculus, à Deipata complures annos gestatum, scriptis editis, nullo auctore asseruere, tametsi uti rem pictura expressam, qualem Sanctus exhibuit Lucas, & Romæ in D. Mariæ in via Lata venerabundi intuemur, recensere potuit, quisquis renarrator fuit, gestationis verò meminisse, incerta ad eò fama, non debuit. Nisi fortasse eam ad S. Edmundum adolescentulum pictoribus referre licuerit, qui virginitatem in ipso vernantis ætatis flore, Deo, & coram B. Virginis imagine vouit, eandemque annulo, quem sibi detraxerat, in imaginis digitum, immisso, cui inscriptum erat *Aue Maria*, fidei perpetuo seruandæ pignore concredito, in sponsam adlegit. Ex quo autem ille in sponsalem arrham prodiit, dignationem omnium maximam mox se positus, ac religioni destinatus hausit. Cæterum quid toto hoc de genere lapidum statuendum videatur, haud magno in discrimine posuerim: ferueat modo in Dei matrem sincera pietas, cuius pronubi annuli ornamenta, nulla laus est quæ possit exprimere; de quo quid compertum habuerimus, quàm breuissimè, verissimeque trademus. Ac iure viri religiosissimi, atque acutissimi, Bernardi Coluagi ex Societ. Iesu, carmen ad Perulinum populurum præmiserim.

Sardonychem appellant vilemue Amethyston. at est mi,

Chalcedon va: iet vox, sonet vna fides.

Quæ Maria digitis fuerint admota ligandis

Vincla, rogo, hæc nostrum deslua corda ligent.

Iuditha Hugonia Etruria March. gemmarum avida gemmas undique conquiris.

Hugo Etruriæ Marchio, habuit uxorem Iuditham nomine, Ottonis Imperatoris eius nominis neptem, quæ præter modum, tametsi non præter solitum, gemmis oblectabatur, ad quas ardent & insaniunt studia fœminarum, Clusij Ranerius quidam pretiosorum lapidum vsu dignoscendorum peritiaque callentissimus æstimator, ac proxeneta audiebat. Is à Iuditha euocatur, Romamque eius conquirendæ, colligendæque frugis causa, vi pecuniarum ingenti tradita, ablegatur. Diuino fauente numine factum est, ut in bonum omen & muliebris curiositas, & gemmarij cuiusdam iam pridem ex vrbe Hierosolyma Romam profecti, occursum verteretur. Et certè alibi, quam Romæ, quæ esset sacrarum Reliquiarum emporium, & Christi præsepe possideret, sponsalem Matris annulum non decebat in lucem promi; nec nisi ex occasione vilium præ hoc vno mercium venundarum, ut humanæ ingenij libidinem, ac luxum magis damnes, & cœlestis consilij rationem demissius contemplere. Porro sanctorum pleraque diu occulta, & per manus tradita ignorantibus iis apud quos latuissent, aut in earum cultu haud satis incalescentibus, tardissimè ad posteros peruenerunt: nec continuo agnita omnia caligæ, velamina, cinere, annuli, & si quæ alia arcanam patrandi miracula vim à Deo fuerunt affecuta, Ecclesiasticarum verò traditionum fontibus, vndè purissimi fidelium dimanarunt latices, Eunomius profus aliquis, & Vigilantius, fanatico afflatus spiritu, impietatis venenum nefariè infundant. Neque venalem tamen propositum Mariæ annulum

lum, sed dono fuisse datum ab homine post illam Crescentij perduellionem, quæ Othonianorum irruptione maiore conqueuit, non sine potentis Dei natu existimauerim. Nuptiarum enim, & benevolentiae index merito questum omnem à se debuit excutere, & commodum, vbi proditio atque hostilis vesania triumphabat, animorumque suauiter coeuntium tessera prolata est; longius autem ab aularum fucis, & militaribus Romæ studiis abducenda, in qua sic tum ambitioni, ac perfidiae infulati, galeatique Principes vestigalia persoluebant. Igitur à gemmario Ranerius, margaritarum, atque vnionum tantum commercatur, quantum auri argentique instituto mercimonio fuit satis. Triduo post discedere parantem, aliis oblatis nundinationibus compellat institor. Sed gemmarium Clusinus incurfat, veluti hospiti imposuerit, cui empturienti non scrinia omnia, omnes forulos referauit: tum si quid abstrusum magis reconditumque habitumque habuisset, quod coemptarum margaritarum dotem candore, laeuore, ac pondere superaret; non deprompserit. Imitari enim uerò ad ea, per quæ magni æstimentur, cum marsupium detumuisset: nec posset emptionem ullam meditari, vel si posthac pretia ad summum licitationis non excreuerent, nisi precario: aut oppignorata, quam turpiter emendicasset fide.

Caue ita dixeris Raneri, inquit gemmarius, etenim venum liberaliter propofui, & nullo fucò, quæcumque à me, nec caro quidem (præcerne si mentior, mihi irata numina, quibus dactylothecas olim Scauus, Cæsar, & Marcellus, deuouere) coemisti. Verùm seu genius me aliquis adigit in amorem tui, seu rerum ita series trahitur, vt quæ antiquiora duximus, subinde mutant dominos, & fidei credi debeant alienæ, quæ consenuerunt in nostra, foederis inter nos isti annulus iste (quem de gemmarum conditorio acceperat) pignus esto. Itane, Clusinus subridens, rem non magni pretij, amicitiae pridem initæ, hospes profusissime, nobis offers? nè obsecro te, mundum tuum qui auto, argentoque exuberat, & gemmarium ipsum penum vnione tam pretioso carere velis, pro animo habeo gratiam, & affectus mihi quouis opulento donario potior est.

Ne rudem annulum, quando ita censo, (subiecit alius) vsque adeo neglectum eas, quem in quos olim vsus exhibitus fuerit vbi intelligas, pœniteat, faxo Christianum hominem numeris improuidè despecti, & consilij oppido interuersi. Tum magno cupias emptum, quem nostra tibi vltronea liberalitas, nihil tale opinanti elargitur; neque si nunc animo euiluit tuo, non postea fiet plurimi: intantum beati coniuges decus ei, ac dignitatem conciliarunt, qui ad suas nuptias transfulere. Ac ne sis nescius, hoc annulo pronubo Mariæ digitum sponsus Ioseph oppignoraui. Hunc habebis Raneri tecum, & ne in impij, & nefarij cuiusquam deueniat manus, sedulo aduigilabis. Frustrà siquidem te admonuerim, capitale fuisse sub Tiberio, annulos imò & nummos, re modo aliqua on vulgari subnotatos, Lupanari inferre, locoque obsceno admove. Quod putas, pollutas cæde dexteras, & consceleratas eo induere? Cæterum ab excordis ingenij homine in nullo aduigilatum est minus: atque annulum recusare non ausus, in arculam quandam, domi cum reliquis familiæ impedi

Famulo ab eadem ad coquirendas gemmas misso annulus Deiparentis donatur.

SAEC. XIV. impedimentis seponendam, temerè nullius perindè religionis admonitus, coniecit: tanquam eius generis extitisset, qualem certa syderum coitione compactum, Mosem redire in Ægyptum ex Saba cupientem, refractariæ dedisse uxori, ad expungendam ex ipsius mente memoriam, quidam nimis stolidè somniant. Ranerius, ubi se Clusium recepit, ad Iuditham rectà contendit, cui gemmaria explicata scena, vnionum ac margaritarum rationarium bonâ fide repræsentat: oblitus verbum facere de Virginali lapillo, quem planè sanctius, atque honorificentius Princeps fœmina, quamquam haud dum pietatis studiis verè dedita, excoluisset, Sed scilicet abnuerent cœlites, Iudithæ obiici piaculare donum, in illa vtique maris terræque intertinenta, & facies quibus gemmarum nomen indidimus, proniori: quando etiam ab Hugonis marito laxo tum viuendi more minimum diffidebat: qui tamen post nihil non pium, nihil non præstitit cum religione coniunctum. Hunc ipsum à Maria Virgine inter venandum increpitum vulgatio fama fert.

Hugo Etruria Marchio, à B. Virgine increpatur.

Etenim per colles, siluasque, canibus, & equis insectantem feras, à cætera turba venatorum oblatus ex improviso ceruus longius adduxerat: cursitantemque per nemus remotissimum, & vt diei æstus erat sudore persusum, fame ac tædio enectum, egregiè delassauerat. Appetebat iam nox, quique belluæ fugientis gratia propè extabuera, & frustra præda è manibus elapsa, solus per dumeta oberrans, iterum quaritabat cibum; tuguriolum nactus, ex equo desiliuit, & glande, de radiculis, famelici pastoris delitiis, se auidè saginavit. Tum aspero in strato somnum captare laboranti, angustissima specie, & dulci luminum lenocinio, Hugoni Virgo sese palam videndam præbuit: sic, vt omnem interuersi affectus sensum in animo Marchionis restingeret: qui tenax alioqui libidinum, & ab occurantium formarum obtutu facile flammam hauriens, contra ius, fasque conjugalis thori malè ab pellicibus, atque illicitis amoribus temperabat. Ferebat Deipara vas æceno sordidum, & vili emblemate segmentatū, cibus refertum delicatioribus, qui variarum conditurarum illecebra abstinentissimi cuiusque palatum dementare potuissent. Ad esdum inquires, fame effraete Marchio; his eam epulis profliga obmurmurantem famem, gratoque edulio viriculas refice fatiscentes. Abiice sterquilinum Mater, respondit Hugo. *Quiuis gurges, & helluo, propter infames quadras, respuat male feriata fercula. Me propter escaria vasa aurea, argenteaque iuuat epularum tempestiua luxuries: quæ nunc intempestiuè blanditur oculis; quando sordens vasculum castigat acriter, & deiecit edendi amorem. Irane? (Virgo subdit) nauseantis decretum placet, cui vel inuito vtilia propinare non verebor. Huic vasculo tuum corpus est quam simillimum, quod pariter scæter maculis, & ipsa flagitiorum consuetudine in scopulos recidit, quos horrerat, sui que stultè naufragium circumfert, quod damnarat. Impositæ epulæ adumbrant animum, qui non secus sui nauseam creet, ab eoque abstineant aque, quicumque vasis aut corporis haud perferre graueolentiam, queant. Nihil foedius peccatorum tabe, quæ nati mei candorem iugulet, & puros beatarum mentium cæcus longissimè absterreat. Egoque te pessime oderim tot coopertum sceleribus, tuæ templum animæ circūsidentibus, veluti ob illatam extrinsecus sæculentiam*
per

per lepidum cibum, cum esurias plurimum, fastidis ipse. Atqui pulchræ dilectionis ego Mater, & sanctæ spei, meliore in posterum de te, concepta spe, tibi me liquida in luce, in obscuro sylvarum anfractu placidissimè ostendi; quo mentem è vesaniæ amatoriam veterno excites, & agnoscens scelus, vltro tibi multam irroges, meque verissima prædicantem, mutato in melius vitæ instituto, quantum possis, æmuleris.

Et quidem egregius constitit obiurgationis fructus. Per multa enim religiosarum familiarum magnis sumptibus cœnobio extruxit, & venerabilius, ac religiosus quoddam in honorem Dei genitricis Florentiæ ædificandum curauit. Nec pietatis deindè largiore encomio caruit Iuditha vxor, cuius hortatu diui Andreæ Apostoli templum, Florentino eius æui sanctissimo Antistiti, posterisque liberaliter Hugo administrandum dedit.

Ex obiurgatione fructus egregius sequitur.

Iam Ranerio memorata superius obliuio magno stetit, & quod sænus; si tempestiuus annulum reuerentiusque coluisset, animæ censum ac fortunarum ampliter locupletasset in hominis, obsequij aduersus Virginem tardioris, ingens erupit damnum. Nulla illi soboles præter vitilem erat, quam futuram aliquando opulentissimi patrimonij hæredem, arctius foueri, ac nutrirî diligentius curabat. Decennij metas puer vix excefferat (nam pater decem ipsis annis, ex quo Deiparæ annulo humanissimè auctus fuerat obliuioni parentarat) cum grauissimè ægrotare cœpit, tantumque imbecillitatis, & languoris ex vehementi contraxit æstu, vt augefcenti in dies & grassanti feбри, medicorum curatione adhiberetur. Ergo repentino patris desiderio extinguitur: & quæ est mortalium conditio infelix, columen familiaris concidit, & parentum expectatio, quorum ætas ingrauescens in adolescentis amore conquieuerat momento temporis eluditur. Ranerius acerbi vulneris sensu altissimè confossus, vix aduentum amicorum lenissima oratione confirmari, vix communium calamitatum recordatione, atque alienæ orbitatis exemplis auocari à luctu potuit. Vbi lachrymis ac mœrori plusculum indulgit, magnificè filio exequias parat, multoque affinium & cognatorum affluente numero, ipsemet in funus prodit, ad diuæ Musthiolæ (Canonicorum Regul. præpositura erat) deducendum.

Hoc templum quod plus pauld ducentis passibus secundum Clanum fluiuium Clusio distat, & nunc paucorum largitionibus, quippe cœnobio, amplissimisque ædificationibus vetustate colliapsis, sustentatur, pluribus olim prædiis ac latifundiis ad Vaiam villam, pagosque Clusinos, Plebanos, Perusinos abundabat, quorum nonnulla Pius II. Clusino Episcopatu attribuit, alia sed quæ Pontificiæ ditionis essent, & ad Plebanum agrum pertinerent: Plebanæ ipsi Ecclesiæ Clemens VIII. adiudicauit. Idem sanum per id ætatis maximè illustre, notumque omnibus est factum, cum ob diuæ Musthiolæ. Claudij Principis consobrinæ, tum ob Irenæi martyrum tumulata corpora (ambo pro Christi confessione, Valeriano imperante extremum supplicium subierant) ex quo & anonymus Canonicus prodisse fertur, vitæ castimonia ad miraculum suscipiendus, qui vt Tussignani Annales tradunt, ipso Mariæ Virginis cum Elizabetha congregientis die, puerum Iesum, velut alter Simeon in vlnas sua uissimè excipiebat, & diuini præsentia

SÆC. XIV.

*Miraculo
comprobatur
B. Deiparæ
in annulo.*

numinis mirificè recreabatur. Hoc in loco Deiparæ annulus, vt in tempore diceretur, diutissimè seruatus est: & nunc quoque indicat, quædam diuæ Muthiolarum imago, ex cuius manu, catenula suspensus pendet annulus. Non longulè S. Callisti conspiciebatur ædes, in qua huius reliquæ in vnam coniectæ religiosissimè colebantur, quæ ad diuæ Muthiolarum (Callistina diruta) mox translatae sunt, & ad latus beatissimi corporis reconditæ, ac tum lustratae recognitaque, cum in vrbe veteri Ecclesia huic Virgini recens excitata est, & aliquid hinc eiusmodi piaculare à ciuibus efflagitatum. Quibus Faustus Mellarius, Clusinorum Episcopus satisfaciendum ratus, patefacta arca, velum martyris Virginis iniectum capiti, sanguineis guttis interspersum inde accepit, & ad urbem veterem anno huius sæculi sexto dono misit. Senas vero alterum in nobili eiusdem nominis delubro adseruandum, iam pridem allatum perhibet. Processerat mortualis pompa, cum inter propinquorum complorationes, & exequiaria studia, quod vidua contigisse nato sacra Euangeliorum narrat historia, gemmarij filius coronatus iam, atque institis manus ac pedes reuinctus, iussis subsistere libitinariis, è pheretro confurgit, mœstas canentium & quiritantium, brachio elato, ac manu ori admota compellit voces, patrem euocat, & principio sollicitum, dein lætitiæ temulentia quadam nutabundum, ad hunc alloquitur modum.

Huc ego pater, Mariæ fauente clementia, tibi è cælo adsum; eodem vbi te contemptæ religionis reum peregero, singulari eius beneficio reditus. Nam equa intemperæ tibi aded eripuerunt mentem, vt sacrosanctam gemmam decennali interuallo, in aliarum aceruo, vtique præ hac vna sordescentium, velut in nequitia stabulo occuleres? Quæ nimirum virgineus, vt diabolo celaretur partus, Iosephi, & Mariæ diuinitus conciliatis nuptiis interuenit. Cuius quoniam mortalium nulli spectandis copiam fecisti, sed nec mihi: ab eadem nihilominus tacitus emanans fulgor, animum oculosque præstinguit meos, vrgetque flagro luminis, te vt obiurgem, fidem hominum, & cælitum obtester, ac te dira imprecatione tantum non defigam, ni statim è tenebris eruas, in solem adducas, publicè spectandam colendamque proponas. Ad quod te per reuiuiscens prolem, illa eadem, quæ imposuit & gestauit articulis hortatur Virgo, placarique celerrimè gestit, aduersus quam somniculosa pietas ingratum tantoperè exemplum edidit. Ac vt nullus fluctuanti ingenio dubitandi relinquatur locus, hoc indicium capere in primis efficax, & non vnum. Quamobrem pater, votorum ita est immemor (horum tam ego ignarus, quam tu in exoluendo piger) quibus te iam pridem obstrinxisti? quin ea demum persanctè obis, & certum pietati pactæ desinis diem. Tu angelo antrum Michaëli sacrum ad Garganum montem, ac Sipontum urbem, peregrinantium habitu, te aditurum receperas: tum labentem S. Callisti in proximo ædem instauraturum. Ambo tibi violati diuini iuris dicam, scribunt, ac nisi post redditum Deiparenti cultum Sacrario dedicationem; itinere Sipontino votum re limas, nunquam sese fore placatos tibi propitiosque pollicentur.

Exemplò è Ranerij petita laribus, erutaque è cubiculi latebris gemmaria theca, lapillis compluribus onusta, huc affertur: & reserata, atque ab inuolu

inuolueris libera annulum in tam multis, quo maior dictis accederat fides, nunquam visum filio traditur requitenti. Manu vix iniecta, inter orbiculares calculos tum pretiosiores, tum magne illicibiliores, Mariæ pronubum summum apprehensum digitis feruidè exosculatur, & palam turba, præ gaudio æquè id admirationem, atque in religiosum cultum venerationemque compositæ ostentauit: campanis interea festiuum spontè sonitum publicæ felicitatis indicium, edentibus. Clusini turmatim confluere, fama, vt fit, rem opinionem celerius peruulgante. Adolefcentulus autem Heus Exequarij, sedulam inquit, operam date, ne multitudini huc procurrenti vna ex altera sceminarum ex primaria nobilitate admisceatur. Prohibent superi, vno me, atque indicante, oculis eiacularum gemmam ab alterutra vsurpari: alioqui præproperas, & effrontes, lethaliter edormiens, effugero, mutire ausus præterea nihil. Hugonis & Ranerij vxores sunt. Quidnam lustrationibus purgari dignum, rem vtiq; aptabilem inuideat, & Deus arcanis animorum illabens nouit, & vos cœlestem opem vobis illisque suppliciter exorate. Me vero haud quidem à parente destinatum, intuleritis. Signa è metallo quæpiam in proximo occurrent vobis: inibi cum plusculum effoderitis, marmorea arca icunculis extantibus mirè ficta, striataque illico emerferit, in ea huic corpusculo obtegendo reseruata, me reconditote. His dictis, tradito parrochiali Curioni annulo, feretro componitur, atque in cœlum reuolat.

Funere iam producto, ac perfecta pompa, metallum & mausolæum, vt prædixerat adolefcentulus inuenta sunt, sepulturaque magna eum admiratione mandatus. Exindè suburbanam sanctæ Musthiolæ Ecclesiam, non tam tumuli prodigiôsè in lucem extracti nouitas, quam sacrarum Reliquiarum opulenti insigniuit, eoque totius, Etruriæ, Umbriæque accolæ familiaris peregrinantibus curiositas inuitauit. Perusinos eo celerior miraculi fama peruasit, & vt Mariæ cultui impendio obnoxios, ab intimo sensu suauior cogitatio permouit, quo eiusdem cognominis ædes per id tempus in Augustæ vrbi pomerio, ad portam regionis S. Susannæ ferebatur, cui iidem Canonici Regulares præerant, & ad diuæ Musthiolæ Clusinam ædem pertinebat: vtraque tamen nostro, ac patrùm æuo, bello & ruinis deformata. Ergo catenula quædam aurea, annulo alligatur, qua cum spectandus publicè proponeretur, suspendi altèque circumferri posset, idemque in æreum loculamentum ligneo trunco conuestitum, vt erat vasculorum, & metalli pretiosioris, crustis aureis, ac sigillariis exornandi rudis eius loci antiquitas coniectus est, & operculo inducto, clauis, quo supinam magis arguas, haudquaquam Laconica obseratus. Prius tamen quam Augusta, & ornata cistula reponeretur, nonnulla signorum editio, quæ religioni efferuescenti adstrueret fidem, vulgari cœpta est.

Etenim Regij sanguinis scemina. Vvaldrada nomine præcipiti quodam æstro percita, aræ propior facta, gemmam temerè corripuit manu, ac digito annulari inseruit. Is dictu mirum! (ac res peracta concursu populi, terrore simul, & veneratione cernentium) continuè exaruit, & articulis remissis, illa eodem relapsa est. Quale temeritatis pretium Hebræus quondam tulit, qui factosanto, in quo Mariæ jacebat corpus, impuras feretro iniicit ma-

Iterum moritur qui miraculose fuerat excitatus.

Miracula edita, Annuli veritatem demonstrant.

SÆC. XIV.

manus : quæ veluti ad gladij ictum, etsi mox eiusdem ope Virginis homini restitutæ, conciderunt : Vvaldrada verò quoad vixit, in huius gloriam, vt quæ meritas nefarij ausus luerat pœnas, arefactum digitum nunquam obuelata manu annuli testis vtique sanctius adeundi, fronte piè, sapienterque perfricta (nec cupiditas fuit tantæ veniæ impetrandæ, stuporisque excutiendi) præmonstrabat. Haud hic omiserim quæ ea de re cecinerit vates non ignobilis.

Vt primum effulsit nixido splendore lapillus,

Perstrinxitque hominum lumina gemma recens :

Irruit infrenis pietas mulieris Etrusca

Cui dederat clarum linea prisca genus.

Irruit, & temerè, acceptum digito inseris : ille

Continuò attractis aruit articulis :

Clusidae antonii haferunt. Sed fœmina Princeps

Certior hoc thalami Virginei esse decus.

Exorat Mariam, digitum ne deserat algor,

Æterno arefcatur, sed rem vsque gelu,

Vindicis hoc meruit pietatis conscius horror :

Hanc meruit nuptæ Virginis arrha fidem.

Longè cautior, prudentiorque est habitus Franciscus vicinus, templi Laurentiani apud Perusinos Canonicus, & laxandis animarum laqueis pro Episcopo summa cum potestate præfectus. Cum enim me puero, Decemviris, qui est supremus Perusis magistratus, annuli hierothicam reconcinandam ac repurgandam ex intervallo censuissent : atque hoc negotium Contulo de Contulis, antiquæ probitatis viro, quique præcipua ergà Onychen (sic senex appellabat) religione semper exarserat, demandassent, Contulus, & vicinus, cui collegæ, vt annulum tantisper in vase aureo seponeret, præceperant, immanem, & ferream arcam reserant, partitisque operis, rem quisque suam studiosè, & diligenter curant. Fortè id consilij, dum educeretur in mentem Contulo venerat:enixè mystam rogat, vt annulo aliquem digitorum induat, quantusque foret orbiculus, propriùs deprehendat. Atqui religionem ille sibi intecit: nec rem denique vt auderet, vllis precibus adduci potuit. Quod factu procliuus fuit. Sicuti è cera ritè consecrata finguntur Agni, quos demersos lustrali aqua è magnis peluibus, primo, & septimo quoque anno argenteis adhibitis cochlearibus linteatus Pontifex, vnà cum amplissimis Patribus eduxit: (te faciebat, dum hæc scriberemus Paulus V.) ita in cerea effigie, instante Contulo, à Vicino expressus est annulus : quem Contulus, siquando Ischiade laboraret (ac persæpè antea) nunquam non salutare, coxendici admotum, expertus memoratur.

Ego quoque Romæ ab hinc quadriennium, Principum aliquot fœminarum rogatu, annulos ex ebore conflatos, Perusiam transmisi, curauique piacularis tactu nostri, quasi diuinam ex eo hausturos indolem, consecrari, quod deierant, mulieres partu propinquas, seque difficili nixu excruciantes, si gestassent digito, subleuari. Neque huius muneris expertes feruntur, qui B. Annæ corpus, apud Gallos transalpinos attigere: quique diui Ioannis Equitum Melitenfium Patroni, digito inserantur. Noster præterea eorum

corum oculos, qui ipsum defixi contemplantur, ita iuuarè traditur, vt si qui indies obtundi sibi vim luminis, hebetarique indoluerant: hi arcanum illud virus introrsum restingui, & refoueri, auerique hoc attentè inspecto, imminutam aciem è vestigio sentiant, sic vt coloribus floridis, aut sucris, non vna ratione eliquatis, minus vt deinceps habeant, qui fessos, aut cæcutientes quoquo pacto recreare, vitiaque amoliri consueverunt. Ad hæc reconciliandis coniugum animis, qui ferali dissidio inter se certauerint, mirè prodest: cuius pacificationis gratia complures voto adstricti Perusiam se conferunt, fructuque domesticæ profligatæ discordiæ incundissimè potiuntur. Affirmauere iam pridem multi, ego quoque non semel interfui, cum malorum Geniorum terroribus exagitati quidam, ad hunc ceu ad sacram anchoram confugere: eosque in posterum dæmonum terriculamenta nihili duxisse: tum mulieres à tererrimis lemuribus obsessas annulari aræ propius factas primùm ingentibus Sacellum implese clamoribus, deindè eosdem à corporibus ope Mariæ excussos, exactosque. Vsq̄ue aded verum est; miraculis interdum à Deo tam honorem Reliquiarum asseri, quàm hominum pietatem: ad quos subinde rerum piacularium promanat insinuata salubritas. Et vt alia taceantur, illud de theca lignea, in qua gemma gossypio inuoluta Perusiam allata est, prætereundum non videtur: quam apud Iordanios religiosè diutissimè seruata, visere etiamnum licet: aiuntque cum Iordaniarum ædium pars superioribus annis concepto igni conflagraret, & aulæa, arcæque aliquot incendium validè absumpisset, solam thecam, omnibus in stuporem adductis, quam flamma non attigerat, inuentam esse. Quin cum primarius è familia, gossypium inibi latens, profanos nescio quos ad vsus transferre meditaretur (Chastatorum lusus, & armatas per iocum acies, fabulæque Alexandro Riario, Cardinali Legato tum Ciuitas dabat) quoties direptum in flocculos digitis capiebat: toties flamma vri, lædique acerri- mè videbatur.

Tunc diuæ Muthiola fano, mirum in modum ruinis labefactato, dirutis quoque Regularium Canonicorum ædibus, Magistratus cuius & nutu ostendebatur Annulus, Clusium in diui Francisci, cui Sodales ex huius familia operabantur, Chalcedonium iusserat importari, & suggesti & latus, effosso in pariete conditorio reponi, vt verba ad populum de superiore loco facienti, ostensuroque præstò esset quæ nimirum opportunitas Germani cuiusdam in Franciscano sodalitis ministrantis industriam exacuit, & nefarios conatus, inexplebili temeritate præfultos, indignissimè prouexit. Atque hic Vvintherius vocabatur. Qui cum insignem vultu venderet sanctimoniam, decreuissetque contempta numinis reuerentia in sacrum annulum irruere, die quodam Magistratum adiit, precibusque institit petere, se vt rei annulariæ præficeret, nihil se ardentius exambisse, vt potè è Germaniis profectum, quàm vt nuptialem Mariæ annulum aliquandò proximè inspiceret, tangeretque. Cui non imponeret, tam eleganti pietatis inuolucro contexta petitio: O portebat ab humanitatis iure abesse, qui honestissimo voto non annuerent, laudabili fiducia non suffragarentur, gratiosa erat causa rogationis: habebatque in petitione multos cupidos sui gratiosos. Fauent omnes, & stato die expetitam anxie Prouinciam non oscitanter obit.

*Franciscanus
quidam furto
rapit annu-
lum Deipara.*

SAR. XIV.

*Annuli va-
pior tenebris
diuinius pu-
niscit.*

Concione habita, dum consuetam in latebram propositum populo annu-
lum pronus, vt recondere videatur, incumbit, quandoquidem manulearis
ampliter tunicis incedebat, in manieas reiecit, ostiolum altitè oppellulatur, &
clauem vultu effronti, totus ad agendas gratias fictus Magistratui resignat,
deinde suffarcinatus, & thesauro in sinum collocato, arreptoque quidquid
furto, fugæque commodissimum est visum, Clusio clanculum demigravit.
Clauis fluuio superato, exorta confestim caligine, impleuere se campi, tan-
tumque nebulatum exsudare sunt visi, vt Vvintherium, quò se verteret qua-
ne faceret vestigium, ancipitem, trepidantemque reliquerint. Vbi igitur
diutius incerta se cura distrahi, ac moliendo passus obniti frustra animadu-
uertit, facti obstrepente conscientia, immissam diuinitus nubem animo re-
putat, seque patrati in Deiparam sceleris reum seuerissimè accusat. Igitur
humi proiectus, profert è sinu anulum, & arbusculæ, penes quam haeserat
catenula suspendit, solutusque in lachrymas: Tene, inquit, sanctissimorum
coniugum vinculum, nefarius ego ac vecors, per summam contumeliam, at-
que indignitatem subreptum transferre aliò studuerim? O me sacrilegum
quem neque hospitij planè inuolabilis religio, neque maxima Clusini po-
puli in immerentem liberalitas, aut legum metus, neque iurati dignitas mi-
nisterij, quam fœdissimè pollui, ab execrando consilio deterruere. Nec in-
terim occurrit quid agam, quid mediter meam ipsius haud quidem misera-
tus, veriùs detestatus insaniam. Si te Clusinis tuis restitutum velim, & quam
sanè rem præstitero. Caterùm quæ conuiciorum, quæ suppliciorum aduer-
sum me plaustra, ad necem vsque deriuato? Fac verò perhumaniter, acci-
pian, & delicti gratiam faciant, haud me oppido absoluam ipsum, à quo
pœnas expetent non tam furia iniquorum facinorum vindices, quam
commilitium, ipsum meum, cuius vexillo, ac paludamento, è pij patroni
castris transfuga procaciter illusi. At tu diuinum cimelion, cuius vnus splen-
dor latè meas dispellit tenebras, & in quo omne perfugium, & præsidium
statui meum, permitte, vt ab orbiculo tuo, quasi Iri, Orbem translucidis co-
loribus ambiente, pacemque mortalibus, ac fœdus indicante: permitte, in-
quam, abs te veniam impetrem, tuque caliginem, quæ vadentem meritò
obruit, quando illam ab animo iam eieci, à corpore discute: quæque deinceps
calcanda via sit, præeunte luce, clementer ac benignè permonstra. En
quæ te scelerato ausu tractauit manus, tuoque beneficio non obrorpuit, non
exatuit: si modò nihilo pacatiore te vtatur, quam paulo ante vsa est: en te
scilicet submissius, reuerentiusque resumpserit, & iucundo horrore, qua tu
cumque iter aperueris, opem iam ex hoc contactu tam expectans, quam
poscens, fidentissimè detulerit.

Ac receptus quidem anulus, flectere viam hominem coëgit; sic tamen,
vt à tergo ab eadem utique nebula vapularet, sibi que propius succederet,
quò progredederetur longius: fulgor autem coruscaret in antecessu, & tanto
eertior, viuidioreque versaretur in oculis, quanto maiores prius tenebræ
animo fuerant abortæ. Tandem splendore illo duce Perusiam attigit, & ad
Augustinianos diuertit. Illinc verò susceptum in Germaniam iter identi-
dem arripere gestientem: eadem viæ asperius caligantis difficultas semper
deterruit, & cæca vndequeque nubes, nulla iam antrosum affusa luce mi-
rabiliter

rabiliter oppressit: neque ad eam leuandam molestiam accensa quidquam funalia, aut iteratæ ex animo preces profuere. Optimum itaque ratus interstare, dum commodiorem, & cælo magis placitam nancisceretur exundi facultatem, rem cum capite amicissimo communicare, & in ipsius laribus occultare decreuit. Vnde viginti intercesserant dies, in quibus non prædonis tantum visui tenebræ interdium offererant, sed etiam vniuersæ vrbis faciem fumus ingens, & nebula crassior prodigiosè inuaserat, sic vt Solis Lunæque fulgor plusquam annuis, & menstruis defectioibus euanescere: astra pristino deperdito nitore miserabiliter languescere visa sint: cum tamen hæc omnia naturæ legibus tunc mirè aduersarentur, Iulij caloribus vehementer æstuantibus, varioque inter se congregientem occursum siderum, aut fuga dissidentium immodicam aded caliginem prohibente: quandoquidem Saturnus cancri spatia metiretur, & Sol Leonis domo viretur, & Procyon proximè abesset.

Videns Vvintherius manifestam Dei vindictam, omnia quæ Clusij perpetrarat, Lucæ Iordano, amico, enarrauit, atque in signum amicitia, sacrum ei tradidit annulum. Quem cum detulisset ad Magistratum ob diuturnas nebulas mœrentem, magno eos affecit gaudio. Ea tempestate Iacobus Vanutius Perusinam Ecclesiam moderabatur. Hunc celeriter Patres conuenerunt, deque oblato præter opinionem cælesti donario fecere certiore: à quo sub diei vespere 3. Nonarum Sextilium, solemnè indicta supplicatione, è Iordaniorum domo, in suburbanum Vvintherio abducto, sacrosanctus Annulus, inter piacularia angustæ vrbis sacra, cum ter spectandus circumfusa multitudini, foro in medio, propositus fuisset, Decem Viralibus in ædibus, in prætorio Lariario reconditus est. Mirum dictu! Eo in publicum prolato, diffractæ subito nubes, caligo omnis depulsa, vrbique in plenum serenitas restituta.

Clusij comperta proditoris fraude, grauis ciuibus est iniustus dolor: laxatisque iracundiæ frenis, omnes poscere ad poenam sceleratum mystam, emissarios quoque versus dimittere, subtractum furto annulum, modis omnibus peruestigare. Cum itaque Clusini & Senenses modis omnibus sacrum annulum recuperare frustra laborassent: neque Cardinales octo, missi à Sixto Papa quarto, dissidium eorum componere valuissent: tandem Clusini & Senenses, contra Perusinos præliari cœperunt. Verumtamen Sixto omnino iubente, odia & arma deposita, ad concordiam & pacem Senenses & Perusini redierunt, & de annulo silentium indictum fuit.

Cæterum quo perennaturi apud Perusinos annuli cultus longè latèque indies amplificaretur: ab ædícula Palatina digniorem celebratioremque in locum, Patres transferendum censuere, idque non tam spontè, quam hortatu beati Bernardini à Monte Feltrio, Minoritæ Franciscani, qui Perusiam inter concionandum pronubi annuli dignitatem excellentiamque certissimis ornabat sententiis, orationeque viuida. Huius dicto sapientissimus Magistratus extemplò audiens, ornatissimum Sacellum, in basilica S. Laurentij, qua muro picturato, ac celatis asseribus conclusum, qua ferreis pilis, & cratibus, magnificentissimo sumptu extruendum curauit. In summo huius astiti propugnaculi, ducta circumfascia, hi descripti extant versus.

Perusini annulum recipiunt, eoque recepto tenebra disparent.

Bella & discordia inter Senenses & Perusinos propter annulum, iubente Sixto IV. cessant.

Conciliata dissidentium animis ornatissimum Sacellum anno Desparentis offerua do extruendum curant Perusini.

Hic

SÆC. XIV.

*Hic sociata suo colitur Regina marito,
Et facili iustas accipit aure preces.
Hac sacer intacta matris iacet Annulus ade,
Qui dedit, est custos muneris ille sui.*

Tabula egregij operis à Petro Perusino, pictore eius ætatis celeberrimo confici iussa est; in qua suauissima colorum temperatione, & artificio elegantissimo Hierosolymitanum templum repræsentatur, ex quo videlicet nubilis iam prodiisset Virgo. In huius delubri subdiali area, hinc puellarum chorus appictus, inde iuuenum, sublati arentibus virgis modestè indignantium, etsi quidam ita paulò commotior, suam curuus in genu frangit, cum illa Iosephi effloruisset. Atque hunc subarrhate annulo Mariæ digittum parantem Antistes summus apprehensa amborum dextera, suis & ipse manibus Sacramenti maiestate, ac religione communit. Ad hunc modum Perusi optima præda fœlices, ac diuites de Clusinorum incuria triumpharunt.

*Antiq. Cœ-
noliij Cælesti.
Lugd.*

Circa annum prædictum, nempe 1480. in Ecclesiam Cœlestinorum Lugdunensium populus copiosissimè in die Paschæ pro assequendis indulgentiis, hora Completorij confluerat, ita vt præ multitudine turbatarum, quamplures Tribunam conscenderent. Quæ cum esset lignea, nec tamen onus ferre posset, corruit, & super populum cecidit. Verumtamen omnes misericordiam Dei, & gloriosæ Virginis, (cui Ecclesia dedicata est, & in qua plura operata fuerat, & adhuc hodiè operatur miracula) auxilium deuota mente implorarunt. Et ecce mirabile dictu, nec ij qui deorsum ceciderunt, nec ij qui lignorum corruentium molem sustinuerunt, aliquam læsionem senserunt: licet humano iudicio, plusquam centum homines nisi adiuuisset diuina clementia, oppressi, atque occisi fuissent. Et ob miraculi memoriam, gratiarumque actionem, ciues Lugdunenses lapideam miri operis extruxerunt cum Prophetis & Apostolis, & imaginibus lapideo quæ ab hæreticis Caluinistis anno 1562. euerfa est.

Annus Christi 1481.

*Ioseph Pam-
philus Epif.
Signinus, in
Chron. Ord.
Erem. S. Au-
gust.*

*Imago Dei-
para diuini-
tus apparet
in pariete, ad
quam pluri-
ma facta mi-
racula*

*Vasconfel-
lus, Balinghè
in Calen. B.
Mar. 8. Aug.*

PER id temporis, quid vnusquisque à cultu B. Virginis sperare possit, manifesto miraculo Deus ostendit. Eremitæ Augustiniani, apud Genestam Lyguriæ oppidum, habebant monasterium, & templum sed vetustate iam propè vtrumque collapsum. Petrucia Genestanensis, voluit instaurare, maiore voluntate, quam opibus, & que operæ non responderent. Ridebatur propterea à populo, quod ad perficiendam vel solam Ecclesiam, facultates eius minimè sufficerent. Spei plena illa, magna cum fiducia respondit: priusquam ipsa moreretur, Beata Virgo, & S. Augustinus eam essent completuri. Dixit, instaurandæ incubuit; & vix annus à verbis prolatis transiit, quando imago quædam B. Virginis in pariete Ecclesiæ diuinitus apparuit: ad quam visendam tota ferè Italia sic commota est, vt illuc solemniter municipia, & ciuitates confluerent, cum signis, tabulis, & elemosynis inexplicabilibus, ex quibus Petrucia adhuc superstite, non solum templum, sed & Monasterium constructum fuit.

Ipso tempore, & anno Alphonsus quintus Lusitaniæ Rex in viuis esse desit.

desiit. Hic antequam Arzillam in Africa oppugnaret, Deiparæ (quam impensè colebat) si urbem expugnaret, vouit equum argenteum, cui argenteus item Rex insideret, omni armorum apparatu instructus qualis tunc Alphonfus copias ducebat. Annuit Deipara, ipseque beneficiis non ingratus, in Virginis sanctissimæ templo, cui à Spineto nomen est, prope Eboram, voti fidem exoluit, equumque mira arte elaboratum, & insidentem Regem ex optimo argento dicauit. Quod demùm dum Alphonfus superstes fuit, magna intuentium voluptate in templo est seruatum. Illo tamen vita functo, Cœnobij Hieronymianorum qui ibi degunt Præfectus, in pecuniam signari iussit ad sumptus pergulæ à se subuectæ, dolente maximè cum resciauit Regina Elizabetha, quæ multò plus argenti, ut aiebat, contulisset, ne illud regia pietatis monumentum aboleretur.

Annus Christi 1482.

IN illis diebus, cum senescens sanctissimi Rosarij pietas, iubente Deipara, Colonia à venerabili patre Iacobo Sprengero, & fratribus Prædic. renouaretur, procedente eorumdem industria, & sodalium augescente numero, prospera Rosarij principia, duobus illius urbis Concionatoribus ingrata, & iniucunda fuerunt. Honorabat concionatorum hoc par, & celebrabat maximè populus, ob eloquendi artem, ideoque ad horum vtriusque concionem audiendam, innumerabilis multitudo confluebat. Igitur Rosarij crescentis iniuria tacti, pium illum ita precandi morem vituperari adorti, seque versutè, ac veteratorie in auditorum animos insinuantes, Rosarij religionem, & sanctitatem perfidiosè, impièque vexarunt. Dominicanorum inuentum illud esse, qui, ut sua sodalitia compleant, eius rei inuentricem esse Virginem mentiuntur. Quasi verò preces desiderantur, diuinaque desint in Dei Ecclesia carmina, quibus, more, institutoque maiorum, Virginis gratiam demereri possimus. Quin & illorum alter, incredibili audacia cù Sodalitatis pernicie, & sacri iniuria Rosarij, ex superiore loco multa impudenter effuciuit, quibus retardati quamplurimi, & ab illa pietate deterriti, partim Societatem, quam iam multos numerabat, ad paucos consilia prorsus abiecerunt. Ergo, quæ tam multos numerabat, ad paucos redacta Sodalitas, suam solitudinem deplorabat. Rosa languebat, religiosa coronæ ex Colonensium capite, collo, & manibus, desinebant. Cum verò nugator ille quosdam animaduertisset, & Rosarij adhuc tenaces esse, & Sodalitia frequentare, ad eam religionem, funditus eiiciendam, & eius exanienda collegia, concionem in proximum Dominicum diem cum applausu auditorum indixit, in ea se monstraturum, quam esset inanis, & inutilis illa religio. Aduenerat dies ille Dominicus, populusque in maximam concionis expectationem adductus, templum omne cõpleuerat, cum eundi tempus esset, neque tamen Orator appareret, quæsitus à suis inuentus est mortuus. Nam proximi Sabbathi nocte, cum sanus & valens, & cubuisset, & minacem illam concionem habiturus esset, Dei iudicio omnia contuentis, ac regentis, obiit repentinè, nullo teste, nullo auditore, nomine, qui Iesu, & Mariæ salutifera nomina idètidè inuocaret, assistente. Ille alter Orator, erroris cõcors & socius, & Rosarij exagitator impius, illud humani us euentisse

SAEC. XIV.
Alphonfus 5.
Rex Lusit.
Arzillam vo
to ad Deipa
ram facto ex
pugnat.

Lopesius lib.
1. de Rosa
rio. l. c. 13.
Rosarij restau
ratio quibus
dam ingrata.

Detractiones
Rosarij diui
nitus perian
tur.

SÆC. XIV.

consens, mortui consiliorum se professus hæredem: Rosarij reliquias delere constituit. & in eum finem, concionem aduocauit. Dumque in suggestum parat ascendere, tota vrbe inspectante, paralyti repentina correptus, in terram subito concidit, integra tamen Dei beneficio mens muro, infantique relinquitur. Igitur cum intellexisset improbatum Rosarij se pœnas meritas dare, & supplicij causam agnosceret esse iustissimam, cœli Reginam, cum voce non posset, animo, & corde compellat, lenissimæque Matris opem mutatus implorat, & linguam à Deo para postulat, qua prædicet, laudetque Rosarium, quod furis agitatus, impugnasset: impias ac nefarias conciones commendanti pro dignitate Rosarij, tum assiduitate, tum alacritate, & studio, se correcturum esse promittit: diligentioreque ad restituenda sodalitia fore, quam fuisset ad euertenda furiosus. Vix sponsonem, votumque finierat, cum vox illi linguaque redditur, & valetudo pristina reparatur. Indè ad suggestum lætus ascendit, & in illa maxima frequentia Rosarij laudes suauissimè, verissimeque prosequitur, taleque ei pietati testimonium dedit, quale eius esse oportebat, qui beneficio Virginis ex tanto, & tam graui, tum periculo, tum supplicio incoluimus euasisset.

Annus Christi 1483.

*Ludouicus
XI. Franco-
rum Rex,
multa fecit
ad honorem
B. Virginis.*

ANno 1483. obiit Ludouicus, XI. Gallorum Rex, beatæ Virgini deuotissimus qui imaginem ipsius in galero suo semper gestabat, obiitque die sabbathi, vt semper concupierat, & petierat. Cumque beatæ Virginis ope Comitatum Bononiensem Galliæ recuperasset; de eodem coram imagine eiusdem decinctus fecit homagium, magnique pretij cor aureum obtulit. Pulsationem præterea salutationis Angelicæ meridianam in toto regno suo instituit. Denique celeberrimam & magnificam basilicam Cleriacensem construxit ad honorem ipsius, in qua sepultus iacet, & in qua facta sunt, & sunt adhuc egregia miracula. Extat in eadem basilica ingentis & miræ magnitudinis cereus, qui per se mouetur, magnumque strepitum excitat, qui etiam auditur à ciuibus oppidi, quotiescumque ex longinquis & remotis partibus aliquis ob acceptum beneficium, peregrinationis votum ad eam Ecclesiam suscipit. Nam ciues audito motu & strepitu cerei, qui etiam diuinitus accenditur, accurrunt in Ecclesia & diem motionis notantes, peregrinos sine dubio expectant.

Annus Christi 1484.

*Chro. Carth.
lib. 7. c. 16. &
31.*

*Casarius Ra-
so Carthus.
quam fuerit
deuotus Bea-
tae Virginis.*

IN Belgio apud Carthusianos domus Capellæ, circà hæc tempora sancto sine quieuit admirandæ pietatis, & singularis erga beatam Virginem deuotionis Casarius Raso, qui D. Virginis nomen semper in ore, semper in corde gestabat. Hic totum vitæ suæ tempus, quod exegit in Ordine, sacræ insumpsit orationi, vigiliis, lachrymis, meditationibus, quibus carnis incētia edomabat. Ad eius agonē alma Dei genitrix, dignanter accurrit, & suum dilectum prompta visitans, magnū illi in extremis laboribus auxilij, atque solatiij beneficium impendit. Aderant nonnulla probabilia indicia presentia Virginis, & ex hilari, claroque vultu morientis, & ex infusa repente in mente astantium reuerentia & honore, quibus ad dulcissimam cœli Dominam mouebantur,

Ipsa

Ipso etiam tempore, & anno vita exiit Sixtus quartus summus Pontifex. Hic pace Italiæ magna ex parte confecta quoddam templum Romæ à se extructum pacis titulo signauit, & sanctissimæ Virgini Mariæ dicauit. Cuius templi erigendi hæc fuit occasio. Erat eodem loco antea parochialis Ecclesia S. Andree, & in eius porticu imago Deiparæ in pariete extrâ Ecclesiam. Ante hanc dum aleatores ludunt, vnus ob amissas pecunias horrendè blasphemam beatissimam Virginem, postea taxillos in imaginem iacit, & arrepro pugione, eam in pectore, in collo, in gena dextra, & in mento vulnerat; vnde statim recens sanguis exilit. Indè fama miraculi sparsa, ingens fit hominum ad imaginem concursus, succedunt miracula, vnde quæ prius S. Andree Ecclesia dicebatur, dicta est sanctissimæ Mariæ de Miraculis. Porrò cū tota penè Italia bellorum motibus quateretur, & ipsa Roma à Calabriæ Duce obsideretur: Sixtus ad dictam imaginem accedens, vouit, Si Deus per beatissimæ Virginis Mariæ intercessionem, pacem Italiæ daret, se templum sub titulo Dei genitricis erecturum. Quare voti compos factus, vrbe liberata, in solo veteri Ecclesiæ sancti Andree, ad honorem Virginis Mariæ templum ædificauit. Dictam etiam imaginem in istud transtulit, & loco decentissimo super aram maximam collocauit. At quod morte præuentus, non absoluit, Innocentius perfecit, & maioris Aræ ornamentum marmoreum elegantissimè sculptum & deauratum, in quo imago prædicta continebatur, addidit. Monasterium Canonicorum Regulatum ibidem Cardinalis Caraffa ædificauit. Gaspar Riualdus ciuis Romanus nouum sacellum regio opere adiunxit, & cum lapidibus pretiosis tum venustissimis picturis exornauit, & in nouam aram magnificentissimam insumptis plusquam quindecim millibus aureorum imaginem transferri curauit. Idem Sixtus singulari, qua Diuam Virginem pietate prosequeretur incitatus, nobilem ædem cum amplissimo Cœnobio sanctissimæ Mariæ de Populo Ordinis Augustinianorum à fundamentis erexit. Idem Indulgentias, & immunitates ad Lauretanæ à Paulo 2. (de quibus Turfelinus) firmavit, nouasque addidit, scilicet immunitatem decimarum, facultatem dispensandi vota, &c.

Annus Christi 1485.

TVnc etiam miracula multa ab inuocatione B. Virginis patrata fuerunt, in Allobrogum Principatū. Historiam refert Astolfus in hunc modum. In agro Vinouensi aliquis bubuleus arabat. Hic cuidam loco propinquus, cum boues arantes, Stiuua ante se ageret, mouere eos loco non potuit. Percussit, & ictus valdè geminavit: cæterum frustra omnes conatus adhibuit, bobus ad locum immobiliter consistentibus. Accurrit fortè aliquis eques, vir nobilis, & agricolam pertinaciter boues quatientem, illòsque pertinacius resistentes conspicatus, hominem, vt desisteret, & si quid fortè eo loci secretò lateret, vt inquireret, admonuit: simulque ex equo descendit. Stiuuà, qua boues frustrà percusserat, ille terram vix fodere cœpit, quando pauimentum lateribus perpolitis, quasi recens stratum reperit, quo diruto, imaginem diuæ Virginis filiolo onustam, ibidem reconditam aspexit. Fama eius rei vulgata, Ruuerei, in quorum ditione ager erat, Clero proximioris Parochialis templi euocato, imaginem ingenti cum deuotione, indicta

Astolf. in Hist. vniuersali Imag. B. Mar. lib. 10.

Imago Deiparæ Virginis miraculois immunitat.

SAEC. XIV. supplicatione publica transfulerunt Mirum mirandum. Die altero eodem loci quo primum reperta fuerat imago, ab agricola reperta est denuò. Accidit secundò, & tertio. Quod pro indicio certissimo decreti diuini accipientes Ruuerij, templum in agro extruxerunt, Carmelitanisque vnà cum imagine adscripserunt.

Franc. Viardus in vita Innoc. 8. Archangel. Gianus in Ann. Seruit. cent. 3. lib. 4. c. 5.

Innocentius Papa VIII. à colica passione innocenti Deipara sanatur. Marc. Vlysson. 3. p. Histor. Seraph. B. Eustochii Clarissam consolatur B. Virgo.

In illis diebus Innocentius Papa VIII. intensissimis doloribus colicæ laborans, nulla potuit Medicorum, industria curari. Adhibuit remedium humani generis sospitatrix Maria. Ipse enim audita perenni fama miraculorum, & gratiarum, quæ ad eius imaginem Annunciatae apud Florentinos in templo Seruitarum seruata, piè inuocantibus Virginem perpetrantur, voto peculiari sese eidem astrinxit, & vix eo concepto ab acerima illa infirmitate conualuit. Pro gratiarum actione, imaginem suam XIX. Aprilis huius anni 1485. tholo suspendi in templo eiusdem Annunciatae imperauit, & omnibus Seruitarum familiæ priuilegiis ab origine examinatis, recognitis, & in compendium redactis, confirmationis robur adiecit.

Abiit in cælum hoc ipso anno B. Eustochium Ordinis Clarissarum Conuentualium. Hæc supra cæteros sanctos Reginam Sanctorum sibi delegit ad imitationem & venerationem. Cum autem ad strictius viuendum, Monasterium in quo S. Claræ regula seruaretur, de licentia summi Pontificis construxisset: & propterea à Clarissis multas persequutiones sustineret: à sanctissima Virgine visitata est, quæ & eam de variis arcanis edocuit.

Annus Christi 1486.

Tunc temporis idem Innocentius Papa VIII. reliquum controuersiarum, quod inter Perusinos, & Clusinos Senensesque, de annulo pronubo sacrosanctæ Virginis (cuius historiam breuiter supra explicauimus sustulit) eiusque possessionem Perusinis religiosissimis adiudicauit. Rei narrationem continuabat Ioannes Baptista Laurus apud Bzouium tomo 18. Annalium post Baronium.

Lancellotus lib. 2. cap. 49. Hist. Oliuet.

Dum hæc Romæ & Perusiæ, ex occasione Annuli B. Virginis Mariæ agerentur, miraculum in Imagine eiusdem Deiparentis apud Leonicum in Gallia Cisalpina, patratum est, quod memorat Secundus Lancellotus Perusinus, Abbas Oliuetanus. Publica quadam opinio, ac vetustissima traditio circumfertur, & quibusdam pariter historiarum monumentis legi perhibetur, quo tempore Artilla Hunnorum Rex, quem flagellum Dei cognominarunt, in Italiam exercitum promouit, sub annum nostræ salutis 490. in planicie, locisque palustribus mille passus Leonico, & tantundem Lobia disunctis, quod oppidum sub Vicentinum, & sub Veronense dicitur, recta via, qua Veronam Leonico itur, inter Regis copias & Leonicenos, aliosque ex finitimis locis contractus, magna utrorûque internecone acie dimicatum, ac multis post annis, quætuas quasdam & horribiles voces à prætereuntibus exauditas: vt cum nec breuiori, nec commodiori itinere Veronam contendere posset, Leoniceni, quibus illac transeundum erat, lauis plerumque corripere, pessimisque modis acciperentur. Respublica igitur Leonicensis tam graui calamitate suos liberatura, ad Pontificem confugit, suamque necessitatem exponendam curauit, vt locum sua benedictione conse

consecraret, sup. acriter deprecata, Pontifex exaudiens mandauit, propterea, vt templum ibi S. Petro Apostolo constitueretur, & habita ad auditas lamentationes allusione S. Petri Lametenſis appellaretur. Præter hæc, omnes, quibus S. Petri Basilica Romana exornatur, culparum expiationes impartitus est, quo templo constituto, quærimonia illæ, & voces horrendæ non amplius auditæ sunt. In eo templo ad sinistram altaris in muro depicta erat imago B. Virginis, ad cuius venerationem, ac deprecationem multi se inferre consueuerant. Mariæ species est in cœlum sublata iunctis manibus, cœlestiumque sedem suspicientibus luminibus, cum libro vlnis imposito, filioque in patibulum suffixo impendenti, quod trunci more figuratum duodecim faciebus Apostolos referentibus ex aliis trunculis ramorum in modum ex præcipuo tronco enascentibus circumdatur, Angelis hinc inde genua curuantibus. Annus erat à Christo nato præsens 1486. cum mense Aprilis Nouarienses tres calceorum futores, Ioannes Antonius, Guillelmus, & Ioannes Petrus Veronæ conuenerent, mutua inter se beneuolentia, & familiaritate coniuncti; quorum primus Ioanni Petro aureos admodum esse quinquaginta interdum consecutus. Guillelmum conuenit, si ad hominis cædem secum coiret, mediam pecuniæ partem traditurum. Consilium Guillelmo probatur, Ioannem ergo Leonicum versus perducere, & captata occasione, vita deturbare constituunt. Die quodam Dominico Ioannes Antonius sociis domi suæ prandium condicit. Inter epulas, vt cum ipsis pannum pretio quæsituris nundinas petat Leonicenas, Ioanni Petro artificiosè persuadent. A prædio, Ioan. Anton. sic, gladio Guillelmus, pugione verò Petrus accepto Leonicum ingrediuntur, quo cum hora vigesima tertia, peruentum, extrâ Castrum hospitantur. Postera die Leonicum introeunt, Deumque in templo primum venerati, in cauponam pransum secedunt. Compransi, & candidum pannum commercati, Veronam reuertentes, cum Ioannes Petrus naturæ leuandæ causa aliquantulum de via, non procul à S. Petro Lametenſi deflexisset, reliqui duo, tempus locumque nefario consilio perpetrando satis idoneum existimantes insequuntur, manusque extemplo afferentes, Ioannes Antonius altum pectóri vulnus inflexit, Guillelmus posteriori veste, crinibusque prehensum arietat: vterque misero assultans faciem, aliasque corporis partes, ad necem vsque vulneribus confodiunt, ac Virginem ambo execrati, pecuniam marsupio subtrahunt, & quem coëmerat pannum, surripiunt: Sanctique Petri templum ingredienti, super aram enumerant, sibi que ex æquo distribuunt. Guillelmus autem scelere tam lethifero tristis socium ita alloquitur. Heu mihi, frater mi, infelicissimo Ioanni Petro ingulato grauitè peccauimus. Quisnam sciat, inquit, Ioannes Antonius? Deus, Guillelmus respondit, Virgoque Deipara. Tum Ioannes Antonius ira percitus, siue cacodæmone abreptus, Si mihi, ait persuasum sit, (dereſtabile maledictum) meretricem hanc, Virginem Mariam facinus animaduertisse, (verba ipsa ex probata capituli quæstione deprompta) ego decem vulnera illi infligerem. Hæc præfatus, sicut Ioannis Petri adhuc sanguine foedatam statim arreptam, contra Virginis imaginem propè aram contorsit, faciem, frontem, pectusque percutiens, turpissimo illo conuicio, meretrix Virgo Maria, sapius inculcato

*Blasphemia
horrenda in
B. Virginem.*

SAB. XIV.
Nota mira-
culum.
Imago Dei-
para apud
Leonium gla-
dio percussa
sanguinem
emissis.

oculo tamen sinistro inprimis vulnerato, eccè tibi (res quidem miraculo plenissima) lævam manum ab altera seiungit, extollitque, & sauciato lumini indolentis more imponit; ex pectore verò pari admiratione sanguis emanauit, cuius ad hanc vsque memoriã guttulæ inspiciuntur. Multi paulo post sese è mercatu recipientes, Deumque in ædícula more suo veneratione afficientes, Dei genitricis imaginem sanguine imbutam, & pristina forma aliqua ex parte immutatam repererunt. Ioannis quoque Petri cadauer exangue, non multum longè ab ædícula aspexerunt, & à sociis occisum fuisse coniecerunt; necnon miraculum in imagine perpetratum diuulgauerunt. Ioannes Antonius fuga sibi consulens nusquam comparuit. Guillelmus comprehensus, vbi omne facinus retexisset, equo raptus, capite contuso, in quatuor partes sectus, homicidij pœnas dedit. Acriuiensis Episcopus, rogatu Leonicinorum negotium de imagine Virginis percussa, immutataque, quæstionem habuit, & rem certissimis testimoniis examinaram, probatamque in tabulas retulit.

Felicius accidit duobus fratribus, iam etiam in se furentibus, seque alterutum occidere properantibus. In extremis Venetorum æstuariis, pagus est Plebs facti nuncupatus, omnibus ad vitam tolerandam refertissimus. In eo duo fratres mortuis parentibus, hæreditatem reliquam citrà omne iurgium inter se diuiserant; de quadam imagine B. Virginis, quæ vnica tantum supererat, conuenire non poterant. Ventum ad verba, inde ad arma, & alter, alterum vita exuere nitebatur, donec infans vnicus vix dum anniculus, ab vberibus maternis dependens, papillasque sugens mirum mirandum, discretè locutus furorem discutere, arma ponere, vtrumque nomine SS. Dei parentis imperauit, eamque de qua disceptabant imaginem in proximam Ecclesiolam deferre, ibique deponere iussit, ea lege, ne alterutrius peculiū esset, sed omnium venerationi, & inuocationi exposita maneret à qua secuta postmodum miracula, & ex piorum elemosynis ædificata augustior Ecclesia, quæ paulo post Minoritarum familiæ permilla est.

Annus Christi 1487.

IN illis diebus cum Sorti legorum & Maleficorum numerus nimis viget in partibus Germaniæ Innocentius Papa VIII. contrà eos pugnavit, edito contrà eos terribili diplomate. Quo tempore mulier quædam maleficiata, per beatam Virginem fuit liberata. Historiam scribit Iacobus Sprengerus.

In Diocesi Argentinenfi & oppido Zabernio mulier quædam honesta, ac beatissimæ Virgini Mariæ plurimum deuota, hunc casum sibi accidisse, singulis eius hospitium, quod publicè tenet, nigram habens Aquilam pro interfigno, frequentantibus commemorat. A viro (inquit) legitime impregnata vbi dies pariendi appropinquarent, mulier quædam obstetrix, vt ipsam ad obstetricandum puetum acceptarem importunè instabat. At ego conscia de eius infamia (licet aliam mihi assumere decreuissem) verbis tamen pacificis me simulabam. Adueniente autem tempore partus, cum aliam obstetricem conduxissem, illa prior indignata, quadam nocte cameram meam, euolutis vix orto diebus, cum duabus aliis mulieribus ingredi-

tur,

Felix Astol-
fus lib. 10.
Mirac. B.
Mar.

Discordia in-
ter fratres ob
Imaginem
Deipara mi-
raculosè seditur.

Iac. Spenge-
rus, in Mal-
fic. Malef.
p. 1. c. 13.
Deltio lib.
3. discq. Magi
c. 9. sect. 6.

tur. Et lecto appropinquantes in quo iacebam cum maritum meum qui in altera dormiebat camera vocare voluissim: singulis membris & lingua ita remansi viribus destituta, quod dempto visu cum auditu, nec pedicam mouere potuissim. In medio ergo illarum duarum stans malefica, hæc verba protulit: ecce hæc pessima mulierum in obstetricem me recipere noluit, impunè non transibit. Et cum aliæ duæ à latere stantes pro ea supplicarent, dicentes, tamen nunquam alicui ex nostris nocuit: Malefica subiunxit. Hanc mihi quia displicentiam fecit, suis intestinis aliqua immittere volo. Sic tamen quod infra dimidium annum, nullos propter vos dolores sentiet: sed illo euoluto satis cruciabitur. Accessit ergo & ventrem cum manu tetigit, mihi que videbatur quasi intestinis extractis, certas res, quas tamen videre non potui intronmitteret. Illis ergo abeuntibus, cum vires ad clamandum recuperassem: maritum quantocyus vocaui, & rem gestam denudaui. Cum autem ille causam puerperio assignare vellet dicens. Vos puerperæ plurimis illusionibus & phantasiis laboratis, nec quoquo modo dictis meis fidem adhibere volebat. Tunc adiunxi, Ecce spatium per anni dimidium mihi donauit, quo elapso, si nulli cruciatus superueniant dictis tuis fidem adhibebo. Consimilia denique verba filio Clerico, qui & pro tunc Archidiaconus ruralis erat, protulit, cum & ipse visitationis gratia illo die eam frequentasset. Quid plura? Sex mensibus ad punctum euolutis, internorum viscum tortura subito ipsam tam dirè inuasit, vt nec diebus nec noctibus à clamoribus omnes inquietando abstinere potuisset. Et quia (vt præmissum est) deuotissima Virgini, & Reginae misericordiae extitit, in pane & aqua singulis sabbathinis diebus ieiunando: idè per ipsius suffragia credidit se liberari. Vndè & quadam die vbi opus naturæ perficere volebat, tunc omnis illa immundicia è corpore prorupit. Et aduocans maritum cum filio dixit: Sunt ne res istæ phantasticæ. Nonne dixi post dimidium anni spatium veritas cognosceretur? Aut quis vidit vnquam spinas, ossa, simul etiam ligna me comedisse? Erant enim spinæ rosarum in longitudine vnus palmæ, cum aliis variis in numero rebus immixtæ.

Carolo octauo Francorum Rege regnante, apud Marcoussiacum insigne Cælestinorum Monasterium, vltima ægritudine laborans frater quidam Virgini gloriose multum deuotus, sui corporis dissolutionem, sabbatho imminere prædixit, sicut eadem Dei genitrice reuelante cognouerat. Exitus autem rei, prophetiæ veritatem comprobauit: foeliciter namque ad Deum migravit.

Mortalitatem quoque exiit prædictus Carolus Francorum Rex, qui Lugduni Monasterium nostræ Dominae Angelorum ad Ararim fluuium Francisci Burgesij Minoritæ sermonibus persuasus constituit, & paris Regulæ fratribus habitandum.

De eodem Carolo Rege narratur, quod cum ex Italia in Galliam ex bello Neapolitano rediret, oblatam fuisse ipsi à militibus suis puellam formæ liberalis. Cuius intuitu, cum non nihil motus fuisset Rex, puella visa imagine in qua Deipara puellum gestabat, rogauit Regem vt per inuiolatam Dei Matrem, eam sponso relinqueret integram. Qua audita obsecratione Rex compulsus libidine, vim lacrymarum profudit, atque sponso sponsam restituit,

Mulier maleficiata, ob deuotionem ad B. Virginem sanatur.

Chron. M. S. Ord. Cælesti.

Cælestinus quidam Marconsiensis Deipara reuelante obitum suum prænoscit.

Ann. Min.

Carolus 8.

Frans. Rex

Monast. B.

Maria Angelorum con-

struit.

Bzou. ex

Italicis &

Gallicis

scrip.

Idem ob re-

uerentiam

Deipara ab-

stinet ab op-

pressionem cu-

iusdam puel-

la.

SÆC. XIV.

sticuit, insuper de suo dotem numeravit quingentorum aureorum. Præter hæc libertate data omnibus sponsæ affinibus & consanguineis.

Annus Christi 1488.

Astolph.
lib. 10.
*Liquor candidissimus ex
Imaginis Dei
para manat,
apud Pistorium.*

Circa hæc tēpora Pistorij in Erturia, & Raconisio in ducis Allobrogum conditione patrata sunt, à diua Deiparente miracula. Pistorij, eius diuæ imago, candidissimū liquorem tam copiosè eliquare mense Augusto cœpit, vt à fronte, vsque ad pedes aliquot diebus emanarit. Concursum populorum ad prodigiū factū, multisque sanitarum miraculis subsecutis, Episcopus, & Magistratus loci, rem, ne qua humana impostura subesset, aut oculis piorum illuderet, explorare voluit. Cumque omnem fraudem abesse, nec nisi diuinam virtutem inesse certò certius didicisset: Petro Victorio, & Ioanne Baptista R. dolfio Prætoribus contestantibus, deuotioni populorum imaginem permisit: ad quam plurimis accurrentibus, & miraculis crebrescentibus, templum Reginae cælorum, titulo Humilitatis extractum fuit. Raconisij porro, surdo, & muto cuidam pastori, diua Virgo apparuit, & ad oppidanos, vt templum in honorem suum ædificarent, destinauit. Per miraculum ille eloquens euasit. Raconisius, quod viderat, renunciauit, & ad ædificationem templi incitauit: quod paulopost religioni Carmelitanæ adscriptum fuit.

Chron. Ord.
Cælest. M. S.

Tunc etiam nempe, anno 1488. cum ingressus fuisset Ordinem Cælestinorum Dominus Desiderius Tirui Verdunensis Ecclesiæ Canonicus, antequam paupertatis votum emitteret, in probationis anno, pecunias Monasterio Metensi erogauit, vt quotannis in festo Visitationis Deiparæ Virginis solemnibus Missis à Priore decantaretur, Cantore & succentore sacris vestibus indutis. Dum autem postmodum eiusdem Visitationis Octauæ in Ordine institutæ sunt per Capitulum Prouinciale in Gallicana prouincia celebrandæ, obtinuerunt fratres Metenses, vt in vtrisque Vesperis, sicut & in Missa solemnitas ageretur. Et morem istum reprobans quidam Prior, solam Missam, vt pote quæ fundata erat, solemniter decantari volebat. Fauebat quoque huic Depositaris. Qui cum in vigilia huius celebritatis, aduersus Procuratorem pro Virginis honore certantem contendisset, nec fuisset in Vigilia ipsa vespere solemniter decantatæ; sequenti die catharro defluente penè suffocatus fuit. Sed & eodem anno in crastino Octauarum Natiuitatis Virginis gloriose subita ægritudine correptus, in terram decidit, vsū loquendi perdidit, in Infirmiorij domum delatus immensis clamoribus & gemitibus, immensum cordis dolorem, quem verbis exprimere non poterat indicabat, ita vt, qui aderant, lachrymas continere non possent. Sicque infra trium horarum spatium spiritum exhalauit. Quo mortuo accessit secularis quidam, asserens se ab eo aliquando pecunias pro impetranda dispensatione transeundi ad Monasterium S. Arnulphi, quod Metensi ciuitati vicinum est, accepisse: petiitque dimidium pecuniarum quas ostenderat, sibi pro mercede donari. Alij quoque reperti sunt in eodem Monasterio Virgini gloriose ingrati, & indeuoti, qui minus libenter Missam quotidianam ad eiusdem Deiparæ honorem celebrari consuetam, decantari consenserunt. Sed nullus eorum, felici, aut naturali morte defunctus est.

*Vltio diuina
in induotus
erga beatam
Virginem.*

Annus

Annus Christi 1489.

HOc ipso tempore nempe, anno Domini 1489. iuxta Baronium in Notis ad Martyrol. Rom. 4. Martij, migravit in cælum S. Casimirus Rex Poloniae, B. Virgini deuotissimus: qui orationem quotidianam ad eius honorem composuit, & secum in sepulchro condi voluit, prout anno 1609. supra ipsius pectus reperta fuit. Eam hic inserere libet.

S. Casimiri
Regis, Oratio
ad B. Virgini-
am.

Omni die dis Maria

Mea laudes anima:

Eius facta eius gesta

Cole splendidissima.

Contemplare & mirare

Eius celsitudinem;

Dic felicem genitricem,

Dic beatam Virginem.

Ipsam cole, ut de mole

Criminum te liberet:

Hanc appella, nec procella

Vitiorum superet.

Hæc persona, nobis dona

Contulit cælestia

Hæc Regina, nos divina

Illustrauit gratia.

Lingua mea dic trophæa

Virginis puerpera

Quæ inflictum maledictum

Miro transfert genere.

Sine fine dic Regina

Mundi laudum cantica,

Huius bona semper sona,

Semper illam prædica.

Omnes mei sensus ei

Personate gloriam:

Frequentate tam beate

Virginis memoriam.

Nullus certe tam disertus

Extat eloquentia,

Qui condignos promat hymnos

Eius excellentia.

Omnes laudent, unde gaudent,

Matrem Dei Virginem:

Nullus fingat quod attingat,

Eius celsitudinem.

Nemo dicet quantum licet

Laudans eius merito,

Eius cuncta sunt creata

Ditioni subdita.

Sed necesse (quod prodesse

Constat piis mentibus)

Ut intendam quod impendam

Me ipsius laudibus.

Quamuis sciam quod Mariam

Nemo dignè prædicet,

Tamen vanus, & insanus

Est qui eam reticet.

Cuius vita erudita

Disciplina cælica,

Argumenta & figmenta

Destruxit hæretica.

Huius mores tanquam flores

Exornant Ecclesiam

Actiones, & sermones

Miram præstant gratiam.

Eua crimen nobis limen

Paradisi clauserat,

Hæc dum credit, & obedit,

Cæli claustra reserat.

Propter Euam homo sciam,

Accepit sententiam,

Per Mariam habet viam

Quæ ducit ad patriam.

Hæc amanda & laudanda

Cunctis specialiter,

Venerari, & precari

Decet illam iugiter.

Ipsam posco quam agnosco

Posse prorsus omnia,

Ut euellat, & repellat

Quæ sunt nobis noxia.

Ipsa docet, ut quod mones

Natus eius faciam,

Et finita carnis vita

Latius hanc aspiciam.

SÆC. XIV.

O cunctarum femina, um
Decus atque gloria,
Quam probatam & elatam
Scimus super omnia.

Clemens audi tua laudē
Quos instantes conspicias,
Munda reos, & fac eos
Bonis dignos cœlicis.

Virga Iesse, spes oppressæ
Mentis, & solatiæ:
Decus mundi, lux profundi,
Domini sacrarium.

Vita forma, morum norma,
Plenitudo gratiæ:
Dei templum, & exemplum
Totius iustitiæ.

Virgo saluæ, per quam valua
Cœli patens inferis:

Quam non flexit, nec allexit
Fraus serpentis veteris.

Gloriosa & formosa,
Dauid Regis filia,
Quam elegit Rex qui regit,
Et creauit omnia.

Gemma decens, Rosa recens:
Castitatis lilium:

Sanctum chorum, ad polorum
Qua perducis gaudium.

Actionis, & sermonis
Facultatem tribuo,
Ut tuorum meritorum
Laudes promam strenuè.

Opto nimis, ut in primis
Des mihi memoriam,
Ut decenter & frequenter
Tuam cantem gloriam.

Quamuis muta, & polluta:
Sciam mea labia,
Presumendum non silendum
Est de tua gratia.

Virgo gaude, quia laude:
Digna es & premio:
Qua damnatis liberatis
Facta es occasio.

Semper munda & fecunda:
Virgo tu puerpera.

Mater alma velut palma
Virens, & fructifera.

Cuius flore, vel odore
Recreari cupimus,
Eius fructu nos à luctu
Liberari credimus.

Pulchra tota sine nota
Cuiuscumque macula:
Fac nos mundos, & iucundos
Te laudare sedulo.

O beata per quam data,
Nova mundo gaudia,
Et aperta fide certa
Regna sunt cœlestia.

Per quam mundus latibundus,
Vero fulget lumine,
Antiquarum tenebrarum,
Offusus caligine.

Nunc potentes sunt egentes:
Sicut ol' m' dixerat,
Et egeni sum pleni:
Ut tu prophetaueras.

Per te morum nunc prauorum
Relinquuntur deuia:
Doctrinarum peruersarum
Pulsa sunt vestigia.

Mundi luxus, atque fluxus:
Docuisti spernere,
Deum queri, carnem seris,
Vitiis resistere.

Mentis cursum ferre sursum:
Pietatis studio:
Corpus augi, motus frangi
Pro cœlesti premio.

Tu portasti intra casti:
Venis claustra Dominum,
Redemptorem, ad honorem
Nos reformes pristinum.

Mater facta, sed intacta,
Genuisti filium,
Regum Regum, atque veram
Creatorem omnium.

Benedicta per quam victa:
Mortis est versutia,
Destinatis spe salutis
Datur indulgentia.

Benedictum

Benedictus Rex inuictus
Cuius mater crederis
Qui creator ex te natus
Nostri salus generis.

Reparatrix, consolatrix,
Desperantis anima :

A pressura, qua ventura
Malis est, nos redime.

Pro me pete, ut quiete
Sempiterna perfruar,
Ne tormentis oburentis
Stagni miser obruar.

Quod requiro, quod suspiro,
Mea sana vulnera,
Et da menti te poscemi
Gratiarum munera.

Vt sim castus, & modestus,
Dulcis, blandus, sobrius,
Pius, rectus, circumspectus
Simulatis nescius.

Eruditus & munitus
Diuinis eloquiis,
Beatus & exornatus
Sanctis exercitiis.

Constans, gravis, & suavis
Benignus, amabilis,
Simplex, purus, & maturus
Comis, & affabilis.

Corde prudens, ore studens
Veritatem dicere :
Malum nolens, Deum colens
Pio semper opere.

Esto iurix, & adiurix
Christiani populi,
Pacem presta, ne molesta
Nos perturbent seculi.

Salutaris stella maris
Salue digna laudibus
Qua præcellis multis stellis
Atque luminaribus.

Tua dulci prece fulci
Supplices, & refoue :

Superius multa miracula diuæ Hallensis retulimus, qualiter autem hoc anno Domini 1489. Hallas ab inuasionem hostium liberauerit Beata Virgo, referendum est ex Lipsio. Vno anno Philippus Dux Cliuius, bis tentauit, per insidias semel, & occultam intrâ muros conspirationem Hallas

Quicquid grauat, & deprauat,
Mentes nostras remoue.

Virgo gaude, quod de fraude
Dæmonis nos liberaas,
Dignum vera, & sincera
Deum carne generas.

Illibata & diuata
Cœlesti progenie
Gravidata, nec priuata,
Flore pudicitia:

Nam quod eras perseueras,
Dum intacta generas,
Illum lactans, atque laudans,
Per quem facta fueras.

Mihi mœsto nunc adesto
Dans perenne gaudium,
Dona quæso nimis laso
Optatum remedium.

Commendato me beato
Christo tuo filio :
Vt non cadam, sed enadam
De mundi naufragio.

Fac me mitem, pelle licem,
Compesce lasciuiam,
Contra crimen da munimen
Et mentis constantiam.

Ne me liget, nec fatiget
Seculi cupiditas,
Qua obscurat, & indurat
Mentes sibi subditas.

Nunquam ira, nunquam dira
Me vincat elatio,
Qua multorum sit malorum
Frequenter occasio.

Ora Deum, ut cor meum
Tua seruet gratia,
Ne antiquis inimicus
Seminet zizania.

Da leuamen, & tutamen
Tuum illis ingiter,
Tua facta siue gesta
Qui colunt alacriter. Amen.

SÆC. XIV. capere: iamque copias ad sex millia militum cum tormentis eduxerat ignaris superuenturus. Casu ciuis (quid casu? Numine & diua vigilabat) ciuis, inquam, Bruxellensis à præfidiariis capitur; qui rem omnem & coniurationem detexit. Cliuius ignarus aduenit, & ut putabat, ignaris. Illi silent, dissimulant, adire patiuntur, fossas transire, muris subire: tum undique ex parato ingruunt, tela, viri, feminae, & magna sua clade proturbant incautum hostem: deleturi etiam, si maior aliqua manus in oppido fuisset. Alterum hoc ipso anno, clarioris subsidij. Quod fraus abnuerat, à vi Cliuius voluit impetratum. Venit eo cum instructo decem milium equitum, peditumque exercitu. Ità autem subitus venit, ut centum viginti Hallenses præfidiarios, lignatum & pabulatum egressos, ad vnum omnes interciperet, tristi augurio, & damno certiore, quo minor in vrbe manus, vix ducenti quinquaginta milites remanebant. Sed Diua scilicet, quæ tutelæ suæ totam rem facere voluit, etiam muros ditui tormentis passa, & aditum lato limite fieri, quæ vel tria plaustra transirent. Præterea, ignis ferreis cauatis globis, & qui emissi patescerent, eumque funderent, in domos variè sparsus: & quasdam iam comprehenderat. Vbique periculum, clamor, consternatio, vna re ciues constantes ad Diuæ opem piis votis confugiunt. Tum veluti robore diuinitus immisso, à templo feruntur in hostem, ipsi Sacerdotes iis mixti. Pugnatur acriter, illinc viribus, hinc animis maioribus, ac denique sub vesperam cum multa sua cæde hostis pellitur, ipse quoque fassus, Numen sibi palam repugnasse. Interea feminae, & imbellis manus incendia restinguere, è quibus decem, vna aliqua domo conscensa, cum ea ipsa decidunt. Mortuas, & obritas, tam graui ruina, omnes existimare: at illæ surgunt sine maiore aliqua noxa, & domum quæque suam pedibus suis eunt. Quis non tum laudes, gratæque sacræ Virgini, corde, ore, plausu dixit? Et hostis cum sequenti die iterum oppugnare pararet, eccè tabellarius à Carolo Croyo, Chimaci Principe, cum literis, quibus intrà triduum auxilium, & copias promittebat. Ciues gaudio exultare, tympana, & campana sonare, omnia lætitiæ signa dare, ut hostis non aduentare, sed aduenisse iam auxilia suspicatus, siue etiam Deo terrente, & avertente trepidus festinusque inde discederet: ne mortuorum quidem cura aut fauciorum quos in fossis viisque reliquit, ipsa etiam oppugnationis aut belli instrumenta. Sanè centum circiter globos è ferro aut lapide, etiam nunc monumenta rei, in æde sacræ feruant arcis ligneis conditos, qui 30. 40. sunt, & qui 60. pondo libras habent.

Bayt. Mant.

Eodem ipso anno, Stephanus Bathorius, Transiluanie Princeps (Vaiuodam ipsi appellant) argenteum B. Mariæ simulachrum ferè sesquicubitale, egregiè factum, pulchreque auro interlitum, Lauretanæ Virgini donum misit. Ad Virginis pedes Vaiuodæ ipsius armati effigies, item ex argento supplex visitur. Votiuum donum, causa basi inscripta declarat. Magnif. D. Comes Stephanus de Bathor, Vaiuoda Transiluanus, & Siculorum Comes, necnon Iudex Curie Serenissimi Principis D. Matthiæ, Dei gratia Regis Vngar. Boëm. &c. in honorè Dei, & eius Genitricis Mariæ, ob eam causam, quòd ipse per intercessionem eiusdem Virginis gloriosa, à quodam maximo periculo liberatus fuit. Anno M. CCCCLXXXVIII, dicauit.

Idem

Hallas ab hostium invasione liberat B. Virgo.

Stephanus Bathorius à maximo periculo liberatus per B. Virginem.

Idem porro annus insigni miraculo memorabilis perhibetur. Petrus cognomento Orgentorix cuius Gratianopolitanus, fuit genere atque opibus clarus. Huius vxor Antonia nomine pari nobilitate mulier à septem teteris diabolis obsessa tenebatur. Petrus igitur liberandæ coniugi intentus, cum nihil in Gallia in expertum reliquisset, eam adduxit in Italiam. Ac primò Mediolani ad S. Iulij, inde Mutinæ ad S. Geminiani, denique Romæ ad sacram Columnam solemnes exorcismi, nequicquam adhibiti, Deo liberatæ mulieris decus Lauretanæ Virgini reseruante. Iamque Orgentorix, consilij, auxilii que inops, in patriam desperata re, cogitabat, cum in Rhodium equitem incidit sibi notum, & Lauretanæ Virginis satis gnarum. Huius suasu, fiducia plenus venit cum vxore Lauretum. Quo vt ventum est, mulier summa vi obluens, à decem robustis viris alleuatur, & in sanctissimam cellam delata, ante B. Mariæ effigiem sistitur. Stephanus Francigena, Canonicus Auximanus erat tum custos Sacrosancti Sacelli, vir probitatis, ac virtutis expertæ, qui vexatores diabolos exorcismis de more vrgeri cepit. Illi iubente Stephano nomina sua professi, exire obstinatè recusabant. Sed vicit dæmonum obstinationem constantia Sacerdotis, & diuina vis. Itaque eorum quatuor Dei numine, alius post alium exacti, ingentibus ædem clamoribus impleuere. Tres erant reliqui pertinaciores cæteris. Hos igitur Stephanus, premere institit. Haud ità multo post quintus (Herroth nomen erat) malis fessus, excessit signo dato. Stephanumque compellens ait. Maria nos eiecit, non tu. Inde sextus (cui nomen Horribilis) erumpens vociferatur quæribundus, Maria, Maria, nimium in nos sanis. Cæteris eiectis, postremus nomine Arcto, ante omnes alios pertinax lamentati magno gemitu, eiulatuque cœpit. Nimis potens es Maria, utique in hoc loco, vbi nos ex nostra possessione eiicis intuitissimos. Illata cum honore eius loci mentio sciscitandi cupidinem Stephano iniicit. Ergo mendaci ad verum extorquendum sedulo instandam ratus, percontari, quis tandem ille esset locus, in eo que persistans, Dei, ac Deiparæ nomine imperare, vt verum eloqueretur. Nec frustra. Arctus exorcismorum vi subactus, tandem profitetur, illud esse Deiparæ cubiculum, vbi Deum Gabriëlis nuncio conceperit, & simul adiungit se diuinitus subigi, verum in præsentia edicere. Tum verò Stephanum cupido incessit cognoscendi, vbi Angelus sterisset salutans Virginem, vbi Virgo cum salutaretur, oraret. Igitur vt ex mendacij patre verum exculperet, solemnibus exorcismis subigere institit, vtrumque vt locum demonstraret sedulo. Ille demùm diuina vi coactus enunciauit, Virginem quidem in cellæ angulo ultra cornu Euangelij, ad dexteram sacrosancti camini (vbi nunc est aptum scabellum genibus flectendis) Deo supplicansem, à Gabriele salutatam: ipsum verò Angelum ex diametro in aduerso angulo, ad fenestræ dextram substitisse, vt facillè appareat ab Angelo, Virginis reuerentia, quam remotissimum locum intrâ cellæ parietes, esse quæsitum. Arctus ergo hisce rebus enunciatis, tandem ex corpore obsessæ mulieris excussus, eam reliquit exanimem. At illa haud multo post ex pavimento, vbi prostrata iacuerat, redeunte animo surgit: simul cum viro ingentes Lauretanæ Virgini grates agit, vota persoluit.

SÆC. XIV.
Turkel. Lau-
ret. Hist.
lib. 2. c. 7.

*Dæmones ex
obsessa mulie-
re fugati in
ade Laureta-
na,*

*Angelus
qua in quan-
do Virginem
salutauit.*

SAEC. XIV.

Annus Christi 1490.

Archangel.
Gian. Cent.
3. Ann. Ser-
uorum lib. 4.
c. 9.

Duabus puel-
lis apparet B.
Virgo.

IN agro Fesulano apud Etruscos, anno 1490. miranda quædam à deuotione in sacrosanctam Virginem euenerunt. Inter condensa montium super Plebem SS. Geruasij & Protasij Fesulanæ Diocæsis versus Aquilonem, altus & præruptus imminet collis, ad ima S. Brigidæ per deuia declinans, à Sanaria, Seruitarum Eremo tertio milliari, à Fesulis quarto distans. In eius decliuiori descensu prædium, quod Lenari, dicitur, colebat vir pauper duarum puellarum pater, quæ per ea nemora ouiculas quasdam ad pascua quotidie ductabant. Inter has curas pastoricias sæpè sæpiùs in meridie solis æstum sub rupe illa declinantes, preces & laudes coram uerustissima quadam, & ferè exoleta imagine B. Virginis, ibidem supra memoriam hominum locata, simplici & puellari deuotione fundebant. Voluit Regina cælorum sua præsentia illas recreare. Itaque die 2. Iulij, qua uisitatio eiusdem recõlitur, super nube lucida, vnà cum filio, inter duos Angelos albis induta, saxo cuidam insidens, speciosissima utrique apparuit, perterritasque solata admonuit, uelle eodem loci templū habere, ac patrem earum ibidem uidere. Accersito, illi se uidendam præbuit, quidque de templo à populis extruendo cuperet edocuit. Fama eius per Florentina, Fesulana, & Mugellana prata, campestria, & montana diffusa confluentibus cateruatim ad saxum populis, die 2. Augusti, quæ erat Dominica post festum Assumptionis, eadem specie plurimis apparuit, & de templo extruendo uoluntatem aperuit. Cilius asperior erat, quam ut posset facilius complanari. Ergo ex opposito templum ædificare cœperunt; ad quod facilius ascenderetur. Ceterum quicquid interdum operæ extruxissent: noctu corruebat. Vnde uoluntate diuæ Virginis perspecta, eo loci, ubi super saxum conspecta est, circumcirca lapidem, templum erexerunt, cui à Saxo titulum indiderunt. Ad quod ut Iulius II. Papa, in diplomate narrat, cum propter miracula qua ibi intercessione B. Mariæ Virginis operatur altissimus, confluere multitudo fidelium, uisitantibus, & pijs elemosynas, ac oblationes offerentibus, nonnullas indulgentias largitus est. Calend. Octob. 1504.

Canonicus
blasphemus
in B. Virgi-
nem, fulminis
ictu perit.

Aliquis Canonicus Florentinus, dum illam imaginem in solempni processione, Florentiam à Confratribus Sodalitij, gratia necessitatis cuiusdam publicæ illatam, & per Metropolitanam basilicam summa cum deuotione ciuium delatam uidisset, sed risisset: ac propterea contumeliosis uerbis afecisset, uix prolatis uerbis uindice Deo, gemini fulminis ictu è cælo percussus interiit. Miraculis imago etiam anno Domini 1609. illustrabatur frequenti ex agro Mugelano, & Apenninis Alpibus, præcipuè singulis Dominicis Maij concursu populorum. Cura eius templi, Patribus Seruitis, iure congrui, ab Iulio 2. credita est.

Chron. Ord.
Min. tom. 2.
lib. 5.
Oppidii quod-
dam igne pe-
rit ob blas-
phematos
incolas.

Occasione prædicti blasphematoris, aliud terribile diuinæ uindictæ iudicium in incolas cuiusdam pagi ob blasphemias contra beatam Virginem prolatas, referre licet ex Chronico Ordinis Minorum; ubi scribitur beatam Virginem apparuisse cuidam Clerico, eique dixisse, sese ad quendam pagum proficisci, ut igne pereat, quod eo die eius incolæ, tum filium suum, tum se ignominiosè tractassent, & blasphemassent. Postea compertum eo die, quod id Clerico reuelatum fuerat, pagum arfisse.

Annus

Annus Christi 1491.

Circà hæc tempora, Craccuiæ obiit B. Stanislaus Canonicus Regularis, beatæ Virginis deuotissimus, qui eam aliquando cum filio, & S. Stanislao sibi apparentem meruit aspicere atque ab ea audire. Gaudeo fili Stanislai, de insigni tua ista deuotione, qua me, & sanctum Stanislaum prosequeris. Viriliter age. Te enim vnà cum Sanctis meis, merces copiosa expectat in cœlis.

Bzonius tomo 18. Annal.
B. Stanislaus Cracouiensis apparet B. Virgo.

Annus Christi 1492.

Eodem tempore contigit apud Laudem Pompeiam, monumentum iis præcipuè verendum, qui per sacrilegium in templis oblata furari, & vsurpare audent. Extat ibi Ecclesia, vulgo dicta S. Maria della Fontana del Moggio, sub cura Patrum Seruitarum. Aliquis ex gratia ibidem recepta pro voto soluendo modium frumenti in sacco post altari clam Patribus reliquerat. Fur interim quidam obseruata clam veri deuoti oblatione, cum nulus adesset, saccum rapuerat, humeroque iniectum auferre tentauerat. Cum pondere depresso in terram cortuisset, & altera manu assurgere tentasset, Dei vindicta manus pauimento lapideo firmiter adhærens, latronem adedò implicatum, & confusum retinuit, vt inde neque surgere, neque sarcinam deponere, neque manum auellere potuerit. Luger infœlix, confunditur verecundia, iustitiam consternatus timet, pudet, pœnitet, exclamat veniam & misericordiam implorat: accurrunt Patres, beatissimam Virginem pro eo interpellant, liberatum tamen diuina ope, ac exsolutum aspiciunt: quinque tamen digitorum extensæ manus vestigijs, quæ adhuc supersunt: concatenatis eo in lapide in perpetuum rei monumentum relictis. Hæc Archangel. Gianius quæ vestigia vidit. Cent. 3. Annal. Seru. lib. 4. vbi etiam narrat aliud mirandum, pro cultu diuæ Deiparentis, quod hoc anno apud oppidum Marradij occurrit.

Archangel. Gianius.

Latronis manus pauimento miraculosè adhærens, precibus ad beatam Virginem fufsis liberatur.

Est Marradium non ignobile oppidum Florentinæ Diocœsis, vltra Apenninum ad initium Vallis Lamoni, Faentinæ Diocœsis, à qua circa vigesimum milliare distat. Ad ripam, præterlabentis fluij Lamoni, in loco, qui hoc tempore dicebatur il Casone, erat quædam venerabilis imago beatæ Virginis, quam auctor Bartholomæus de Aquipendio, sub quodam tabernaculo effinxerat. Hanc nocte quadam Angelorum manibus ad alteram fluminis partem delatam, & inter vepres super struem saxorum absconditam, & à transeuntibus fortuito repertam ferunt. Cumque nonnulli, qui ex aduerso fluminis habitabant, illam à prædonibus clam sublatam arbitrarentur, seu potius ab æmulis alterius partis (dissidebant id temporis inter sese, & crebris armis decertabant Marefcottorum, & Fabronum duæ potentes familiæ ablatam suspicarentur, eam rursus superato amne in priorem locum restituerant, adhibitis etiam pro sequenti nocte excubijs. Verùm cum altera die iterum transacto fluuio illam super eadem saxorum maceria inter ipsos sentes latitantem comperiissent, id diuino, non humano consilio factum interpretantes, ibi potius quam alibi gloriosam

Imago Deipara propter discordias locum mutat.

Dei

SÆC. XIV. Dei matrem venerari statuerūt: quòd eo oraculo intellexissent, B. Virginem præteritas contentiones inter ipsas familias consultò sedare voluisse. Dissidiis compositis, Fabrones locum, in quo maceries illa repurgantes, templum sanctissimæ Virgini Annunciata extruxerunt, & Patribus Seruitis attribuerunt, ingentibus apud illam imaginem miraculis sequentibus.

Annus Christi 1492.

Ioan. Burch.
in Diario.

Innocentius
munera mit-
tit Lauret.
Virgini.

Eidem Sa-
cellum con-
struit.

Marcus
Vlysbou. in
Hist. Franc.
Petrus Mi-
norita Im-
ginem Dei-
paræ profer-
t pro auerien-
da peste.

Sequenti anno 1492. obiit Romæ Innocentius VIII. Pontifex, qui eximia pulchritudine auream bullam cum gentilitiis insignibus donum misit Lauretum, Lauretanæ Virgini suspendendam è collo. Pontificale insuper amiculum (pluuiiale vocant) ex holoserico villosò, auroque magnificis sanè floribus pictum, & opere phrygio prætexto margaritisque sericoque.

Huius mandato morientis, eius nepos Laurentius Cardinalis S. Cæciliæ, in B. filica S. Petri sacellum ab eo in honorem Dei genitricis inchoatum perfecit, ac amplo reditu dotauit. In eo sacello positum ferrum quo patuit latus Saluatoris, Innocentio 8. ab Imperatore Turcarum Bayazete missum.

Ipsò anno migravit in cælum B. Petrus Minorita. Hic cum ab obedientia compulsus esset consanguineam suam annosam conuenire, cum vix in conspectum eius venisset, nihil aliud ei dixit, quàm Regina Virginum non me patitur amplius tecum esse, & statim se ab eius oculis proripuit. In quadam supplicatione pro peste auertenda, ipse Deiparæ imaginem prætulit, & quibus prædixit vel non ægrotaturos, vel non morituros, verum prædixit.

Annus Christi 1493.

P. Archang.
in lib. de
Rosario.

Sanctissimi
Rosarij Mi-
racula.

In illis diebus, cum Vlyssipone grauis & damnosa pestis grassaretur, mulier quædam eadem infecta, iam iam moritura videbatur. Igitur in tali, ac tanta necessitate constitutam se sentiens, Deiparæ Virgini SS. Rosarij patronæ (cuius tunc imaginem sub brachiis deuotè amplectebatur) sese commendauit, & eccè, post paucillum temporis sanitati restituta fuit.

In eadem ciuitate, eodémque ferè tempore, alia quædam Matrona extremum trahebat spiritum. Quam cum ipsius maritus, patronæ sanctissimi Rosarij commendasset, ac simul oleo lampadis sanctissimi Rosarij inunxisset, protinus sanitati restituta est.

Annus Christi 1494.

Archang. vbi
v præ.

In præfata Lusitaniæ ciuitate, anno 1494. mulier quædam à marito de adulterij crimine accusata, ac falsis testibus conuicta, scandalosè patibulo adiudicata fuit. Hæc erga Virginem Matrem erat deuotissima, & singulis diebus Rosarium ei offerebat. Quadam autem feria sexta, septimo Idus Maij, ad supplicij locum perducta, pia Rosarij mysteria secum peruoluebat, omnemque spem, ac fiduciam in Virgine collocabat, in tantis angustiis opem eius expectans. Sicque ad patibulum pergens suspensa est. Paucis elapsis horis illam licetor deponens, tanto cum impetu in terram deiecit, vt fortissimus quisque hoc casu perimi potuisset. Ità deiectam in sacellum quoddam vicinum deportarunt, vt sepulturæ traderent. Et cum iam terræ mandaretur, signa viuentis exhibuit, Reginam Rosarij inuocando. Hic magna cuncti

cuncti perturbatione commoti hærebant: quidam verò Cœnobium sancti Patris Dominici adeuntes, nonnullos de fratribus aduocarunt, vt stupendo huic interessent miraculo. Porro illam in sacellum Deiparæ, vt par erat, deferri curarunt, vbi accedentes Patres Prædicatores, propter nimiam accurrentium turbam, vix templum ingredi potuerunt. Tandem propius peruenientes, cum lachrymis omnes misericordiam altissimi, & opem Parthenice Virginis prædicabant. Cumque illam ante faciem imaginis Deiparæ deponerent: ipsa paululum eleuans caput, oculosque in sanctam imaginem defixos habens, eam apprehendit, & vires paulatim recuperans, in omnium corona patefecit, quod cum suspendio mulcetur, adfuerit clementissima Dei mater, dulci præsentia sua illam corroborans, dicensque quod propter piam Rosarij lectionem, à morte tam infami liberari meruisset. Superuixit hæc postmodum duorum annorum spatio, ac reliquo tempore obsequiosissime SS. Rosarij Sacello inseruiuit, lætumque finem obiit. Miraculum hoc duplici decreto ciuitatis Vlysiptonensis approbatum est.

Mulier iniuste patibulo adiudicata, liberatur per B. Virginem.

Annus Christi 1495.

PER id temporis in quadam Hispaniæ Villa, sub ditione Ducis Cataloniæ, scœmina quædam addictissima Rosarij lectioni, iniuste ad Iudicem delata est, tanquam rea criminis, non nisi ignibus expiandi. Eò res deducta fuit, vt torturæ tandiu subiiceret donec scelus proderet, & se ream proclamaret. Data iam sententia, precatorios globulos voluit & reuoluit, ac opem Virginis implorauit, vt in hoc tam horrendo sine culpa supplicio, sibi aliquod solatium conferre dignaretur. Ad locum supplicij protracta, Rosarium, nec ibi dimittebat. Cumque illam à terra eleuare putarent, restis prorsus fracta, ac varias fuit in partes dissecta. Alteram eamque nouam acceperunt, quæ vt prior fracta est. Tertiam iniecerunt, quæ similiter rupta est, & quasi abscissa. Quod Iudex admirans, atque mente turbatus, mulierem aggressus ait: Ah scelerata, an incantationibus funes omnes destruis? Respondit ipsa, Incantatio mea est pia Mariani Rosarij lectio, qua me ex totis visceribus Virgini commendo. Miraculum agnouerunt, & liberam absoluerunt. Ipsa verò Conuentum fratrum Prædicatorum accedens, cuncta ordine enarrauit, & diuæ Virgini protectrici suæ gratias egit.

Rosarij obrecitationem mulier ab horrenda morte liberatur.

Quantum sint beatissimæ Virgini suæ imagines curæ, euidenti miraculo ostendit hoc ipso anno nempe 1495. Nam cum Ferdinandus Rex Neapolitanus Francorum reliquias eiicere tentaret, & Fraguellum oppidum oppugnaret, eius oppidi exulto sacello, ligneum Deiparæ simulachrum inuentum est integrum, quod summa veneratione Neapoli transmissum est.

Albinus Lucanus in commen. de Bello Gallico.

Alexander Papa tertius sub annum istum 1495. cum imminetia sibi pericula maxima à Carolo Francorum Rege videret, ad humanam prudentiam, adiecit & diuinum perfrugium. Nam ad Deiparam recursum habuit, & votis conceptis suam statuam in templo Deiparæ Annunciatæ, Florentiæ ante eius imaginem suspendi iussit. Ea summo artificio ad viuum elaborata, solemnè pompa præcinentibus tubis excepta, & conspicuo in loco exposita, ad hæc vsque tempora visitur, monumentum peren-

Gianius in chron. Seruorum. Alexander Papa tertius in magnis periculis recurrit ad Deiparam.

SÆC. XIV.

ne spei, quam Pontifex grauissimis in periculis in sacratissima Virgine reposuerat.

Annus Christi 1496.

Turcel. Lau-
ret. Histor.
lib. 2. c. 8.

*Recinetenses
à peste libe-
rantur im-
plorato diua
Virginis Lau-
retana auxi-
lio.*

EAdem tempestate atrox Recineti in Piceno grassabatur lues, quæ contagione vulgata ciuium pluribus absumptis, grauiorem indices minabatur ciuitati cladem. Igitur à Magistratibus, de primorum consilio indicitur ad Lauretanam sanctissimæ Deiparentis adem supplicatio, votum publicè nuncupatur. Nec spes, precèue in irritum cecidere. Extemplò votiua supplicatione, veluti diuina manu, pestilentia absterfa, ciuitas periculo exempta. Ergo Recinetenses voti rei pro domesticis quisque copiis, magnam pecuniæ vim, in votiuum conferunt munus, decretaque supplicatione, coronam auream, gemmis distinctam clarissimis, Lauretanæ Virgini donum ferunt. Corona Beatæ Virgini imposita, simul à Robureo Cardinale impetratum est, vt ea nunquam remoueretur.

Annus Christi 1497.

Gabriel ren-
notus lib. 3.
Hist. Ordin.
Canon Reg.
c. 34.
*Imago Dei-
paræ lachry-
matur.*

Circà hæc tempora in Episcopatu Spoletano, propè oppidum Triuij, magnum prodigium, & malorum Italiæ imminentium prognosticon apparuit. Erat propè oppidum Sacellum quoddam in Triuijo, siue in compitis, vt multis in locis fieri consuevit, vbi beatissimæ Virginis imago in pariete depicta lachrymas fundere visa est: quod miraculum multi conspexerunt. Spargitur exindè rumor apud oppidanos, postea ad propinquas ciuitates, tandemque Romam vsque attigit. Fit propterea populorum magnus concursus, conferuntur elemosynæ, templumque notabilis magnitudinis, & miræ pulchritudinis ad Dei, & B. Virginis honorem erigitur, S. Mariae de lachrymis nunc vocatum, & Canonicis Regularibus attributum.

Carthagena
de Mirandis
deip. §. 70.

*Miracula B.
Virginis in In-
diis Orienta-
libus & Oc-
cidenti.*

Ipsò anno 1467. certum est Vasquium Gemam ab Emanuele Lusitanix Rege missum, detexisse Indias Orientales, aditumque ad illas aperuisse auspiciis Deiparæ. Quocirca Emmanuel Rex in ora littoris Olyssiponensis templum Virgini excitauit, vt Petrus Massæus lib. 2. Hist. Indicæ, & Oforius primo tradunt. Illud præterea in Africæ locis ad promontorium Bonæspei, contigit, vt Rex Benopotamæ potentissimus, Christo se dedit hac occasione, quòd in somnis sæpè viderit matronam quandam secum loquentem, cuius cum mox imaginem depictam conspicatus esset (illa autem Virginis erat) cum plurimis est baptizatus. Contigit etiam tunc, vt maxima miracula per imaginem Deiparæ in Indiis Occidentalibus efficerentur, quibus latè Christiana religio propagaretur. Insula Cuba est è maioribus, quas Oceanus in iis oris circumdat. In hac Regulus quidam victorias multas est consecutus aduersus finitimos populos, non alia ratione, quam quid vsus est Christiano quodam duce copiarum suarum. Is autem pergebat in hostes, gestans in pectore imaginem Virginis, ac protinus illos in fugam versos superabat. Cumque dissentione orta inter Indos, præstantiorne foret imago Mariæ, an verò Indicorum Deorum: idcirco ad arma

arma veniretur; conuenere, vt in lata quadam planitie duo iuuenes hinc, inde brachijs ad terga ligarentur arctissimè, & duo quidem nomine Mariæ ab aduersaria parte vinculis obstringerentur, duo vero Indicorum Deorum nomine similiter ab alia parte ligarentur: quorum autem manus spontè soluerentur, ij victores essent, ac pro veritate crederentur pugnare. Res ita acta, & continuè innumeris videntibus, inclamante Regulo: *Aue Maria*, adstitit matrona mirabili maiestate, quæ ad suos appropinquans, & virga manus tangens, illos exoluit, vinculaque se ad alios duos ex aduerso positos deuinciendos continuè contulerunt. Quo peracto, visum est idem certamen renouari, ac rursus idem mirabiliter euenit. Hoc passim diulgatum, plurimos ad Christum traduxit.

Quo etiam tempore, & anno migravit in cœlum Beatus Dominicus Leonessa Minorita. Huic morituro Deipara apparuit, & à caterua dæmonum eripuit.

SAB. XIV.

Vlyssipon. in Chron.

Annus Christi 1498.

ANNO Domini 1498. Martialis à Malesania Lemouicensis, & alij duo socij de homicidio suspicati, mortique adiudicati sunt. De sententia tamen appellantes, in teterrimum inclusi sunt carcerem adhibitis custodiibus. Tunc Martialis, aperuit fociis quemadmodum in Sodalitatio B. Virginis Aniciensis dudum inscriptus fuerat, quæ communiter adest omnibus inuocantibus eam: cœpitque eos rogare, vt ei votum facerent. Qui videntes periculum mortis imminere, vouerunt se non manducatuos carnem, nec bibituos vinum, donec (si liberarentur) visitarent Ecclesiam Aniciensem. Vix votum emiserant, & ecce omnes carceris ianua aperta sunt, vincula con fracta, & nemine vidente, vel audiente egressi sunt. Cumque satis longè processissent, recordati sunt, quia reliquerant aliquid in carcere, quod ad eos pertinebat. Redeuntes igitur, inuenerant adhuc ianuas carceris apertas, ipsumque clarissimo lumine illustratum, (erat enim nox) tollentesque quod prius obliti fuerant, egressi sunt nemine audiente, vel vidente, pergentesque Anicium, Deo & beatæ Virgini gratias agentes, redierunt ad propria, neque propterea vnquam Iustitia, amplius contra eos inquisiuit.

Odo siffæus in Hist. B. Virg. Anic. lib. 3. c. 38.

*Viri tres implorato D. Virginis Aniciensis auxilio, & carcere liberantur.**Annus Christi 1499.*

TVNC etiam nempe, anno 1499. Deus stupendissimo quodam miraculo, illustrare voluit beatissimæ Deiparentis cultum, qui est in Hispania apud Monserratum. Valentinus quidam nobilis inimicitias exercebat cum quodam concine. Ab eo ad singulare certamen prouocatus, antequam stringere gladium potuisset, duobus vulneribus, altero à brachio, vsque ad costas, altero in mammilla dextra confossus fuit. Superuenere duo alij subornati, quorum vnus lancea, alter gladio, miserum feraliter tractarunt, ita vt ventrem illi aperuerint, per quam plagam latissimè patentem, visceribus in terram effusis, pro mortuo eundem reliquerint. Non defuit ille sibi, sed illis recollectis inque ventrem repositis, in proximam adiculam à vi-

Oliuerius in lib. mirac. B. Mar. Montiserrati. Astolf. lib. 1. de mirac. ad Imaginem. B. Virg. paratis.

SÆC. XIV.

*Miracula D.
Virg. Montis-
ferratenfis.*

cinis, qui certamen aspexerant, delatus, cùm chirurgi, & medici moriturum iudicassent: eò quòd nec omnia ilia superessent, & quæ erant recollecta, non omninò cohærent, aut conglutinari possent: ipse spei plenus, beatam Virginem apud Montemferratam celebrem, inuocauit, votum concepit, sanus, & incolumis euasit. Accidit aliud vora persoluenti. Grauiissimi cuiusdam criminis, innocens per calumniam accusatus, captus, in vincula coniectus, carnificis ferrum expectabat, nisi intra dies quinque crimen obiectum, & falsis testimoniis probatum diluisset. Iam tertius effluerat dies: quando sospitatricis suæ memor, iterum in extremo periculo opem illius implorauit: atque vota repetiit. Vix fecit; & consolatrix afflictorum compedes, & manicas quibus tenebatur ferreas dissoluit, atque ex ergastulo concluso eduxit mira ratione.

SÆCV





SÆCVLVM DECIMVM- QVINTVM.

Annus Christi 1500.



SEQVITVR annus Domini 1500. in quo scilicet Imago pulcherrima B. Virginis, quæ Neapoli in Conuentu Carmelitarum colitur miraculis clarete cœpit. Quæ Romam delata tempore Iubilæi, omnes infirmi in eundo & redeundo, auxilium B. Virginis deuotè implorantes, sanitatis beneficium consequentur. Ex quo tempore non cessauit facere miracula. Eam Regina Constantia, mater Conradi Imperatoris attulit, quam S. Lucas pinxisse fertur.

Ipsa anno, omni laude dignissima Virgo Maria, quæ Angelo nunciante concepit Redemptorem mundi, non parū honorabatur in Monasterio Cœlestinorum Lugdunensium, ubi ad eiusdem gloriam imago erecta erat, quæ Boni Nunciij Domina nuncupabatur. Quod indignè ferens humani generis inimicus, draco rufus, serpens antiquus, in eandem imaginem, quantum potuit debacchatus est. Nam die quo assumpta in cœlum Virgo Maria latantibus Christicolis, per omnes Ecclesias festiuis laudibus honoratur, Diabolus post coruscationes & tonitrua, in Ecclesiam cum ipso tonitru descendit, & coronam deauratam cepit imagini impositam, & catenam à collo eius dependentem, fertur quoque de floribus compositum, & ante eam collocatum, in terram proiecit, & faciem eius decoram, supra carbones denigravit. Postmodum lampadem Ecclesiæ oleo redundantem, ter quaterque in gyrum vertens, nullam guttam effundere permixtus est. Porro diligentes decorem domus Dei, & locum habitationis gloriæ eius, sacram videlicet Mariam, Pictores accersunt. si quavis arte, si qualibet industria, pristinum decorem imagini restituere queant. At cum vnus eorum dixisset, forsan sic Dei esse beneplacitum, vt denigrata facies imaginis relinqueretur, sicut & in plerisque locis, in quibus celebris habetur Virginis deuotio, nihil attentarunt pictores. Sacrista verò immutatum decorem Virginis equo non ferens animo, arripuit corporale, & nulla prius lotionem adhibita, faciem eius extersit: & sic pristinam formositatem Deo cooperante, & gaudentibus fratribus vniuersis recepit.

Annus Christi 1502.

IN illo tempore Olinarius, & Georgius S. R. E. Cardinales, ille Prædicatorum, iste Minorum Ordinis Protectores, Alexandro VI. summo Pon-

Franc. Hierasc. in vita
Henr. Sylu. Gener. Carmel.
Imago Deipara in Conuentu Carm. Neap. claret miraculis.

Chron. Cæl. M.S.

Diaboli rabies in imaginem Deiparae in Cœnobio Cælest. Lugdun.

SABC. XIV. tifice iubente, prouisionale, vt vocant oraculum ediderunt, inter Fratres eorundem Ordinum in Germania, de Conceptione sanctissimæ Virginis, dissidentes. Occasionem dederat, ante octo annos, Ioannes Trithemius Abbas, qui scripto libro de laudibus S. Annæ Marris Deiparæ, in septimo capitulo, beatam Virginem ab originali macula, non sanctificatam, sed præseruatam fuisse. Huic sese opposuerat ex Dominicanis Vuigandus Cauponis, Concionator Francofordiensis. Otto inter eos literario bello, cum plures Trithemius in Vuigandum, ad scribendum, & impugnandum exciussit: quamquam operante Vdalrico Kreitunicio, Rectore vniuersitatis Colonienfis, & Thoma Scoto Professore in eadem Theologiæ, pacem cum Vuigando iniussit, Dominicanos tamen plerique Carmelitæ, & Minoritæ diuexantes, occasionem dederunt, vt illi ad Alexandrum Pontificem prouocarent. Interea triennio post, anno scilicet 1497. cum Ioannes Verius Gallus Doctus Theologus, ex iisdem Dominicanis, in oppido Deppe Rothomagensis Diocesis, pro concione ad populum, plurima de sanctificatione B. Mariæ Virginis in festo Conceptionis eiusdem disseruisset, ad vniuersitatem Parisiensem citatus, die 13. Septembris, non minus quam Vuigandus Colonia palinodiam recantauit. Postridiè hoc est 17. mensis Septembris, apud S. Maruinum in vrbe Parisiensi 82. S. Theologiæ professores, omnes in eadem vniuersitate viri doctissimi de rigore promoti, in præsentia totius vniuersitatis vno ore, vnâque sententia statuerunt, & determinarunt, quod nemo deinceps præfatæ vniuersitati adscribatur, nisi se huius determinationis, quod videlicet beatissima Dei genitrix, & Virgo Maria semper ab originali macula fuerit immunis: & præseruata, assertorem, strenuumque propugnatorem pro viribus futurum confirmet iuramento. Anno post 1499. Facultas etiam Theologica vniuersitatis Colonienfis, statuit & decreuit constitutione firmissima tenendum, sentiendum, credendum, docendum, prædicandum, & constantissimè defendendum ab omnibus suppositis suis: Quod beata Dei genitrix Virgo Maria, ab omni labe originalis peccati, ex singulari prærogatiua diuinæ potentia, semper fuerit præseruata, exempta, & privilegiata, & qui contrarium fecerit, ab ipsa vniuersitate rescatus, honoribus, & emolumento Theologiæ facultatis omninò, & omni tempore sit priuatus; & quod nullus in ea facultate promoueatur, nisi iurauerit, se hoc statutum semper obseruaturum. Anno deindè superiore 1501. facultas Theologica vniuersitatis Moguntinæ, exemplo Parisiensium, Colonienfiumque prouocata, idem statutum fecit 13. die mensis Octobris, determinans B. Mariam Virginem, ab omni macula originali semper præseruatam, exemptam, & immunem, contrariamque assertionem impiam, erroneamque iudicauit, & nihilominus decreuit, neminem in Theologia promouendum deinceps, nisi iuret, quod nunquam velit fauere opinioni contrariæ in aliquo. Eo vniuersitatum in hac materia consensu, Minoritæ Dominicanos diuexabant: Dominicani vicissim contrà depugnabant. Ab hac concertatione scandala in populis orta; discordiæ verò non minores inter vtriusque Ordinis regulares. Controuersia ad Romanum Pontificem delata, Cardinales, quos nominatim hoc decretum ediderunt.

Oliuerius, miseratione diuina Episcopus Sabinensis Neapolitanus vulgariter

Discordia inter Franciscanos, & Prædicatores circa Concep. B. Mariæ.

Parisiensis facultas determinat beatam Virginem nunquam subiucisse originali.

Colonienfis facultas determinat B. Virg. immunem fuisse ab originali.

Idem etiam statuit Moguntinensis facultas.

gariter nuncupatus, Sacri Ordinis Prædicatorum Protector, & Georgius eadem miseratione, Episcopus Albanensis, vocatus Vlixbonensis, Ordinisque Minorum Vice-Protector, S.R. Ecclesiæ Cardinales, Commissarii specialiter electi, & deputari ad infra-scripta. Oraculo viuæ vocis à sanctissimo in Christo patre, & Domino nostro D. Alexandro diuina prouidentia Papa sexto, vniuersis & singulis Prioribus, Prouincialibus, & Conuentalibus eiusdem Prædicatorum Ordinis: Ministris Prouincialibus: Custodibus, Guardianij, eiusdem Ordinis Minorum, Vicariis, quibuscumque Præsidentibus, Magistris, Prædicatoribus, ac Fratribus eorundem Ordinum in partibus Alemanix, Salutem in Domino sempiternam, & nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Pro humani redemptione generis, de summis cælorum sedibus ad hunc mundum descendens Dei filius Iesus Christus, pacem Apostolis prædicauit, & illam populis prædicandam eiusdem Apostolis delegauit, disponens sua miseratione sibi subditos fore pacificos, & modestos. Propter quod S. R. E. statum, & regularem viuendi modum vestrarum Religionum approbans, eas in adiutorium prædicationis huiusmodi assumpsit. Verum quia inimicus homo superseminauit zizaniam, & in mordaces, & scandalosas dicacitates, Euangelium pacis conuertistis, dum de intemeratæ, sanctissimæque Dei Genitricis conceptione sermones habetis, nec prouiso facta per felicitis recordationis, Sixtum Papam quartum super hoc multos vestrum à malè cœptis sermonibus retraxerit: volentes præfati sanctissimi Domini nostri Alexandri iussa complere, discordias sedare, scandala tollere, prædicationisque officium ab iniuriis, contumeliis, detractionibus, & oblocutionibus liberum reddere, auctoritate Apostolica, oraculo viuæ vocis consistorialiter nobis in hac parte specialiter commissa, anno Domini 1502. die 16. Februarij tenore præsentium, statuimus, & mandamus, vt inhibitiõ facta à prædicto felicitis recordationis Papa Sixto, videlicet, quod neutra pars damnetur, scilicet eorum, qui beatam Virginem in peccato Originali conceptam asserunt, & eorum, qui à peccato originali ex speciali gratia præseruatam affirmant: & quod nullus audeat asserere, reos esse hæresis, aut mortalis criminis, qui alteram prædictarum opinionum secuti, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna integrè, & inuiolabiliter obseruetur: Adiciẽtes & præcipientes vobis omnibus & singulis, sub eiusdem censuris & pœnis, & sub interminatione damnationis æternæ, necnon sub pœna priuationis officij prædicandi, quatenus de cætero nullus vestrum, directè, vel indirectè prædicet, aut prædicari faciat, vel quomodolibet aliter sermonem ad populum habeat, de Conceptione B. Mariæ Virginis: volentes silentium totaliter coram laicis de hac materia, obseruari, quod vobis omnibus, & singulis præsentium tenore indicimus, & sub eisdem censuris indictum vobis, & denunciatum declaramus. Et quoniam Prælati vestrarum Religionum experientia teste, hæcenus negligentes fuerunt, in corrigendo excessus huiusmodi, eadem auctoritate Apostolica committimus, & districtè præcipiẽdo mandamus per præsentis Ordinariis locorum, vt eos, qui contrà prædicta, vel prædictorum aliquid inobedientes his nostris, imò verius Apostolicis mandatis fuerint, puniant, excommunicatos

declarent,

SAEC. XV.
Cardinalium
decretum pro
cõcordia Præ-
dicatorum &
Franciscano-
rum, circa
Cõceptionem
B. Mariæ.

Nota.

SÆC. XV. declarent, & contra eos procedant, tanquam contra Apostatas ipsarum Religionum procedendum esset. Non obstantis priuilegiis, & exemptionibus dictorum Ordinum, quibus hac vice, in hoc casu duntaxat derogatum esse denunciamus. In quorum omnium, & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentibus literas fieri fecimus, sigillorum nostrorum appensione munitas. Datum Romæ in domibus residentiarum nostrarum, anno Incarnationis Dominicæ 1502. die verò vltima mensis Martij, Pontificatus præfati sanctissimi in Christo patris & Domini nostri D. Alexandri, diuina prouidentia Papæ sexti anno decimo.

Annus Christi 1503.

Archangel.
Gianius in
Chron. Seru.

*Imago Dei-
paræ à pueris
perculsa li-
g. 2. t.*

Is quoque ipsis temporibus accidit, vt in oppido Castalonensi, Dicecesis Serezanensis, imago quædam B. Mariæ Virginis, in ædibus eorum qui de Bertozzis dicebantur lugere visa fuisset, eo quod à puerulis nescientibus quid agerent, ludibrio percussa fuisset, quo quidem miraculo deprehenso translata fuit in Ecclesiam sancti Leonardi, donec in alio præcipuo Sacello propè fontem locaretur. Cumque pluries clam indè recederet, & in pristinum locum de Bertozzis reuerteretur, D. Peregrinus de Porcellotis vit pius, qui Ecclesiam illam regebat, oratione præmissa, oraculoque accepto, imaginem illam in quodam tabernaculo vbi nunc est, collocari, & Patribus Seruitis commendari curauit: vbi deinceps multas gratias, & miracula edidisse municipes illi iureiurando testati fuerunt. Refert eadem Bzouius tomo 19. Annalium post Baronium.

Ex Chronic.
Ord. Cælest.
M.S.

Eodem ipso anno, nempe 1503. cum Abbatiam quandam Ordini Cælestinorum, ac prouinciæ Gallicanæ associare, ac fratres illic mittere nollet Reuerendus pater Prouincialis, quia nimirum Cælestinorum proposito nequaquam conuenire, nec expedire cognoscebat, alius è fratribus Simon Bonnel vocatus, dominandi concupiscentia abstractus, & illectus, cuidam nobili prædictam vnionem summoperè gestienti, se quidem Abbatiam suscepturum denunciauit. Nec hoc scelere contentus, fugam arripuit. Reductus autem ad Monasterium, & inualecente morbo, ad extrema deductus tremens, ac pallens, & mirum in modum sese agitans, magnis cœpit clamare vocibus dicens: Heu me miserum, æternæ damnationi sum adstrictus: O me infelicem! O quot scandalorum nequissimus author extiti. Fratres autem qui aderant, eius exitum, in quantum largiente Deo poterant oratione tuebantur. Supprior quoque non sine causa metuens, ne proficeret inimicus in eo, stolam sacerdotalem arripiens, infirmantis collo apposuit. Cumque nec tam citò liberaretur, cœperunt fratres vehementius orationi insistere, & oppressum fratrem, diaboli præsentia, & tentatione, suis precibus adiunare. Liberatus itaque, & in luce miserationum Domini respirans, gratias egit immensas, ac gloriosæ Virginis Deiparæ suffragantibus meritis, ac beatissimi patris nostri Petri Cælestini sancta intercessione misericordiam & gratiam in auxilio opportuno, in necessitatibus, in tribulatione se percepisse asseruit. Nec multo post ex eadem infirmitate obdormiuit in Domino apud Ambianenses anno Domini 1503.

*Simon Bonnel
Cælestinus
intercedente
Deiparæ, ab
æterna dam-
natione li-
beratur.*

Annus

Annus Christi 1504.

SÆC. XY.

INcepit etiam tunc concursus, magnæ peregrinationis ad memoriam Dei genitricis & Virginis Mariæ in arena prope Dietelbach tali occasione. Erat in eodem loco, ubi nunc est Ecclesia & altare versus Aquilonem constructum, imago parua B. Mariæ Virginis, iconem filij depositi de cruce, ut moris est, in sinu tenentis, & hodie supra memoratum altare collocata: coram qua ciues dicti oppidi, qui omnes penè sunt vinitores, euntes, & redeuntes ad labores suos, alter plus minusque altero inter eundem Deo preces fundere consueverunt, quoniam iuxta viam posita fuerat. Quis autem, vel quando imaginem illuc posuerit, nescio. Sunt tamen proëctoris ætatis homines, qui dicant se à maioribus accepisse suis, quod in eodem loco imaginis, ubi nunc est Ecclesia, simul atque concursus longe ante, quam id, quod nunc dicendum est, eueniret, tinnitus & strepitus campanarum visus sit quibusdam aliquoties insonuisse: quem non omnes, sed præordinati à Deo audientes ex aëre non sine stupore nepotibus nunciauerunt. Tunc etiam Nicolaus Lemmerel vsque ad mortem cæsus, & vulneratus, multis diebus iacuit infirmus: & non vna, sed pluribus aliis calamitatibus, oppressus fuit. Epilepsiæ namque morbo correptus, per annum totum in lecto iacuit, cui vehementia doloris omne membrorum officium penitus denegauit. Manum suam ad os extendere non potuit, sine loquela mutus toto ille tempore permansit. Tanta enim miseria repletus fuit, ut spem vitæ illius nullus habuerit. Anno tandem euoluto, cum æger magnis cruciaretur doloribus, quadam die parumper ad mentem rediit, & diuinum, sanctorumque auxilium deuotus inuocauit. Iacuerat enim maiore infirmitatis tempore mutus, & ut plurimum, mente captus. Eadem igitur nocte, qua die præcedente aliquantulum ad se reuersus, preces ad Dominum fuderat, visionem dormiens in somnis habuit, monens ut promitteret peregrinationem ad imaginem Diuæ Virginis prope Dietelbach, & sic sanitatem consequeretur. Expergefactus voto se obstrinxit, & mox releuatum se sentiens, primo in vocem laudis prorupit, ac de lecto sine vllius adminiculo descendit, & omnino sanus & incolumis apparuit. Peregrinationem ergo quam deuotè promiserat adimpleuit. Verum cum nesciret, quo candelam siue cereum quem attulerat deponeret, mente cæpit esse dubius, & non parua solitudine anxius dimittere illum circa imaginem timuit, reportare ad sua iniustum reputauit. Stabat enim nudus sub aëre truncus, & imago in eo sine vmbaculo tecti, quemadmodum iuxta vias poni consuevit signum redemptoris nostri crucifixi. Cumque super hac re animo hæsitās federet iuxta imaginem, ex itinere fatigatus obdormiuit. Et ecce ad eum visio rediit, & quid agere cum candela deberet, placidè indicauit. Surge, inquit, & vade in oppidum, quod propè cernis Dittelbach; ubi Senatum iam omnem in prætorio congregatum inuenies, cui & omnem peregrinationis causam aperies, & candelam, quam attulisti, in signum veritatis trades. Nec te moueat, si dictis tuis quidam ex eis non adhibeant fidem, neque propterea veritatem dicere metuas, si te, vel irriserint, vel contempserint. Dei enim res agitur, cui nemo resistere potest. Vnde sciens scito,

Trihemius
lib. 1. Mirac.
B. Mar. propè
Dietelbach.

Miracula B.
Virginis propè
Dietelbach.

SAEC. XIV. quod omnipotens Deus per merita suae castissimae matris plura in hoc loco miracula factururus est: quorum attestatione, fides suo tempore firmabitur sermonum tuorum. Qui consurgens, Oppidum Dietelbach ingressus est, & sua cum candela in Senatus conspectum est admissus. Erant autem omnes eadem hora in praetorio congregati, sicuti eum visio docuerat. Qui cum historiam infelicitatis, simul & curationis suae recitasset coram senioribus oppidi, quidam riserunt, alij hominis simplicitatem contemnentes, verba eius deliramentis similia reputarunt. At ille constanter in sua narratione perseverans, affirmabat commissorum sibi veritatem, offerens se omnia vicinorum suorum testimonio probaturum, qui eum de incurabili aegritudine subito miraculose viderant esse sanatum. Peregrinus iniuncto sibi diuinitus officio perfunctus, laetus ad sua reuertitur: & candela, quam Senatui praesentauerat, in praetorio communi vsque in praesentem diem pro testimonio seruatur. Scripsit Trithemius Abbas totam rei historiam, necnon sexaginta egregia miracula ad illam imaginem facta.

Annus Christi 1505.

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 17. Jun.

Circa haec tempora, in caelum abiit B. Osanna Mantuana ex familia S. Dominici. Hanc legere, & scribere dum adhuc puella esset, docuere Christus, eiusque parens sanctissima. Cum 18. aetatis annum attingisset, Christus Dominus cum sacratissima Deipara, ac Regio Propheta ei apparuit, eamque sibi desponsauit annulo in eius digitos indito. Nocte Natiuitatis Christi rapta fuit semel ad clare perspicienda quaecumque eo tempore contigerunt. Vidit itaque & audiuit Angelicum concentum, vidit Christum Matremque eum sinu fouentem, vnde incredibilem hausit voluptatem. In die Purificationis postquam sacram Eucharistiam sumpsisset, fuit spiritu rapta Hierosolymam in templum Salomonis. Ibi clare ei datum est videre Virginem, Christum Dominum vlnis complectentem, eumque S. Simeoni offerentem: quem iterum ab eo receptum offerebat Virgini Osannae, eamque blandis oculis, ac serena fronte inuitabat ad eum complexandum. At ipsa genibus nixa, persistebat Dei misericordiam pro se, & vniuerso mundo implorare. Tandem Deipara eam coegit illum brachiis completi, sinuque fouere. Quod summa cum reuerentia factum est, additis precibus quibus certa quaedam ab eo flagitabat. Tandem illum restituit sanctissimae eius genitrici.

B. Osanna
Virgini sa-
pius apparuit
Deipara.

Turkel. Lau-
ret. Histor.
lib. 2. c. 12.
& 14.

Ipsis temporibus Romanae Ecclesiae praerant Iulius Papa 2. Hic religione erga Deiparam Lauretanam illustris fuit. Illam enim aedem in suam recepit tutelam, eamque Pontificium Sacellum vocauit, sacra ibi officia solemniter rite similiter vt Romae in sacello Pontificis peragi iubens Lauretani templi ministris indulset, vt Pontificij familiares & conuictores essent, eo iure quo optimo annonam & alia venalia Lauretum deferentes, omnipotenti ac vestigali immunes esse voluit. Idem B. Virgine inuocata a Bombardae ictu protectus, eam variis donis coluit.

Annus Christi 1506.

IN villa Biberigawe fuit homo rusticus, nomine Richardus Schiller, qui habebat inter alios puerulum annorum ferme quinque. Is anno Domini

nae

nica Natiuitatis 1506. mensis Iulij 23. quæ fuit in festo sancti Martyris Christi Apollinaris villam egressus puerili simplicitate cum falce, vt videbat ab aliis, gramina gestiebat euellere. Et ecce lupus inter sepes latitans, cum puerulum conspiceret solum, ex insidiis prorumpens, famelicus illum rapuit, & cum præda ad remotiora cutrere cœpit. Res patri nunciata innotuit confestim, quia domus agello proxima fuit. Qui domicilium egressus, lupum cum puero currentem à longe conspicerere quidem potuit, sed reuocare prædam in eius arbitrio non fuit. Vnde nimium turbatus animo, cum omne auxilium deficeret humanum, se totum conuertit ad diuinum. Flexis itaque in terram genibus, sanctam Dei Matrem cum lachrymis inuocauit, dicens: O sancta Maria mater Domini, redde mihi puerum illæsum, & ego sanctam imaginem tuam in arena propè Dittelbach, qua potero deuotione, adibo, & memoriam tuam precibus simul & oblationibus honorabo. Mira res. Mox vt preces homo compleuit, puerum lupus dimittens ab ore in terram, procul indè aufugit. Pater autem videns à remoto lupum fugientem, accessit ad puerum, & inueniens eum sanum & incolumen Dominae nostræ gratias egit, & votum suum lætus impleuit.

Circà hæc tempora, cum Florentia à Bartholomei Aluiani exercitu, artibusque Pandulfi Petrucij premeretur, intercessione beatæ Mariæ Virginis fuit liberata.

Hoc anno, Ioanna filia Ludouici XI. Gallia Regis, Ordinis Beatæ Mariæ, qui vulgò Annunciarum Virginum dicitur, fundatrix, toto vitæ decursu sanctissimè transacto, ferè quadragenaria, Biturigis quarto die Februarij obdormiuit, in primo eius instituti cœnobio à se ibidem excitato condita.

Annus Christi 1507.

SANCTUS etiam Franciscus de Paula Ordinis Minimorum Institutor, Turonis in cælos abiit anno Domini 1507. Hic B. Virgini semper fuit deuotissimus. Nam adolescentulus quotidie solebat eius Officium, vel Corollam precariam deuotè recitare. Cumque hyemis tempore, cum rigèrent omnia gelu, moneretur à parentibus, vt tegeter caput: respondebat: Si Reginam Gallia alloquerer, putatis auderem tecto capite loqui? Factus Monachus, semper Imaginem B. Mariæ in Oratorio cellulae suæ habuit. Cumque hoc percepisset Francorum Rex Ludouicus XI. qui eum mirificè colebat, voluit ei dare Imaginem eiusdem Virginis, quæ aureorum pretio septemdecim mille aestimabatur. Quam ille recusans, dixit se deuotionem B. Virginis, & amorem in corde habere, non in auro, argento, & aliis huiusmodi. Consueuerunt eius Fratres cum sese salutant & alloquuntur, ex tanti Patris imitatione, & instituto, præmittere verba hæc, *Aue Maria*. Denique miracula sua, eidem B. Virgini attribuebat, primamque Ecclesiam sui Ordinis eidem deuotus consecrauit.

In Ordine præterea Minimorum quotannis celebratur festum B. Mariæ de Victoria in Mauros. Historia eiusmodi est. Cum Malacam Granatæ Ferdinandus V. Rex Hispania obsideret, nec vlla spes regis copiis suppeteret Urbis inuadendæ, rei quæ gerenda erat euentum, inter contemplandum

SAEC. XIV.
Tirihemius
lib. 2. Mirac.
E. Virg. propè
Dittelbach.
Lupus puerum
rapient, intantum
ad inuocationem
Deiparae dimittit.

Florentia opa
Deiparae liberatur
ab oppressione exercitus
Bartholomei Aluiani.
Myraus in Chron.
Ordinis D. Virg. Annunciarum.

S. Franciscus Paulus ut coluerit Deiparam.

Victorius in vita S. Francisci Paulani lib. 4. c. 13.

SAEC. XV. edoctus S. Franciscus Paulanus apud Turones degens, duos Fratres datis litteris ad Regem Ferdinandum transmisit, quibus vir sanctus Regem ne animo excideret hortabatur, breui futurus esse, si confidat in Domino exercituum vti ciuitas obsessa obrineretur. Quod paulo post acceptas litteras contigit: nam terrore Panico intrâ urbem immisso, attoniti Mauri, ianuis apertis effugere ex ea parte, quæ ob situm erat ab obsidione libera. Eam ob causam Fratres illi nondum noti, de Victoria dicti sunt: eoque in loco, vbi castra erant, primum Sacellum Eremiticum B. Mariæ de Victoria dictum est.

Victonus
vbi sup. lib. I.
c. 13.

Angelica salu-
tationis re-
citatione me-
ribundus sa-
natur.

Attichius in
Chron. Ord.
Minimor.

Simonis Gar-
cia erga Dei-
param singu-
laris affectus.

Cum adhuc moraretur Paulæ prædictus S. Franciscus, Thomas Piffonus Actuarius Paulanus, supremum vitæ agebat spiritum: cum Paulinus eius filius occurrit ad sanctum Franciscum, qui fortè cum matre sua colloquebatur in Ecclesia. Vt autem eum eiulantem perspexit vir sanctus, percontatus est quid rei esset, ille verò respondit, Pater meus moritur. At sanctus pater solatus est eum, & iussit illum Dominicam orationem recitare, quam cum respondisset se nescire, salutationem verò Angelicam se probè tenere. Ergo, inquit, sanctus vir, tot repetè numero *Aue Maria*, coram S. Crucifixi quæ prostat in templo imagine recita, sic enim fiet, vt Mariæ Virginis patrociniis, pater tuus euadat sanus. Vt autem numerum indictum salutationis Angelicæ absoluit, rediit ad sanctum patrem, qui tradidit ei biscottos panes tres, cum prunis aliquot, quas cum comedisset pater eius, tres post hæc dies incolumis agebat.

Simon Garcia eiusdem Ordinis, ferè tunc temporis clarus habebatur. Hic cum lacte visus est simul hausisse pietatem erga Deiparentem. Nam tres duntaxat annos natus, quando vix verba possunt pueri, quocumque irer, solitus erat voce demissa loqui, & nescio quid immurmurare. Quod dum à nonnullis attentius obseruaretur: deprehensum est ab iis eum recitare salutationem angelicam, additis ad eandem nonnullis orationibus ejaculatoriis. Paululum grandior factus, Rosarium in dies singulos recitabat, eandem deuotionem enixè aliis commendans. Quod quidem efficacius ab eo factum cum iam ad virilem ætatem peruenisset, nam eo persuadete, non pauci erga beatam Virginem magnum affectum prodiderunt. Solitusque erat optare se in ætate virili eo esse in Virginem animo & sensu pietatis quo fuerat puer. Dum Correctoris officio fungeretur (ita vocant suos Superiores) in prouincia Aragoniæ, singulis Monasterij cellis, hanc ad Deiparam orationem inscripsit, quæ eadem & visitur in æde D. Virginis Mariæ Lauretanæ, aureis exarata characteribus in tabella appensa propè sacrarum eiusdem Ædis.

Aue filia Dei patris

Aue sponsa Spiritus sancti

Aue Mater Dei filij

Aue templum totius Trinitatis.

Pater noster. Aue Maria. Indulgentia plenaria toties quoties. Ipsemet hanc orationem docebat quotquot poterat, eamque frequenter ipse vsurpabat, qua & videbatur claudere omnes suas preces. Nihil illi frequentius in ore etiam dormienti. Idem ex floribus, Deiparæ coronas texebat, eique offerebat, addita solemni sibi salutatione, *Aue filia Dei patris*, &c. De illo affirmavit eius Confessarius, nunquam illum in omni vita sua læthaliter deliquisse.

deliquisse. Tandem in precibus ad Deum, & Deiparam, in amplexu Christi crucifixi, Rosarium manu tenens, sanctè in Domino quieuit.

Prædictum quoque Minimorum Ordinem egregiè illustravit Didacus, qui circà hæc tempora migravit in cælum, supra cuius sepulchrum creuerunt tria pulcherrima lilia, in quibus sacratissima Iesu & Mariæ nomina videbantur aureis literis descripta. Quo prodigio stupefacti fratres, aperuerunt sepulchrum, & inuenerunt radicem liliorum in ore eius creuisse.

Hoc pariter anno, cum Bononiensis Reipublicæ moderatores, B. Mariæ Imaginem Montis Guardix, (de qua superius multa scripsimus) vellent sibi arrogare, armarij in qua asseruabatur, obserandi, ac referandi potestatem omnem ad se traducere decreuerant. Missi igitur, qui nouas ob id seras armario Virginis affigerent, cum Virgines ex instituto S. Dominici (quarum custodiæ ab initio data fuerat) quiritantes, nihil quicquam proficerent: ad inuocandam sibi nunquam frustra vocatam sanctissimæ Virginis opem sine mora conuertuntur, eamque obsecrant, vt sua ipsarum, atque ad eò sua ipsius tueri iura velit, miraque confestim eorum qui missi à Magistratibus fuerant, conterrefactio consecuta est, qui cum etiam neque manus illi admouere, neque propius ad locum accedere potuissent; sed vt prosum ire connitebantur, ita pedem referre, tanquam ab aliquo imaginem ipsam, ac Virgines propugnante repulsi, cogerentur: irritò incepto in urbem redierunt. Ab his de represso prodigiòse ipsorum conatu edocti proceres, consilium nouandi quidquam protinùs abierunt.

Ipsò anno cum in vrbe Cananore Indiæ Orientalis, Lusitanorum arx (cui Laurentius Brittus Præpositus erat) à Rege Cananoris cum quinquaginta millibus militum arctissima obsidione premeretur, & milites qui erant in arce penuria comæatus (cuius maxima pars incendio fuerat absumpta) ad eò laborarent, vt neque iam muribus abstinerent, iisque necesse esset aut deditionem facere, aut fame perire. Lusitani desperato humano auxilio ad templum in arce Deiparæ Virgini extructum, quotidie confluebant, opem ab ea petitori. Nec frustra. Nam ipsomet festo Assumptionis die, solito vehementius intumescens pelagus, ingentem locustarum numerum ad ipsas templi radices eiecit, quæ à Lusitanis collectæ, abundè in multos dies suffecit, nec validos tantum sæua fame, at ægros, (vt salubris est cibus) diuturno morbo leuauit. Sic obsidionem per totam hyemem ad quatuor menses tolerarunt, pace honestis conditionibus tandem cum hoste inita.

Tunc temporis B. Cæcilia ex Ordine S. Dominici migravit in cælum. Hæc paucis ante obitum diebus in cælum rapta, vidit Deiparam, aliosque sanctos magno número, quos quotidie inuocabat, ita vt cum ad sese redisset: vbi, inquit, sponsus meus Iesus Christus? At vbi eius genitrix sanctissima Deipara? A morte manus eius odorem quandam Rosarum instar emittebant: quod iis perpetuò Rosarium Deiparæ tractasset.

Annus Christi 1508.

Liber hic inferere Lauretanæ Virginis miraculum quod anno 1508. accidit. Longus quidam Neapoli fuit, vnus è Consiliariis Regiis. Huius cõiunx scemina primaria (ex viri cognomine Longa dicebatur omnibus capta mēbris, acerbissimis insuper discruciatâ doloribus, miserimâ tral...

SAEC. XV.

Lilia tria in quibus Iesu & Mariæ nomina descripta de ore mortui B. Didaci Minimi proleunt.

Afcan. pers. in lib. de mirac. B. Mariæ Mōtis Guardix.

Bononienses imaginem D. Virginis Montis Guardix transferre conantur: sed diuinitus impediuntur.

Maffeus li. 3. Hist. Indicæ. Lusitanis obfessi: Deus miraculosè prouidet precibus Deiparæ de arce.

Hist. Ordin. Prædic.

B. Cæciliæ ex Ora. Prædic. manus rosarum odorem emittent, ob continuuum Rosarij contactum. Turfel Lauret. Histor. lib. 2. c. 10.

SAEC. XIV. morti quam vitæ similiorem. Itaque ad vltimum damnata ope medicorum, exorat virum, vt Lauretum deferri ipsam iubeat. Quo vt peruentum est, generum suum itineris comitem rogat, certum vt sacrum in augustissima Virginis cella faciendum curet suis rationibus accommodatum; nimirum cuius initium est, Repleatur os meum laude, in quo sanati à Christo paralytici Euangelium recitatur. Id sacrum sextæ feriæ à Pentecoste assignatum, vtique alienum ab eo tempore erat, cum iam pridem is abiisset dies: sed Longa votiuum id Sacrum expetebat. Vix hoc planè genero mandauerat, cum ipsa eodem genpro profequente, in sacrosanctam defertur ædem, ac B. Virgini sistitur, haud dubia spe Deiparæ preces salubres sibi futuras. Ecce tibi priusquam gener socrus suæ mandata exequi posset, ad aram accedit Sacerdos ignorus: qui rem diuinam ab illo ipso introitu, Repleatur os meum laude, orsus, Longam ingenti admiratione percudit. Igitur stupore attonita paulisper hæsit. Indè versa ad generum, qui nondum ab ea, sacri curandi causa discesserat, sed iam discedere parabat, Mane, inquit, nihil attinget te ire, hoc ipsum est sacrum quod requirebam. Porro vt ad illum Euangelij locum ventum est, ait Paralytico; Tibi dico surge; Mira res dictu, visuque, paralytica mulier repentè quadam vi simul membra consolidari, simul mentem insolita dulcedine perfundi sensit. Extemplo igitur gratulabunda exurgit è sella, cæteris rei nouitate ac stupore attonitis, manantibusque gaudio lachrymis, nullum facit agendi grates B. Virgini modum. Ad vltimum re diuina peracta, suis ipsa pedibus ad hospitium tendit, cunctis vtique eius familiaribus tantæ rei miraculo stupentibus. Noua exindè res auxit miraculi fidem. Sacerdos ille, qui Longæ rem diuinam fecerat, diu multumque requisitus nusquam comparuit: diuinitus missum crederes, vt diuini operis minister foret.

*Paralytica
mulier in æde
Laureana
sanatur.*

*Ex Chronic.
Ord. Cælest.
M.S.*

In illis diebus qualiter B. Virgo Cælestinum quendam in Cœnobio Mentensi degentem, à periculo damnationis æternæ liberauerit, dicendum est. Hic namque beneficiorum Dei immemor, in diuini persolutione officij negligens erat. Silentij præterea censuram, sicut Monachum decet, custodire non conabatur, sed negligens & verbosus, mente inquietus, oculis vagus, gestibus incompósitos, salutem suam cum metu & tremore operari non sargebat: licet quibusdam virtutibus operam daret, atque erga beatam Virginem Mariam deuotionem haberet. Eum itaque tam graui infirmitate laborare contigit: ita vt eadem inualescente, de sanitatis consecutione, ac mortis euasione, nulla spes secundum viam humanam relicta esset. Suscepto autem in die S. Michaëlis Arch. post Matutinas, Vnctionis extremæ sacramento, ferè per trium horarum spatium, quasi exanimis apparuit, nec aliud in eo vitæ signum cognoscebatur, nisi quod coopertura lecti in quo iacebat, permodicum agitari cernebatur. Inde Monasterij Prior, cæterique assistentes fratres, putantes eum nondum mortuum, continuas ad Dominum preces circa eum fundebant. Orantibus illis, infirmus ille peracto temporis spatio prædicto, aperiens os suum, primò dixit: Ego sum damnatus. Hoc audiens cum cæteris fratribus Prior, stupefactus, atque contristatus, ait: Qualia sunt verba frater, quæ profers, & quæ horum dicendorum ratio? Et ille, Iudicio Dei adstans, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, neminem

neminem potui inuenire, qui in tanta necessitate, & discrimine posito, subueniret, aut orationis suffragium impendere dignaretur. Haec dederat mihi Deus pœnitentiæ tempus, & eo abusus sum in superbiam. Ergo secundum duriciam cordis mei, & impœnitens cor thesaurizauit iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Et quia nolui operari dum dies esset, venit nox, in qua operari non conceditur; ideo damnationis sententiam accepi. Tunc Prior, eum vt Apostolorum symbolum, salutationemque Angelicam diceret, hortabatur. At ille cum nimio pauore, atque terrore desperatione plenus exclamabat: Quid me ista dicere impellis, nullum inde liberationis leuamen accepturum, sed iam æternæ morti adiudicatum? Vix autem ab eo poterat extorqueri, vt orare inciperet. In qua tamen nec perseuerans, tribus aut quatuor prolatis vocabulis dicebat, frustra dico, certus quia sum damnatus. Postmodum cum nimio terrore & furore terribiliter exclamabat: Heu me, quam bonam societatem me oportet deserere, & pessimam intrare? Dicebat etiam hæc, Fratres, quæ in me videtis, in vestram poterunt vergere vtilitatem: nullum tamen mihi commodum sunt allatura, quia iam de me diffinitum est. His & similibus verbis utebatur, desperatione plenus, vixque à tribus aut quatuor arctari poterat, ne desperans discerperet semetipsum crudeliter. Prior qui hucusque semper affuerat, circa decimam horam, magnam Missam solemniter, vt moris est, celebraturus, quosdam è fratribus ibidem remanere iussit, ac orationi iugiter instare. Infirmus circa Missæ conuentualis præfationem ad se rediens, omnésque lætificans, ait: Laudetur Deus, & beatissima virgo Maria, quæ me liberauit. Finita Missa Conuentuali, ad eum Prior rediens, vbi fuerat, interrogauit. Respondit ille, ad iudicium ductus fui, vbi peccata mea omnia omnibus adstantibus notissima reddita sunt. Pergit præterea narrare horribilia quæ viderat, quæ nimis longum esset describere. Igitur B. Virgine intercedente, non solum euasit damnationem: verum etiam sanitatem recuperauit: & vitam in melius commutauit.

Ipso etiam tempore, magnus fit hominum concursus ad capellam nouiter fundatam in vineis propè Dietelbach, sub honore beatissimæ Virginis Mariæ, in qua ad eius inuocationem sanctissimi nominis, multa fieri miracula perhibentur. E quibus duo quæ sunt experti Monachi Sponheimenses, referamus. Anno 1508. in Quadragesima, frater quidam Laurentius Presbyter, & Monachus Cœnobij Sancti Jacobi Pæapolitani de Schuuenfordia oriundus, quartanis febribus grauissimè vexabatur. Votum de licentia Trithemij Abbatis sui ad beatissimam Dei genitricem circa Dietelbach peregrinandi emisit, & ecce proxima nocte sequente Virgo pulcherrima sibi dormienti apparens, veterem totius corporis pellem videbatur auferre, & nouam candidamque in locum reponere. Qui mox euigilans sanum se & incolumem reperit, & nullum deinceps febrium ardorem sensit.

Ioannes quoque ipse Trithemius Abbas alio tempore postea reumatis fluxu grauatus periculosum apostema, patiebatur in gutture, quo crescente, omnem comedendi, bibendique facultatem ei ademit. Desperatus itaque de humano suffragio, se totum conuertit ad diuinum. Votum fecit peregrinandi ad beatissimam Dei genitricis capellam propè Dietelbach, & statim in ipsa

*Celestinus
quidam à
damnatione
æterna præci-
bus Deiparæ
Virg. libera-
tur.*

*Ex M. S. Co-
dice Monas-
Spanhem.*

*Laurentius
Monachus à
quartanis fe-
bribus inuo-
cata B. Virg.
sanatur.*

*Item Trithemius
Abbas à reu-
mate.*

SAEC. XV. ipsa hora restricti meatus gutturis aperti sunt : ita quod sine dolore comedere potuit & bibere.

Hist. Ord.
Præd.

Tunc temporis eximia sanctitate fulgebat B. Eustochium Ordinis Prædicatorum. Hæc cum graui & diuturno morbo decumberet, vehemens eam cepit desiderium videndi puerum Iesum recens natum. Indè postquam toto triduo feruentibus precibus, vbertimque fuis lacrymis id postulasset, in extasim raptam, in calulam quandam deducta est, vbi vidit beatam Virginem Mariam, natam suam qui in fœno iacebat, adorantem. Nec beneficio isto contenta, ipsam Virginem amplexa est, brachiisque Christum tandem complexa est, dum sacris eius genis mille amoris basia imprimeret. Tanta autem aiebat se tum dulcedinis suauitate perfusam fuisse, vt nisi à tam dulci somno excitata fuisset, proculdubio vita functa esset, tanta erat cælestium gaudiorum copia, vt animus corpori nexus, eam tolerare non potuisset. Ceterumque ex ea seiscitarètur nonnulli, qualis, esset, & qua specie oris, que habitu sanctissima Deipara. Tam erat (inquit) speciosa, vt nemo id verbis exprimere valeat. Apparebat autem circiter quatuordecim annorum.

B. Eustochium Ord.
Præd. videt in
raptu pulchritudinem
Deipara.

Annus Christi 1509.

Herm. in Anal. Eremit.
reip.

Abbatiam
Eremiti apud
Heluetios ab
incendio pie
seruati. B. Virg.
60.

PER id tempus, cum totum Eremitæ Mariæ apud Heluetios vicum flamma fortuito excitata absumpsisset, beata Virgo Abbatiam, & nonnullas iuxta ædes, sacramque suppellectilem mirabiliter seruauit. Ferunt Abbatem Conradum, igne maximo sæuiente, in sacellum Deiparæ ingressum, ad aram Virginis preces calidissimas effudisse, mox finita oratione, elata voce, Deiparam compellasse, præsentis exitio Monasterium, & quæ in eo erant eripere dignaretur: ad ipsam omnia pertinere, & quicquid perierit, ipsi perituro esse. Inde sacello egressum, curare cetera ceteros iussisse, sibi Abbatiam, & suas circa ædes tutas & securas affirmasse. Quod, vt diximus, euenit, omnibus reliquis aedificiis flamma corruptis, præterquam Abbatis palatium, & quatuor Monachorum Capitularium iuxta sitas ædes, postremo & Capellanorum, quæ extrâ Monasterium erant, domibus ab ea clade ereptis.

Annus Christi 1510.

Trithemius
in lib. miraculorum
Mariæ prope
Dietelbach.

ulserem in
pa. laborantem
in iuuat
B. Virg. 60.

FVIT in Villa Vesten, anno 1510. mulier quæ per continuos tres dies & noctes in partu grauissimè laborabat, intantumque debilitate mentis & corporis afflicta iacebat, vt omninò moritura videretur. Nam obstetrix, & mulieres, quæ fuere præsentibus nimio pauore perculsæ, occasum parturientis expectabant. Interea mulier viribus deficiens, mortuæ simillima videbatur, quæ in semetipsa conuersa, venerandam Dominæ nostræ memoriam apud Dittelbach celebrem in mente reuoluebat. Verum quia sermone non potuit, desiderio mentis auxilium eius inuocauit, salutem postulans corporis, & votum faciens sanctæ visitationis. Quo mente deuota emisso, mulier confestim peperit, & contra spem omnium, vita reseruata fuit. Vnde non diu postea vicesima octaua die mensis Maij Plebano suo presbytero, cum tredecim personis alijs eiusdem Villæ comitata, in sanctam diuæ Parthenines memoriam, & votum quod promiserat deuota impleuit.

Eodem

Eodem anno vir erat in Villa Reperndorff, nomine Lilianus, qui filiam habebat paruulam, annorum ferme trium. Hæc feria quadam sexta post medium Quadragesimæ, domum egressa paternam, in medio Villagij iuxta lacum aquarum ad equorum potum deambulauit, & puerili circuiens leuitate, tandem in ipsum stagnum cecidit, & in aqua submersa fuit. Post horam parentes nihil tale metuentes, cum filiam per totum Villagium quærerent, nec tamen inuenirent, casu ad aquarum lacunam peruenerunt. Cum ecce pater in aquam visum contorquens, filix camisiam desuper natantem conspexit, ipsa desubtus totaliter corpore immersa. Nimmio autem pauore correptus, in aquam saltauit, camisiam cum filia submersa extraxit, in qua nulla vitæ signa, sed mortis manifesta indicia reperit. Pluribus namque horis mortua iacuit, quoniam aquis præfocantibus plena fuit. Vndè parentes compellente affectu pietatis, vbi auxilium nullum erat humanum, suffragium consultè implorauere diuinum, scientes Deo nihil esse difficile. Voto igitur promiserunt Deo, & eius castissimæ genitrici semper Virgini Mariæ, si filia eorum vitæ restituta fuerit, quod Casulam vnam sacerdotalem de serico nouam, in memoriam tanti beneficij ad Cappellam sub nomine Reginæ cælorum in Dittelbach constructam, de suis facultatibus essent oblaturi, vnà cum cæteris ad ornatum Missæ pertinentibus. Et ecce mita diuinæ pietatis operatio. Nam mox vt promissio voti cum orationibus ad Matrem pietatis insonuit: puella quæ videbatur, & erat mortua, Deo miserante ad vitam reuocata fuit. Cuius reparationi pater & mater congaudentes, ne arguerentur ingratitude si votum implere diu distulissent, comparata sacerdotali Casula, siue planeta serica coloris albi, vnà cum reliquis ornamentis ad eam pertinentibus, venerunt in sanctam diuæ genitricis Dei memoriam, & summa cum deuotione offerentes eam Domino, suam impleuerunt promissionem.

Ipsò anno obiit B. Columba Rietenensis in Ordine S. Dominici sanctimonialis. Hæc circiter quinquennis, Deipara in singulatem aduocatam electa, frequentius per diem eam salutatione angelica in genua procidens venerabatur. Huic dæmon Rosarium nonnunquam frangebat, globulosque huc illuc dissipabat, vt eam ab eius recitatione, Deiparæque honore impediret. Ipsa natiuitatis nocte ei se præbuit visendū Christus Dominus in præsepi cum matre Virgine, ac S. Iosepho, audiuitque eodem ipso tempore cælestem Angelorum symphoniã concinentium *Gloria in excelsis Deo.*

Annus Christi 1511.

Hieronymus Æmilianus tunc temporis, nempe anno 1511. in terribili & horribili detrusus carcere, vbi innumera crudelitatis supplicia expertus fuerat, toto corde diuæ Virginis quæ Taruisij colitur auxilium implorauit; promisitque si euaderet, se ædem ipsius Taruisij inuisurum. Vix orationem compleuerat, & vitæ emendationem promiserat, cum beata Virgo ei apparens, & consolatorijs verbis demulcens, eundem liberauit. Illa verò tenues in auras momento dilapsa, lætissimum Hieronymum, summo mœrore, suo discessu compleuit. Qui tandem verbis & lachrymis, dolore & lætitia simul intermixtis, actis intimo cordis affectu Deiparæ

HHh

Puellam mortuam suscitauit B. Virgo.

Mich. Pius in Chron. B. Columba Rietenensis vt colueris Deiparam.

Hieronimum Æmilianum è terribili carcere liberauit B. Virgo.

Taruisina Virginia miracula.

SÆC. XV.

Auctor, prolixius historiã istam scripserat, ut gesta fuerat, sed incuria Typographi pagina superiores amissa sunt: quare hoc fragmentum quod remansit, visum est utcumque resarcire. In hic relinquere. Totam verò mirandam historiã reperies apud Brouium tomo 19. Ann.

Aliud beneficium Hieronymo Emiliano à Deipara præstitum.

Tufel. in Hist. Lauret.

Puellam inopem ducit ad aedem Lauretanã B. Virgo.

Virgini gratis, è carcere liber exiuit. Quo autem tanti beneficij sempiternum aliquod ad posteros extaret monumentum, & probata fides, extulit secum è carcere tum manicas & compedes & reliqua crudelitatis instrumenta; præter interiorem subuculam cæteris vestibus nudatus. Ea sarcina quasi trophæo suæ victoriæ, ornatus, verius quam oneratus, sese in viam dedit. Sed mox accidit aliud grauius periculum. Vix aliquot passus processerat, cum in exercitum Cæsaris incidit, & viam omnem armato peruigili- que milite occupatam circumspexit. Expalluit Æmilianus animoque corruit, subito hostium incursu: humanisque deficientibus, ad diuina perfugia se conuertit, inuocauit iterum Patronam & Dominam suam, vt se præ- senti periculo ereptum, certo itinere incolumen dirigeret. Nec irritæ preces. Vix enim eas compleuerat, cum priorem & speciem & habitum referens beatissima Virgo præstò fuit, & mox miraculum miraculo cumulauit, manum apprehendit, securum sequi iussit, & per medios hostes ferrea vincula gestantem, alienis oculis minimè conspicuum eduxit. Hoc præterea singularis beneuolentiæ specimen addidit, quod Taruisini itineris ignaro se comitem præbuit, donec ciuitatis mœnia in conspectum sese darent. Tum diua tutelaris & comes Hieronymi, repenti ex oculis sese mira celeritate subduxit, illius mente nouo & insolito splendore diuinæ lucis sub ipsum discessum illustrata & perfusa, occultoque igne diuini amoris corde succenso. Ille ciuitatem ingressus, beatissima Virginis ædem adiuit: longa & pia oratione Filio, Matrique gratis actis, noui miraculi euentum omnibus prædicauit: obligatam voti sponfione sacrorum fidem integrè liberauit: tabellam quæ rei admirandæ exitum, & accepti beneficij memoriam scripto & pictura perpetuè testaretur, cum manicis, compedibus, colli- que vinculo è summo tholo suspendit, remque te totam quo ordine gesta est, publica fide scriptis consignari mandauit.

Annus Christi 1512.

Eodem ferè tempore, quo Taruisina Virgo Æmilianum è carcere eduxit, Lauretana quoque inopem puerum in pace, inusitato miraculo sibi adiunxit. Sabino cuidam, ex pago haud ignobili agri Piceni (Rocham Contradam vocant) filia erat septennis nomine Alexandra, quæ haud longe à pago paternum pascebat gregem. Hæc dum oues pascerentur, sub arboribus venerabunda cælesti numini supplicare consueuerat. Itaque diuinitus, nondum septennium egressa, dicauit se Deo. Quo magistro dum precibus institit, Deiparam enixe colens, repenti obtulit se illi cælesti specie Virgo (haud dubiè Dei mater fuit) quæ puellam manu prehensam se sequi iussit. Mira res dictu. Triginta millia passuum ab eo loco, ipsamet Cœlitum Regina paruam puellam ad Lauretanam deduxit ædem, & ingenti persulam gaudio ex suæ imaginis ac domus aspectu, reduxit ad pascua. Ibi Alexandram, etiam si quæ tandem illa ædes, quæ Virgo esset, ignoraret: tamen in- gens eius loci, & spectaculi desiderium tenebat. Ergo, vt gustata semel Lauretanæ domus dulcedo subibat animum, flens precibus virgere, ac fatigare Sabinum patrem non detinebat: vt ad ædem illam tot liminibus illustrem (neque enim aliter designare nouerat locum) se duceret, vbi pulcher- rima

rima illa Virgo habitaret. Eludebat filia postulatam pater, siue pueriliter delitare eam ratus, siue quem tandem locum illa describeret, ignarus. Cæterum haud multo post intermisso tempore, euenit vt Sabinus cum vniuersa familia Lauretum pergeret. Cum verò Alexandra locum agnoscens, gestire & exultare gaudio, ac versa ad parentem: En pater, inquit, hæc, hæc illa est domus, quo me pulcherrima illa Virgo candida veste amicta deduxerat. Huc ego redire, hoc spectaculo iterum frui expectabam. Obstupuit ad hæc pater, & eximiam puellæ ergà Deiparam religionem animo reputans, sensit eam B. Virgini esse cordi, vtique cum Dei mater illam ad se in primis annis inuitata quadam ratione pelliceret. Igitur pietatem filia fovere non destitit, remque omnem nec ipse tacuit, & Alexandra vbi adoleuit, piis hominibus sæpè narravit. Nec frustra hæc fuerunt. Alexandra enim hoc tyrociniò imbuta, virginitatem perpetuò coluit, vitamque sanctissimè egit ad annum nonagesimum: Lauretanam Virginem quotannis reuisens. Tantà porò fuit sanctimoniam fama, vt in oppido Montaboldo Virginum Cœnobia Antistita data sit, vbi miraculis etiam, non tantum virtutibus floruit.

Hiscè diebus, Victoriam Hispaniæ urbem, à Santio olim Vasorum Rege, Gasterfi pagi mutato nomine, extructam Federicus à Toletò Albæ regulus anno 1512. gubernabat, & eorum castrorum Imperator erat, quæ Nauarræ præsidium Castellæ Reges in illis locis collocarent. Est autem optimo Principi, suggerente patre Martino à sanctis, ex diui Dominici familia, qui Federici confessiones audiebat, visum faciendum, vt qui blasphemus esset, Deoque, aut calitibus iniuriòsus, non alio nisi mortis supplicio puniretur. Crescebat nimirum, & in dies augebatur impiæ, nefariæque linguæ, vel ex impunitate, vel ex pœnæ leuitate, licentia militaris, quæ etiam in cæterum vulgus manabat, & perniciofa contagione serpebat. Haud multo post legem latam, plebique vniuersæ promulgatam, duo grauissimi huius sceleris accusati sunt; causaque cognita, capitibus ex lege damnantur; Martinus qui legis suator fuerat, vir præclarus, & animarum salutis percupidus, è suo Cœnobia egressus, ad custodiam vadit, & fontibus capitali supplicio, sine vlla spe veniæ addictis, auctor est Rosarij recitandi. Virginem eorum, qui se inuocant, opportunam esse adiutricem, per necessario tempore subuenire solitam, nulli quamuis indigno, opem suam denegare. Consilium alter ex damnatis accepit, alter obfurdit, cumque educti è carcere (vt Hispanorum mos est) à sellis ad patibulum traherentur, ecce quæ Rosarij amatorem bestia portabat, ex media turba se proripit tanto impetu, vt nemo apparitor, nemo miles, nemo Iudicis administer, currentem asinum inhibere posset. Ille ad diui Dominici Monasterium (rationis compotem diceres, rectique gnarum consilij) quàm velocissimè properabat, nec ante currere desit, quam virginale in Cœnobia sacellum, cui à Rosario nomen inditum, fauentibus superis penetrauit, suumque sessorem ante Virginis altare constituit. Accurrit satellitium, & turba insequentium, vt fontem à templo abducant, sed eiusdem Martini à sanctis, & Ioannis Victoriani ex eadem familia valuit auctoritas, quorum hortatu parcitum illi est, quem Deipara defendisset. Ipse beneficij memor, & tanto gratus mira-

SÆC. XV.

Lopezius de
Rosario B.
Mariæ lib. 1.
c. 10.

Rosarij ama-
torem blasphe-
mum quem-
dam B. Virgo
à morte præ-
seruas.

SÆC. XV. culo, in Monasterio permansit, quo se tardum illud animans, quasi quid ageret, sentiens, delituisse, resque Cœnobij domesticas fratrum laicorum habitu procurauit. Porro Federici vxor clarissima, tantum admirata prodigium, Rosarij præcationem illo ex die præcipua quadam religione percoluit, multaque Rosariorum millia coëmit, militibusque distribuit, qui se hac pietate aduersus imminentes Gallos armauerunt, à quibus Iuliobrica (Lucerionum vulgò dicimus) obsidione cincta tenebatur, sed breui secuta victoria est, & Galli profligati.

Augustin. Mannus in Hist. rerum memorabilium in Ecclesia Dei gest. c. 86.

Aliud mirum Lauretanæ Virginis referre libet. Samnitum Prætor, Lauretum petens, Ciuitellam diuertet. Ibi nefarium hominem deprehendit assuetum in Deum, ac Virginem Lauretanam impia subindè verba iactare. Ergo infensus ira, protinus exempli prodendi causa, vesanam magniloquentiam, exsecta sacrilegio lingua vindicauit, neque hoc contentus, eundem in custodiam traditum, asseruari sedulo iubet, quod ipse Laureto regressus decerneret, an esset pœna grauiore molestandus. Itaque miser ille supplicio sumpto æger, sui ipsius sollicitus, aliquando resipuit, & scelere in cultum verso, dies noctesque Lauretanam Virginem placare tacitis precibus, votisque instituit, obsecrans, vt infensam sibi Proregis leniret iram, daretque facultatem, animi labes sacra confessione expiandi. Nec ingrata Virgini, irritaque extiterunt impij homini resipiscenris preces. Haud multo post, species Deiparæ illi in somnis oblata est, iubentis, eum bono animo esse, breui fore, vt custodia emissus, ad Lauretanam ædem pergeret, ibique peccata confiteretur, nouæ linguæ subsidio. Prædictionem comprobauit euentus; experrecto quædam quasi lingua renasci cœpit, qua haud sanè ægre sensa exprimeret mentis. Et Prorex, Laureto reuersus, re cognita, parcendum exiustimauit, cui Virgo ipsa pepercisset. Confestim igitur eum liberum dimittit, monitum, vt suo posthac periculo saperet, datisque ad pœnitentiariis literis, miraculi testibus, Lauretum destinat, gaudio gestientem ad vota reddenda, quo vbi venit, haud magis Proregis Epistola, quam res ipsa miraculi fidem omnibus fecit. Quippe patefacto oris (mira dictu, mirabilior visu res!) simul recisam linguam, simul lingulam quandam subnascentem videbant, & tamen vbi vellet ille, quamquam blefo ore, audiebant loquentem. Neque hic stetit res, postquam domum reuersus, sacris mysteriis bis terue perceptis, noua lingua ad iustam magnitudinem nouo excreuit miraculo. Itaque Lauretum denuò ad agendas Deiparæ grates profectus, iis ipsis, qui exsectam paulo ante linguam viderant (quorum ex numero Raphaël Riera fuit qui hæc memoriæ prodidit) immortalis B. Mariæ dono renatam ostendit, cunctis rei nouitate, atque admiratione attonitis, & tam eximium, tamque illustre miraculum B. Virginis gratulantibus.

Linguam excisam cuiusdam blefo nascentiore restituit B. Virgo.

Turfel. Lauret. Virgin. Hist. lib. 2. c. 18.

Aliud celeberrimum præterire non licet. Sicula quædam mulier Venetiis multos annos vulgato corpore quæstum fecerat, tandem bonis in pecuniam redactis, in patriam per Lauretanum templum, quo inibi vitæ maculas confessione expiaret, & Deiparam Lauretanam salutaret, familiari quodam suo comite redibat: cum eccè in Rauennati sylua, comes ille prædæ spe stimulante, stricto mucrone, eam perit, ac transuerberat, & ex equo deiectam, plagis concidit, ac seminecem B. Mariæ Lauretanæ subinde præsidium

dium implorantem iugulat, pecuniaque sublata, recedit. Illa in suo natans cruore, iam moribunda luctantem animam beatissimæ Virgini commendat, quæ repente & in veste candida cælesti emicans luce, se offert: & bono animo esse iussam, benignè complectitur, moribundamque gremio fovens, simul vulnera corporis tactu sanat; simul ægrum animum cælesti perfundit gaudio. Deinde castæ viræ admonitam relinquens, ex eius oculis elabatur. Ibi tum mulier, velut ex profundo excita somno, recentium vulnorum cicatrices iam obductas videt, mortiferam iuguli plagam perfanatam sensit, explorans manu. Itaque maximas Deo, & Deiparæ gratias agit. Cumque in subucula cruenta, ac lacera à latrone relicta esset in sylva, à mulionibus, qui illac fortè transibant, centone contegitur, & mulo impositam, Aneonam devehunt, indè Lauretum contendit: vitæ labes sacra confessione expiat. Miraculum Deiparæ omnibus prædicat, ad rei fidem faciendam, cicatricem in iugulo ostendebat; quæ aurea circa collū monilis in modum fulgebat, vt faciliè Deiparæ manu plagam illam tactâ, sanatamque sentires.

Annus Christi 1513.

IN illis diebus Leo X. Pontifex Maximus, S. Mariæ Ecclesiam in Via nuncupatam, Seruitis Patribus concessit, vt ibidem cultum eiusdem sanctissimæ Virginis instaurarent, atque memoriam cuiusdam prodigij, eo loci quondam apparentis, ad honorem Deiparentis instaurarent. Constructum fuit id templum ex stabulo Petri Capocij Patricij Romani, S. R. E. Card. anno Domini 1243. Innocentio III. summo Pontifice sedente, atque iubente. Narrant nocte quadam, putei eodem loci existentis aquam ad os vsque perlaram, sese toto stabulo effudisse. Viderunt etiam qui accurrerant, ad marginem, silicem præter naturam adnatantem, cui B. Mariæ Virginis imago impressa esset. Eo, inter alios accurrat Petrus ipse Cardinalis, atque aquas ipsas circumfusas ingressus, qua decebat pietatè, silicem, qui nullius vi dimoueri potuerat, in ædes suas honorificè transtulit. Id ipsum vbi reseuiuit Pontifex Maximus, erecta ara, ac Deiparenti dicata, ante puteum, occidentem versus, imaginem reposuit, quæ vsque ad nostram ætatem per omnia tempora fuit miraculis illustrissima. Putei verò Sacello conclusi, religio inde orta est. Et quia in imum putei, idem ille Cardinalis ex Palæstina eius lapideis partem delati coniecit, supra quem sedisse legitur Christum Dominum, quando Samaritanam alloqueretur, inde cepit Romani populi concursus, ac votorum, donorumque ad aram celebritas.

Inde etiam puteo inscriptum carmen.

Ante aras qui stas puteus de gurgite cuius

Turba saluarem de febribus haurit aquam

Ne credas opus esse redens. Hinc sanctæ parentum

Religio æthereæ Viri uisæ de sacrat.

Ebibe quisquis ades, gratiam exorare salutem:

Hic uiuat, & morbum lymphæ, lenaque suum.

Æquale huic de aqua è puteo redundante, sed iam alio auctum miraculo, narrant hoc tēpore accidisse apud Hispalenses. Habebat in ea vrbe quædam

SÆC. XV.

Peccatricem mulierem à morte animæ & corporis liberat B. Virgo.

Archangel.
Gian. Cent.
3. Ann. Ord.
Seru. lib. 5.
c. 13.

Cilicis cui B. Virginis imago impressa, natat supra aquas.

Bzou. to. 12.
Annal.

SÆC. XV. aduena mulier recipiendis hospitibus attenda. Eius filiulus ad putei os accedens, dum in profundioribus aquis imaginem suam specularetur, eamque apprehendere puerili simplicitate properabat, infelix in puerum decedens absorptus est. Vidit casum mater; cumque alio modo iuuare non posset, ad B. Mariam Virginem quæ maximè tunc in valle Hieronymianorum Cœnobio colebatur vota vertit, promittens si infantem saluum & incolumen illa redderet, domum quam inhabitabat, in Monasterium aliquod conuerteret, in quo amplius coleretur. Vix vota fecit, cum à diuæ Virginis inuocatione, putei aqua suprâ labrum etiam erupit, atque puerum viuum ac sanum euomuit, ingenti multitudine ad spectaculum accurrente. Ostendit beata Virgo non aliundè, sed à se opem puero fuisse. Cum enim ædituus S. Romani (quæ Parrochialis non multum distita erat à domo vbi mulier habitabat) ad pinfendas hostias alia ligna non haberet, iamque securim eleuasset, vt quandam B. Virginis imaginem, vetustam finderet, igni accendendo: vox ab imagine erumpens, sacrilegum corripuit; Tantumne sceleris auderet? violare iconam, quæ Reginam cœlorum repræsenteret? non vereri eam, quæ omnium post filium potens? Qua voce ille percussus, & tandem ad se reuersus, Archiepiscopum Hispalensem adiit, & facinore explicato, veniam illius flagitauit. In cuius inquisitione cum Archiepiscopus esset, ac inter alios puerulus qui è puteo emerferat vnà cum matre ad visendam imaginem accurrisset: illam esse renunciauit, quæ ipsum à faucibus mortis eripuisset, & huic luci per miraculum restituisset.

B. Virgo puerum in puteum delapsum, educit.

Imago Deiparæ sacrilegum durè reprehendit, & corripit.

Diuionensis ciuitas obsessa, ope B. Virginis liberatur. Pyræus in tripl. corona B. Mariæ Tract. l. c. 12.

Ipso anno 1513. ope & auxilio Deiparæ Virginis, Diuionensis ciuitas fuit liberata. Nam cum eam Suiceri tenerent obsessam, iamque omnia circumcirca vrbem & aliis vrbibus & pagis diripuissent & incendiissent, ciues graui obsidione pressi, humano deficiente auxilio, ad diuinum confugerunt. Quare solemnè processione indicta imaginem D. Virginis Spei, miraculis celeberrimam, magna cum deuotione & reuerentia detulerunt, eique seipfos, & vrbem commendarunt. Sed non distulit misericordiæ mater deuotis suis & afflictis succurrere. Nam supplicatione peracta, inimicorum corda ad pietatem conuersa sunt. Nam tertio ab hinc die, res amicabiliter cum Diuionensibus composuerunt, tractaueruntque, relictaque ciuitate, ad propria redierunt. In tanti autem beneficii, memoriam per singulos annos, Diuionenses imaginem prædictam in processione deferunt.

Annus Christi 1514.

Oliuer. in libro Mirac. B. Mariæ Montiserrati.

Non minus est illud aliud miraculum, ope Beatæ Mariæ Virginis apud Montem Serratum in Catalonia hoc eodem ferè tempore patratum. Die quadam 22. mensis Decembris, summo mane dum templum iam apertum venientibus pateret, adfuit inter alios iuuenis quindecim circiter annos natus, salutis poscendæ à Dei genitrice causa. Mœstum & grauissima aliqua calamitate oppressum illum, cum ex vultu custodes templi agnouissent, percontati, ecquidnam mali pateretur, ne verbum quidem poterant extorquere. Mutum ex certis indicationibus compererunt. Et cum os ille aperuisset, linguam ei recisam, & sanguinem adhuc ex venis, & vulnere scaturire aspexerunt. Commiseratione moti, è templo in Xenodochiũ Cœnobij miserunt

miserum deduxerunt, & medico commiserunt, qui vulnus curaret, & sanguinem stagnaret. Bartholomæus Cometti Medico nomen erat: qui sanguinem quidem sistere potuit, sed linguam minimè restituere. Matthæus Valles, vnus ex Cœnobitis cum pronunciatis plurimis prouinciarum, ciuitatum, & hominum nominibus, tandem Ioannem vocari, & Lygurem esse per nutus accepisset, bene eum sperare, & à B. Virgine opem implorare iussit. Perseuerauit is in orationibus & plorationibus, vsque ad diem Ianuarij octauam: qua summo mane Curator infirmorum cubiculum illius pulsans, ad audiendum sacrum illum vocauit, sed iam vocalem factum audiuit. Nam is respondit. Tantisper expectaret, donec vestem indueret, manus & faciem lauaret, statim aduolaret ad gratias habendas curatrici suæ Mariæ, quæ se tam insigni beneficio cumulasset. Attonitus Curator, quomodo loqueretur, & an haberet linguam inquisiuit. Habere se Ioannes respondit, apertoque ore, linguam sibi diuinitus restitutam ostendit. Mox Ioannem se vocari, Saonæ in Lyguribus natum, à duobus latronibus, qui pecuniolam illi in itinere eriperant, ne proderentur, lingua truncatum, & isthic in cubiculo à pulcherrimo puello apparente, qui digitis in os immisis linguam restituit, sanatum esse narrauit. Relata hæc omnia Abbati Garfia Cisnerio, & per Cœnobium ac viciniam diuulgata, ad spectaculum nouæ rei omnes euocarunt, & ad reddendas diuæ sospitatrici gratias excitarunt. Pulsatæ campanæ, musicaque organa, decantatus Hymnus *Te Deum laudamus*, pro tam insigni miraculo. Huius indicium perpetuò remansit in ore pueri, linguæ restitutæ color alius quam radici à quo præcisa: forma item alia quam communis omnium linguarum, nimirum non mucronata, sed rotunda, perfectè tamen vocalis.

Linguam excisam cuiusdam inueni restituit D. Virgo Montis serræ.

Annus Christi 1515.

Ipso tempore, apud Montem Guardie propè Bononiam Italiae, celebre miraculum Beata Virgo patrauit, anno Domini 1515. Frater quidam Dominicanus (cuius sibi haud ignoti nomen, consultò Leander Albertus qui hæc scripsit, silentio premit) cum à sacrae imaginis B. Virginis Montis Guardie, custodibus foret præmonitus, quanta hæc asseruari atque adiri veneratione soleret, vtpotè & à miraculis, & ab opifice ipso sancto Luca, & à representata Iesu & Mariæ effigie nobilis, ipse contra eleuando rem ac subridendo, se non multum tam multis, tamque miris quæ de ea prædicabantur habere fidei ostenderet, clauibusque allatis, cum eam curiositate potius quam religione ductus inspicere properaret: vix dum iis seræ insertis, pauore quodam ac tremore correptus, offusa oculis caligine, vsuram se eorum omnem amisisse, meritisque dare pœnas existimauit, quod rem sanctissimam, haudquaquam vti par erat, sanctè adidisse, ac magni fecisse visus foret. Ergo statim respiciens, cuius se affinem cognouit culpæ, eam vtrò accusando, vt condonaretur sibi, ademptumque lumen restitueretur, effulsis largiter lachrymis impetrauit, vniusque in horæ interuallo cæcus fuit, & vt primum optatissima frui luce datum, qua maxima potuit religione imaginem contemplatus, atque actis Deo gratis, ad Virgines conuersus, multas quidem se vidisse imagines gloriosissimæ Deiparentis miraculis illu-

Leand. Alb. Aſcan. Perſius in lib. mirac. B. Mariæ Guardia.

Dominicanus quidam videt mira quæ de imagine Dine Virginis Guardia dicebantur, cecitate percussus: panis visum recipit.

ſtes:

SÆC. XV. stes : nullam tamen cum hac oris maiestate conferendam affirmavit.

Chron.Ord.
caelest.
Franciscus I.
Rex Francor.
epo Deipara
celeberrimam
victoriam ve-
poriat.

Ipso anno Mediolanensem Ducatum, in suam ditionem redacturus Christianissimus Francorum Rex Franciscus primus, expeditione parata transalpinavit. Fixis autem in campo sanctæ Brigidæ tentoriis, Heluetios aduentare comperit, eo animo & pari sententia, vt Francorum exercitum deleant, non veriti iussurandum & fœdus, quod iisdem temporibus cum Francis pepigerant. Nihil territus Franciscus, suos in armis paratos esse iubet, & ad dimicandum viriliter cohortatur. Heluetij igitur quarta diei hora post meridiem aggrediuntur Regem & exercitum eius, sed à milite Gallo fortiter excipiuntur, sicque pugnam nox superueniens dirimit. Noctem insomnem ducunt hi, & illi, nec arma deponunt, ortaque luce, magna vi vtrunque confertum est prælium, donec in fugam versis Heluetiis, Franciscus victoria petitus est. Post hæc hostes exterriti, deditionem fecere, Mediolanumque Rex cepit. Nec dubitans de cælo esse victoriam, non longè à loco, in quo hostes fugarat, Monasterium Cælestinorum, regia magnificentia dignum, quod vocaretur Cœnobium B. Mariæ de Victoria, construere cœpit, quod mutata fortuna minimè est impletum. Exturbatis postmodum ex Italia Francis, non permisere hostes, è Gallia missos Cælestinos ad regendam Cœnobij constructionem illic consistere, quibus ad propria redeuntibus, ipsum Monast. Franciscanis concessum est. Hæc ex Chron. Ordin. Cælest.

Verumtamen ab illo tempore, à Fratribus nostris Italiæ forte fuit repetitum. Nam duo habemus Monasteria Mediolani, vnum intrà, & aliud extra Urbem.

Turcel. Lau-
ret. Histor.
lib. 2. c. 18.

Eodem anno permira res, & magis propter infinitam Dei vim, quam propter facti nouitatem credibilis, Lauretanam ædem longè fecit insigniorem toto orbe terrarum. Sacerdos erat Dalmata vir antiqua simplicitate, idemque Lauretanæ Virgini vnicè deditus. Hic fortè captus à Turcis, cum ad deferendam Religionem omni artificio pelliceretur, nefarias voces non dicam animo, sed auribus admittere nullo modo sustinebat. Itaque importunos illos hortatores auersatus, vt eis ægrè faceret, vltro Christum, ac Mariam identidem inuocabat. Stomachantibus illis, sciscitantibusque cur tandem illa nomina vsurparet, quia hærent mihi (inquit) in præcordiis. Ibi Turcæ munitari, se præcordia ipsa extracturos, nisi ex templò Christum Mariamque exeretur. Erratis (inquit) ille præcordia mihi auferre potestis, Christum & Mariam non potestis. Tum verò illi furentes ira, Sacerdotem ferto pariter inuadunt. Hic Dalmata Lauretanam inclamans Virginem vœuet, si vita suppetat, primo quoque tempore se ad eam iturum. Ea vox magis iratos accendit. Igitur hominem circumstunt, & discisso, apertoque pectore intestina à summo recisa extrahunt: eaque semineci iam iamque vt rebantur, casuro tradunt, simul per ludibrium increpantes. Abi iam propera, & præcordia in quibus hære ais Mariam Lauretanam ad eam perfer, vt vœuisti. Excedit fidem, non tamen diuinam vim, quod deinde memoratur. Moribundus Sacerdos, Deo mortem morante, viresque suggerente, porò ire pergit: multorumque dierum itinere celeriter emenso, Lauretum sua extra præferens manu. Quacumque incedit, concursus ad eam fieri, seu visendi studio,

Sacerdos ex-
oneratus à
Turcia inte-
stina defert
Lauretum.

studio, seu rei cognoscendæ. Et ille Lauretani præcipuè templi ministris apertum, vacuumque pectus & prætenta manu viscera ostentans, totam rem breuiter enarrat, cunctis stupore atque admiratione attonitis. Ad vltimum gratiis Virgini enixè actis, & solemnibus confessionis, Eucharistiæque præsidii communitus, in Deiparæ conspectu, complexuque (vt credere par est) efflauit animam. Extæ ipsa è regione sacrosanctæ cellæ suspensa diu aduenis spectaculo fuerunt. Quibus tabe absumptis, exta è ligno assimilata, atque ibidem affixa, multos annos ei fuere miraculo. Cæterum quia Rusticani homines Lauretanum templum ingressi, animis tali spectaculo occupatis Deiparam segniore colebant cura, tandem ea tolli placuit. Itaque Paulo III. Pontifice per occasionem firmandi pilas, quibus tholus incumbit, sigillum vnde illa pendebant, deiectum est. Ad conseruandam tanti miraculi memoriam, Sacerdos præcordia prætendens in tabella depictus, addita breui totius rei narratione, & in publico propositus, qui hodieque visitur. Miraculum quidem ipsum adèò testatum est, vt nefas sit de eo dubitare.

Annus Christi 1516.

HOc tempore cum Ratisbonæ ad Danubium fluuium sita, eiectis Iudæis ex illorum Synagoga, templum in diuæ Virginis honorem erigeretur, quod Formosæ Mariæ templum appellabant, mox magna à Germanis finitimis eo peregrinatio facta est. Sanatæ sunt ibi per miraculum male habentium infirmitates. Acceperunt ibi visum cæci, surdi auditum, saltauerunt in discessu claudi, ac ad vitam mortui reuocati sunt. Durauit hæc peregrinatio ad octennium, deinde subintrante Lutheranismò, ad nihilum reducta est.

Eodem ipso tempore, in Aragonia apud Montem ferratum, ingentia ope eiusdem sanctissimæ Virginis miracula patrabantur. Gaudentius Nadalbas Vasco, magni nominis prælatus, in profundos fluminis vortices vnà cum equo collapsus, ad vitam euasit, per inuocationem diuæ Deiparæ, quæ apud Montem ferratum colitur. Ioannes Riola Hispanus Diocesanus Vicentis, è manibus latronum mirabiliter in libertatem assertus est. Hominem ad quercum ligarant, neque soluere edixerant, donec ducentos aureos numerare & repræsentare promitteret. Miser in angustiis positus, nocte consecuta diuam Virginem implorauit, seque illi ad Montem ferratum eos quos latrones postulabant aureos quam his depensurum deuouit. Et ecce visus est sibi in momento à vinculis liber expeditus alacer & promptus, qui viam inter auia artiperet, seque in libertatem proriperet. Loco se mouit, in fugam dedit, & per incerta abruptaque viarum, per quæ etiam claro meridie intutum esset iter, per densissimas ille tenebras manus latronum fefellit, suæque liberatrici suas grates soluit.

Ioannes Artesius Barchinonenis, eidem Virgini sacræ debet, quod ab aduersariorum manibus, à quibus decem & viginti vulneribus, etiam in ventre acceptis, confossus, certissimam mortem expectabat, vitæ atque incolumitati seruatus fuerit.

Alfaquinus (appellatio est Sacrificorum Mauricorum) etiam quidam meliorem salutem ab eadem Virgine accepit. Caprium tenebat eques So-

Seb. Francus in Impp. gestis.

Ratisbone miracula ad imaginem Deiparæ.

Oliuerius in lib. Mirac. B. Mariæ Montis ferrati. *Miracula D. Virgin. Montis ferrati.*

SAEC. XV.

*Alfaquinus
Manus visa
in imagine D.
Virg. Monis
ferrati, ad fi-
dem conuer-
titur.*

Chron. Ord.
Caelest. M.S.

*F. Nicolaus
de Hori, qui-
sum B. Vir-
gini fuerit ad-
ditus.*

*Anzon. Sole-
rius in lib. de
Inuoc. San-
ctorum.*

*Mures auar-
um morsibus
discruciant, à
quibus san-
dem inuocata
B. Virgine li-
beratur.*

lerius nobilis Valentinus, & ad Christi fidem persuadere nitebatur. Multo tempore, surdo rem narrabat. Aliquando Montem ferratum concessit, Alfaquinum secum ducens. Dum ibi ante aram diuæ erat, Alfaquinus in momento oculos & manus ad Virginem tendere, diuinum nomen in Diua agnoscere, seque omnino Christianorum fidem ac legem, pro vera & vna salutis via agnoscere, cupere, amplecti, palam edixit: moxque Christiana sacra suscepit.

Hoc ipso anno 1516. obiit Parisiis Frater Nicolaus de Hori, cognominatus à Prato, re & nomine Caelestinus. Qui tanto erga Virginem gloriosam afficiebatur deuotionis amore, vt opportunè importunè à Patribus impetrauerit, quatenus Visitationis eiusdem Virginis Matris Octauæ, in omnibus Gallicanæ Prouinciæ Monasteriis celebrarentur. Sed & die quadam, cum sertum ex viridario excerpens, in cella sua ante Virginis imaginem posuisset, inuentum est post aliquot menses primum retinuisse virorem, nec in tanto temporis intervallo emarcuit: approbante Domino egregij iuuenis feruentissimam deuotionem. Verum ne malitia mutaret animum eius; aut ne fictio deciperet animam illius, festinauit illum educere de medio iniquitatum, & de præsentis seculi miseria, ad quietis æternæ summam felicitatem transferre. Cum enim è Parisiensi Monasterio discessurus Prouincialis, ipsum Deo & hominibus dilectum alloqueretur, ait adolescens ille frater. Non me videbis in hoc seculo pater. Antequam enim ad nos peracto itinere longo redieris, viam vniuersæ carnis ingressus sum. Sed & cum hebdomadarij sacerdotis officio, secundum ordinem suum fungi deberet, Incipiam, inquit, sed minimè perficiam. Incepit igitur, sed breui afflictus infirmitate, ante illius hebdomadæ consummationem obdormiuit in Domino.

Circa hæc tempora, in maxima annonæ charitate, Normanus quidam homo copiosus & diues, magnam vim frumenti condiderat, vociferante nequicquam populo, vt constituto precio diuenderet. Qui comprimere perseuerabat, quod speraret quanto tardius, tanto se charius venditurum. Cum autem quodam Dominico die, horreum voluptatis causa resignasset, atque aperuisset, muribus contra quam opinabatur, granarium offendit impletum. Qui triticum haud contenti consumere, facto agmine, auarum possessorem; atque ociosum spectatorem inuaserunt, & vndique momorderunt. Ille bestias illas tum innumeras, tum grandiores, quam loci consuetudo ferret, vehementer extimuit, omnique humana destitutus ope, diuinam implorauit. Ac Deiparæ in malis adiutrici, his se verbis commendauit. Pœnitet, heu pœnitet Virgo mitissima, pœnitet me sordium, & auaræ mentis, peccatum & scelus agnosco, Sancta Dei genitrix Virgo Maria opitulare mihi, quem mures fædè & sæuè discruciant, morsibusque conficiunt, tuum tale templum (locum nominauit) singulis Dominicis inuisurum me esse polliceor, atque inibi sacrificium in Dei laudem atque tuam, idque canorum solenne promitto. His ita & conceptis & effatis, mures insolito numero, & inuisitata magnitudine diffugerunt, atque hominem missum fecerunt. Ipse voti, ac periculi memor, quoad vixit, promissa compleuit, quin & moriens, testamenti lege cavit vt votiuum illud fa-

crum, quod quaque die Dominica cantabatur, perenne fieret, & legati perpetuitatem annua pensione fundauit.

Annus Christi 1517.

IN his diebus B. Virgo, quam sibi Lauretana domus cordi esset, haud dubiis argumentis ostendit. Selymus Turcarum Imperator, Mahometis nepos intactis æuo Lauretanæ cellæ thesauris imminens, nihilo feliciore exitu tantum facinus tentauit, quam Mahometus eius auus tanto ante tempore tentauerat. Iam Selymus suis, maiorumque suorum victoriis erectus, omnia penè maria classibus habebat infesta, totam subinde Europam, vltimique Occidentis oras imperio destinans. Igitur illo authore, ingens pyratum manus in Italiam appulit, & Dalmatarum Appulorumque littoribus depopulatis, Lauretanæ prædæ spe inuitante, in Picenum vela fecerunt. Descensione inde facta, Castro Portus Recinetensis potiuntur, tecta cædibus & incendio sædant. Iam nemine contrà arma ferente, Lauretum inflammatis studiis contendebant, cum desertam à mortalibus propugnatoribus ædem à cælestibus defendi, propugnatique censerunt. Quippè ipsemet Lauretanæ ædis conspectus, tantum eis terrorem incussit, vt è vestigio trepidi re infecta, repeterent classem, haud dubij, quin dilecta illa domus cœlesti præsidio tegeretur. Selymus porro conandi sceleris author paulo post haud dubia diuini numinis ira periit cancro, scedissimo iuxta atrocissimoque morbo miserè absumptus. Nec tamen exitialis Selymi exitus, aliorum compressit audaciam. Cognitum est deinde ex Turcarum captiuis, qui fuga elapsi, Lauretum ad vota B. Virgini reddenda venerunt, Archipatras, in quorum ipsi fuerant potestate, sæpius Lauretani templi prædandi spoliandique studio Lauretum instructa acie petiisse. Cæterum vt in conspectum sacrosanctæ ædis ventum esset, repente pauore ingenti diuinitus iniecto, regredi coacto, latens vbique numen inibi esse confidentes. Ita audacia in venerationem vertit. Nam cum hæc fama inter barbaros increbuisse, ex eo tempore pyratice myoparones oram Piceni legentes, in conspectu ædis Lauretanæ vix ausi sunt quisquam hostile conari, nedum ad ædem ipsam diripiendam accedere. Semel duntaxat biremes turcicæ duæ ex agro Lauretano prædas agere ausæ: quæ mox Deiparam Virginem expertæ sunt vindicem rerum suarum.

Eodem anno, non tantum à barbarorum vi intentata, sed etiam ab auaritia Christianorum militum domus Lauretana cœlesti vtique præsidio intacta mansit. Franciscus Maua Urbini Dux, ditione à Leone Papa X. fuerat exutus. Qua deinde armis recepta, vltro ipse Picenum agrum infesta populatione percurrit, Pontificis vt ipse dictabat, iniuiam vltutus, exercitum habebat ex multarum gentium colluione mistum, quibus nec mos, nec lingua communis, vt præda potior religione erat. Proinde neque Ducis imperio satis regi poterat, neque vlla ratione à rapina prohiberi. Et Præfectorum, Centurionumque plerique iam pridem Lauretanis thesauris inhæbant. Iamque per internuncios de his diripiendis clandestina inter se consilia agitarant. Ergo ex composito, ad Montem Filatranum non procul à Laureto sub vesperam subsistunt ea mente, vt postero die illucescente,

Turfel Lauret. Histor. lib. 2. c. 19.

Turca in aspectu ædis Lauretanae fugiunt.

Turfel Lauret. Histor. lib. 2. c. 20.

Sazc. XV. Lauretanam ædem defensore vacuam direptum cant. Haud fefellit pium iuxta prudentemque Ducem impius conatus exercitus sui. Itaque per Interpretes deterrere ab impio consilio perditos barbarorum Duces, per Italicas copias nefarium facinus impedire institit, omnia agere, omnia moliri, vt quolibet potius auerteretur incensa prædæ cupido. Cæterum fundæ erant omnium aures, obstrepente avaritia. Ita maior pars, vt plerumque fit, vicit meliorem. Luce nondum certa, præmissis exploratoribus, agi ceptum est agmen. Dissuadere iterum Dux, ac minas precibus miscens deprecari sacrilegam profektionem. Posteaquam nihil proficiebat, orat, si sterisset animo Lauretum pergere, vt mutata in diuersum voluntate, pietatis ergo, vt cæteri mortales ad sacrosanctam Deiparæ Virginis cellam accederent: si secus fecerint, non suam modo, sed cœlestem quoque intentant iram, recentia Turcarum exemplâ proponens. At illi animis vesania auaritiaque occupatis, nullius salubris consilij patientes, ad deuoratum spe & opinione prædam incensis studiis tendunt. Sequitur exercitum Dux, quem rogere nequibat, sacrilegium quod impedire non poterat temperaturus. Sed non defuit sacrosanctæ cellæ præsidium Virginis. Pæmissi exploratores haud procul Laureto aberant, omniaque tuta esse cernentes lætitia gestiebant, cum subito acrium grex luporum (vt ferinam hominum rabiem feræ comprimerent) è saltu proximo erumpunt, ac velut factò agmine in præcursores impetum faciunt: illorum plerosque repentino terrore amentes iugulant, laniantque, cæteros in fugam vertunt, salutis iam magis quam prædæ memores. Qui vt ad primum agmen metu, cursu, lassitudine exanimati peruenere, receptis demùm à pauore tanto animis, effusæ fugæ terrorisque causam, sociis tanti sceleris aperiunt, monent etiam, atque etiam viderent quid agerent; ædi Lauretanæ Deum custodem, ac vindicem adesse, tantam vim luporum, tam immania corpora belluarum non è nemore illo egressam, sed diuinitus in prædatores emissam: nec ipsis tam cum belluarum exercitu, quam Deo cœlestibusque esse pugnandum. At vesani exercitus Duces exploratorum terrorem tanquam vanum, militari deridiculo eludentes, nihilominus ad prædam properabant. Verum enim verò, vt sacra ædes in conspectum se dedit: repentiè ingens exercitum pauor inuasit, cunctisque Lymphatis similes trepidare cœperunt, diuinitus incussa formidine omnium pectora percurrente. Tam verò excussa vesania, ad se redeunt sceleris Duces, & siue diuini ira numinis; siue templi religione conterriti, cuncti pariter præmeditato latrocinio desistunt. Cæterum ne subinde militares animi ad ingenium redirent, consternatis, nouum miraculum additur. Iam multum diei processerat cum repente nebulam de cœlo lapsam ferunt, quæ paulatim circa templum densata, eius conspectum ademit, cum tamen cætera circum loca sole essent illustria. Ea species oculis obiecta, militum animos quoque immobiles tenuit. Exinde ingendi horrore perfusi, procumbunt in genua, versa que in religionem audacia, ad placandam Dei, ac Deiparæ iram, Lauretum ire pergunt. Quo vt ventum est, cuncti, ac præcipuè cohortiû Duces, Lauretanam ædem intrant venerabundim: ac positis humi genibus, cogitati sceleris veniam exposcunt. Vltro etiam Virginem, quam diripere destinauerant, muneribus colunt, ita susceptum

*Urbini Ducis
exercitus
Lauretum
spoliare cogi-
tans, diuini-
tatis impedi-
tur.
Lupi iugulât
exploratores
missos ad ex-
pugnandam
ædem Laure-
tanam.*

ab infano principio iter exitu facinoris mire latus, adeo, ac beatæ Virginis SAEC. XV.
 auersum sacrilegium gratulatur: mox detracta sibi arma in primo augustis-
 simæ cellæ aditu suspendit tanti miraculi monumentum: simul se ex agro
 Piceno exercitum abducturum vouet. Nec votum sefellit. Extemplò formi-
 dabiles copiæ abductæ, eademque opera, & Lauretana ades, & Picena re-
 gio direptionis metu diuinitùs liberata.

Ipso anno 1517. publicis consignatur monumentis miraculosa cuius-
 dam à morte liberatio. Res ita habet. Cum Ioannes Perez Hispanus, cum
 filio diuerrissent ex itinere ad quoddam hospitium, & pater iam iam se
 quieti dedisset, filius interim cubiculo obserato egressus est ad curandos
 equos. Et ecce tibi in reditu, nihil tale suspicans, offendit septem hostes
 suos armis instructos, qui eum aggressi sunt. Parens strepitu armorum exci-
 tus surgit, arma corripit, sed foribus oclusis egredi non poterat, neque fi-
 lio opem ferre. Quid hic agat miser? Ad Deiparam Montis ferrati vota sua
 & preces vertit. Quod & non segniter præstabat, filius iam plus sexaginta
 locis gladio punctim vibrato percussus, at incassum. Nam Dei genitricis
 intercessione in irritum cecidere omnes illi ictus, solis vestibus concissis,
 intacta carne, licet sicarij illi arbitrarentur illum mortuum, & vt talem
 desererent. At sanus omninò & incolumis inuentus est. Qui vt tanto bene-
 ficio quantum in eo erat vices rependeret, mundo valere iusso, se ad Dei, &
 Deiparæ liberatricis suæ honorem, eius obsequio in Societate Iesu,
 consecrauit.

Quo etiam tempore & anno, ex hac ærumnosa vita, ad beatam transit
 frater Syluester de Marradi Dominicanus. Huic vtroque parente orbato, ac
 è pago suo Florentiam tendenti, vt conditione aliqua vitæ inuenta sibi
 prospiceret, occurrit Deipara, à quo postquam varia vitæ benegerendæ do-
 cumenta audisset, eum Florentiam vsque propè Diui Dominici Monaste-
 rium deduxit, & mox disparuit. Admissus itaque est in Monasterium, ac lit-
 teris Philosophicis ac Theologicis eruditus, euasit in magnum concio-
 natorem.

Annus Christi 1518.

NON minora miracula edebat sanctissima Virgo apud Monserratum in
 Hispaniis culta. In Prouincia Guiennensi oppidum est Aspi, Diocesis
 Tarbensis. In ea vir cum vxore, causa arenæ ad ædificium eruendæ cum alt-
 tam fossam fodissent operique insisterent; mole terræ superuenientis ob-
 ruti fuissent, atque viui sepulti occubuissent, nisi diuam Virginem momen-
 tanea quidem prece sed efficaci tamen, ad incolumitatem inuocassent. Hæc
 enim tali habitu, specieque quali apud Monserratum visitur, miseris appa-
 ruit, terram immensam superimpendentem illorum capitibus manu sus-
 pendit: donec vicini accurrissent, & aggestam illam molem amoliti, peri-
 culo vtrumque exemissent.

Ex eadem Prouincia adolescens quidam Ioannes Cassia, mutus, cum
 opis causa Monserratum venisset, ad sacerdotis sacris operantis extremam
 benedictionem loquendi vsum recuperauit: votiuamque Tabellam suæ cu-
 ratrici appendit.

Balinghem.

Montis ferrat.
 Virgo quen-
 dam à morte
 præseruat.

Balinghem
 in Calend. B.
 Mar. 1. Oct.

Syluester Mar-
 radius: varia
 vitæ beneger-
 enda docu-
 menta audis-
 à Deipara.

Montis Serra-
 tensis Vir-
 ginis
 miracula.

SAEC. XV.
Hist. Mon-
tis ferr.

Cæcum quen-
dam illumi-
nat B. Virgo
apud Mon-
tem ferratū.

Brotus Florentinus vi diuturnioris morbi oculorum visum amiserat, quem vt recuperaret, se dat in viam ad Deiparam Montis ferrati. Accidit autem vt dux eius eum desereret in via, atque iumentum quo vehebatur abduceret, insuper & pecuniolam quam pro viatico habebat ei suffuraretur. Quid ageret miser hic, omni destitutus auxilio? Vertit se ad Deiparam, eiusque subsidium efflagitat. Et ecce diuina prouidentia, mendicus quidam transiens, misertus cæci illius, eum ad vsque Montem ferratum deducit. Quò vix pedem intulerat, cum statim ei à Deipara oculorum lumen restitutum est. Ipse totus in gratiarum actionem effusus, infinitas Deiparæ grates habet. Et in ipso discessu è templo quendam offendit, qui quondam ei multo tempore ductor fuerat itineris, qui coram multis testibus sanctè affirmavit, illum verè cæcum fuisse.

Annus Christi 1519.

Antonius Roius à pyratibus captus, ligatusque cum à nulla ope humana libertatem speraret, ad sanctissimam Virginem conuersus, vt sese compeditum solueret, liberaretque orauit, atque impetrauit. Nam pyratibus aquatum perrectis perque continentem excurrentibus, vincula captiuo detracta fuere: quibus solutus in mare desiliit, & ad proximum oppidum assiliit, pyratas incolis denunciens, & ad arma populum euocans; Ad hunc modum liber Monserratum iuit, & gratias suæ liberatrici persoluit.

Antonius Calamar, Tarraconensis, accusatus, sed falsò, homicidij perpetrati, atque innocens cædis patratæ in carceres publicos compactus, in manibus & compedibus expectabat iam decretam capitalem pœnam. Nulla amplius illi erat spes in homine. Ad Mariam innocentum protectricem opus erat recurrere, atque illius auxilium implorare. Fecit, impetrauit. Nam per miraculum manicis ferreis dissolutis, quibus illigatus fuit, per quendam carceris fenestram effugiens, in tectum conscendens, ab eoque per cubiculum quoddam, quod etiam miraculosè patuit descendens, vt erat compedibus adhuc impeditus domum reuertitur, & iniustæ sententiæ mortem euasit, vitam vni & soli post Deum Virgini debens. Biduo post eum, alter Antonius Pedemontanus, voti soluendi causa Monserratum venit. Ibat hic Compostellam, vt visitaret diui Iacobi Apostoli monumentum. Incidit fortè in latrones, quorum vnus iaculo, alter lancea, alij aliis armis miserum malè lancinarunt, & caput latusque vtrumque ictibus iteratis confoderunt. Alter eorum hominem iam collapsum capillitio comprehendit, & caput ad descendum tenuit suspensum, cum ille moriturus sanctissimam Virginem, & S. Iacobum inuocauit: ac vterque per miraculum apparuit, radiisque fulgentissimis latrones percussos in fugam coniecit, medica postmodum manu illi saucio adhibita, quæ mortifera vulnera sanauit, atque incolumitatem restituit.

Chron. M.S.
Ord. Cœlest.
Caeslinum
quendam B.
Virgo hortatur
ad lectio-
nem librorum
S. Bonauent.

Per id temporis quidam Cælestinus studio litterarum summoperè deditus, altiora se scrutabatur, & ingenij sui vires transcendentia capere nitabatur. Erat tamen gloriosæ Virgini valdè deuotus. Quem famulum suum oberrare non permittens, eidem apparuit: ac vt beati Bonauenturæ deuoti sui Capellani libros legeret, admonuit. Sic benignè correptus, & instructus frater

frater prædictus, non modicum profecit, & rationale obsequium Domino Deo exhibuit.

Cum Cysonienses Monachi ipso tempore, concinendis in laudem Deiparæ Virginis Mariæ vesperis operam darent, subito fulmen in Choti medium citissimè penetrat, omnibus attonitis, sed intactis, inde turrim multis infernè facellis circumornatam supernè campanis suavissimi soni ac pyramide præalta nobilem corripit, totamque liquefacto ære nolarum absumit. Datum miraculo, Deiparæque meritis, quod attentè, pièque laudes eius modulantibus Religiosis, nullum ex eis fulgur afflauerit, extinxeritque.

Annus Christi 1520.

Circà hæc tempora, quendam iuuenem, Lauretanæ Virginis tutela sequestratum, quem in præcipitem locum libido insana prouexerat. Hic ut erat projectæ cupiditatis audaciæque, in vetitas se effuderat voluptates. Expugnato, multarum matrum familias pudore, immodico mulieris cuiusdam amore flagrabat: qua cum, nec prece, nec precio, nec vi, doloue potiri liceret, vltima experiri statuit. Igitur conciliatum magicis cantionibus dæmonem rogitat, ut se voti compotem faciat, ad omnia se descendere paratum ostendens, si eo quod expeteret, frueretur. Diaboli ergo iussu, à Christo deficit: seque totum illi dedit, tradiditque. Super hæc omnia iurat conceptis ab illo verbis, & chyrographo suam obstringit fidem, vsque eò impuras mentes voluptatis amor excæcat. Cæterùm, ut potitus est quod cupierat, fecit, ut fit, fastidium copia, & cœlesti luce oborta, magnitudinem sceleris sui fera æstimatione perpendit. Ergo posteaquam animum curis anxium pœnitentia subiit, ad veniæ spem erectus, cœlestem opem spectare, Deum, Deique parentem implorare cœpit. Inter hæc occurrit animo Virgo Lauretana, eiusque ædis sacerdotes amplissima facinorum expiatorum auctoritate præditi. Protinùs, Deo auctore ac duce, Lauretum petit, haud dubius, quin inibi esset tantis malis remedium inuenturus. Nec sua illum frustrata spes. Lauretum ut venit, sacerdotem idoneum nactus, re omni exposita, consulit, ecqua sibi spes sit reliqua salutis. Ille primo sceleris atrocitate exterritus paulisper hæsit: deinde immanitate sceleris demonstrata, spem illi salutis ostendit, si precibus, ieiuniis, voluntariaque corporis vexatione, Deum placare penitens insistat. Cum ille nihil omninò pœnatum recusaret, promisit sacerdos, si imperata fecisset, se facillè aures ei daturum, & tantum piaculum Deo propitio, utique expiatorum. In digressu hominem monet, ut per triduum inedia, cilicio, flagris corpus affligeret. Beatæ Virginis opem implorans, per eam à Deo veniam exposcat, se eodem triduo rem diuinam pro ipsius incolunitate facturum. Et vtrinque extitit fides. Ità triduo exacto, Sacerdos optime ratus est antè absolutionem, chyrographum à dæmone extorqueri, ne quid omninò iuris in illum haberet. Proinde hominem abs se dimittit monitum, ut augustissimum sacellum ingressus, precibus, lachrymisque Deiparam vsque eò fatigaret, dum chyrographum à Diabolo extortum reciperet. Morem gerit illæ suæ salutis securitatisque avidus, haud dubia spe, id se deprecatione Deiparæ Virginis impetrare posse. Ergo prostrato ante Virgine corpore, lachrymans obnixè eam precatur,

SAEC. XV.

Buzelinus.
*Monachos
Vesperas Dei-
paræ canentes
fulgur non
ledit.*

Turcel. Laur.
Hist. lib. 3.
c. 33.

se.

SÆC. XV.

*Iulienem in
seruitutem af-
fertum à Dia-
bolo liberat
D. Virgo Lau-
retana, chi-
rographo re-
stituit.*

vt recepto illo nefario chyrographo salutis incolumitatisque suæ consultum velit, ingenti miraculo voti compos efficitur. Versiculos illos ex animo iterabat, *Monstra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus, tuis esse tuus.* Talia precatus, subito chyrographum in manus suas delapsum conspiciit. Itaque vix sibi met ex inopinato gaudio credere, integrato fletu, grates Virgini enixius agit. Indè sacello egressus, læritia exultans, ad sacerdotem accurrit: receptum Deiparæ beneficio scriptum ostendit. Id erat tot tantisque in Christum, atque in ipsum qui scripserat, diris & execrationibus refertum, vt facile appareret à sempiterno humani generis hoste dictatum. Verumtamen tantum vinculum omni diabolica fraude potentior vis diuina dissoluit, ita deuotum illud inferis caput, Deiparæ benignitate, asseritur in libertatem filiorum Dei: ne quisquam omninò quamuis facinorosus ac perditus, si modo ipse perire nolit, de sua salute desperet: nec cuiquam in dubium veniat Dei clementia, quæ vltro Matrem suam reis Patronam dederit ad salutem.

*Turcel. Laur.
H. stor. lib. 4.
c. 12.*

Nec Christianos solum, sed etiam Iudæos Virgo Lauretana suæ benignitatis, opisque participes fecit. Nazarenus fuit Hebræus vir alioqui grauis, ac prudens; qui Nazarethi habitabat, in vico vbi Lauretanæ domus extant vestigia. Is igitur ex loci vicinitate, de quo multa fando audierat admirabilia, religionis aliquid traxerat. Nam Mariæ cui fauebat suæ, quam tanto à Christianis coli honore cognouerat: iam à Christo eandem ob causam, haud sanè multum abhorrebat. Cæterum, vt est genus hominum durum, atque obstinatum, in auita hærebat superstitione, qua illum à puero diuturnus vsus implicauerat. Sed grauis calamitas tandem obfirmatum animum flexit. Iam sexagenarius, ob patratum nescio quod facinus, à Turcis comprehensus, æternis addicitur vinculis. Tandem ærumnis confectus, desperata salute corporis, de animo cogitare cœpit. Mox iniecta diuinitus ingenti salutis cura, veniam à Deo mundi conditore suppliciter orare institit, ita vt victa malis obstinatio, & diuina lux caliganti animo oborta. Ergo & Iesum Christianorum Messiam, & Mariam Messie matrem venerabundus implorat. Id cum impensè fecisset, discedit cubitum spei ac fiduciæ plenus. Nec vana spes fuit. Eadem nocte secundum quietem, se illi obtulit Christus, quem cum ex specie qua coli à Christianis solet, agnouisset: verum Deum ac Messiam professus, insuper adorauit in somnis. Confestim illi eximia pulchritudine, ac maiestate Virginis species oblata est, cuius iussu altera Virgo eius comes Nazarenus catenis eximit, quibus vinculus tenebatur: foribusque carceris referatis, adhuc sopitum somno, sed per quietem, quæ re ipsa gerebantur, videntem deducit ad portum. Ibi potior Virgo, quæ alterius Domina videbatur, nauiculam paratam ostendens: Iam liber es, inquit, esto liberatricis memor, en tibi effugium parauit, nec deero fugienti, tu modo Lauretum, quod oppidum in Piceno Italiæ regione est, pete, ibi Christianis initiatus sacris, ad Mariæ aram te siste, suscepto consilio vitæ melioris. Tum verò Iudæus gratiis utriusque, ac præcipuè ei, quæ primas tenebat, actis, orare liberatricem suam, vt nomen suum edere ne grauaretur. Et illa cum se Mariam Lauretanam, Lunam comitem esse dixisset, subito cum comite ex oculis abiit. Tum demùm euigilans Hebræus veram rei gestæ speciem

*Iudæus Lau-
retanam Vir-
ginem inno-
cens è carcere
liberatur.*

speciem in quiete sibi oblatam sensit. Dum rei miraculo defixus hæret, nulumque grates agendi Lauretanæ Virgini modum facit, nauicula, quam B. Maria hortante, conscenderat, per maria, sua sponte incredibili celeritate ferebatur. Itaque diuino ductu impulsuque Anconam appellitur biduo. Miraculo deinde vulgato, à primoribus ciuitatis benignè accipitur, quibus instantibus, vt ibi baptismate ablueretur, atqui, inquit, Maria Christi mater, Laureti me baptizari iussit. Ergò à Prætorè Anconitano cum literis commendatitiis dimissus, Lauretum pergit: ibique Christianis mysteriis satis imbutus, baptismò expiatur, ingenti vel suo, vel aliorum gaudio.

Quo etiam anno nempe 1520. iactata fuerunt fundamenta Ecclesiæ B. Virginis Garazoniæ in Prouincia Bigorrensi, diocesis Auxitanæ. Historiam accidisse tradunt hoc modo. Puella duodecim annorum, pascēbat oues patris sui, cum apparet ei Deipara Virgo, iussit vt ad patrem pergeret, diceretque ei, vt ciues vr̄bis Montis Leonis moneret (vna enim leuca à loco illo distabat) quatenus Ecclesiam ad honorem B. Virginis construerent, in loco scilicet vbi apparuerat. Puella intrepida respondit se profecturam esse, dummodo ipsa vellet gregis sui habere curam, necnon sacculum suum, & panem intus positum seruare. Promisit B. Virgo. Puella autem pergens ad patrem, nunciat quæ viderat & audierat. Qui cum esset simplex, nulla interposita mora, iuit ad Consules, qui primò eum duriter abiecerunt. Ille redit ad filiam, narratque omnia quæ acciderant: quæ etiam pergens ad locum retulit B. Virgini omnia quæ audierat à patre. Sed à B. Virgine iterum eandem visionem nunciare iussa: prius accessit ad sacculum suum inuestigandum, vt indè extraheret panem vt deferret patri, sicut petierat, quando illa rediit ad gregem. Loco igitur panis nigerrimi, inuenit panem vnum albissimum, quem gestiens præ gaudio detulit patri, pater verò Consulibus. Cum autem miraculum hoc per vr̄bem diuulgatum, venisset ad aures Parochi, monuit ciues vt crederent visioni, nec honorem sibi à Beata Virgine oblatum refugerent. Quare processionaliter ad locum pergentes, plantauerunt crucem, deinde ex piorum elemosynis Sacellum ædificatum fuit: postmodum successu temporis insignis accreuit Ecclesia, in tot qua & tanta sunt patrata miracula circà ægrotos; vt populus corrupto vocabulo, eam meritò appellarit beatam Virginem Garazoniæ, vulgò *de Garazon*, aliàs *de Guerison*.

Non longè à ciuitate Agennensi item in Gallia, hoc ipso anno, cepit celeberris peregrinatio ad diuam Virginem Boni occurfus. Est paruum Sacellum, vbi est imago fictilis B. Virginis, quæ boue mediante reperta fuit, eo quod ferè continuè lingebat herbam quandam inter vepres. Bubulcus volens scire quid hoc esset, iuit ad locum, viditque imaginem B. Virginis, quam statim eleuans, matri suæ detulit, quæ eam conclusit in arca, volens eam Parocho ostendere. Cum autem necesse fuit eam educere, nihil reperit in arca, quærensque eam per totam domum, nec inueniens, consilium fuit pergere ad locum, vbi Bubulcus inuenerat. Et de factò ibidem reperta, cognouerunt omnes voluntatem Dei, beatæque Virginis esse, vt in loco illo veneretur. Quare ex piorum elemosynis constructum fuit paruum Sacellum, quod nunc possident Patres tertij Ordinis S. Francisci.

Petr. Geof-
froy in Hist.
B. Virg. Ga-
razoniæ.
Piræus in
tripl. Coro-
na B. Mariæ
tract. 1. c. 12.

piræus vbi
suprà.

SÆC. XV.
Venetenses
ope Deiparæ
à peste liberantur.

Venetenses in Britannia minori hoc ipso anno lue inguinaria, morbo pestifero grauitè oppressi, vt liberarentur, periculumque euaderent, Sacellum titulo Dominæ nostræ de Virtutibus insignitum in Ecclesia Minorum extruxerunt: sicque votorum compotes sunt effecti.

Annus Christi 1521.

Archang.
Gianius in
Hist. Ord.
Seru.
Imago D.
Virg. Annun-
ciata apud
Florentinos
magnis elaret
miraculis.

Circa hæc tempora, Imago B. Virginis Annunciatæ apud Florentinos, Centibus miraculis fulgebat. Inter hæc vnum singulare est, in duobus Lancianensibus captiuis Constantinopolim abductis, & cuidam ex purpuratis viro primario venditis. Nicolao vni nomen erat, alteri Iacobus. Iacobus per urbem, negotiari permissus: ea tamen conditione, vt singulis vespertinis horis Dominum qui emerat adiret. Nicolaum Gyneceæ addixerat, vt reclusis mulieribus ad seruilia ministeria esset. Hic ob elegantiam morum, in suspicionem criminis adductus, & à zelotypo domino forcipibus ignitis laniatus, defectus, in carcerem compactus, miserabilem expectabat mortem: donec diuæ Virginis Annunciatæ, quæ Florentiæ colitur, & ad quam vota, precesque porrexerat, in pristinum gradum, sed iam eunuchus, restitutus esset. Liber iam, sed non liber, in ministerio versabatur. Namque catenis collum, pectus, & pedes vinctus, onustusque inferuiebat. Pari pondere Iacobus premebatur. Factum vna die, quam Selymi Turcarum principis natalem Bassa, solemni epulo celebrabat, vt vterque inter ministeria discurrens, calamitatisque seruilis impatiens, iterum ad diuam Annunciatam respexerit, preces effuderit, vota conceperit: neque sine fructu. Statim enim vincula, quibus constricti, inter conuiuas incedebant, solui per miraculum perspexerunt, quibus in manus prehensis, videntibus nec tamen videntibus epulionibus, per illorum medium ex aula elapsi, iamque omninò liberi, ostendente viam quodam Macedone, Constantinopoli discesserunt, ac per mille discrimina rerum Venecias, indè Florentiam appulerunt, liberatrici suæ diuæ Deiparæ grates persoluentes.

Annus Christi 1522.

Franc. Belearius lib. 17.
Iouius in epit. lib. 21.
Roma pestis cessat ad invocationem,
& gestationem Imaginis B. Virginis.

Tunc etiam cum Romæ pestis grauissima grassaretur, fierentque supplicationes publicæ, in quibus Christi crucifixi, & sanctissimæ Virginis imagines ferebantur: non solum morbus mitescere cœpit: verum etiam edita sunt aliquot insignia miracula. Nam cum imago sanctissimæ Virginis, quæ apud sanctam Mariam in porticu asseruatur, per aream Iudæis conuicinam deferretur, vna Hebræa, cum auerteret oculos suos, cæca facta est. Hebræus quoque aliquis similiter auertens oculos, ceruice stetit inuersa, quæ nunquam postea reuersa est in statum & locum suum. Aliqua mater, contagione infectum infantem, ad sanctissimam Virginem, quæ in diui Augustini templo colitur, voto concepto, illico sanatum aspexit, eumque ad spectaculum in processionibus detulit.

Annus Christi 1523.

Astolp. lib. 1. de Mirac.
B. Mar.

Michaël Arpinas, Prior Cœnobij Augustinianorum S. Ioannis apud Caietam, anno Domini 1523, ibat Romam pro sui Ordinis Comitibus celebrantibus.

celebrandis. Dum in Pontiam insulam exscendisset, à Pyratibus captus, Tunetum ductus, quadraginta quinque aureis diuenditus, atque catena ad pedem onustus, aquam lagena per urbem singulis diebus circumferens, ac diuendens, lucrum quotidianum Loranco Mauro qui cum emerat, acquirerebat. Si quando destinatam pecuniam non quæsisset, vel fustibus mactabatur, vel assungia liquefacta & adhuc feruente, caput perfundebatur: quodque grauius religioso Christiano fuerat, ut fidem Christi eiuraret, septies sub asciam submittebatur, iam iam capite imminuendus. Semel iugulum exponere iussus, illud securi circumducta signauit Maurus, supremamque cutem vsque ad sanguinis effusionem strinxit, si modo potuisset illum ad Mahometismum metu mortis impellere. Sustinuit hæc, & alia constanter Ioannes: nam post verbera verberibus addita, etiam articulos manuum illi præcidit Maurus: quos tamen voto ad sanctissimam Virginem facto, per miraculum recuperauit, & reliquis manibus, ac si nunquam præcisi fuissent coniunctos recepit. Cumque aliquis Maurus illum in laudibus B. Virginis perseuerantem, & ferè non aliud quam nomen Mariæ inclamantem audiret, linguamque illi iam truncare properaret, manum ad scelus extentam, mox sibi arefactam sensit: quo prodigio percussus, & deinceps Christianus factus, occasionem dedit Ioanni ex ea captiuitate euadendi, inque Italiam, cum nauis quædam Christiana eò appulisset, redeundi. Eandem calamitatem Matthæus Castillorius Caietanus, diui Benedicti institutum apud Oliuetanos Neapoli professus, ac Tunetum cum nonnullis alijs Benedictinis ductus sustinuit, atque ope sanctissimæ Virginis quam ardentissimè inuocauerat, omnia tormentorum genera, ne Christum abnegaret tolerauit, ac tandem in libertatem restitutus fuit.

Blasius Noguierius Tarbensis, triginta circiter vulneribus lethalibus penè enectus, ex quibus septem in capite, sex in brachio sinistro, duo in dextro, duodecim in pede sinistro, vnum supra genu in vena organica, vnum in latere, aliud quod ab aduersa parte vsque ad aduersam patebat: nullis adhibitis vnguentis, aut medicamentis, sola inuocatione Dei genitricis Mariæ quæ apud Montem ferratum colitur, conualuit, ut ne cicatricum quidem vestigia remanserint.

Hoc ipso anno 1523. aut circiter, Matri misericordiæ deuotus quidam Castrensis Monasterij Ordinis Cælestinorum Oblatus, ac eiusdem imaginem supra Monasterij Ianuam congruè collocatam, frequenter ac deuotè salutate consuetus, eandem in necessitate grandi efficacissimam sensit adiutricem. Nam cum proceram arborem conscendisset, ut rapacissimam auem abigeret, quæ pisces in proximo stagno manducabat, ab alto in profundum cadens, nullum omninò passus est corporis detrimentum. Interrogatus autem à fratribus quomodo euasisset, respondit: Vbi me in præcepis ruere cognoui, ad gloriosam Dei genitricem conuersus, Aue Maris stella dicere cœpi, & sic incommodum nullum pertuli.

Annus Christi 1524.

PER hos dies, nempe, anno Domini 1524. Mediolani contigit prodigium, nullo modo prætereundum silentio, quod non tantum illi Vibi,

Michaël Arpinas manuum articulos à Mauro præcisos ope Dei-para Virginis recuperat.

D Virg. Montis ferrat. mirac.

Chron. Ord. Cælest. M.S. Oblatus Cælesti inuante Deip. à morte præseruatur.

aut vni familiæ, sed ferè vniuersæ Italia calamitatem portenderit. In quodam domestico Oratorio antiquarum ædium Triultia familiæ in via que dicitur Ruga Bella, aderat icona quædam depicta cum imagine B. Mariæ Virginis, quam duo præcipuè Sancti, Sebastianus & Hieronymus circumstantabant venerabundi. Illic domicella quædam Domina Hippolytæ Comitissæ de Triultiis, consueuerat quotidie statutis horis ad orationem descendere: quando die quadam videre visa fuit ex oculis S. Hieronymi sanguineas effundi lachrymas. Cumque sibi simplex puella non crederet, accepto bombice, cœpit eius oculos & illas sanguineas lachrymas abtergere, quibus bombix ipse sanguineis maculis madefactus euasit. Ad hoc ergo portentum perterrefacta puella, ingentique admiratione & pauore percussa, ad suam heram magna cum vociferatione accurrens, singula retulit, & bombicem sanguine madidum ostendit. Comitissa grauis matrona, delirare puellam arbitrata, obiurgare de leuitate cœpit; quando tandem ex aliis ancillis veritatem edocta illicò accurrit, vidit tetigit, bombice sanguineas manantes ex oculis S. Hieronymi lachrymas abterisit, & maxima cum veneratione adorauit. Ad famam miraculi tota commota domus, & ciuitas: quisque trepidus ad ædes Triultiorum cucurrit. Nec solum Mediolanensibus, verum etiam exterarum gentium populis, Gallis Hispanis, Heluetiis, atque Germanis, ad nouum illud miraculum videndum confluentibus, die noctuque ædes illæ non absque magno Triultiorum tædio atque discrimine complebantur: donec Benedictus & Urbanus fratres, cum aliis de Triultia gente, Patribus Seruitis, Cœnobium cum Ecclesiâ ad honorem B. Mariæ Virginis, & sancti Hieronymi, in oppido quod Locatum dicitur, non procul à Mediolano situm, ædificassent, & in sacello suæ familiæ imaginem illam collocassent.

Annus Christi 1524.

TVnc temporis maxima illa, & nunquam satis laudata vererum legitimumque Fratrum Minorum sanctissima Congregatio, quæ præ omnibus aliis (vt verbis Pontificiis vtar) seueriori Diui Francisci disciplina imbuta, eius spiritum & vitam plane Apostolicam in vtroque homine tam perfectè imitatur; Capucinorum (inquam) Seraphica Religio à B. Dei genitrice Virgine Maria totius Christiani Orbis & Ecclesiis Catholicis beneficio opportuniùs fuit impetrata. Historiam placet describere. In quodam Calabria oppido, paulo ante conditam reformationem, aiunt Sanctimonialium Abbatissam, & illustrem quendam virum, vtrosque ætate prouectos, ac virtute præclaros, spiritali quadam necessitudine, inter se, ita conuinctos fuisse, vt sæpe inter se de rebus cœlestibus colloqui solerent. Porro accidit aliquando, vt intempesta nocte orantes, vterque in profundam mentis extasim raptus, eadem prorsus cœlesti visione Capucinorum reformationem futuram acceperit. Videbant altissimum Dei filium graui in homines ira percitum, ac vultu formidabilem, tam atrociam Orbi, ob intoleranda ipsius crimina supplicia minantem; vt vna clade Orbem totum prosternere velle videtur. Cui Virgo Mater, haud insueta illi pietate occurrens, atque in genua procumbens, Filium iteratis precibus rogat, vt iram in homines

mines conceptam, misericordia leniret. At obfistente Filio, & Matri horrenda orbis facinora, atque à peccatoribus illata sibi vulnera obiectante, pia mater pollicetur, se bonos aliquot seruos suos in orbe missuram, qui homines à vitiis deterreant, & collapsam in orbe pietatem restituant. Percun-ctante verò Filio, quinam ij homines essent, ad hoc officium delecti: statim Mater explicato pallio, quo obtecta videbatur, nouam Capucinatorum Reformationem, inde emergentem Filio ostendit: cuius aspectu Dei filius placatus, iram compescuit, ac parata flagella, ne in orbem defauirent, cohibuit. Stupet vterque eo visu diuinitus accepto, vixque die illucescente, vir ille, quid cum Abbatissa diuinitus actum esset, ignorans, statim ad Monasterium aduolat, vt cum ea tam admirandæ visionis mysterium conferat. Abbatissa verò, cum eodem, quo ille studio teneretur, vix virum prima visus mysteria referentem audit: cum inchoatum sermonem intercipiens, eadem quoque per visum sibi innotuisse aperit. Stupent illi, ac cœptum sæpè vicissim alter alterius sermonem intercedentes, visumque velut per frustra narrantes, tandem animaduertunt, eadem profus vtrifque manifestata fuisse. Quare diuinæ mentis consilium altè admirantes, rei euentum suspensi expectabant: at verò, cum post aliquot annos Capucinatorum reformatio in Orbe apparuisset, tum anno 1532. ad Calabros penetrasset, cœleste consilium luculentius perceperunt, cum diuina visionis mysteria, in his expleta conspexere.

Annus Christi 1525.

Quo tempore, nempe anno Domini 1525. cum Erphordia Lutherani Cathedralem Ecclesiam inuasissent, & iam ad tempus occupassent, Concionator quidam nomine Ioannes Culsamerus hæreticus, consistens in suggestu, ac digito monstrans statuam Beatæ Virginis sub maximo organo consistentem, in has blasphemias prorupit voces: Non quiescam, nec dormitum ibo, antequam idolum illud (statuam diuinae Virginis intelligebat) ex hac aede basilica eiecero. Sed ecce subito ignis sacer digitum ipsius inuasit, & eadem nocte subita morte extinctus est. Statua autem sanctissimæ Virginis in eodem loco permansit.

*S. EC. XV.
Capucineri
Congregati-
nem impetra-
t à Deo B. Vir-
go, vt mundo
penè perditio
succurrat.*

*Carthag. de
Miran. Deip.*

*Ioannis Cul-
sameri hære-
tici in beatam
Virginem blas-
phemi, hor-
rendus inter-
ritus.*

Annus Christi 1526.

Eodem tempore, cum Senatus, omnium Cœnobiorum & Ecclesiarum ornamenta in Curiam ferri iuberet, etiam argenteas turabas duorum patronorum SS. Eobani & Adalarij, sub pretextu ne tempore seditionis, præda fierent impiorum, aurifabro propè Prædicatores habitanti, oblata est magna argentea statua S. Mariæ in sole, vt eam liquefaceret, & monetam ex ea cuderet. Is quia pessimus erat hostis Ecclesiæ Catholicæ, ferreo malleo magna vi incepit contundere faciem statuæ, & blasphemio ore digere: Sic coercendæ sunt idola Papistarum, & subito excæcatus est, & mansit mendicus vsque ad mortem.

*Tympius in
Theatro Hi-
storico de
pœnis Ico-
nomachorū,*

*Isom ex Au-
rifabri cuius-
dam.*

Ipso anno 1526. egressa de Petri Lugdunensis Monasterio quædam Mo-

SÆC. XV.

*Monialis sa-
crilega & im-
pudica, ope
Deipara Virg.
aternam dā-
nationem
evadit.*

nialis, post perpetratum sacrilegium miserabilem & luxuriosam vitam duxit. At morbo lethali prægrauata, serò ad cor rediit, & quam horrendum sit in manus Domini incidere, considerans Dei genitricis opem gemitibus inenarrabilibus imploravit: cuius suffragio misericordiam & gratiam inuenit in auxilio opportuno. A mortis enim sempiternæ periculo liberata est. Verumtamen ne delicta remanerent inulta, triginta trium annorum spacio ignis Purgatorij pœna post mortem fuit Deo iudicante addicta. Sed eodem miserante, ad imploranda viuorum suffragia, cuidam sanctimoniali apparuit, cuius precibus, necnon aliorum Christi fidelium meritis, celeriolem multo accepit liberationem. At ne fictiua fortè, aut diabolica esset huiusmodi apparitio, congregatis viris doctis & religiosis, inuocata Spiritus sancti gratia, adiuratis & excommunicatis dæmonibus, respondente eiusdem defunctæ spiritu, veram esse apparitionem crediderunt. Nam & ad prædictum Monasterium pergentes venerabiles patres Lugduni & Columberij Piores, eandem audire respondentem Monialem defunctam. Interrogata quippe vtrum à Lugdunensibus & Columberiensibus Cælestinis facta suffragia illi profuissent: sic esse respondit. Liberata itaque ab omni pœna, anno Domini 1526. Martij 21. inter calicolas, æthereas mansiones accepit.

Annus Christi 1527.

*Afcan. Pers.
in lib. Mirac.
B. Mar. Mon-
tis Guardia.*

ANno Domini 1527. Cum Carolus Borbonius Caroli Imperatoris eius nominis Quinti, copiarum in Italia ductor, infesto cum exercitu Romam petens, ad agrum Bononiensem, qua transiturus erat aduentaret; militésque illius quocumque inferrent gressum populabundi, nullius non insolentiæ, aut immanitatis vestigia imprimerent (quippè exercitus is magna ex parte è Lutheranis, & aliis hæreticis constabat) occurrendum haud cunctatè ingruenti malo, Senatus Bononiensis decreuit, vt scilicet, conditione aliqua proposita, pacatum per suum agrum à Borbonio transitum redimeret. Sacram interim imaginem B. Virginis Montis Guardia, de qua superius multa iam diximus, è monte in urbem transferri curauit, ne Lutheranorum impietati, ad ludibrium & contumeliam prostarer, sed vt ab eorum furore, impietateque intacta seruaretur: Virginibus eius custodibus bono esse animo iussis. Si enim nihil tandem æqui à Borbonio impetratum foret, curaturum se, vt ipsæ etiam maturè in urbem deducerentur: cum ex improviso proxima monti hoste occupante loca, nonnulli è Germanis in illum conscendere montem, inque Cœnobium irrumpentes, virgines ipsas in templum compulerunt, vbi illæ trepidantes, ac Deiparæ opem implorantes ad vesperum vsque sese continuere. Commodum ergò eius templi subiit porticum, dux quidam cum armata militum 30. manu: atque seruator illarum factus, interea labantes illarum animos confirmauit, dixitque haud illis metuendum, ne illa cuius asseruauerant imaginem, seruare vicissim eas ac tueri, & præsentem eripere periculo nolit: se etiam ibi adesse, vt eas, vbi sit opus auxilio iuuet. Successit aliud. Primis inde tenebris, Germani audito templi illius campanæ sono, qui consalutandam Dei matrem de more admonebat, quasi dato receptui tuba signo, confestim in castra redierunt. Suis subindè virginibus ille miles, vt fugam adornarent: Germanos decreuif-
se,

se postredie eius diei, cum prima luce eo reuerti, cunctaque diripere, quæ cumque suo vsui forent asportare, cætera subiecto igne exurere, ac omnia pro libidine agere. Quare optimum factu illum fauente nocte, in urbem se & sua quæcumque auferri possent conferre: iis sese offerre itineris ducem, quippe eas illo perducturum incolumes. Iam enim omnia obsideri, sub-urbana loca, vt vix etiam noctu, solæ si proficiscantur, satis tuta esse fuga videatur. Parent illæ eius dictis, & se, suaque, homini cōcredunt, è sermone vultu, & humanitate, ciuem, aut certè indigenam arbitrata. Conuasatis ergò quæcumque licuit, adiuuantibus onera militibus, cum summum omnibus à ductore silentium per medios ituris hostes esset indictum, se dant in viam, urbemque versus iter faciunt. Vbi ad Monasterium Virginum sanctæ Mariæ Magdalenaë (hodie sancto Iosepho dicatum, & à fratribus Seruitis, quod paruo admodum interuallo ab vrbe distat, inhabitatum) tunc sermè vacuum, peruenere, Dux ipse quasi haberet clauem, fores vestibuli referat; atque ibi eas noctem illam traducere iubet. Inredientibus iam, vnâ ex eis desiderari nunciat. Hanc perhibent è Marsilia gente adolescentulam fuisse, Leonam nomine, nullis quidem ipsam eius cœnobij iniciatam sacris, sed eo erudiendi causa à parentibus missam, Romæ Foscarario postmodum connubio iunctam. Eam igitur duo milites perquisitum eunt; quam in fossam nacti prolapsam, indè educunt, atque ad suas reducunt. Illa cum inter vias pedem in lubrica ripa incautè posuisset, in subiectam fossam prouoluta, casum suum clamore euulgare minimè ausa, ne proderet cæteras, imperatum sibi silentium propria salute potius duxerat. Saluis iam omnibus crastina luce, inquit, Ductor, in urbem ingrediemini: præsto enim erit, qui vos actutum intromittat, ego interea loci cum meis vestem vestram omnem, ac suppellectilem, ad sancti Matthiæ cœnobiũ perlatam vestris reddam. Ingressus ille in Urbem, omnia quo dixerat ferenda curauit, atque eius Cœnobij Antistitæ Hippolytæ Castellæ tradidit, saluas esse Virgines, & breui affuturas annuncians. Pauca hæc præfatus, cum suis qui cuncta fide summa atque silentio reddiderant, vale dicto abiit. Cumque mox à famulo Monasterij reuocaretur, vt se vnâ cum suis parato sibi ientaculo reficeret, se statim cum iis ex oculis eius abstulit, ita vt euanescere omnes viderentur. Paulo ante eius aduentum, quædam è contubernalibus, cui nomen Columbæ Aldronandæ fuit, insigni pietate Virgo, Antistitæ visum hoc renunciarat: cum ipsa in communi omnium trepidatione ac turba, sui sodalitijs virgines, quæ in montè Guardiæ commorabantur, summo studio Matri Virgini commendasset, ne illa famulas suas hostibus prædæ ac ludibrio esse pateretur, ac paululum postea conuenisset: visam videre sibi Præfectum Deutorum S. Mariæ mortis se prehensam, manu producere ad templum, in quo ei multa ac varia à beata ipsa Virgine edita miracula in pariete picta digito monstrabat, tandem recens, nec dum vulgatum ostendebat illi miraculum huiusmodi. Inerant in pictura montes & colles nemorosi, ibi passim milites fixis tentoriis, ea turmatim percurrentes loca, villas deuastabant; pecora, & quæcumque esui, vel vsui forent abducebant, obuium quodque rapiebant, ferebant: cum interim per medios ipsos agmen mulierum Dominicanorum indutatum habitu procederet,

SÆC. XV.

*Sanctimonias
Montis
Guardia iu-
uante Deipa-
ra à militum
petulantia
liberantur.*

deret, magno Angelorum comitatu stipatum. Tum illi Præfectus: Nostine locum, & mulieres? Nosse mihi, inquit illa, videor. Mons ille Guardie est: hæc societatis nostræ virgines, sacram in monte imaginem custodientes. Ergo, (inquit Præfectus) nunc illæ è mediis euadentes hostibus, à caelestium caterua iussu Deiparæ deducuntur in Urbem. Hactenus Columbæ visum. Mox igitur atque à templo S. Lucæ in urbanum S. Matthiæ Cœnobium peruenere Virgines, conferentes hæc quæ Columbæ in somnis oblata, cum iis quæ euenerant, reuera milites illos, qui eas ad Monasterium S. Mariæ Magdalenaë deduxerant, Angelos fuisse in specie humana est iudicatum, idque eo liquidius, quod cum diligentissimè requisiti per urbem fuissent, quinam forent, qua porta ingressi, nunquam reperiri potuerit.

Annus Christi 1528.

*Iacobus
Breuleus in
Antiq. Parisi-
ensis.*

*Hæreticus
quidam de-
truncat ima-
ginem Dei-
paræ.*

*Francisci Re-
gii pietas er-
ga Deiparæ.*

*Astulphus
lib. 11. & 12.
Miracul. B.
marie.*

ANno Domini 1528. hæreticus quidam Parisiis caput aufert imagini cuidam Deiparæ, cuius loco Rex Franciscus aliã substituit ex argento inaurato, interestque supplicationi quæ ex summo templo ad locum supradictæ imaginis processit, atque ipse manibus suis nouam imaginem in truncatæ alterius loculamentum subrogat, tota spectante ciuitate. Mutilata autem imago ad templum S. Gerualij delata est, cum solemnî supplicatione. Ea vocatur nostra Domina de tolerantia. Rex publicè proclamari iussit, vt qui violatorem istum sacrarum imaginum deferret, ei pro præmio mille aurei numerarentur. Quod si mortis reus esset, aut aliàs pænæ obnoxius, generalem omnium amnistiam, & condonationem criminum consequeretur.

Hoc tempore, multis in locis plurima edita sunt miracula, ab inuocatione diuæ Dei genitricis Mariæ. Tarraconæ viuebat matrona quædam pietatis studiosa. In eam duæ aliæ odio concepto conspirarant, vt vel de medio tollerent, vel aliqua contumelia insigni multarent. Crimini dabant; quasi famæ illarum detraxisset, fabulamque de earum pudicitia & integritate sparsisset. Dissimularant; quod facere cogitarant, eamque in quendam hortum à conspectu hominum semotum inuitarant. Dum ibi sunt, innocentem, verbis primum asperis aggrediuntur; mox suis filiis duobus iam adultioribus, vt manus matronæ detractrici iniiciant, præcipiunt. Tenetur fortiter à viris robustis: illæ cultrum educunt, & vt porro linguam exerat, nisi mactari velit, instant, vrgent, vim inferunt. Opem illa diuæ Virginis, quæ apud Montemferratum colitur, inuocat, linguam profert: duæ illæ immanes eam excidunt. Mox infelicem in sanguinis profluuiio relinquunt: hoc solo felicem, quod lingua quantumuis excisa, pronunciaret tamen, Virgo potentissima Montferratensis adiuua me. Quæ inuocantem se tandem adiuuit, sanguinem stagnauit, vsusque loquendi restituit.

Annus Christi 1529.

*Olinarius in
lib. mirac. B.
Mariæ mon-
tisfer.*

IN Gallis tunc temporis febris purpurea, quã alij Rispillam, alij ignem sacrum vocant, plurimos extinguebat, vel affligebat, Parisiensem, Senonensem, Baionensem, Centronensem, Atrebatensem, vrbes & agros plurimum exhaurerat. Senonenses inter hæc de patrocínio & potentia sacrosanctæ Virginis admoniti, ad eius medicam manum confugere. Vix

vota

vota fecerunt, intra quindecim dierum spatium supra centum homines & fœminæ sanitatem recuperarunt, morbusque sacer depulsus fuit. Antequam lues cessasset, pridie eius Dei, sanctissima Virgo visendam se in suo templo Senonensi quamplurimis exhibuit, bysso & hyacintho vestita, & multitudine Angelorum ac sanctarum Virginum circumdata, ferens secum optatam sospitatem, quæ non tantum Senonensibus, verum etiam multis circumvicinis affulgeret, profligato vniuerso contagio.

Accidit inter hæc puerum quendam vndecim annos natum, eodemque morbo contaminatum in templo sanari. Huic mater pecorum quæ reliquerat sollicita, ne tantum quidem tempore concedere substinuit, quantum ille posset gratias liberatrici ad libitum reddere; vrgebat enim vt domum properaret, & pecus in pascua reduceret, pascendoque gregi attenderet. Rediit puer domum, nimis mœstus; dumque in pascuis est, mœtore perfusus plorare & eiulare cœpit: Ecquid non licuisset aliquanto plus in templo demorari, ex vultu sanctissimæ Virginis voluptatem decerpere, & gratias persoluendis diutius vt par fuerat incumbere. O me felicem, si morbus ille sacer me iterum corripiat, & vel totum corpus afficiat: vt ego possem in templum redire, & pro voto quo ardeo, suauissimo aspectu meæ curatricis recreari. Dixit, morbus acer rediit, ille occasionem ad templum reuertendi nactus, secundo accessit; ad præsentiam diuæ imaginis sanitatem recuperauit, ac tamdiu ibidem permansit, quamdiu desiderio suo satisfactum esse putauerit: admirantibus vniuersis, qui spectaculo intererant. Narrabat puer, se in extasi raptum fuisse in cælum: ibi vidisse Reginam cælorum intercedere pro populis, ac postulata impetrare, tum conqueri, de Senonensibus imprimis, qui negligentius, cultum suum & basilicam curarent; deinde de Gallis, qui ad extirpandos hostes fidei hæreticos, atque Turcas minus prompti essent: si pergerent negligere illi opus venerationis, isti defensionis & propugnationis: calamitas longe grauior illos maneret. Et ne quis à quopiam ei illudum, vel insinuatum esse existimaret, puer quamuis nullas vnquam literas didicisset, sed tantum pecori pascendo incubuisset, admirandos versus de mundi creatione, de humani generis per Christum redemptione, de desponsatione Dei matris, de gloriosa Deipara & S. Iosepho eius sponso, pangebatur, canebatque, adeo numeris & pedibus exactos, vt ne à Poëtarum accuratissimo fingi exactiores potuerint. Placuit innocentium amatori, illum paulo post ad se rapere, ne malitia immutaret cor illius; quod antequam fieret, puer vno mense prius, obitus sui diem prædixit: post cuius mortem supra corpusculum candor quidam niueus, superans omnem albedinem apparuit: ex cadauere autem purissimo, suauissimus odor exhalauit.

Scriptores Galli affirmant, eandem Virginem Senonensem, parturientibus opitulati consueisse; ex quibus vnã memorant, grauissimis doloribus examinatam, ab inuocatione Deiparæ, tres prius calculos, oui magnitudine singulos eiecisse, ac doloribus solutam, filiolum viuum edidisse, aqua baptismali abluendum, antequam expiraret.

Baiocenses quoque Galli, prædicant suam diuæ Virginis matris imaginem; tum sanandis ægrotis, tum vero liberandis captiuis, hoc tempore ve-

SAEC. XV.
Senonenses à febre purpurea Deipara auxilio liberantur.

Deipara Virgo populo Senonensi sese videndam exhibet.

Puer pastoritius semel eiterum à febre purpurea sanatur per beatam Virginem, à qua & donū scientiæ accipit.

D. Virgo Senonensis parturientibus opitulatur.

SÆC. XV.

Miracula di-
ua Virginis
Baiocensis.

nerandam. Narrant, Nortmannum quendam mercatorem ab infidelibus captum, & catenis vinctum, diutinam captiuitatem in maximis ærumnis tolerasse. Tandem ab inuocatione eius Deiparæ, quam Baiocenses colunt, vincula ferrea à pedibus spontè ac per miraculum decidisse, ipsum duce Virgine ex manibus infidelium euasisse, fugisseque; ac tandem ad suam solutricem aduenisse: ferentem adhuc collotenus circulum, vel collare ferreum, cui catena qua pedes compedibus alligabatur. Istud cum limam refugeret, & nec malleo frangi expediret, hominem liberum affligebat. Dum ibi in templo coram imagine Virginum Reginae preces ardentes effunderet, & reliquum captiuitatis amoliri postularet, in momento clauus è compaginibus exsiliit, collare sese à se aperuit, & in terram decidens, hominem molestia liberauit.

Buzelinus.
Mulier arti-
bus malis à
demone affli-
cta, Deipara
intercessione
sanatur.
Balinghem
12. Iulij.
Ioannis Ger-
sonis studium
erga Deipara-
ram.

Ipso tempore & anno, nempe 1529. Deiparæ Virginis quæ in æde diui Petri Insulis colitur intercessione, Iaquemina Ioannis Siluij Insulani ciuis coniux, quæ insidentis vt destituto viribus corpore sine fulcris ingredi non posset deterrimo possessore liberata est, & pristino membrorum vsui restituta.

Tunc quoque migravit ex hac vita Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis. Hic in cæteris studium suum erga Dei genitricem prodidit, variis in eius festa concionibus edendis. Explicando canticum *Magnificat*, tractationibus 21. quæ refertissimæ sunt laudum eiusdem Deiparæ. Quarum tractationum proëmium, sic incipit. *Canticum Maria tractaturus in solatium peregrinationis meæ vergentis in occasum (vinam felix matutinum carens vesperè subsequatur) decreui, &c.* Idem licet grandæuus, & summæ vir apud Reges & magnates auctoritatis, docebat paruulos orationem dominicam, ac salutationem Angelicam. Neque exiguum est erga Deiparam affectus argumentum, quod eius intuitu, impensè diligeret S. Iosephum. Quod testatur Poëma, cui titulus Iosephina.

Annus Christi 1530.

ANno Domini 1530. Clemens Papa VII. post Carolum V. insignibus Imperij ab se Bononiæ decoratum, Romam indè remigrans, ad Dei genitrix ædem Lauretanam diuertit, Patronam liberatricemque suam salutaturus. Dicam prius quid statim Pontificatu inito, in hanc ædem beneficij contulerit: deinde quæ causa ad eandem se conferendi, quæve gratitudo fuerit. Inito Pontificatu, nihil fermè prius habuit, quam vt Lauretanam ædem Pontificiis diplomatis honestaret, quibus & vetera firmare beneficia, & adiiiceret noua. Inter beneficia Clementis fuit, quod Recinetensibus ius omne, si quod reliquum esset in Lauretum, ademir. Nec paruū eiusdem beneficium, quod Ioannem Matthæum Gibertum Veronæ Antistitem Laureto præposuit, virum doctrina pariter, & virtute clarum. Ab eo Lauretana ædes sacra suppellestili, optimis Canonicis, solemnibus ceremoniis aucta cultaque. Pontificiarum ædium porticus fornicatæ; cisterna, tectorio inducto concinnata, magno peregrinorum, vel incolarum bono.

Clemens Pa-
pa VII. ædem
Lauretanam
visitat, &
priuilegijs eu-
mulat.

Aucta igitur per hoc ipsum tempus loci celebritate, sanctissimam ædem ianuis augeri oportuit. Vna tum erat ianua, in medio ferè pariete, qui ver-
git

git ad Septentriones. Hac ingredientibus omnibus, & egredientibus aditus erat pariter, exitusque. Itaque in tanta aduenarum multitudine concursuque, aliis, vt sit, alios prementibus, nonnulli, (quia recessum primis vltimi non dabant) coarctati, oppressique exanimabantur. Proindè peruiam celam fieri placuit, binis ad angulos duorum parietum ianuis patefactis. Istud iam pridem, & à multis optatum, & à Leono X. in forma exterioris ornamentum destinatum fuerat. Vt primum Architecti consilium distulit rumor: enimuerò nefas videri non magis accolis, quam peregrinis, eos parietes ferro temerari, quos per tot ætates diuina providentia saluos, intactosque seruasset. Multi palam fremere, quisquis id auderet, haud impunè scilicet ausurum. Igitur cœlestis iræ metus fabros à conando absterruit. Haud vanum fuisse docuit euentus, quippe Nerucio ipsi Architecto rem aggredienti quidam accidit visu dictuque mirabile.

Fabris tale ministerium derrectantibus, ipsemet sacrum parietem perfodere aggressus est, maiore artis fiducia, quam reuerentia loci. Ergo vt malleum in sacrum adegit parietem, repentè manu obtorpescente, insolitus horror reliquum corpus inuasit, pallor deinde ori suffusus, ingentis malis nunciis; mox linquente animo, qui circà erant, collabentem excipiunt, domumque inter manus deferunt expiranti similem, & sensus omnis expertem. Exanimatus iacuit horas fermè octo, quoad scilicet eius coniux mulier pia, & beatæ Mariæ Lauretanæ dedita, in paucis Deum, Deiparamque precibus; votisque placavit viro. Tandem igitur vitalis calor, qui totum propemodum corpus reliquerat, artibus reddi, & spiritus libetius meare cœpit. Iamque alleuans Nerucius oculos redeunte sensim animo, circumstantes noscitare: demum iam compos mentis audaciam inculcare suam, veniam opemque à beatâ Mariâ exposcere. Nec frustra. Animus religione exsolutus, pariter corpus ægritudine leuauit, vt morbi causam ipsamet curatio aperiret. Postquam conualuit, Pontificem tota de re admonitum, quid facto opus sit, consulit. Ille haud ignarus id nimia Architecti confidentia magis, quam indignatione beatæ Virginis euenisse; miscens monitis imperia vrget Nerucium, vt Dei Vicario auctore non dubitante exsequatur inceptum: & simul impense monet, vt sacros parietes perfodiat, non tam malleo & audacia, quam ieiunio, & veneratione Virginis armatus: sic demum rem ex sententia successuram. Neque enim timendum esse ne Deipara Virgo suam domum peruiam fieri noller, quæ eam peregrinis vellet cum salute, non modo sine perniciè patere. At Nerucium recente malo ex audacia timidiorum iam factum, ne Pontificis quidem auctoritas percelleret potuit, vt iterum ipsemet experiretur, quod tanto suo periculo paulo antè tentauerat. Ad vltimum, quia Pontificis imperium vrgebat, & mora patefaciendi ianuas adificationem morabat operis, inuentus est adolescens minime timidus, qui auctoritate Pontificis fretus, & plenus amicorum vocibus rem auderet. Clericus is erat Basilicæ Vaticanæ; Venturam Perinum vocabant. Hic triduo munitus ieiunio, ad sacrum parietem cum malleo venerabundus accedit. Circa Perinum erat & aduenarum turba, & Clericorum: hæc sollicita ex adolescentis fiducia, illa rei expectatio suspensa. At Perimus supplex irâ præfatus dicitur. Sacra Virginis domus, ignosce innocen-

*In Archite-
ctum parie-
tē sacra adie
Lauretana
perfode e ni-
centem diui-
na vltio.*

SAEC. XV.

*Clemens Pa-
pa VII. in-
gens pericu-
lum Deiparae
auxilio eua-
dit.*

tia, non ego te hoc malleo, sed Clemens Dei Vicarius ornamenti tui au-
dus fodit: ille te ornatam, ille te peruiam cupit. Placeat Deiparenti, quod
Dei Vicario placet. Talia precatus, designatum parietis locum percussit im-
punè. Eum deindè ictus turò iterantem, fabri pari ieiunio, ac reuerentia se-
curi ianuas aperiunt tres, quarum duæ liberum populo ingressum, egres-
sumque præberent, tertia Sacerdotibus aditum daret ad sanctiorem sacel-
li partem, vbi est Virginis simulachrum. Sub quod tempus Clemens, ædi-
Lauretanae adornandæ intentus, ingens periculum diuæ Virginis Deipa-
rae præsidio euasit. Fraude dolòque hostium, capta Roma, ipse in arce molis
Adrianae receptus, obsessusque, posteaquam vim sustinere non poterat, non
votis modo, sed etiam literis Lauretanae Virginis implorat auxilium. Nec
missæ incassum preces. Haud ita multo post inter hostium tela elapsus in-
tutum est. Ad hoc ex auro argentoque Lauretano tria circiter millia aureo-
rum contracta; & Pontifici inopia laboranti peropportunum subsidium
missa. Ita Clemens B. Mariae Lauretanae beneficio, præsens periculum ino-
piamque vitauit: ac demum discussa ingruente belli procella, pacem popu-
lis suis, atque otium Italiae peperit. Discrimine captis belloque perfunctus,
Lauretanae Virgini gratiam non solum habendam, sed etiam quantum mor-
tali fas esset referendam existimauit. Itaque coronato Carolo V. Romam
reuertens, Lauretanam Virginem adiit: gratiisque ritè actis, votisque Deo
ac Virgini Deiparae persolutis, vt tantorum erga se meritorum extaret gra-
tia, inchoata Lauretanae ædificationis opera summa vi vrgere constituit.
Architecto igitur fabrisque instare cœpit, templum præcipuè ad culmen
perducere aliquando festinans. His operibus perficiendis pecuniam, quam
mutuam à Virgine suscepit, reddidit.

Tunc etiam Hieronymus Angelita ciuis Recinetensis, Virginis Laure-
tanae historiam abs se conscriptam Clementi Pontifici dicitur. Scribendæ
dicendæque Pontifici Historiæ causa fuit, quod per eadem sermè tempora,
facto sanctæ domus à Galilæa in Dalmatiam, inde in Picenum asportatæ
narrationem ex Flumenfibus Annalibus, Dalmatæ quidam ad Recineten-
sem pertulerant ciuitatem. Itaque siue Angelitanae historiæ admonitu, seu
familiarum rogatu, seu potius cælestis numinis instinctu, Clementem cupi-
do cepit, migrationem sanctæ domus à Galilæa intentius explorandi. Haud
erat ignarus id ipsum olim, & à Dalmatis auctore Frangipanio, & à com-
muni Picentium, ciuitatis Recinetensis hortatu, satis esse perspectum. Cæ-
terum præcipuas Pontificis partes esse ducebat, rem tam inusitatam, ac pe-
nè incredibilem denuo per certos homines explorare, vt aliorum indiciis
accederet Pontificalis auctoritas, quæ ex mortalium pectoribus dubitatio-
nem omnem, si qua forte resideret, fraudibus tolleret. Proinde ex omnium
familiarum numero tres cubicularios suos delegit expertæ imprimis reli-
gionis ac fidei. Hos quid factò opus esset monitos, rebusque necessariis
abundè instructos dimittit, faustum illis iter precatus. Ergo illi Lauretum
profecti, sacramque domum intentione cura contemplati, dimensique,
conscendunt nauim Illyricum petaturi. Quo vt ventum est, ædiculam Lau-
retanae instar satis vetustam, & miraculorum monumentis insignem inue-
niunt. Porro parietis eius ædiculae inscriptum, Lauretanam Domum ibi olim
fuisse.

*Clemens Pa-
pa VII. tres
mittit cubi-
cularios suos
in Galilæam,
ad tollendam
omnem dubi-
tationem cir-
cà translatio-
nem sacrae do-
mus Laure-
tanae.*

fuisse. Hæc accolæ ipsi monstrabant: haud vana ab illis afferti, veræ lachrymæ vbertim manantes ex desiderio testabantur. Confestim igitur legati mensuris admotis, deprehendunt profus omnia conuenire. Protinus repetito cursu pergunt in Galilæam, Nazarethum veniunt; sacræ domus fundamenta monstrata ab incolis cernunt: quoquo versus metiuntur; congruere cuncta comperiunt. Ex legatorum numero Ioannes N. erat Senensis, qui nouo aliquo indicio veteris miraculi fidem adfirmendam ratus, duos indè attulit lapides ex iis, quibus vulgo strui ædes Nazarethi solent. Lapis quidem laterem naturali forma imitatur (cuiusmodi ex fecilibus lapidicinis erui alicubi solet) cæterum flauentibus intermicat venis. Reuersus igitur Ioannes cum collegis ad ædem Lauretanam, cum eius lapidibus Nazarenos illos lapides confert: reperit genuinos eorum, ac simillimos esse. Ea quoque res auxit miraculi fidem, cum talem lapidicinam in Piceno nullam esse constaret; & omnia quamuis vetusta ædificia, ob cæmentorum, taliumque lapidum inopiam laterculo structa cernerentur. Illi igitur successu admodum læti peruolant Romam, Pontificem expectati adeunt, comperta renunciant: Ioannes insuper Nazarenos lapides Lauretanis similes profert tanti miraculi testes; res summa & Pontificis lætitia, & asseclarum præcipuè sermone celebratur, quo ipso tempore ædes Lauretana nobilissimis est illustrata miraculis.

Ipsò anno 20. Ianuarij, Philippus Sabbaterus, Arcis Buffeti præfectus, Medicorum iudicio nunquam pristinæ sanitati restituendus, imo propediem moriturus, vouit se visitaturum B. Virginis Mariæ sacellum in Vichiacensi Monasterio Cælestinorum constructum, ac mox conualuit. Nec distulit Capellam visitare, imò cereum pondus sui corporis habentem, deuotus obtulit.

Annus Christi 1531.

Genua vrbs hoc ferè tempore pestilentia laborans, sanitatem, & aëris salubritatem se debere fatetur Beatæ Virgini apud Seruitas culta. Ea imago his temporibus habetur in sacello societatis Habitus, de qua etiam istud mirabile proditur, quod puerulus quidam quinque annorum in ea uisitia, cum fortè in profundum puteum lapsus, aquisque obrutus fuisset, & parentes protinus ad puteum venissent, viderunt puerum absque vlla læsione in superficie aquæ mirabiliter sustineri, quem denique è puteo extractum, audierunt confitentem, se à Beata Virgine Ecclesiæ Seruorum de profundo aquarum liberatum, & propriis illius vlnis super aquas sustentatum.

Lælia quoque vxor Ioannis Baptistæ, diris partus doloribus ferè vsque ad mortem exagitata, voto ad eandem Virginem emisso, illicò puerum peperit, & incolumis euasit.

Eodem anno 1531. cœpit deuotio, & peregrinatio populi ad diuam Virginem Stagnensem, distantem ab vrbe Diuionensi quatuor aut quinque millibus. Bubulcus quidam pascibat boues in iugo montis, vbi nunc constructum est Sacellum. Vnus autem longius sese elongans, ibat ad pasendum in quodam loco, vnde non poterat auelli. Nam quanto magis à pa-

Chron. Cælest. M.S.

Imago Deip. Virg. in Vichiacensi Monasterio Ordinis Cælest. etiam nunc claret miracula

Arch. Gian. Annal. Seruicent 3. lib. 6. c. 10.
Genua ciuitas peste afflicta à B. Virgine liberatur.

pyreus in Tripl. Corona B. Mariæ, tract. 1. c. 2.

SAEC. XV.
Imaginis B.
Virginis Sta-
gnensis mira-
culosa inuen-
tio.

store pellebatur, tanto magis pertinaciter remanebat. Et quod etiam mirum est, herba à boue omnino comesta, sequenti die ibidem spissior, & densior creuisse videbatur. Quæ res bubulci animum valdè permouit: vndè suspi- cari cœpit, nouum quid & inusuetum ibi latere. Quare effossa humo, reperit paruam imaginem fictilem B. Virginis, quam lato animo tollens, affixit eam arbori, vbi primò ab incolis loci, deindè ab aliis vndique con- fluentibus venerata fuit.

Buzelinus.
Pyraus in
Corona B.
Mariæ.
Imago B. Vir-
gin. minatur
pueris.

Ipso anno, Duaci cum pueri in platea luderent, iuxta paruum sacellum vbi reposita erat imago beatæ Virginis, iisque circa eam irreuerentius se ge- rerent, desistere coacti sunt, videntes ipsam digito eis minitantem, puerum- que Iesum ex vno brachio, ad aliud transmutantem: currentesque anhelii ad parentes, nunciauerunt quæ viderant. Quare innumera populi multitu- do ad locum cucurrit; multique infirmi ab infirmitatibus suis liberati sunt. Ex quo tempore inibi facta sunt semper miracula, & ex piorum eleemosy- nis & oblationibus ibidem constructum fuit egregium sacellum.

Annus Christi 1532.

Hieronym.
Taxis in li.
de Rosatio.

PER id temporis, Zamorensis quidam iuuenis, & genere, & doctrina cla- rus, & sacræ scripturæ intelligens, cum Dominicanos patres de sacro beatissimæ Deiparentis Rosario magna prædicantes audisset, ex initia- ris vnus esse voluit, & in sodalium adlectus numerum, almæ matri preca- tiones ex sancto illo funiculo quotidianas staturæ persoluit. Nauigans in Italiam, captus est à prædonibus, Algeriumque perductus, Anobarbo Ar- chipiratæ triennio seruiuit. Quo tempore Rosarij consueti neque memo- riam deposuit, neque vsum intermisit. Nam captiuus & seruus, operisque distentus, eandem in recitando, quam solutus & liber diligentiam adhi- buit, haud ignarus, non modo ad animi salutem, sed ad corporis etiam li- bertatem illud iter esse directum. Nam suorum tenuitatis & indigentiaæ conscius, de pecuniaria redemptione diffidebat, maximè cum Rex ille bar- barus, pro libertate immane precium exigeret, cui soluendo fortunæ pater- næ non essent. Igitur humanis opibus desperatis, Virgineum numen im- plorat, liberationemque à communi Christianorum parente deprecatur, non tam vitæ suauioris desiderio, quam veræ salutis studio. Metuebat enim, ne vel minis, vel promissis Christianam fidem eiurare cogeretur, ad eò vt ser- uitutis intolerandos labores parui duceret, pro illo dolore, quem ex sui animi statu capiebat. Nam vt scitè Tullius. Aliud est laborare, aliud dolere. Cum onera ferebat, agros colebat, humi cubabat, vigilabat, ac vix saturan- dæ fami cibi fragmenta suppetebant, tum se laborare arbitrabatur, ac cor- pore tantum defatigari. Cum verò inter Mahometanos & Christiani nomi- nis hostes acerrimos se versari meminerat, & fidei causa lædi posse vide- bat, sempiternæque salutis imminere discrimen apud animum cogitabat: tum dolor intus cor adolescentis exedebat. Quamobrem suorum Chri- stianorum desiderabat terras, & quò liberius Filio Matrique seruiret, ac pe- riclitandæ religionis metum deponeret, ex perfida Africa, ad fidelem Eu- ropæ partem Hispaniam redire cupiebat. Itaque consilio cum quodam al- tero captiuo, quem diligebat, communicato, & in eandem adducto senten- tiam,

tiam, de fuga consentiunt, compedes dissecant, & se in viam illam dare decernunt, qua ad nouæ Numidiæ urbem itur, quæ Burgia hodiè dicitur, Neptuniquè aras vocauit antiquitas. Nullus panis ad iter, nulla cibaria, quod deuium, tortuosumque faciendum fuit, vt se persequentes fallere possent: herbis famem, sitim aqua pellebant, latitare luce, nec se loco mouere, in tenebris ambulare ac progredi, ad Regna Christiana cursu contendere. Rex barbarus in retea fremere, vias omnes obsideandas curare, missis mille cursoribus persequi fugientes, sed nihil est tamen effectum, suos viatores Virgine defendente, quin & eiusdem ope ac præsidio, quam frequenter appellabant, prælatis manu Rosarijs, duos nauigabiles fluuios nando transmiserunt. Ventum est denique ad Urbem, quæ Burgia, vt diximus, vulgari nomine compellatur, quæ à nostris illa tenebatur ætate. Ibi à fuga trepida & sollicita, maximisque itineris laboribus recreati, quid inter Christianos & Mahumetanos interesset, Rosarij beneficio testificati, multorumque Maurorum seruitute creptos, Rosarij beneficio testificati, multorum animos salutaris illius precationis, quæ peculiaribus globulis efficitur, religione, compleuerunt. Ipseque adolescens Zamoræ natus, vt diximus, in laudem bene meritæ Virginis opus exornauit, quod Hieronymo Taxio facti huius historico, & alijs eiusdem familiæ viris perdoctis recitauit.

Aliud celebre miraculum liberationis è carcere, & seruitute quod scribit Antonius Solerius Arpinas, libet hic apponere. Cum (inquit) Normanus Mercator à Sarracenis vltra mare captus, durissima seruitute oppressus teneretur, catenisque deuinctus Mariam gratiæ matrem implorauit, & Baiocensis agri celebre eius templum visitaturum spondidit. Preces ac vota, sequuta libertas est, catena spontè decidente, cuius terram ferientis sonus sensit ipse captiuus. Ferro liber atque expeditus, ad notam Virginis ædem peruenit incolumis. Sed tamen orbis ferreus collo innexus, in quem inserta catena fuerat, hominem malè habebat; erat quippe non modo gravis, sed ita etiam & durus & crassus, vt limari non posset. Cum autem à beatissima Virgine, vt illo se crucis ponderoso tormento liberaret, comprecatus esset: ecce subitò clauus ille, quo vinculi nodus tenebatur, sese spontè dissoluit, qui non potuit quamuis diligentissimè quæsitus, inueniri. Tum mole à cernice detracta, molestia conquieuit. Bonus quoque peregrinus & fœlix cum diuæ sospitanti quas potuit gratias egisset, suæ & seruitutis & libertatis historiam Baiocensibus explanauit, collariamque horribilem, & crudele milium rei gestæ memoriam, ad aram appendit virginalem.

Ecclesia Gallicana tunc temporis cœpit celebrare Festum Desponsationis B. Mariæ 22. Ianuarij. Quod quidem Festum, eiusque Officium proprium compositum à Petro Daurato Dominicano, per Paulum Papam tertium, fuit approbatum, & concessum vt prædicta solemnitas, celebraretur publicèque Officium in Ecclesia recitaretur.

Annus Christi 1533.

Pleraque hoc tempore, apud varias Religionis Capucinorum Prouincias, memoranda acciderunt. Primum namque in oppido Caputæ Bononiensis Prouinciæ, quod Petræ rubræ coniunctum est. Mulieri cuidam diuitijs

*Zamorensis
adolescens
deuotione Sa-
cri Rosarij ex
captiuitate
Turcica per B.
Virginem li-
beratur.*

*Ant. Solerius
de venerat.
& inuocat.
Sanct.*

*Mercatorem
miro modo è
carcere libe-
rat B. Virgo.*

*Pyreus in
Tripl. Coro-
na B. Mariæ.
Desponsatio-
nis B. Virgi-
nis Festum,
quando cele-
brari capti.*

*Zacharias
Bouer. to. 1.
Annal. Ca-
puc.*

SAEC. XV.

diuiti, auaræ tamen, duo filij erant: qui cum ob quasdam de agrorum terminis controuersias exortas, cum vicinis rixati fuissent, à superueniente tunc temporis satellitio apprehensi, in carcerem detruduntur. Quod cum matri renunciatum fuisset, illa in omnem desperationem acta, Diabolum iteratis vicibus obtestari cœpit, vt eam è medio tolleret. Tempus tunc messis erat, cum triticum à ruricolis in atea excutiebatur. En diabolus, Dei iudicio, nequaquam cunctatus, repente mulierem rapit; ac per aream, & agros inuisibiliter raptans, eam sibi tollere contendit. Tanta porrò eo tempore imbrium, ac ventorum tempestas aërem conturbare cœpit; vt cuncta pessum ire crederentur. Accurrunt vndique ad mulieris opem ruricolæ: eumque nihil aduersus dæmonem proficerent, mox ad Capucinos Petræ ruberæ conuolant, mulierisque calamitatem narrantes, pro ea obsecrationes Deo fieri rogant. Confestim fratres ante altare prostrati, B. Virginis Litanias decantant, illiusque opem ad miseræ mulieris præsidium implorant. Porrò eo tempore Virgo Deipara, clarissima vndique luce circumfusa mulieri apparet: cuius aspectum cum ater ille tenebrarum Angelus ferre non posset, aufugiens, liberam mulierem relinquit. Mulier vero meliori menti redita, cum se è tanto periculo erutam cerneret, Deo gratias agens, vitæque in melius commutata, B. Virgini deinceps deuotissima, atque in Capucinos liberalior euasit.

Annus Christi 1534.

Turfel. lib. 2.
Lauret. Hist.
c. 27.

Vayuod Transyluania inuocato Deipara auxilio mortem euadit.

Ioan. Buzel.
Balinghem
in Calend. B.
Mar. 22. Iul.
Maria Hungaricæ Regina insignem supplicationem instituit.
Balinghem
in Calend. B.
Mar. 14. August.
Moniales 40. B. Virgo præseruat à morte.

Iisdem fermè temporibus Vayuoda Transyluanicæ, non quidem Ioannes Scepusiensis, quem constat Regem Hungariæ electum in clientela Turcarum fuisse, sed alius à Ferdinando Rege impositus; ab Abrahamo Prætoris Regis Turcarum (Bassam ipsi appellant) prælio captus, victusque, victoris irati iussu ex altissima rupe agendus erat præceps. Cæterum ille, beata Maria Lauretana implorata, seruitium quoque, non tantum præsens supplicium euasit. Nam fortè sermonem de religione cum Bassa ingressus, ad efferatum eius animum diuina ope mitigauit, vt barbarus odio in amorem verso, ipsum cum cæteris Transyluanis captiuis dimitteret gratis. Extat hodiè Laureti tabula ingens egregiè picta, auroque exornata, vbi tora res non solum coloribus, sed etiam literis expressa visitur.

Quo etiam tempore à Maria Hungariæ Regina ac Belgij moderatrice, per totum Belgium supplicatio instituitur. Eam die 22. Iulij Duacenses celebrarunt. Quo die dictu est incredibile, quanta vis tum ciuium tum aduenatum, cancellatæ ibidem Virginis miraculis celebris ædiculam frequentarit, tum vt patriæ saluti consulerent; tum vt sibi aliquid impetrarent.

Ipsò tempore, & anno 1534. Neapoli incolumes seruat à ruina, Deipara Virgo quadraginta Moniales Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, quod occasionem dedit eidem Deiparæ assumptæ nobile templum extruendi. Degebant illæ in quadam domo cui ruinam imminere, diuino nutu (vt rei probauit euentus) Abbatissa præsciuit, quare omnes eas partim in suo, partim in superiore cubiculo iussit pernoctare, sanctissimæque Matris Assumptæ celebrare festum. Et ecce tibi nocte ipsa ingens fulguris, tonitruus & pluuiæ procella excitatur, domus earum corruiat à fundamentis

mentis, binis tantum cubiculis ubi se Moniales continebant, exceptis. Quare tanto isto beneficio ea quæ Assumptionis Virgineæ celebritatem præcurrit nouo accepto, nouo Cœnobio ædificaro Deiparæ Assumptæ nobile templum à fundamentis ædificarunt.

SAEC. XV.

Annus Christi 1535.

ANno sequenti 1535, cum Michaël Colonna Hispanus, contrà Turcas in Africa confligeret, ab eisque pluribus locis lethaliter esset fauciat, omni humano destitutus auxilio, ad Deiparam animum & preces dirigit. Vix verba finierat, cum eccè tibi momento è potestate hostium numero ostingentorum eripitur, ita vt nemo deinceps ei nocuerit, quin potius ipse vnus de iis valdè opportunè fauciarit. Quod autè ad lethalia vulnera spectat, ipse eiusdem Deiparæ ope aliquàto post ab iis perfectè curatus est.

Tunc temporis, quidam publicè testatus est se Deiparæ intercessione, sine lingua locutum, non minus quam si linguam habuisset. Res ita contigit. Cum Antonius Vbelis Sabaudus Astum tenderet, incidit in prædones, qui eius omnia scrutantes, inuenerunt Epistolam Ducis Sabaudi ad quendam militum Præfectum, qua iubebatur purgare itinera ab istis prædonibus. Itaque illi ira incensi, tum in Ducem, tum in Antonium Epistolæ latorem (licet planè ignarus esset quid ea contineretur) eum malè excipiūt, ac multis locis vulnerāt equo deiectum. Ipse verò tacitè sed magno animi ardore Deiparam Montis serrati inuocabat. Interim datur ei optio à prædonibus de duobus, quorum alterū sciat sibi necessariò subeūdum, malit ne manum sibi vtramque abscindi, an linguā cum auribus. Illis vrgentibus vt alterum eligeret, neque spem vllam esse euadendi contestantibus, postquā se maiore adhuc quam prius animi æstu ac vehementia Deiparæ commendasset, respondit malle se multò aurium vsu ac linguæ carere, quā manuum. Vix verba finierat, cum eum auribus & lingua mutilant, eamque ei in manibus dant, edicuntque vt ea ad Ducem deferat pro responso Epistolæ, quam ad supra dictam Præfectum militum diximus scripsisse. Neque tamen tot cruciatus auertere potuerunt Antonium, quo minus Astum suum versus prosequeretur, & quin Deiparam imploraret. Quare paulo post ipse voti compos factus est, & ab ea vulnera omnia curata sunt, & quod planè stupendum est, absque lingua, non minùs quam antea expedite loquebatur. Quod quidem plurimorum testimonio comprobatum est, quem lingua carere oculis suis viderunt, nihilominus distinctè atque articulatè loquentem audierunt.

Hist. Montis serr.

Michaëlem Columnam liberat B. Virgo è manibus numerosissimorum hostium.

Oliuerius in lib. Mirac. B. Virg. Montis serrati.

Balinghem 24. Nouem.

Anton. Vbelis, intercessione Deip. sine lingua loquitur.

Annus Christi 1536.

Circà hæc tempora sanctitate illustris habebatur B. Stephana Soncinas ex familia S. Dominici. Huic postquam Deo virginitatem vouisset, apparit Christus Deipara conitatus, qui eam sibi dato annulo sponsauit, eius tanta erat species, vt nihil neque diutius, neque speciosius cerni posset. Eadem cum ad sacratissimam Dei matris ædem, quæ Laureti visitur, sese contulisset, in ea plurima diuinitus ei ostensa sunt. A morte plurimis claruit miraculis. In cæteris, Rosario Deiparæ, eius sacro corpori admoto, puerulus æger repentè conualuit.

B. Stephana vide Deiparam.

SÆC. XV.

Quendam li-
berat à vin-
calis B. Virgo.

Ipsò tempore & anno, Ioannes de Bordes tenebatur captiuus in trirēmi Gallica in portu Massiliensi, ob nescio quæ dicta nobili cuidam viro. In iis angustiis recurrit ad Virginem supplex orans, vt si contra fas iusque detineretur, eum à vinculis istis iniquis eximeret. Et ecce tibi dum euigilat, noctu venit illi in mentem experiri num se compedibus exuere posset. Itaque leui tractione compedes dissoluit. Vbi porrò aduertit tam præsentem Dei genitricis opem, indè audacior factus, ac compedibus in humeros abiectis, transit per mediam trirēmē, non obstantibus quatuor custodibus, aliisque plurimis qui vigilabant, quorum nemo ausus fuit contra eum ne quidem mutire. In quorum etiam conspectu soluit scapham, trirēmi catena ferrea annexam, in quam conscendit, & saluus ad littus proximum contradicente nemine euasit.

Annus Christi 1537.

Chron. Ord.
Cælest. M. S.

Imago Deip.
miraculosa
in Monast.
Medunt. Or-
dinis Cælest.

Circa annum Domini 1537. prolem habere non poterat, quædam honesta mulier, quæ ad Meduntense Monasterium Ordinis Cælestinorum veniens, Deiparæ Virginis Mariæ auxilium deuotè implorauit, imaginem eiusdem, veste pretiosa adornauit. Vnde postmodum, eiusdem immaculatæ Matris suffragiis prolem concepit, & peperit.

Annus Christi 1538.

Fuit circà hæc tempora in Regno Aragoniæ, quidam Prædicatoriæ familiæ alumnus, nomine Frater Ioannes Amat, egregius concionator, & SS. Rosarij feruidus promotor. Huic sacro Quadragesimali tempore, in loco quodam dicto, Borias Blanchas concionanti, oblata fuit quædam puella, à malignis spiritibus possessa. Quam cum ille variis coniuurationibus & exorcismis fuisset aggressus nihil effecit, sed vbi collo eius Rosarium benedictum imposuit, dæmones eiulare, vociferari, & clamare cœperunt: Tollite, tollite ista grana, quæ nimium nos inquietant, & torquent. Tandem pater, ne nimie miseram vrgeret videretur, Rosarium abstulit, illamque dimisit. Noctē subsequente, cum ipse in cubiculo quiesceret, accesserunt iidem dæmones, qui prius puellam vexauerant, vt ipsum quoque inuaderent: sed impediti per virtutem sancti Rosarij quod manibus gestabat, conabantur illud è manibus eius arripere. At ille continuò opem Beatæ Virginis implorabat, dicens: O sancta Maria patrona sanctissimi Rosarij adiuua me. Quo dicto, omnes in fugam sunt conuersi. Facto mane, cum ipse ad Ecclesiam tenderet, occurrit illi dicta puella, per cuius os quidam dæmon in hæc verba prorupit. Ha frater, si corona illa caruisses, non parum à nobis exceptus fuisset: eandem enim pœnam fuisses expertus, quam nos, quando tam duris, dirisque catenis nos constringebas. Tunc pater denuò collo puellæ Rosarium iniecit dicens: Per sacratissima nomina Iesu Christi Domini nostri, eiusque sanctissimæ Matris Mariæ, & per virtutem sanctissimi Rosarij, impero vobis maligni spiritus, vt ex hoc corpore migretis. His dictis puella, & sibi & suis restituta est.

Chron. Ord.
Cælest. M. S.

Migravit in cælum hoc ipso tempore, & anno 1538. venerabilis Pater Iacobus Calipetus Cælestinus, qui cum adolescentiam in vanitate

nitate tranſegiffet, mortuus eſt: ſed Deipara Virgine intercedente, anima rediit ad corpus vt pœniteret. Deindè Ordinem Cœleſtinorum ingreſſus ſanctiſſimè vixit, & miraculis claruit. Cum aliquando Miſſam celebraret, iuxtà ſe ſuper altare, ſacraſſimam Virginem Mariam Dei genitricem agminibus ſanctorum, atque Angelorum choris ſociatam vidit. Hæc coronam florigeram manibus tenebat, quam celebrantis capiti impoſuit: quam & ille qui miniſtrabat, apertiffimè vidit. Interrogauit autem ſanctus ſacerdos, quendam ex ſanctis, quamnam eſſet hæc Regina ſpecioſiſſima. Audiuit autem Deiparam Virginem eſſe, & poſt modicum corona diſparuit. Nos beati huius viri vitam miraculoſam & præclaram ſcripſimus in noſtro Choro Sanctorum.

Ipo anno Deip. Virginis Mariæ Antiphonam decantantibus Cæleſtinis Pariſienſibus, fulgur cum fragore maximo in turrim Biliacam, tunc temporis puluere ad iaciendas Bombardas confecto plenam, Pariſiis cecidit: quæ ſubito tantam paſſa eſt ruinam, vt vix aliquod eius veſtigium remaneret. Sed & lapides grandes (mirabile dictu) longè latè que diſperſi, intuentium animos, præ rei nouitate grandi ſtupore replebant. Nam & vlrà Sequanæ fluuium, & per adiacentes campos, turris conquaſſatæ lapides cernebantur. Tunc in Cæleſtinorum Pariſienſium murum denſiſſimum, cum impetu lapidis grandior impingens, ipſo confoſſo, in pratum illorum longius eſt dilapſus. Refectorij autem & Eccleſiæ, necnon & Bibliothecæ, aliarumque officinarum vitreæ, magna ex parte corruerunt. Oſtia quoque nonnulla ſui collisione fuere contracta. At fratres huiusmodi tempeſtate inaudita nimium perterriti, mox in terram omnes ſeſe proſtrauerunt: Eccleſiam eodem inſtanti ruituram exiſtimantes. Verumtamen protegente Deipara, nullum corporale detrimentum pertulerunt. Sæculares autem nonnulli in vrbe perierunt: ac aliorum locorum vitreæ quamplures corruerunt.

Natus eſt ipſo anno Baronius Cardinalis, qui à matre B. Virgini oblatuſ fuit: de quo ipſa teſtabatur, quod cum eum geſtaret in vtero, ſæpius ſenſit eum exultantem quoties templum aliquod B. Virgini ſacrum, ingrediebatur, vel etiam ad illud propinquabat, quaſi iam tunc eam venerari vellet, & ſeipſum illi conſecrare. Infantulus cum in grauem morbum incidiffet, tulit eum mater ſua ad Eccleſiam B. Virginis, duobus vel tribus millibus à Sora ciuitate diſtantem, vbi tranſacto triduo in ieiuniis & orationibus, audiuit vocem dicentem ſibi. Bono animo eſto, filius tuus non morietur modo. Cœpitque extunc conualeſcere: vſque ad perfectam ſanitatem.

Quidam Arnoldus nomine ipſo anno Toſoſæ in Gallia captiuſ, licet inſons & per calumniam, cum nullum ei ſuper eſſet remedium, Deiparæ Montisferrati ſe commendat. Nec irritæ preces, nam die quadam dum oraret, ſenſit ſibi ferreas numellas & ex iis appenſam catenam, ex collo decidiffet, idque nulla ope humana, & quamuis ei conſtaret non potuiſſe id niſi potentia Dei fieri, nihilominus ne carceris cuſtos ſuſpicaretur ſibi circulum illum detraxiſſe, fugamque meditari, eundem iterum collo inferuit. At renouatum à Deipara miraculum poſt aliquot dies, cum enim è carcere educeretur, ad triremes mittendus, ad quas damnatus erat, in omnium conſpectu, adeoque iuſtitia adminiſtrorum, repente tum ſupradictus circulus cum

Coronam florigeram capiti Ven. Iacobi Calipeti imponit B. Virgo.

Cæleſtini Pariſienſes à periculo mortis per B. Virginem liberantur.

Henricus Spondanus in Elogio Baronij.

Piræus in Triplici Corona.

Baronius à pueritia B. Virgini conſecratus.

Oliuerius in lib. mirac. B. Mariæ montis ferr.

Arnoldi miraculoſa educio de carcere à Deipara.

SÆC. XV.

appensa ad eum catena, tum ferreae manicae tangente nullo cecidere. Ipse verò se diuinitus solutum videns, per mediam turbam transit nullo planè repugnante, quasi inuisibilis fuisset, stupentibus omnibus, quemadmodum nemo omnium ei se opponeret. Ità liber sese ad liberatricem suam, Montem ferratum contulit, vbi hæc iureiurando ità se habere affirmavit.

Quidam eodem anno habitus pro mortuo ab hoste suo, qui lethales eum ictus inflixerat, ac seorsim extra viam abiectus, in fossam, congesta super eam humo ac lapidibus vt lateret, licet adhuc viueret, seseque Deiparae Montisferratenis commendaret vsurpato hymno *Aue Maris Stella*, cum peruenit ad *Monstra te esse Matrem*, mox sensit se diuinitus nullo amplius neque terræ, neque aggestorum lapidum pondere grauari, ac post aliquot dies omninò conualuit.

*Pictor volens
imaginem B.
Virg. Montiss.
reparare caci-
tate percusi-
tavit.*

Cum accersitus ab Abbate prædicti loci egregius Pictor, vt Deiparae miraculosam imaginem quæ certis locis reparatione indigere videbatur, restitueret in integrum, vix ei penicillum admouit, cum illic cæcus factus est. (Noluit scilicet Deipara humano artificio pulchrior effici) & in ea cæcitate tres menses solidos permanit non obstantibus eius pro visu recuperando ad Dei genitricem fuis continentibus precibus. Tandem dum Religiosi ibidem canerent hymnum hunc (ipso pariter feruentissime Deiparam deprecante) atque ad ea verba peruenissent, *profer lumen cæcis*, repentè visus facultas ei restituta est.

Annus Christi 1539.

*Oliu. in lib.
Mirac. B.
Mat. Mon-
tisserrat.
Sacerdos De-
para inuoca-
ta euadit
mortem.*

SEquenti anno nempe 1539. publicè quidam profiteretur se ab hostium vi ac vulneribus Deipara inuocata seruatum. Erat is Sacerdos nomine Valloria, Vicarius cuiusdam Pareciæ in Episcopatu Gerandensi in Hispania, quem vigilia Assumpt. Deiparae 18. aut 20. homines hostes sui aggressi sunt balistis aliisque armis instructi, ac frustra, licet enim eum tangerent variis in partibus, innoxie tamè, & citrà sanguinis effusionem (iam enim se obnixè Deiparae Montisferrati commendarat) licet in terram quasi totus stupidus ceciderit. Itaque eum sic iacentem gladii inuadunt, cumque nihil se proficere viderent, neque balistis, neque gladiis, bini de illis, cæteris in malo peruicaciores, eum pugione inuaserunt, caput creberrimè ac guttur ferientes, conantes ei iugulum abscindere, verum omnia in cassum cecidere, nullo ei profus damno illato, neque vel minima sanguinis gutta expressa. Quod cum ipse sacerdos miraretur, immensasque Deiparae ageret gratias, ecce tibi nouum prodigium, nam statim vidit se miraculosè è medio hostium in domum suam translatum. Quod eorum multis testibus in æde Montisferrati contestatus est.

Annus Christi 1540.

CIrca hæc tempora sanctitate & miraculis fulgebat S. Ignatius Loyola, Ordinis Societatis Iesu Institutor, qui cum ex vulnere æger decumberet, antequam à sæculi vanitate ereptus, ad Deum conuerteretur, sanatus est à B. Petro Apostolo. Surgens autem de nocte ad precandum Deum, positus humi genibus ante imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ, illius ope fretus,

fretus, eius se misericordiam, amantissimoque filio totum addixit. Ecce autem eo tempore quo Deum placabat, ingens tota domo auditus est strepitus, cubiculum in quo erat contremuit: vitreaque fenestra contracta est. Hac porro in vitæ conuersione, carnis suæ infirmitatem non mediocriter pertimescebat. Verum sacratissima Virgo, Angelorum Regina, cuius tutelæ se totum commiserat, in ipsa peruigilatione nocturna, suum complexa filium, ei se palam ostendit. Quo viso mirificè recreatus, totum repente cœpit fastidium omnium, quæ cum inhonesta præsertim voluptate coniuncta sunt, ut omnes eorum rerum imagines ex illius memoria, aspectus ille deleuerit: castitatemque iam tum ad extremum vsque vitæ terminum, integram, illibatamque seruauit.

Annus Christi 1541.

ANno 1541. in Bosnia ciuitate Suonicha, Turca quidam lancea sua transfixit imaginem Deiparæ Virginis, vnde mox vberimus fluxit sanguis. Quo permotus portento, sese in flumen vicinum præcipitavit, vbi statim tum ipse, tum equus in lapides versi sunt, qui adhuc visuntur, quando fluij aqua decreuit.

Eodem anno cum mare Narbonense nauigarent quidam, (quorum nomina prodit Historia Montis ferrati) tam fœda cohorta est procella, ut à morte parum abessent. Quo in discrimine in genua prostrati, Deiparam appellant, eo animi studio, quo in tali discrimine fieri consuevit. Nec mora eadem ipsa hora, sedatum est mare, quare secundo flante vento, quò tendebant, tenuerunt.

Annus Christi 1542.

ANno Domini 1542. cum Capucinorum Congregatio in magnam tribulationem & afflictionem incidisset, in Conuentu Fauentia: F. Bonauentura à Cremona, sacerdos, inter orationes, ieiunia atque alias carnis macerationes, ob Religionis periculū studiosius versabatur, tumore vbique diffuso, quod Capucinorum Religio breui à Pontifice extinguenda esset. Dum igitur post meridianum tempus, in cella Deum feruentius orat, saepeque ad quandam B. Virginis imaginem quæ illi in prospectu erat, oculos intendens, magno lachrymarum imbri, Religionis illi periculum commēdat; manum sibi inuisibiliter apprehendi ac concuti sentit, quasi qui è graui somno excitaretur, atque eodem temporis momento, mulierem splendidam, ac sole lucidiorem sibi adstātem vider, quæ his eum verbis alloquitur. Quid ploras Bonauentura? quid gemis? quid est, quod tantopere animum tuum excruciat? Expauit primo aspectu Bonauentura. At blandis illis verbis consolatus, cum eam Bonauentura. At blandis illis verbis consolatus, cum eam B. Virginem Dei matrem esse, diutino intus lumine illustrat agnosceret: mox ad illius pedes prouolutus; Heu Virgo beatissima, miserorum omnium spes ac per fugium singulare. En desolatæ Religionis meæ vices plurimum doleo; quæ tantis ut vides, est angustis demersa, tanque ingenti in discrimine versatur, ut nihil magis nobis extimescendum sit, quam quod diuina ope destituta, citò ad occasum properet, nisi tu nostri misera pro nobis stes, pu-

SAEC. XV.
Ribadeneira
in vita ips.

B. Ignatio Lo-
yola castitatis
donum tri-
buit B. Virgo.

Chonic. Min.
tom. 4. lib. 3.
Turca percu-
tiens imagi-
nem Deipar.
vnacum equo
vertitur in
lapidem.

Hist B. Virg.
Montis ferr.
Periclitantes
ope B. Virg.
Montiss. libe-
rantur.

Zachar. Bo-
uer. tomo 1.
Ann. Capuc.
Bonauentura
Capucino ap-
paret B. Virg.
eumque con-
solatur, quod
putaretur ex-
tingui Capu-
cinorum Re-
ligio.

SAEC. XV. *Capucinatorum familiam non esse delendam asserit B. Virg.* fillaque hæc familia, quæ te obstetricante parita est, te quoque protegente feruetur, & ad perfectum excrefcet. Cui B. Virgo, Ne timeas, inquit, fili, haud cadet Capucinatorum Religio, incolumis stabit. Hoc vnum exploratum habet, istam Congregationem ita à filio meo diligi, vt ab eo nullo vquam tempore deserenda sit. At verò necesse fuit eam à nonnulla, quæ in ea latebat, tabe purgari. Porro id tantum quod putridum erat, abscindi oportuit, quod vero sanum est, incolume seruabitur. Metum omnem abiice, plurima enim est filio meo in hanc Religionem voluntas, ac dilectio.

Bilinghem
Sept. 19.

Miles Deipara meritis & inuocatione à suspendio liberatur.

Miles quidam ipso anno 1542. Deiparæ meritis, & inuocatione à suspendio liberatur. Hic fuit Hispanus, qui Perpigniacò à Gallis obfesso, egressus iussu Gubernatoris, offendit Præfectum generale exercitus, qui quod hoste tam vicino egressus esset ciuitate, ad cæteris incutiendum metum, suspendio eum adiudicauit, neque tantum temporis ei indulfit dum peccata expiaret, licet id maximè vrgeret miles, qui vt ei permitteretur, à Deipara cum ab hominibus repulsam pateretur, summo animi affectu contendebat. Interim è scala deicitur, ac strangulatur (vnà cum socio eiusdem facti consorte, qui suspensus interiit) neque tamen sic ab implorandæ Deiparæ ope desistit. Nec frustrà ab eo suscipi preces, nam licet strangulatus, distinctè tamen loquebatur, Deique genitricem appellabat. Quod dum faceret, ecce tibi oportunè ab ea, vt videtur, missi pueri duo, quos miles rogat, vt ad Ducem suum accedant, eique renuncient se adhuc in viuus esse. Dumque mandata exequuntur, occurrit eis religiosus sacerdos, qui tantum miraculum audiens narrantibus pueris, statim eò se confert, funeque dissoluto è quo pendeat, eum à furca liberat, remanente interim socio suspenso ac mortuo. Indè abducitur miles ita miraculosè ereptus, à mortis faucibus Perpignacum, vbi & miraculum palàm fit non sine ingenti omnium stupore & gratiarum actione pro tanto beneficio.

Oliuer. in li.
Mirac. B. M.
Montis ferr.

Multi sub ruina muri incolumes seruantur ex inuocatione B. Virg.

Quo etiam tempore & anno, quidam præfenti vitæ discrimine liberati sunt. Super eos enim dum in alto puteo purgando occupati sunt, ruit murus orificij eiusdem putei, qui dum sibi ruinam illam proximè imminere præfagiunt, cernuntque moueri lapides muri, summo sese affectu pietatis, Deiparæ Montis ferratensi commendant, quam & perrexerunt inuocare, licet plus duarum perficarum altitudine ruina illa tecti essent. Itaque Deipara eos protegente, licet tam profunda cooperti ruina, & ex tam alto loco lapidibus in capita eorum decidentibus, sani omnes & incolumes indè educti sunt, stupentibus omnibus, eo quod iam mille mortes obisse arbitrabantur.

Annus Christi 1543.

Chron. Ord.
Præd.

B. Lucia Narnien. imago Deipara filiū portandam præbuit.

ADhuc in viris erat B. Lucia Narniensis ex Ordine S. Dominici. Hæc cum quinque duntaxat annos nata, ad templum proficisceretur, ac fixis oculis certam Deiparæ iconem intueretur, ipsa ad eam. Vis, inquit, tradam tibi filiolum meum? Illa annuente, verè illum ex matris sinu acceptum, domum tulit: mirantibus vniuersis quos offendebat, tam teneræ ætatis puellam, tam speciosum gestare infantem, verentibusque ne ei è sinu in terram laberetur. Verum ipse sustinebat, qui pugillo mundi orbem continet.

Domum

Domum ubi attigit, supra lectum illum collocat, qui tres totos dies cum ea permansit. Quo toto tempore verè imago illa caruit Christi Domini effigie. Exacto porò triduo, Christus inuisibili quadam ratione matri suæ se reddidit. Eandem septennem Christus Dominus sibi despondit coram B. Virgine Maria, aliisque sanctis.

SARG. XV.

Annus Christi 1544.

Quidam putant ipso tempore circà festum Paschæ à Deipara cuidam datam loquendi facultatem sine lingua. Historia eiusmodi accidit. Cum filia quædam nobilis cum proco suo familiariter & priuato loco liberius egisset, in egressu cubiculi offendit puerum quendam natura lepidum, & simul garrulum. Quo viso plena timore ac mœstitia: Actum (inquit ad Procum) est de me, puer hic ad patrem referet, quæ maximè occulta esse vellem, mutuam inter nos amicitiam. At facile est (subdit proco) malo isti remedium adhibere, quo dicto puerum aggreditur, iubet linguam exerat, quam & abscindit. Quid agat puer iste ità malè habitus? Timens insuper mortem quam ei nobilis ille proco minitatus erat, patriam deserit, ac Carnutum petit, ubi multos dies mansit mendicans, omnibus miserationem commouens, oris apertione & hiatu vndè patebat ei linguam abscissam, at qua de causa tantum ei infortunium accidisset, edicere non valebat. Interim cum aduenissent festa paschalia, & tempus quo in isto puero statuerat Deus matrem suam condecorare, ipse cælesti afflatus spiritu, templum Deiparæ Carnotensis ingreditur, ibique ante princeps altare, lachrymas fundit, quibus linguam suam sibi restitui efflagitat. Nec in cassum fusæ preces. Nam Deipara misera tum teneræ ætatis, tum calamitatis, ei sermonis vsum reddidit, necdum tamen linguam. Quare mox in gratiarum actionem ora soluit pro tanto benefacto. Qui intererant, eumque mutum antea nouerant, miraculo isto stupefacti turmatim accurrunt ad puerum, tam conferti, vt propè suffocatus fuerit. Quare loco sublimi positus fuit, vt ab omnibus videretur. Atque ità linguæ vsum habuit, ac locutus est sine lingua ad vsque festum Pentecostes, quando sub missæ Introitum, ei Deipara linguam suam integram & liberam restituit, eo nempè die qui linguarum dono honoratus erat à S. Spiritu, & quo eadem Deipara cum Apostolis, imò & præ Apostolis omnibus, idem donum consecuta erat.

Hist. B. Virg. Carnot.

Puero sine lingua loquendæ facultatem concedit B. Virgo.

Eidem & linguam restituit.

Annus Christi 1545.

Anno Domini 1545. sancta Oecumenica Synodus Tridentina celebrari cœpta est. In qua cum quæstio illa grauissima de originali peccato (quod nunquam contraxit B. Virgo) agitari cœpta fuisset, Iacobus Laini Societatis Iesu Antistes, seu præpositus Generalis, & ex Romani Pontificis Doctoribus vnus, sententiam rogatus, quod eum quartana febris grauitè angeret, pro argumenti dignitate loqui se posse negat: sed tamen suam vtcumque dicturum esse sententiam pollicetur, & quam breuissime, propter morbi molestiam. Itaque in suggestum ascendit, sed præter spem & opinionem, firmis lateribus agit, tresque horas integras in Virginis defensione consumit: quam ab omni originis yiciatæ labe puram fuisse, exquisi-

Ribad. in vita ipsius. Laini lib. 3. c. 17. Carthagena de Mirandis Deip. §. 142.

tis

SÆC. XV.
Jacobus Lainus agrius descendens in concione immaculatam Deipara conceptionem sanatur.
 Carthagena
 vbi supra.

tis testimoniis, rationibusque disseruit. In ipso autem orationis suae finem robustiorem se sensit, quam cum exorsus esset dicere. Eam ille in tanta morbi grauitate fortitudinem, clementissimæ Dei Matri referebat acceptam, pro cuius immunitate pugnasset. Quamobrem sancta Synodus, sacerque illic orbis terræ Senatus, persuadente piissimò Laino, honorifica illa de Virgine concepta decreuit: & Sixti quarti constitutionem confirmauit.

Tunc etiam florebat insignis Doctor Ioannes Americus, qui in sermone Conceptionis, quem coram sacro Concilio Tridentino habuit, refert plures Concionatores, in graues morbos incidisse, alios mortem obiisse, propterea quod contra immaculatam B. Virginis conceptionem concionati fuerant.

Chron. Cælest. M.S.

Erat ipso anno in Monasterio Cælestinorum Lugdunensium quidam Nouitius, qui desperationis barathro absorptus, vitæ lux finem volens imponere, in puteum sese deiecit. Quod ut præspexit venerabilis Supprior, qui propè tum aderat, funem arripiens, & situlæ pedes immittens, in puteum ipsum sese demisit, ac Nouitiū iuuantibus aliis, qui audito tumultū accurrerant, incolumen eduxit. Sed nec sic ab ausu temerario Nouicius cessauit; funem quippe alligauit, laqueum parauit, collum strinxit, & semetipsum suspendit. Sed rupto fune, ille in terram cecidit. Nec sic contentus, iterum, atque tertio, pristinum facinus attentauit, & laqueo collum stringente, semetipsum suffocare nisus est: sed fune ut prius dirupto, mori non potuit. Tandem tectum domus conscendit, ut inde in vicum & pavementum infimum se daret præcipitem. At frater illi obuius factus, horrendum illud piaculum impediuit. Interrogatus autem quomodo semel atque iterum suspensus euadere potuit viuus, respondit Virginem pulcherrimam sibi affuisse, à qua dum penderet sustentatus, perire non potuit. Verumtamen cum illum mente turbatum fratres cognoscerent, & ad Religionis statum subeundum minus idoneum, imò ineprum conspicerent; ipsum habitu monastico priuatum, ad propria remiserunt.

Nouitium Cælestinum laqueo vitam sibi præcipere conantem à morte præseruat B. Virgo.

Annus Christi 1546.

ANno sequenti nempe 1546. Cum apud Meduntense Monasterium Ordinis Cælestinorum, frater quidam dudum consolationes diuinas persensisset (præcipue tamen, in festo S. Stephani) finitis nocturnarum Vigiliarum solemnibus, cum celtam petiisset, quendam audiuit dentibus frementem terribiliter. Obstupuit ille, & mirum in modum expauit, ita ut pene totus deficeret. Aures proinde erigens, ut agnosceret quidnam hoc esset: fremitum dentium audiuit. Conuersus proinde ad orationis tutissimum asylum, Deiparam Virginem Mariam deuoto spiritu inuocare cœpit, ut in hac tribulatione & angustia succurrere sibi dignaretur. Deinde conuersus, Adiurote inquit, per Deum viuum, ut indices mihi, quisnam sis? Noster an aduersariorum? At ille, Ego inquit, Diabolus sum, & huc veni ut perderem te nisi Mariæ sedulus auxilium implorasses. Abiit ille, & cogitabundus frater remansit, ita ut vix ante octauum diem, timorem deponere posset.

Cælestinum quendam Virgo à diaboli furore præseruat.

Ipsò anno Petrus Ferrus Societatis Iesu, vnus ex discipulis S. Ignatij Loiola, grauitè agrotas, à B. Virgine, precibus eiusdem S. Ignatij sanatus fuit.

Historiam

Historiam scribit Nicolaus Orlandinus in hunc modū. Illud (inquit) commemoratur in signe, & ad utilitatem pariter, & miraculum. Petrus erat Ferrus Patauinus admodum pius. Hunc pestilens febris, quæ tertium iam & sexagesimum tenebat diem, ad extrema perduxerat; nec in humanis artibus spes erat vlla. Accessit de moro, vt eum videret B. Ignatius & confirmaret; omnique assueuratione prædixit, breui eum à Dñi matre sanandum. Nocte insequente cum totis sensibus vigilaret egrotus, grauis se matrona, & ad aspectum decora spectandam præbuit candido amictu, nobilique Virginum stipata choro. Quæ cum ex eo qualisset, cuperetne conualescere, sanitati- que restitui: & ei ille protinus annuisset, expressam in papiro sui oris effigiem similem eius, quæ ad Cryptæ Ferratæ, nono ab Vrbe lapide, piè colitur, agro dedit, eamque iussit admoueri præcordiis. Qua ille ad pectus admota, somno est confopitus. Dein ex interuallo excitatus, liberum se ab omni morbo & vacuum sensit, haud dubius acceptæ salutis, & relegatæ febris: sed inuentæ penes ipsum icuncula nulla mentio. Nimirum sic in eius animo sui speciem aspectus ille Dei Matris impresserat, vt effigie non egeret externa. Postridie reuersus Ignatius, hilari præter solitum ore, quasi noui non ignarus euenti, Petrum, qui valeat, rogat. Cui cum ille, Rectè, respondisset; subiecit Ignatius. Nonne ego dixi fore, vt Dei genitrix te sanaret? Hoc ex ipso Petro iureiurando interposito, postea compertum, qui prædictionem illam ortam ex sancti Patris precibus, quas ille Virginis ante genua pro sua salute fuderat, intellexit.

Annus Christi 1547.

ANno Domini 1547. febre quartana laborabat quidam Oblatus Cælestinus Parisiensis, & medicorum consiliis ac remediis nullatenus curari poterat. Quadam igitur die, ad Deiparæ Virginis Ecclesiam, non longe ab vrbe Aurelianensi petiit ieiunus, ac Deiparæ auxilium deuotus ac supplex implorauit. Quid plura? Ad hospitium sanus rediit: nec vllam febrium molestiam postmodum sensit.

Ipsa tempore Lusitanorum in India vires opesque perpetuo quodam adminiculo sustentabantur, æternæ mentis ad Euangelicum, opinor, lumen in eas partes inferendum. Et anno quidem antecedente, vrbe Dio à Barbaris occupata, expugnataque propemodum arce, magnum res Christiana discrimen adierat. Sed opportunè (vt assolere) diuina vis adfuit, quæ tormentis bellicis in Lusitanum obuertis, ne ignem conciperent, vim ademit: quo concepto Lusitanorum haud dubiè plerisque conciperent: nec enim globorum declinare vim poterant, & fugæ omnis itinera crebris erant infesta missilibus. Affirmabant etiam in summa turri principis ædis conspectam esse præstanti forma mulierem, quæ contrariam cæcæret aciem, orbaretque luminibus. Credita est Dei mater, Lusitanis venisse subsidio, cuius ope pulsus sit hostis, & ipsa ciuitas vindicata.

Eodem anno Catharina Raconissa Ordinis S. Dominici obiit. Huic quinquenni die Pentecostes apparuit Deipara, candida veste amicta, in cuius fronte instar solis radios emittebat lapis pretiosus instar pyropi, eamque desponsauit Christo Domino, qui similiter apparuit forma quinquennis

SÆC. XV.
Nicolaus Or-
landinus
Hist. Societ.
Iesu lib. 6.
num. 9. ad
annum
1546.

*Petrus Fer-
rus Siciæ, te-
su febricitans
sanatur à B.
Virgine.*

*Oblatus Cæ-
lestinus agro-
tus, innocato
Deiparæ au-
xilio sanatur.*

Nicolaus
Hist. Societ.
Iesu lib. 7.
num. 79. ad
annum
1547.

*Lusitanis in
India miralè
liter opem
fert B. Virgo.
Balinghem
4. Septemb.
B. Cathari-
nam Raconi-
ssam B. Virgo
Christo filio
desponsat.*

pueri. Eius desponsationis hic fuit ritus. Deipara annulum è digito suo eductum tradidit filio, quo inserto in nouæ sponsæ digitum annularem, Deiparaque vtriusque manum tenente: Ego (inquit Christus) te mihi sponsam assumo in fide, spe, & charitate. Eadem grandior natu, Deo, ac diuæ Virgini conceptis verbis, Virginitatis suæ florem dicauit. Quod vtrique longè gratissimum accidisse didicit nocte sequenti, à S. Catharina Senensi, quæ ei apparuit.

Annus Christi 1548.

Iac. Breulius
in Antiq. Pa-
risiensi.

Parisii anno 1548. Iacobus Blondus, Gallus, arte scrutarius, viuus com- bustus est in atrio templi beatæ Virginis Mariæ Parisiensis, ob deic- tam eius imaginem, quæ sita erat propè portam Chori.

Turfel. in
Hist. Lauret.

Iisdem ferè temporibus Ferdinandus Gonzaga adolescens nobilissimus. Mantuæ præferocè cursu exercebat equum, quo vehementius concitato, ef- fusus in clathros ferreos vicini templi, B. Mariæ Lauretanæ opem implo- rat. Mira dictu res. Ex tam graui periculosoque casu, extemplò sanus vege- tusque surrexit. Nec voti parum memor, equestrem statuam argenteam Virgini Lauretanæ tulit. Ipse autem eiusdem effigiem Virginis ex argento expressam, deinceps in omni vita perpetuò suspensam gestauit è collo, siue miraculi monumentum, siue vitæ præsidium, nec frustra. In maximis præ- liorum discriminibus vir bellicosus, præsentem semper Deiparæ Virginis expertus est opem.

*Ferdinandus
Gonzaga ope
D. Virg. Lau-
retana eua-
dit mortem.*

Annus Christi 1549.

Oliuerius
in lib. Mirac.
B. mar. Mon-
tiserrati.

Ioannes Parago Hispanus, Carolo Imperatori à seruitiis, nauigabat pro quibusdam grauissimis Domini sui negotiis, in vna ex nauibus quam Se- bastianus Puygius Barchinonensis gubernabat. Dum Genuæ appropin- quant, tempestate exorta, pluuiaque copiosa defuper depluente, certissimo in periculo versabatur. Votis ad diuam Virginem, quæ apud Montem ser- ratum colitur suppliciter porrectis, primo lucem naufragantibus deside- ratam, quam S. Elmi appellant aspiciunt: deinde vocem cælitus delapsam omnes in naui periclitantes audiunt quæ diceret: Bono animo essent, di- uam maris stellam iam iam apparere, quæ tempestatem maris sedaret, cœ- lum serenaret, ideoque illos periculo eximeret, dictum, factum. Mare tran- quillitatum, nubes omnes depulsæ in momento fuere; naufragantes in tu- to collocati.

*D. Virginis
Montiserrati
Miracula.*

Bernardus Genuensis ex Oriente reuertens, dum Barchinonem peteret, ab octo nauibus pyriticam exercentibus (Turcæ erant) prope vel mersus naui perforata, vel captus casusue bombardæ appetitus periisset, nisi di- ua Virgo Monserratenis ab eo inuocata, caliginem barbaris offudisset: qua inuoluti illi & obruti; tempus Bernardo dederunt, quassata vt erat naui euadendi, & in portum sese recipiendi.

Hist. Mon-
tiserr.

*Puerum mor-
tuum vita re-
stituit B. Vir-
go.*

Eadem Virgo Infantem mortuum tunc temporis vitæ reddidit. Eum ma- ter mortuum enixa erat, quod multum dolens vir eius, potissimum quod baptismi vnda tinctus non esset, supplex ad Deiparam Montiserratensem confugit, vt ei vitam impetret, dum saltem baptizari possit. Audiit benigna
mater

mater supplicis sui preces, Atque intrâ horæ quadrantem illi vitæ vsum indulgit, quam & ad 42. dies produxit, quibus exactis, eum ad cælestem gloriam euocauit.

SÆC. XV.

Annus Christi 1550.

Anno Domini 1550. cum Barcinone Rosarij sancta societas propè dissoluta esset, & penè venisset ad nihilum, Dominicani, quibus in ea vrbe Catalaunorum principe, sancta illa cotio curæ fuerat, de rursus erigenda, & quasi humo excitanda laborant. Eorum conatibus illa feliciter Virgo respondit, cuius gloria agebatur, vt nomina quamplurimi darent, seque ipsi certatim profiterentur: erat enim illa censio præclara, nec magis corporis, quam animi rebus oportuna. Inter alios vna quædam mulier, tam prompto & alacri animo societatem inuit, vt Rosario quotidie precaretur. Inter salutandum, à cæli Regina nominatim petebat vt se periculis liberaret, euentu non irritato. Erat huic maritus immitis, & asper quem inanes suspiciones duriores difficilisque reddiderant. Quocirca de vxore, tum religiosa, tum pudica, malè sentire, adulteram putare, somnium & fictam fabulam perhorrescere, nullis argumentis ad suspicandum pertrahi, sine causa vel occasione potius perperam opinari, coniugi innocentissimæ minitari quotidie. Nocte quadam non solis illis imaginibus delusus, sed futiis etiam agitatus, in animum induxit, vxorem occidere, & malorum (vt ipse aiebat) radicem extirpare. Itaque pugionem è vagina eduxit, in fontem fæminam humini deiicit, ferrum vibrat, & brachium ad cædem intendit. Mulier morti violentæ vicina, & subito illo casu turbata, tamen ad clementissimam Virginem, quo per temporis licuit angustias, sese tremebunda conuertit. Præceps hominis iracundia fanatici, breuem precatiunculam vix passa est finiri, totoque animi efferati impetu pugionem impressit. Res mira, memoriæque prodenda, vt corpus illud sica attigit castum, atque sincerum, ceræ instar emollita reflectitur, ac retorqueretur, vt ne vestem quidem perstringeret, vllaue in parte signaret. Et quæ innocenti pepercit, immanis parricidæ pectus effodit, qui gladij hebescentem aciem admiratus, quem vxoris sanguine stillantem se putauerat educturum, immutatus animo, lachrymabundus & supplex veniam ab inculpata vxore postulauit, & Deiparæ beneficium agnouit, ancillam sibi deuotam liberantis. Igitur die postero, Prædicatorum Cœnobium vterque coniux inuisit, & in Rosarij sacello, Deiparam ambo venerantur. Alter se sanum, altera saluam gratulatur. De miraculo Dominicanos maritus, vxorque verè ac fideliter edoctos, mirabiliter oblectant. Sicam retusam, ac reflexam, in sacello virginali reponunt, atque appendunt, ad rei tantæ, talisque memoriam. Actum hoc est mense Iunio, anno 1550.

Hieron. Taurus in lib. de Rosario.

Mulier ob deuotionem S. Rosarij gladio percussa, nihil læditur.

Annus Christi 1551.

Anno sequenti 1551. instituta fuit solemnis supplicatio Parisiis à summo templo S. Geruasij, vbi Sacro decantato, habita est concio de cultu sacrarum imaginum. Causa eius supplicationis, fuit sacrilegium cuiusdam hæretici, qui paucos ante dies, capite mutilarat imaginem quan-

Iacobus Breulius in Antiq. Parisiens.

SÆC. XV.

dam Deiparæ Virginis loco publico in quadam platea sitam. Cuius loco in reditu supplicationis, aliam imaginem eiusdem Deiparæ Parisiensis Episcopus collocavit.

Hist. Mon-
tifferr.Pigneri
Deipara inuo-
cata è mani-
bus Turca-
rum eripitur.

Ipso anno cum Ioannes Pigneri in Insula Sardinia in potestatem Turcarum qui eum insidiis operiebantur, venisset, eum gravissimè vulnerarunt usque ad mortem, nam collum illi sagitta confixerunt, aliisque vulneribus periculosissimè sauciatur. Quo in statu Deiparæ auxilium imploranti, ipsa præsto fuit. Nam integræ sanitati intra pauculas horas eum restituit, & altero die postquam captus fuisset eiusdem ope è manibus Turcarum proripuit, atque in libertatem vendicavit.

Annus Christi 1552.

Turcel. Lau-
ret. Hist. lib.
3. c. 18.

Nequè suis devotis solummodo subuenit B. Virgo, verum etiam infidelibus & Barbaris. Corcutus enim Turcarum prætor (Bassam ipsi vocant) anno 1552. Constantinopoli cum esset, ex gravi occultoque peccatoris apostemate ad extremum venerat vitæ discrimen. Apud eum seruitutem serviebat quidam Christianus, vir bonus, ac pius, qui domini periculum, suæ libertatis occasionem ratus, Prætores adiit moribundum, & de B. Mariæ Lauretanæ mirabili vi in morbis cuiusque depellendis edoctum, bonæ implet spei. Igitur haud agrè eum impulit, ut secum Lauretanam Virginem imploraret: vouet si morbum depulisset, se in eius gratiam illi seruo libertatem daturum. Nec seruus dominum, nec Maria piæm seruum fefellit, protinus dirupto apostemate Prætor sanatur, & extemplò seruum illum libertate donatum, cum donis & muneribus Lauretum ad Virginem destinat. Munera fuerunt, mantile egregio opere, ingentes cerei, argenti vis non parua, arcus & pharetra cum sagittis, non tam pretio, quam donorum nouitate, donantisque admiratione grata & accepta. Erat illa tempestate Laureti Præses Gaspar doctus Venerus. Is cæteris donis super aram positis, arcum pharetramque suspendi in sacrosanctæ cellæ vestibulo iussit, rei ad posteros, monumentum. Attulerat is Bassæ libertus, in miraculi testimonium, chirographum patroni sui, quod Gaspar ex Arabico, in vernaculam linguam conuersum, ad posteritatis memoriam asseruari voluit.

Corcutus Tur-
carum Bassa,
inuoato B.
Virg. Lauret.
auxilio sana-
tur.Chon. Oed.
Cælest. M. S.

Eodem ipso anno annum agens decimumseptimum iuuenis quidam Michaël Albus nomine, seditioni Scholasticorū Parisiis periculosissimè interfuit, in qua duo interfecti, alij fustibus, aut lapidibus, aut gladiis vulnerati fuere. Ille itaque imminens detrimentum aduertens, votum vouit Domino, beatissimæque Virgini Mariæ, quod si ex pugna illæsus posset euadere, Religionis habitum susciperet, ac eidem Deiparæ deuotus & humilis deseruiret. Deo itaque miserante incolumis remansit: & Cælestinorum Parisiensium, in die quo assumpta memoratur in cælum ipsa Angelorum Regina ingressus est, viditque in quatuor Claustris angulis, eiusdem numeri Imagines, in ipsius Deiparæ honorem erectas, ac illud Ecclesiastici, in honorem præfatæ Virginis scriptum reperit. Memoria mea in generationes seculorum. Qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Undè lætior effectus, sanctæ conuersationis habitum suscepit: ac Christo Domino, eiusque Matri, deuotissimum obsequium in illo seruore Nouiciali exhibuit.

A Lugda

A Lugduno Auenionem nauigio descendens ipse, cum multis, flantibus ventis, irruentibus undis, ac nauem concutientibus, & eam penè obruentibus, maximo terrore correptus est, maximè quia Sancti spiritus pontem non sine magno periculo, nauem transire necesse erat, nec litui appropinquate, aut portum salutarem consequi nauæ valerent. Prostratus igitur in terram, lachrymisque perfusus, & de vita penè desperans, maris stellam Virginem Mariam deuotissimè inuocauit, & illaesus euasit: cum eodem die non multo post nauis regia ibidem collisa, & confRACTA perierit, copiis omnibus, perditis, vniuersisque vno duntaxat, submersis.

SÆC. XV.

Michaël Albus Calestinus à quantis periculis liberatus fuit per B. Virginem.

Inuidia & odio percussus nonnulli, eidem fratri crimen pessimum obiecerunt, ut à Prioratus officio eum deicerent. Afflictus itaque & anxius supra modum ad Deiparæ Mariæ confugit auxilium, ac se eius capiti decoram coronam imposturum, nec non in ipsius honorem omnibus diebus vitæ suæ orationem peculiarem dicturum promisit. Mira res. Totius mali author, ad fratris infamati pedes corruit, se falsum imposuisse crimen, falsos testes induxisse protestatus est. Veniam lachrymabiliter petit, & impetrauit. Si quidem is qui læsus fuerat, nõ abiectis deprecantem, minimè improperauit, minas nequaquam adhibuit, sed visceribus affluens pietatis, ad eum corde & corpore cõuersus: Tu, inquit, pro viribus mihi nocere tentasti: ego autem omnem tibi deinceps exhibebo charitatem. Vnde factum est, ut ille tanta deuictus charitate & mansuetudine, pristinum rancorem, in feruentissimam commutarit dilectionem. Is autem qui adiutricem in opportunitatibus, in tribulatione senserat Dei genitricem, quæ promiserat, sedulo ac deuotè implere curauit.

Tantam aliquando hic pater patiebatur mentis angustiam, ut tristis esset vsque ad mortem, ac vehementer cuperet dissolui. Votum itaque vouit se in sacratissimæ Virginis Mariæ honorem, omnibus diebus vitæ suæ specialem quandam deuotionem dicturum. Nec defuit misericordiæ mater; nam post fletum & tristitiam, gaudium & exultationem induxit.

Circà hæc tempora, Ordini Calestinorum annexa fuit quædam Ecclesia, non longè à Mediolano distans, in qua Deiparæ Virginis Mariæ gloriosis meritis crebra fiunt miracula, ad hæc vsque tempora.

Sed non est prætereundum celebre miraculū quod Genuæ accidit, quodque scribit Ioannes Bareleta Ordinis Prædic. in hunc modum. Cum inquit, Genuæ prædicarem in sancta Maria de Castello, quidam blasphemus erat in hospitio quodam cum aliis. Venit Angelus, & iussit illum exire extra hospitium. Cum autem exisset, cecidit hospitium, & omnes mortui sunt. Ille autem blasphemus remansit. Hoc totum, quia erat B. Mariæ deuotus, & ieiunabat omni sabbatho, licet in mortali. Hæc ille in sermone seriatim 4. hebdomadæ 2. Quadrag.

Annus Christi 1553.

Tunc temporis Ambrosius Catharinus Episcopus Minorienſis, deindè Archiepiscopus Complanus ex Prædicatorum Ordine assumptus, in opusculo Romæ impresso, pro immaculata Conceptione, scribit se fuisse ab ea ipsa Virgine miraculosè ereptum à latronibus. Intelligendum inquit est,

Mauritius Hilarius in serm. Concep.

SAEC. XV. B. Virginem à captiuitate redemptam, eam inquam captiuitatem quam ex natura rei erat incurfura. Iftud autem redemptionis, genus maius est omninò. Ego autem (gratia fit B. Virgini) expertus fum. Qui cum effem à latronibus in itinere cum tribus comitibus circumuallatus, folus miro modo captiuitatem de facto euafi, tametsi comites illi capti & fpoliati, postmodum dimiffi fuerint: & propterea deteriore modo liberati. Hoc verò factum ergà me, gratiæ ipsius diuæ Virgini adfcripti, cuius tunc nomen deuotè in corde meo, ab vrgenti periculo excitatus inuocaui; vt me ità eo discrimine redimeret, ficut ego illam redemptam credidi. Gaiufus itaque fum vehementer, me alia protectione quam comites, à manu latronum liberatum. Hæc ille.

*Ambrosius
Catharinus
ope Deipara
Virg. captiuitatem euadit.*

Balinghem
in Calend.
B. Mar. 6. Ap.
Concept. B.
Maria tabella
in incendio
manet illa fa.

Duaci ipfo tempore & anno, 1553. arfit Monasterium Franciscanorum cum templo, in quo incendio, id mirabile præter cætera accidit. Altarium tabelli omnibus concrematis, fola tabula facelli Conceptionis remansit intacta, quæ adhuc hodiè ob fingularem picturæ excellentiam ab omnibus auidè confpicitur.

Annus Christi 1554.

Hift. Montis ferr.
Puellam liberat B. Virgo à præfentissimo mortis periculo.

IN Hispania fequenti anno, non procul à Deipara Monferratensi, contigit fuper quandam puellam bimulam in platea ludentem, currum lapidibus onuftum volui. Cumque adftantes inclamarent autigæ vt retrocederet, ipfeque ad id conaretur, auxit dolorem ac periculum puellæ. Interim clamore excita mater, accurrit ad filiam, quam vt in tanto videt discrimine, cum lachrymis Deiparæ opem implorat, ad filiam quam fibi mortuam perfuadebat aduolat, eamque non folum viuere, at etiam incolumem omninò deprehendit, licet currus admodum efflet onuftus, ac medium puellæ corpus toto pondere fuo oppreffiffet.

Annus Christi 1555.

Balinghem
10. Aprilis.

Marcello 2.
fummi Pontificatum prædicat B. Virgo.

ROmæ anno fequenti, nempe 1555. coronatus fuit fummus Pontifex Marcellus 2. Huic adhuc Cardinali rem diuinam in æde fagra Lauretana facienti, res mira contigit. Columba cãdidiffima fuper eius caput cum volitaffet, nunc in facrificantis manibus, nunc in ipfo Miffali libro quiefcebat. Ea fignificabatur illum fore Pontificem (colubæ enim indicio olim defignatos Pontifices) Ecclefiaftica teftatur Hiftoria) quod & iterum paucos post dies inibi facrificanti à Deipara quæ ei apparuit fub ipfum facrificium, reuelatum eft.

Annus Christi 1556.

Bredembachius lib. 2.
collat. c. 26.

Ipfis ferè tẽporibus, nẽpè anno 1556. Terpati in Liuonia Sacerdotes feftũ Affumptionis magna cum pompa peragebant atque ornatu. Eum honorem D. Virgini impenfum matrona quædam cum inuideret, mandat pediffequæ vt balneum apparet, caminũ inftuat, fe cum marito lauari decreuiffe. Illa folemnis fefti horam fubmouet, vt in diem in fequentem differat, rogat. Quid inquit, excandefcens hera, de Maria narras, illa mihi fimilis mulier extitit, nec vllius aut potentiz aut gratiæ prærogatiua inftrectior,

tu iussa mea perfice. Paret itaque ancilla. At ubi ad caminum venit, quantumvis arida ligna, nulla ope, nullo flatu accendere potuit. Illa laboris frustranti pertæsa, ubi se undique vertit, tectum omne ardere videt, nec vlla vi flammam extinguere valet. Ignis igitur primum, balneum ipsum vastat, mox duas contiguas ædes ingenti ciuium terrore populatur. Postero die lignorum fascis camino ingestus, omnino incombustus comperitur.

SAEC. XV.
Vltio diuina
in blasphemam
matricem B.
Virginis.

Annus Christi 1557.

TVnc temporis in celebri Ordine Societatis Iesu, Nouitius admissus fuerat Iacobus Ledesma, qui cum valdè anxius esset de conseruanda castimoniam puritate, & perseuerantia in Ordine, missus Brixiam, in duplici eadem cura defixo præbuit sese videndam Præses integritatis, Deique genitrix Virgo. Species erat sole pulchrior, comites aderant tres, Maria Magdalena, Catharina Virgo & martyr, & Catharina Senensis. Dulcissimè affatur cæli Regina: nec modo pudicitiam, & perseuerantiam pollicetur, sed etiam rursus ad vitæ finem, suam se illi speciem commodaturam: tumque intellecturum sibi vera pollicitam, quamque excellens donum sit cordis corporisque munditia, & quantum ei gloriam allaturum. Id ipsum blando vultu adpromisere tres comites. Quæ mox dum sensim recedunt, suauissimè concinentes, castimoniam prædicabant. Ex quo cantu, simplices hosce versiculos refert Ioannes Fernandus, qui Romæ interfuit Theologiam docens, cum hæc Ledesma prodidit: Quantum est donum castitatis: quod Deus confert pietatis.

Franc. Sacchinus
tomo 2 Hist.
Societ. Iesu
lib. 1. num.
1557.
Iacobo Ledesma
apparet
B. Virgo.

Ipso etiam anno Collegium Lauretanum Societatis Iesu, Dei erga se, Matrisque sanctissimæ miram benignitatem expertum est. Multi decumbebant ægroti, quibus ad morbi molestias, paupertatis accedebant incommoda. Nondum enim ad eum, qui postea Præsulum benignitate præfinitus est, modum, rebus compositis, cum quotidianum victum singula è pœnu sanctæ domus petenda essent; eius administrari (vt ubique non raro vsu venit) plus nimio se difficiles, morososque præbebant, vt pij prudentesque Religiosi persæpè quauis penuria consistari mallent, quàm necessaria postulando fatigare & irritare homines, nec admodum rerum æstimandarum peritos; & ubi minus oportet, magis attentos. Tamen Oliuerius Manaræus Rector in ea calamitate pauxillum farinæ & saccari, & aliquot oua cum impetrasset; ea mittit ad honestam fœminam, vt in solamen ægrotantium aliquid placentularum conficiat. Erat ea matrona spectatæ virtutis, nomine Ludouicæ Vincignerra. Hanc opus aggressam, filia virgo Maximina, & alia puella neptis adiuuant, vel more puellarum, quæ libenter his laboribus veluti ludis cum parentibus occupantur, vel studio pietatis. Operis certè magnitudo auxilium nihil desiderabat. Dum igitur vnà omnes officiosi laboris delibant partem, mira quadam succendi pietate, ac dulcedine impleri cœperunt, ac sentire massam, dum tractant, intrà manus quodammodo augeri. Inde numerum ingentem bellaliorum conficiunt: & postremò, dum mastram euertunt, collecturæ si quid farinæ resederit, propè discum, in quo fuerat allata, denuò complent. Hanc, & confectum opus in Collegium remittunt. Oliuerius, qui perpaucas placentulas pro materia præbita expectabat,

In collegio
Lauret. Societ. Iesu, ope
Deip. res miraculose
multiplicantur.
Sacchinus
ubi supra,
num. 94. &
95.

SAEC. XV. *Ababat, ubi magnum canistrum plenum aspicit, ac de farina nihil penè detractum, rei nescius valdè tristatus est, deque Ludouica grauius quæstus, quod sibi fidem fefellisset. Etenim ne qui offensus, à quibus obseruari Sociorum quoslibet morus nouerat, id ipsum iactandi ansam arriperent, quod timere videbantur. Patres domum suam auertere quæ ad sanctam Deiparæ domum afferebantur, seriò scemina interdixerat, ne quid de suo operam adhiberet. Illa verò, & puellæ constanter asseuerant, præter aquæ rosacæ perexiguum quiddam, & aliud nescio quid pro morè ad condiendum aditi solitum, omninò additum nihil; imò farinæ totum id planè, quod remiserant, superfuisse. Cæterum ex insolito pietatis ardore, copiaque diuinæ dulcedinis, quantam ne in augustissima quidem Dei genitricis cella inter preces antè gustassent, facile aduertisse se Dei præsentiam aliquid suprâ vires naturæ agentis. Instat Oliuerius, cauere vehementer mendacia: si vellent quidpiam de suo piè largiri, facere id posse, verùm miracula falsa confingere, id verò nec beatæ Virgini, nec Deo gratum, sed sacrilegium esse. Eadem illæ seriò affirmant. Et vita sanè erat eiusmodi omnium, quæ rem satis per se probaret. Erat earum Confessarius Raphaël Riera sacerdos è Societate grauis & integer. Hunc etiam, Rector admonet, vt rem diligenter exploret; puellas simplices blandè appositéque interroget separatim: dein religionem grauis noxæ obiciat; ad extremum, ubi ad sancta accedunt mysteria, sacri iudicis officio prudenter, integreque fungatur. Imponi Societati, muliebrem vanitatem pro miraculis dissipari nequaquam sinat. Viis omnibus pertentatis, etiam continuò ad sacrosanctum Christi Domini corpus accessuræ, vel statim eo accepto interrogatæ, neque tum, neque quoad vivere, vnquam significauere aliud, nisi eius temporis beatam sibi vsuram fuisse: ac planè sensisse, dum massa tractaretur, ea manum magis ac magis impleri. Sic igitur meritò diuinæ bonitati laus, cui placuit suos famulos ad eò mirum in modum consolari. Oliuerius autem quò notam omnem lenitatis effugeret, neu res à quibusdam secùs acciperetur atque oporteret, tum quidem silentio sceminis indicto, ne domi quidem diulgari est passus. Duobus tamen post mensibus Romam ad Societatem scripsit, & in commentarios iam senex retulit, ne Dei dona si tegeter, ingratus haberetur.*

Ex quibus ego litteris & commentariis hæc accepi. Vbi nouum in eodem genere prodigium protinùs subiit, ab indulgentissimo parente Deo sub idem tempus patratum.

Obsonator domesticus, pistorem domus (vt quotidie erat necesse) aditurus, quid domi sit, paucis scrutatur, vt quàm minimum perens, quam minutissime accipiat. Quatuor tantum seu quinque panes in arca reperit. Super hæc Promum sanctitatis eximie, beatæque simplicitatis iuuenem, qui Alfonsus Hispanus vocabatur, num quid paucis alibi vsuram sit, interrogat. Quo negante, pariter ambo curiosè omnia rursus inspiciunt, præterquam eos, quos dixi pauculos, nullos inueniunt. Re ita comperta obsonator abit, pauloque post reuersus, videt vnâ triclinaj partem instructam, impositis in lances panibus, à consuetis nec magnitudine, nec specie, nec vlla re discrepantibus. Subirascitur bonus vir, aduocat Alfonsum: expostulat, quid tantum panis absconditum habuerit. Ille nondum rem animaduertat.

Respondet

Respondet ingenuè præter id, quod paulo antè vnà vidissent, micam panis in tota domo non fuisse. At, inquit, obsonator, in triclinio mensa instructa panibus est, vndè illi prodire? Alphonfus hoc ipsum vt videt, Frater, inquit, si Deo cordi est, vt olim quinque hominum millia, ita nunc pauculos famulos suos quinque multiplicatis panibus pascere, facile profectò est. Defertur ad Oliuerium res. Ille primò silentium indicit: ad suasque statim quæstiones aggreditur. Hortensium Androsium, qui Collegij Minister erat, & ipsum Alphonsum diuersos aduocat pœnas comminatur grauissimas, ni rem vti gesta est verè ac fideliter indicent. Nihil potest vnquam vel ad suspicionem fraudis elicere. Adhibet ex obedientiæ virtute seuerum præceptum: interrogat continud antè postque sacrosancta Domini Corporis suscepta mysteria. Denique mandat Confessario, vt si, fallaciam hac in re deprehendat, hac ipsa reos fraude, vt graui crimine, haud absoluat: ad se mittat. Nihil tamen auditum est vnquam, nisi quod diuinam Patris amantissimi prouidentiam commendaret magis magisque. Alphonfus enim non semel sibi antè accidisse dicebat, cum tamen, quid esset, nesciret; vt cum panem proculdubio defuturum in mensa crederet: plurimum tamen reliquiarum sustulisset. Equidem haud dubito, quin hac benignitate Deus ac Deipara Patres illos, qui maximis laboribus audiendi iuuandique confluentes peregrinos assidudè occupati, non angustiis modo victus, verum multo magis acerbitate suppeditantium consternabatur interdum animis, afflictique iacebant, recreare, & ad tolerantiam adhortari voluerint; vt alacris ad Dei gloriam & hominum salutem plurimorum, quotidianas illas molestias angustiasque exsorberent, fidem facientes; sibi notas eorum difficultates esse: nec passuros, vt cuiusquam iniquitate suis operariis necessaria denegarentur alimenta, nec subsidia vnquam defutura caelestia, etsi quandoque humana deessent. Quam caelestem paternamque curam ipsis quoque præcipuis Lauretanæ ædis Procuratoribus manifestam Deus facere voluit, ne salutare familiarum metu impendij alere grauarentur. Gubernator enim Lauretanus Gaspar Doctius, isque qui rationum tabulas conficiebat, palam narrabant, & profitebantur biennio, quo Lauretum Societas aduocata esset, magnam summam ad bina ferè millia aureorum nummum in tabulis expensi patere amplius, quam in accepti tabulis extaret, & tamen nihil æris alieni esse contractum, nec perspicere, quo pacto tabulæ non conuenirent, cum rerum singularum ratio constaret optimè, nec quidquam esset acceptum, quod diligenter non esset in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum: nummos nunc in arario multiplicasset.

Circa hæc tempora, cum hæretica rabies Ecclesias Catholicorum deuastaret, & nullis imaginibus parceretur, in diui Francisci templum, quod Antuerpiæ celeberrimum erat, irruissent Iconoclastæ, & factas imagines deturbassent: ventum est ad imaginem B. Virginis amictam sole, & pedibus luna subiecta. Hanc ex summo tholo pendentem, nulla nec vi, neque arte, hostes deiicere, & demoliri potuerunt: intactaque & immobilis de suis hostibus triumphauit.

Simile quiddam apud Clarummontem contigit in Polonia. Nam infelix illud hominis monstrum non homo Zischa, rebus & personis sacris bellum

SAEC. XV.

*Panes diuini
tius multiplicati
in Collegio Societ. Iesu
Lauret.*

*Nummos multiplicat
in arario
Lauretano
B. Virgo.
Bzouius in sa-
cris Collect.
Imaginem
Deipara dei-
icere non pos-
sunt Icono-
clasta.
Bzouius to-
mo 15. An-
nal. ad ann.
383.*

SÆC. XV.

indixerat, magnumque sub eius signis Hussitarum agmem venit Clarum-
montem, thesauros Ecclesiæ in sacrilegam prædam designantes. Irruentes
in templum, Religiosos parim trucidant, parim dissipant, gazam pretiosam
diripuit, inter quã & Imaginem sanctissimæ Virginis multo auro & cyme-
liis ornatam. Istud cum detraxissent, atque imaginem secum auferre sta-
tuissent, stetit illa immota. Trahebant impellebant, raptabant: sed illa im-
mobilis perstabat. Stricto postmodum acinace, vnus eorum furoris impo-
tens, in malam Virginis dextram, duos ictus dedit. Quæsit a Rege Ladis-
lao Iagellonio pictores, qui vulnera obducerent: nulli potuerunt. Impieta-
tis hæc indicia, noluit Maria in sua imagine prostare, vt se triumphatricem
ostenderet hæreticorum, quos non multo post Ladislai miles opè Virginis
adiutus profligauit, atque debellauit.

*Imago Deipa-
ra Virg. Cla-
romont. in Po-
lonia, nulla
vi hæretico-
rum potest di-
moueri.*

*Collegio So-
ciet. Iesu Co-
lon. adest B.
Virgo.*

*Franc. Sac-
chin. p. 2.
Hist. Societ.
num. 105. ad
annum*

1557.

*Iacobum Sa-
rauiam iu-
uat contra
Mauros B.
Virgo.*

*Sacchinus
vbi supra ad
ad num.*

146.

Collegij Colonienſis Patrum Societatis Iesu res prosperè gerebantur
his diebus. Nam plurimum eos iuuit Gerardus Admontanis Catholiæ
Prior, suggerendis præter alia, vitæ subsidis: cuius benignitatem nequa-
quam fatigabat dies, sed felix rerum successus incitabat. Inter cælestia verò
auxilia cum patronam sibi ac prælidem Dei parentem assumpsissent, &
semper eam præsentem sentire, & obseruarunt tum maximè cum quis die-
rum ei dedicatorum ageretur solemnitas, solere Collegio singulare ali-
quid benè ac feliciter euenire.

Annus Christi 1558.

Illustrabat tunc Valentinum Collegium in Hispania eiusdem Societatis
Iacobus Sarauia Laicus Frater, vir eximie pietatis & virtutis etiam an-
te initam societatem. Quodam tempore secundum litus Valentini maris
vadens, repentinò in Mauros prædones, qui prædam ex maritima ora abi-
gebant, incidit: prolatoque statim sancto rosario (sic ille semper nomina-
bat) nihil vos formido, inquit, hoc fretus. Miram enim fiduciam in beata
virgine habebat repositam. Ergo vt confidit, intactus euasit.

Annus Christi 1559.

Lauenti obiit sequenti anno nempè 1559. P. Cornelius Vviscanus Lo-
uanienſis Societatis Iesu. Hic non sine Deiparæ interuentu Societatem
hanc ingressus est. Res ita habet. Petrus Faber, vnus è primis S. Ignatii so-
ciis cum Fracisco Strada Louanium petebat, cui literas P. Canisius ad Cor-
nelium perferendas dedit, quibus illum in hæc verba compellabat. Corne-
li amice habes hic virum optimum Petrum Fabrum, cuius religionem am-
plectere. Sic enim quam cupis animi salutem consequi. Sed cum Francis-
cus Strada redditis literis Cornelio extemplò recessisset, læta ipse Canisij
Epistola requirebat Tabellarium, nec vquam reperto, ædem S. Dominici
adit, vbi supplex ad sacram Iconem B. Virginis, Sancta, inquit, optimi ma-
ximi genitrix literas accepi, quibus mandat, vt cum quodam de rebus
ad salutem meam spectantibus agam, at nescio vbi hominem offendam.
Iudex ergò esto sancta Domina, & quærenti quos desidero, ostende. Ac-
cepit cælestem vocem Cornelius, & secundum Cœnobium S. Dominici
iubetur dextrum viæ latus ingredi, tertiæque indè domus ad sinistram fo-
res pulsare. Paruit ductrici Virgini, moxque in Societatem admissus est.

Obiit

*In vita P. Ca-
nisij Ba-
linghem in
Calend. B.
Mariæ 24.
Aug.
Cornelius
Vviscanus
Deipara in-
teruentu So-
ciet. Iesu Or-
dinem ingre-
ditur.*

Obiit hoc ipso anno Henricus 2. Francorum Rex. Hic *Domina* nostræ Bononiensis dictæ (cuius templum extruxit Clotarius 2. item Francorum Rex) studiosissimus fuit, ut cui statuam Deiparæ argenteam cum prægrandibus quatuor eiusdem metalli lampadibus faberrimè conflatis celatissime deuotione contulerit.

Ipso anno, puella Senensis, luminibus capta, Lauretum adducitur, ibi Deiparam obortis lachrymis enixè implorat. Refertur erat Sacellum acolicis & peregrinis, qui pariter puellæ miseratione moti, Virginem orabant. Et ecce tibi repente hilarior facta, lucis se aliquid inspicere clamat, & simul eos qui aderant, ut se precibus iuuent, impensè rogat. Cereis ad comprecandum Deum accensis, paulo post clamat iam cerni abs se ardentem ante Virginem faces. Quæ vox supplicantium studia inflammauit, & cunctorum ex oculis lachrymas gaudio mixtas exciuit. Tandem exclamat: iam Beatæ Mariæ effigiem, iam quæ circa illam sunt dona cerno. O Dei, o Deiparæ clementiam! O diuinum, o commemorandum vtriusque beneficium! Inter quas voces & fletum, orta est ingens omnium comploratio, Deo, ac Deiparæ grates agentium, quæ semihoram tenuit. Vix alia res huiusmodi, in maiore populi frequentia gesta. Nam secundum ferias Paschales id accidit; quando maxima hominum multitudo his Lauretum commeet.

Annus Christi 1560.

PER id temporis cuidam Hollandicæ mulieri, ex Anabaptistarum fæce, quibus Deiparæ Virginis maximè inuisa religio est, pariendi tempus aduenerat. Aderant cognatæ, & vicinæ quarum vna puerperam monuit, ut se in tanto vitæ discrimine Virgini commendaret. Cui illa. Quid mihi istam (horresco referens) immundam suam appellare opus est: Sequitur ilicò horrendi pœna conuicij, non quidem pro ratione flagitij, & facinoris execrandi, sed ad memoriam tamen posteritatis maximè insignis. Statim enim ut nefariam illam vocem, quam & animus, & aures exhorrescunt, hæretica mulier emisit, nigellas aliquot fuculas, partim viuas, partim mortuas edidit, monstrosoque illo partu, portentosæ blasphemæ pœnas aliqua dedit ex parte, & se porcæ turpissimam, atque spurcissimam testificata est, quæ porcæ peperisset. Siquidem vnumquodque animal sui simile generat.

Annus Christi 1561.

MARTYRIO coronatum in India ipsis temporibus, nempe anno Domini 1561, Gonzalum Sylueriam Societatis I E S V, docent *Annales Societ.* Qui sanè quanto studio Deiparam Virginem profecurus sit, cum multa alia, tum frequentissimi de ipsa publicè & priuatim habiti sermones argumento sunt. De sanctissima enim Virgine, ubi se occasio dabat, libens gaudensque loquebatur. Interno autem animi in illam affectui externus cultus ex æquo respondebat. Vbicumque enim aliquam eius imaginem intuebatur, demissis modeste oculis, & magna capitis ac totius corporis inflexione, flexis etiam nonnunquam genibus, illam venerabatur. Erat in ambulacro Goani Collegij, Virginis effigies, venerationis ergo vulgo exposita: in cuius conspectum quoties Gonzalus se dabat, nocturno præsertim tempore, quo minus posset

SAEC. XV.
Balinghem
12. Iulij.
Henrici 2.
Francorū Regis
studium
erga Deiparam.

Turfelinus
lib. 3 cap. 25.
Hist. Laurer.
Puella cara
visus restituitur
in ade
Laurer.

Porcæ parit
hæretica mulier
blasphemam
in B. Virginem.

Auctor vitæ
Gom. lib. 3.
c. 2. ex Fran.
Sacchinus
Hist. Societ.
I E S V, p. 2.
lib. 5. n. 244.
ad ann. 1561.
Gonzali Syluer. erga Deiparam
pictas singularis.

SAEC. XV. obseruari, subsistebat paulisper, & supremam rerum Regnam ac Dominam agnoscens, venerabundus ante illam procumbebat. Idem sæpe animaduersum, cum in eiusdem Collegij horto, precatios globulos deambulando percurreret: quoties enim angelicam salutationē inchoabat, toties ante sacram effigiem, genua flectens, pium ergà beatam Virginem animum ostendebat.

Sacch. in vit.
ipius.

Quo etiam tempore B. Stanislaus Kostka, in Ordine prædicto quasi sydus præfulgebatur. Hic adhuc secularis existens incredibili ergà Deiparentem obseruantia ferebatur in eoque nunquam in eius manibus vidisset nisi rosarium, vel pios libellos, qui preces, aut laudes Parentis sanctissimæ continerent.

B. Stanislaus
Kostka agrotanti
apparet B. Virgo, eū-
que sanat.

Cum semel grauiter ægrotaret B. Virgo ei præsens adfuit, paruulum filium in sinu gestans, consolans clientem suum, ac recreans. Quem quo vberiori suauitate perfunderet, puellum Iesum in eiusdem lectulo collocauit. Ad salutis contactum fugit languor: ægroque deposito non animi solum mirifica allata consolatio est, sed etiam corporis reddita valetudo. Et cumulauit Regina cæli benignitatem. In digressu nominatim admonuit, vt Societati se traderet. Cum de illa mortaliū immortaliumque Regina Stanislaus loqueretur, noua semper & magnificentissima, quibus appellaret, excogitabat nomina; & gradus, in quibus collocaret, altissimos, apparebatque graue illi esse, quòd adæquare sui iudicij præstantiam neque verbis: nec celsius quiddam, vbi illam reponeret, inueniret. Ad salutationem angelicam sacrum Rosarium, precèsque alias cum psalmis in laudem Virginis consueta suauissimè afficiebatur. Cumque quàm liceret creberrimè in iis exequendis occuparetur officijs; animaduertebant Patres, id quoque exequi eum quadam cum venustate oris, & gratia extraordinaria, planè vt ei ab plena gratiæ Regina, cuius inseruiebat laudibus, præter morem indita videretur. Obiit adolescens in festo Assumptionis.

Magnificentissimè de ea
loquitur.

Hist Societ.

Quo etiam anno obiit Florentiæ Pater Desiderius Societatis I E S V. Hic in cæteris virtutibus inuisens carcerem, Nosocomium, varios per urbem ægros ciues (quod frequens & cuique optatissimus faciebat) ibat per vias orans, ac Deiparæ Virginis Rosarium fermè terens.

Annus Christi 1562.

Hist. Montis ferr.

Puerum moriuum ad vitam
reuocat B. Virgo.

ANno sequenti 1562. puer quidam dum aquam haurit, ab aqua haustus est, & in puteum decidit. Vndè mortuus educitur capite variis locis faucio, brachijsque ac tibijs fractis. Itaque tum parentes eius, tum vicini & amici qui magno numero conuenerant, in genua prouoluti, summo affectu Deiparæ Montis ferratensis præsidium implorant, eoque maiore spe quod eadem parentis huius alteri filiolo, vsu loquendi, quem nunquam habuerat, impertita erat. Audiuit benigna mater eorum supplicationes, vitamque restituit defuncto puero, quod plurimorum testimonijs, qui miraculum istud oculis hauserant, postmodum confirmatum est.

Annus Christi 1563.

Buzelinus.

GIRCA hæc tempora, Duaci, Virgo Deipara rebus admirandis populum ad maiorem sui cultum exciuit. Huius statua exteriori parieti templi Diui

D. Petri adhærebat intrâ cancellos ferreos conclusa, quæ iam tum erat in veneratione. Euenit autem, vt aliqui ad eam supplicaturi, de via diuerterent, ac circum pueri petulantius coram eadem inter ludendum se gererent. Hæc verò immodestia cum Dei genitrici displiceret, contra supplicantium preces arriderent, ibi quibusdam puerorum, eius imago visa est commoueri: iisque percutiendis manum extendere. Ad hoc miraculum pueri consternati, socios admonent, ac repente se cum tremore domum ad parentes corripunt, quæ euenerint narrant. Ad eam narrationem & famam intrâ sexqui horæ spatium, maximus fit ad eam iconem concursus. Ac tantus etiam post ardor, tam exteros quam incolas diuam venerandi incessit, vt solidum octiduum is locus interdiu, noctuque à frequentissima multitudine celebraretur. Neque defuere tum temporis varia miracula, sex claudis redditus gressus, mortuo vita data, cæco visus, aliis alij beneficiis Deiparæ obstricti.

Annus Christi 1564.

ADhuc in viuis erat ipso tempore Pius Papa quartus. Hic Thermas Diocletiani in templum commutauit, & in honorem sanctæ Mariæ Angelorum consecrauit, præsentibus Cardinalibus, vniuersaque Curia Romana. Eius curam dat Monachis Carthusianis, quos illuc è Cœnobio S. Crucis in Hierusalem transtulit. Templum crexit in titulum Cardinalitium, variasque ei indulgentias concessit.

Annus Christi 1565.

TVnc quoque reædificatum fuit Romæ iussu summi Pontificis, templum S. Mariæ Transpontanæ, quod ad muniendum arcem S. Angeli, cui proximum erat, dirutum fuerat, & ad illud translata imago Deiparæ. Eius templi festum præcipuum est Visitatio B. Virginis.

Annus Christi 1566.

ANno Domini 1566. celebre accidit miraculum circà imaginem B. Virginis in partibus Flandriæ. Puella decem annorum, grauissimo, acerbissimoque genere morbi tenebatur, cuius matertera, quam Tilmannus Brendebachius huius historiæ scriptor, quo tempore hæc literis mandauit, affirmat, fuisse superstitem, in templum, quod loci incolæ nouum appellant, ingressa, ad dolorum sacratissimæ Virginis imaginem, quæ gladiis transfixa depingitur, & illic religiosè visebatur, accessit, & post fusas ex animo preces, tantum se frumenti daturam vouit, quantum ægrotantis puellæ pondus esset; corpore ad libram reuocato, & publica statera dimenso, voto hoc reddito, atque ex trutinæ iudicio corpoream puellæ grauitatem, æqua lance ponderantis, promisso tritico perfoluto, puella pristinæ restituitur sanitati. Et verò imago illa virginea, tantam præ se ferebat antiquitatem cum carie penè, carrola esset, atque consumpta, exesoque capiti nouum sufficere necesse fuerit, ipsum etiam brachium, nimia vetustate diuulsum, vno duntaxat clauiculo tenebatur. Hanc eandem imaginem furiosi nouatores, toto Belgico grassantes anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto,

SÆC. XV.

Pueris irreuerenter se gerentibus imago Deiparæ minatur.

Balinghem 5. Augusti. Pius IV. Thermas Diocletiani in templum commutat.

Templum S. Mariæ Transpontanæ reædificatur.

Tilm. Brend. lib. 3. sacrarū coll. c. 25.

Puella voto ad diuā Virginem emisso, graui morbo liberatur.

SÆC. XV. audaciter inuaserunt, iniectisque funibus, ab illo sacro abstractam, per vniuersam ciuitatem, perque aspera, & confragosa loca ad suam libidinem raptauerunt. O rem miram! Erat vetusta ipsa fragillima, cuius alterum brachium penè disunctum, neque tamen rabida iactatione, & asperrimo lapidum attritu lædi vnquam, frãgiue potuit, Deo & pro suæ parentis imagine propugnante, & eiusdem matris oratu, insanos ad sanitatem inuitante. Quin & catholicorum confirmatus est animus, qui veteri religione reuerenti, noua commenta despicunt. Id enim annosa monstrauit effigies, quæ se tam bene defendit: id quoque testatus est clauus inter tot firmus iniurias, cui viuæ fidei appensa lucerna est, quæ non extinguetur in nocte.

Imago B. Virg. vetusta, & pene carie consumpta, ab hæreticis frangi, nec lædi potest.

Zach. Bouer. tomo I. Annal. Ord. Capuciorum.

Ipsò tempore, migravit è vita frater Hieronymus à Forolinio Capucinus, cui beatissima cœlorum Regina, clarissima luce vndique circumfusa, vigilantium apparuit, cumque cœlestibus verbis ad æternæ beatitudinis præmia vocauit, mortis diem ac horam, quæ Dominica post die, ad vespertinum Angelicæ salutationis signum, futura erat, prædixit, ac cœleste illi regnum pollicita est. Cui Hieronymus vberioribus lachrymis perfusus, vnde hoc mihi ait, ô inçlyta cœlorum Regina? vnde hoc? vt Mater Domini mei, ac Domina mea, ad me miserum veniat? Quid ego vnquam tale promerui, quo cœlestis mihi beatitudinis corona debeatur? Hæc immensæ ac ineffabilis Dei mei, ac tuæ benignitatis argumenta sunt, quæ indignum subleuant, ac cœlestibus bonis accumulunt. Benedictus igitur Deus, qui ex incomparabili pietatis suæ thesauro, inopes ditat, immeritoque donis suis coronat. Et benedictum nomen filij eius, qui facit nobiscum misericordiam suam. Benedicta tu quoque, ô omnium hominum beatissima, quæ seruum tuum tametsi indignum, tam cœlesti consolatione replet.

Quo etiam anno obiit F. Iacobus à Nutzia eiusdem Congregationis, cui apprensus in extremis Deipara Virgo, exclamare cœpit: O Virgo beatissima, ô Virgo Virginum felicissima, opportuna venisti. En adest, en adest inçlyta cœlorum Regina, ad æterna me præmia vocans.

Oliucius in lib. Mirac. B. Virg. Montis ferr.

Tunc etiam seruatur quidam viuus, ruina domus oppressus, ope Deiparæ. Cum enim ipso anno extenderet pannum super murum, aduertit murum vnà cum tecto domus, atque adedò totam domum ruinæ proximam. Itaque se enixè Deiparæ Montis ferrati commendat: non ità famulus eius, qui ei in panno illo explicado opitulabatur. Ergo domus illa ruit super vtrumque. At magno discrimine, nam famulus ruina illa oppressus interit: herus verò qui ad Deiparam confugerat, famulo proximus euasit, licet multò maxima pars ruinæ eum oppressisset.

Zach. bouer. tomo I. Annal. Capuc.

Inter Capucinos ipso tempore, F. Pacificus Fanestris clarus habebatur. Hic cum Eugubij aliquando Guardianus esset, in ipsa immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis solemnitate, dum post Matutinas horas in Ecclesia attentius orat, immaculatam Virginem, maximam ex se cœlestium odorum fragrantiam effundentem è cœlo dilabi conspicit: quo tempore Sacrista, qui vt altaria, ob diei solemnitatem, decentius exornaret, ante alios confurxerat, cum Ecclesiam ingressus, eam insolito, ac suauissimo odore fragrantem perciperet, edò maximè admirabatur, atque vnde tanta illi odoris suauitas emanaret, ignorans, Pacificum orantem adit, ab eoque tantæ suauolen

ueolentiæ causam seiscitatur. Cui Pacificus, ne mirere ait, non est hic aromatum, ac timiamatis, quæ apud nos oriuntur, mortalis odor: è cælo hæc aromata prodire. Verum tamen digito labellum compeſce, & audita contine. Nuper huc cælorum Regina descendit, cumque pleraque ad suam ipsius dignitatem spectantia, quæ antea ignoraueram, indignum myſteria docuiſſet, illud inter alia explicauit. Se in primo suæ Conceptionis articulo, ab omni prorsus originalis peccati labe, Dei gratia immunem fuisse. Cuius rei testimonium est, hæc suauissima odoris fragrantia.

Turcæ hoc anno, cum instructa classe Apuliæ litora circumvagantes, ple- rasque vrbes deprædatis essent, inter alias Serram Capreolam, cæde, ac incendio deuastant. Quo tempore, cum Capucinorum monasterio incenso, ex his quamplurimi in Ecclesiam irruentibus, variasque Sanctorum imagines deuolirentur, scelestus quidam, deuotissimum ac toti populo venerandum, quoddam B. Virginis simulachrum stricto ense aggressus, illud in frustra disseccare conabatur. At Deus optimus maximus, tam sacrilegum scelus inul- tum non tulit. Vix enim nefarius ille sacram Deiparæ statuam, vi è loco suo diuulsam, humi prostrauerat: cum repente Deo ulciscente, viribus destitutus, vita simul defunctus fuit. Quod cum cæteris terrorem intulisset, inde abecedentes integrum simulachrum reliquerunt. Conuentu deinde instau- rato, illa B. Virginis imago in Ecclesia collocata, tot deinceps miraculis cor- ruscare cepit, vt innumera ferè in ea tabellæ appensæ, copiosissima in re- gionis illius incolæ, Deiparæ beneficia collata testentur.

Ipso etiam anno electus fuit in summum Pontificem B. Pius Papa V. qui multa ad honorem Deiparæ, dixit & fecit. Quanto pè è verò eidem fuerit acceptus ex sequenti historia colligitur. Vir quidam nobilis, Bartholomæus Bolognertus Bononiensis, erat pius & deuotus, sed pauperimus, habebat- que sex filias, & duos filios. Cernens igitur miseriam suam, filias tutelæ & protectioni B. Virginis commisit, timens ne paupertatis causa semetipsas prostituere. Huic oranti apparuit Deipara, dicens: Bartholomææ bono animo esto, filie tuæ iuuabuntur à quodam fratre Ordinis S. Dominici, qui- bus dictis disparuit. Post paucos dies, Bartholomæus iste iuit Romam, quan- do scilicet B. Pius erat Commissarius, fecitque cum eo amicitias. Vir Dei cognoscens hominem esse deuorum, ei pro modulo subueniebat, magis ve- rò postquam ad Cardinalatum promotus fuit. Sed factus Papa, omnes filias illius hominis, honestis viris tradidit. Seniori etiam filio dedit mulierem ditissimam: iuniorem verò Camerarium suum constituit. Et sic verificata fuit viliò.

Annus Christi 1567.

ANno sequenti 1567. Frater Petrus Cataciensis Capucinus, ter sub mor- tem à B. Virgine uisitatus fuit. his illum verbis ad cæleste regnum pro- uocans. Veni dilecte fili, veni nihil dubites: te enim cælestis regni possessio- nem met.

In Sardinia cinitate Calaritana foeliciter tunc temporis obiit B. Saluator ab Horra Ordinis Minorum. Hic surdos & mutos curabat, præcipiens, vt recitarent saluatione Angelicam, soluebatque vinculum linguæ, & eam saluta

SAEC. XV.

F. Pacifico B. Virgo se ab origina peccato immunem affirmat.

Turca B. Virgo simulachrum inuadens morte multatur.

Archangel. Caracc. in vita B. Pij V.

B. Virgo miro modo inopia cuiusdam dauis sui subuenit.

Zach. Bonet. tom. 1. Chron. Capuc.

Chron. li. 5. tit. 4.

SÆC. XV. Salutationem proferebant. Puellam quandam quartana laborantem, imposito super caput eius Rosario suo, & recitata salutatione Angelica, perfecte curauit.
Sardi & muti iubente B. Salvatore Horrensi, recitando salutationem Angelicam sanantur.
Bouër. vbi supra.

Annus Christi 1568.

ANno Domini 1568. migravit à vita frater Iulianus Camerinerofis Capucinus, qui in ipsa obitus hora, quæ illi in Conuentu Amendolæ contigit, Deiparam Virginem sibi occurrentem videns exclamare cœpit; O fratres, En Virginem beatissimam; iam assurgite, ac illam dignis honoribus excipite. Quibus in verbis, dilectus Deo & hominibus, in Virginis complexu animam reddidit.

Idem prorsus, & alteri Nouitio Vrbinati hoc tempore in Anconæ Conuentu accidit; qui cum in maxima mentis puritate nonnullis Deo in religione mensibus famulatus esset, necdum probationis annum expleuerat, cum ad vitæ finem appropinquans, Matrem Virginem sibi aduersus tentantes Dæmones auxiliantem videt; cuius cum illi aspectu effugati essent, Nouitius B. Virginem adesse clamans, his in verbis vitæ cursum absoluit.

Hist. Carn.

Carnosensis ciuitas ab Hæreticis obsessa ope Deiparæ liberatur.

Ipsa anno Carnotensis ciuitas ab Hæreticis obsessa, ope B. Virginis eiusdem ciuitatis patronæ, fuit liberata. Nam cum eam capere non possent, rabiem suam effuderunt contra imaginem B. Virginis quæ adhuc hodiè videtur supra portam, multosque tormentorum ictus in eam mittentes, nunquam eam tangere potuerunt, licet quatuor digitorum spatio iuxta propinquarent. Turpiter ergo fugientes, insecuti sunt à ciuibus, qui innumeros occiderunt.

Ex vita ipsi. c. 2. *Matri Beatæ Aloysij Gonzagæ felicem partum procurat B. Virgo.*

Deipara tunc temporis miraculosè procurat fœlicem partum matri B. Aloysij Gonzagæ Societatis I E S V. Cum enim ipsa grauiter vnâ cum foetu de vita periclitaretur, nuncupato voto sese cum prole sistendi ad beatam Virginem Lauretanam, fœliciter illum enixa est contra Medicorum sententiam, Qui & ob vitæ periculum quod Medici repræsentabant, statim atque sufficienter fuit eductus ex utero materno (licet nondum omninò natus) vt baptismum susciperet, baptizatus est: atque ita sanctificatus, antequam perfectè natus. Adhuc puerulus ad quemlibet gradum, ascendendo pronuntiabat salutationem Angelicam. Vix decem annos natus, Florentiæ in æde B. Virginis Annuntiaræ Deo ad eiusdem honorem votum virginittatis nuncupauit. Adhuc in seculo existens, sabbatho in honorem Deiparæ ieiunabat. Factus Religiosus in Societate I E S V, ad humilitatem comparandam Deiparæ patrociniū inuocabat, aiebatque hoc idem præstandum iis qui hanc virtutem consequi optarent. Eiusdem Virginis ope cui valdè fidebat, nullis vnquam carnis stimulis fuit commotus. De eodem plura inferius.

B. Aloysij Gonzagæ affectus ergà Deiparam.

Annus Christi 1569.

Bouër. vbi supra.

ANno 1569. in Capucinorum Congregatione, migravit in cœlum F. Alexander à Butrio. Hic cum Fauentiæ degens, semel in Ecclesia oraret, Stygius Faber, qui prunas ardere facit, tam ardentem libidinis faces in Alexandri carne succendit, vt quancquam strenuus Christi miles cum hoste fortiter

fortiter decertaret: vndique tamen sibi à superis suppetias quæreret, quòd a miliarem hostem debellaret. Verùm vbi multorum opem implorauit, demùm ad beatissimam Virginem conuersus: Tuum est, inquit, ô Virginitum mater, & custos, tuos seruare: hostes tui sunt, qui agmine factò in me irruunt. Adesto, Virgo, celeresque mihi contra hostes tuos suppetias fer, vt nomen tuum per sæcula laudem. Has cum preces ad Virginem Deiparam ardentius effudisset: mox tentationis flamma ea oratione, velut effusis aquis extincta, de tentatore victor euasit. Deinde adstitit Deipara, quæ auream coronam pugili è cælo detulit.

Annus Christi 1570.

Ipsò tempore, Hieronymus Pistoriensis ex Congregatione Capuc. clarus habebatur. Huic B. Virgo, cuius ille plurimùm religione afficiebatur orãti adstitit, eique obitus diem prædixit. Cum semel cum socio à recta via aberrasset, noctuque per nemorum deuia incedentes, quòd pergerent, ignorant, diuinæ se protectioni commendant, ac Deiparæ Virg. sanctique Iosephi, ac pueri IESV sibi præsidium implorant. Vix ab oratione surgunt, cum procul lumen aspiciunt, quòd iter dirigentes, cum eo peruenissent, humile domicilium reperiunt, in eoque senem hominem, cum muliere, ac puero degentem conspiciunt; qui cum eos humanissimè hospitio excepissent, cibo refocillant, paratumque ad quietem locum iis designant. Suauissimo ij tota nocte somno potiti, cum mane euigilassent, amœno se in prato, cui recta via coniuncta erat, collocatos cernunt: totamque syluam perlustrantes cum nullum domicilij vestigium deprehenderent, Hieronymus socio dixit. Quid frustra domicilium quærimus? Frater mi, cœlestes hospites, cœleste domicilium secutum est. Hæc sanctissimi Iosephi, hæc Virginis Deiparæ, hæc tandem pueri IESV quos vespertino tempore minimè agnouimus, diuina planè in nos munificentia fuit. Hi hospites nostri fuere, quibus maximæ, quæ à nobis concipi valent, ex animo gratiæ agenda sunt. Mox vtrique genuflectentes, hymnum *Te Deum laudamus*, piè perfoluunt, ac cœlestibus hospitibus gratias agunt.

Paduæ ipso anno 1570. pestis cessauit ob translationem imaginis B. Mariæ, quæ hoc modo facta est. Beata Virgo apparuit R. Patri Fœlici Zuccolio Prouinciali Carmelitarum, prouinciæ Venetiarum, qui tunc Paduæ morabatur, necnon etiam illustri viro Aloysio Georgio prædictæ ciuitatis Gubernatori, præcipiens quatenus ipsius imaginem in Ecclesia Carmelitarum transferrent, quæ scilicet imago tunc iacebat in porticu ipsius Gubernatoris, addens quòd si hæc præstarent, tota ciuitas, totusque Venetiarum status, qui grauissima peste affligebatur, statim liberarentur. Illi ergo cum deuotione magna, & populi frequentia imaginem transferentes, statim pestis cessauit, totaque rei gestæ historia videtur insculpta in marmore in prædicta Ecclesia, & extunc innumera miracula ad illam imaginem fieri cœperunt.

Prodigium tunc in imagine B. Virginis, quæ nulla vi potuit à manibus eam tenentis auelli ab hæreticis accidit. Historiâ narrat Ribadeneyra, quæ in pauca contracta sic se habet. Imaginem B. Virginis ad exemplum eius

SAEC. XV.

Zach Bouer.
tom. 1. Ana.
Capuc.

Padua pestis
cessat ob trans-
latam ima-
ginem Dei-
para.

Hierascus
vica Syluij
Generali
Carmel.

In vit. Fran-
ciscei Borgiæ
lib. 4. c. 4.

SÆC. XV. quam Sanctus Lucas depinxit, seruatque Romæ in sancta Maria maiore, Ignatius Azebedius in Brasiliam cum 38. sociis proficiscens, secum Roma detulerat annò 1570. quo in itinere ab hæreticis & prædonibus Caluini sectatoribus deprehensus, hac imagine in manus sumpta, ad officium & pietatem tanquam sociorum superior & Prouincialis, eos hortabatur, deinde obuiam hostibus factus, cum ea quam diximus imagine, omnes contestatus est se pro fide Catholica mori, quod non ferentes hæretici, vno ei in capite, tribusque in pectore inflictis vulneribus, & iis ne quicquam sacram Deiparæ imaginem extorquere conantibus, in mare præcipitatus est, vnâ cum ipsa imagine, quæ de Ignatij manibus nunquam exciderat, octo & triginta eius socij vnâ cum ipso martyrij coronam adepti sunt. Id etiam mirabile, quod eius corpus in mare proiectum, non subsidit vt cætera, sed brachijs ad instar crucis expansis, quam longissimè oculi sequi potuerunt, super aquas ferri visum est, quod sacræ isti imagini, quam manibus tenebat, iure ascribere licet.

Hæretici nulla vi imaginem B. Virginis è manibus eam tenentis possunt auell.

Turfel. Laur. Histor. lib. 4. c. 20.

Vir innocens B. Virgine Lauretæ ab ultimo supplicio liberatur.

Vir quidam tunc temporis, genere, ac factis clarus, ab vno ex primoribus Italiæ Principibus in custodia vinculus habebatur. Et falsis oneratus criminibus iudice utebatur falso in fenestras. Ergo cum haud dubie instare sibi vltimum supplicium cerneret; Lauretanam implorat Virginem, orans, vt priusquam è vita discedat, faciat sibi Lauretanæ cellæ visendæ potestatem. Et piæ infantis preces Deiparæ cordi fuere. Sub noctem anxietate animi grauatum corpus arctior complexus est somnus. Dormienti præclara Lauretanæ Virginis oblata species, quæ mœrentis pectus ingenti gaudio permulsi. Repente disruptis vinculis, foribusque carceris diuinitus patefactis (obuersabatur autem somniantis animo, quod extrâ somnium gerebatur) rei nouitate attonitum exire compellit, egressum ad proximum vrbis vicum deducit adhuc dormientem: protinusque eius subducitur oculis. Tum verò ille expergefactus; vinculis & carceri ereptum se cernens, haud vanam sibi in quiete obiectam imaginem sensit. Gratiis ergò Virgini enixè actis, læticia ex mœrore gestiens domum suam recipit se. Cæterum, haud ignarus fore, vt à satellitio Principis conquiretetur, & grauius in semet tanquam fugitiuum confuleretur; implorata denuò Virgine Lauretana, facinus edidit memorabile. Summo mane, diuina fiducia armatus, insensum Principem vltro adit: obstupescienti ad eius aspectum, rem omnem ordine vt gesta erat, exponit. Nec in tanto discrimine clienti Virgo defuit suo. Principi extemplò iniecta religio est eius violandi, quem Dei patens saluum voluisset. Enimuerò id haud leue esse innocentie argumentum. Igitur diuina vi tactus, Quandoquidem, inquit, Lauretana Virgo tanto te miraculo liberauit, & ego mea sententia libero. Agedum ad augustissimam illam cellam, vt iouisti, perge: & Dei matrem propitiare nobis memento. Itaque ille duplicis voti reus, Lauretum venit: noxis confessione elutis, vota Beatæ Mariæ latus exsoluit.

Per id temporis nobilis Hispanus (nomini parcitur ne fama lædatur) ob patratum facinus morti addictus asseruabatur in custodia, supplicium in horas expectans. Interim subiit eius animum Virgo Lauretana; de cu-

ius rebus admirandis multa olim in Italia, rumore nuncio, acceperat. Ergo ad spem salutis ac libertatis erectus, orat veniam à Deo pariter, Deiparaque, vtriusque misericordiam & opem exposcit, addidit precibus votum se primo quoque tempore ex Hispania (vbi tum erat) ad Lauretanam aedem, pauperum peregrinorum ritu, pedibus iturum precariò victitantem. Incredibile dictu: intrà tres horas, iudices diuinitùs reo reconciliati, sententià reuocata, atque recissa: reus supplicio, ac vinculis exemptus. Cæterum quem metus ad vouendum procliuem fecerat, voti immemorem securitas fecit. Iamque diutina mora tanti beneficij memoriam obruerat: cum Deus religionum vindex eam ab obliuione vindicauit. Nam cum ille Scoplerum fortè exploderet, ferrea fistula in manibus diffracta citrà noxam, & periculi eum præsentis diuinitùs vitati, & veteris beneficij, votique admonuit. Subiit illicò religio animum, ac terror irati Dei. Itaque nulla interposita mora, ad vota Deiparæ reddenda, Lauretum, vti vouerat, iter contendit: & Raphaëli Rieræ Pœnitentiario omnem rem, sicut nunc exposita est, enarravit.

Aliis porro ipsis temporibus, etiam extremo supplicio affectis salus redita est. Thomas Venetus Dux cohortis militum Sebenici in præsidio erat. Is milites præfidiarios aduentantis Turcicæ classis fama conterritos, non potuerat in officio continere. Illis igitur fuga dilapsis, desertum præsidium cernens, protinus milite vno, qui reliquus erat, comite, Iaderam (Zaram vulgò vocant) contendit. Venetæ classis Duci fugam militum Sebenici periculum exponit suæ sortis ignarus. Dux quippè tali nuncio concitatus ira, Thomam cum comite suspendio extingui extemplo iubet, spatio tamen vtrique ad procurandos de more animos dato. Ibi Thomas sacra confessione ritè expiatus, Lauretanam inuocat Virginem: votoque concepto, collum laqueo inserit, haud dubia spe cœlestis auxiliij. Igitur fune ad antennæ cornu religato, antenna cum Thoma pendente sustollitur: alligatum erat pedibus ingens ferri pondus: & carnifex pendentis corpus, antenna sublata, subitoque demissa impensè quassauerat ter, quaterue. Itaque omnium opinione mortuus, post quartam horam patibulo eximitur tradendus sepulturæ. Excedit fidem quod deinde traditur, non tamen Dei, ac Deiparæ potestatem. Qui extinctus credebatur, inuentus est viuus, valensque, cum miles supplicij socius, parique conditione vsus efflasset animam. Thomas ergo cæteris admiratione defixis, è vestigio Lauretum iter intendit, Deo, ac beatæ Virgini, quorum immortalis beneficio vivebat, grates acturus. Et res apud Lauretanos sacerdotes satis testata mansit.

Annus Christi 1571.

IN itinio Pontificatus Gregorij XIII. Christerna, seu Christina vxor Lotharingæ Ducis venit Lauretum, quamuis ætate, ac paralyti impedita. Lætica igitur, cum regio penè comitatu in Italiam, Picenumque delata pergir ire quò destinarat, satis fidens ab se valetudinem Beatæ Mariæ ope recuperari posse. Ergo in sanctissimæ Domus aditu, non cœlestem modo lætitiàm hausit animo, sed pristinam quoque recepit corporis sanitatem.

PPP 2

SÆC. XV.

Tursel. vbi
suprà.

Laqueo sus-
pensus. B. Vir-
gine Laure-
tana prius in-
uocata à
more liberä-
tur.

Turs. Laur.
Hist. lib. 4.
c. 26.

Christina
Ducissa Lo-
tharingia pa-
ralytica Lau-
retum delata
sanatur.

SAEC. XV. rem. Illa membrorum, quibus capta erat, vsu ac vires extemplò sibi redditas sentiens, primùm præter morem, sine vllò adminiculo institit pedibus, periculum vitium facturà. Indè cum res satis procederet, egressa, per se nullo adiutore, sacrosanctam Virginis cellam suis pedibus circumit gratulabunda, eius familiaribus miraculo attonitis, Deique ac Deiparæ donum certatim extollentibus. At Christina, quam ea res propius attingebat, obortis gaudio lachrymis, in augustissimum facellum regressa, ante cœli Reginam prouoluit: nullum diuini beneficij efferendi modum, nullum agenda- rum gratiarum finem facere: se suaque Deo, ac beatæ Matri dedere. Et indè vt tanti beneficij monumentum extaret, ingens cor ex auro solido coronatum, quod hunc ad vsu domo attulerat, ante Beatam Virginem catenulla aurea suspendit. Regia deinceps dona promit, torquem ex auro egregium, coronam ex vnionibus, baccisque, monile ex gemmis clarissimis: aræ insuper ac sacerdotis, ministrorum solemnem ceremoniam sacrificantium vestes argenteas opere Damasceno fanè mirabili: demùm regalia munera ingenti pecunia cumulat.

Cathag. to.
4. de B. Virg.

*Victoria cele-
berrima con-
tra Turcas
reportata à
Christianis
ope Deiparæ
in sinu Nau-
pacti.*

Ipso anno 1571. Dominica 1. Oct. Christiani nominis milites, insignè ac memorabilè de Turcis Christianæ religionis infestissimis hostibus, adiutorio Deiparæ Virginis, continuisque precibus confratrum Mariani Rosarij, reportauerunt, vt summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. Apostolicis suis diplomatibus contestantur. Etenim sicut olim tempore magni Patriarchæ Dominici, visa est Deipara Virgo adiuuans Comitem Montis Fortis contra Albigenes, quorum exercitum centum quinquaginta lapidibus iactis fugauit, ita & modo ipsius adiutorio Barbarorum classem Ioannes Austriacus, Caroli quinti Imperatoris filius fugauit, ac perdidit. Nam cum Turca ferocissimus Cyprum nobilem Insulam Venetis eripuisset, & propterea vniuersam Europam Christiano cultu insignem facile sibi pollicebatur breui subiugandam, congregatis Tetrarchis, magnam classem instruit, annonam, vasa bellica, tormenta nauigijs imponit, Italicamque florentissimam Prouinciam, Vicarij Christi sedè illustrem, contendit, & vel nauali prælio si quisquam decertaturus occurrisset, vel milite in terram hostilem exposito, siue aperto Marte, siue dolis confuctis, de tota Christianitate decernit. Scripserat innumeras cohortes lectissimorum militum, ac viros vsu rerum militarium peritissimos sic milite, pecunia, annona, machinis instructam classem mari Achaico ad Naupaetum commisit. Pius quintus immortalitate dignus Pontifex, præerat tunc Ecclesiæ Catholicæ, & vt erat vigilans custos mandræ Dominicæ, ne oues, Christi sanguine partæ, à crudeli leone lacerarètur, ne venirent gentes in Dei hæreditatem, singulari fero sese opponere decreuit. Philippo itaque secundo, Rege Hispaniarum, & Republica Veneta, in sacri belli societatem vnitis, quantas potest copias colligit, sed numero viribus, & quod magis erat, discordia intestina fœderatorum longè inferiores; ipse ad sacram Ecclesiæ mediatricem Mariam, se, & cunctos fideles excitat, velit sole amicta, Lunatum (insigne Turcarum est Lunæ semicirculus) hostem pedibus deterrere, aut depellere. Aderat dies quo aut turpis seruitus, aut dura mors subenda fuerat, missis ad impetum reprimendum fœderatis. Funus Italiæ timebatur vniuersæ, vi-
ctoriam

ctotiam quis speraret à tam paucis ? à tam inter se diuerfarum voluntatum proceribus ? At sperabat Pius Pontifex , non desperabant pij cultores sacrosanctæ Deiparæ , illo die Dominico factis Marianis deuoto , rem illi diuinam in sodalitijs Rosarij , per vniuersum Christianum orbem facientes , nec vanæ spes fuerant Pij , & piorum . Qua hora prælium commissum est in sinu Naupacti , beatissima Virgo Maria , Pij , & piorum preces exaudiens Pio V. reuelari obtinuit , certam de hostibus victoriam à Ioanne Austriaco , qui Classi præerat , iam pattam . Ventus , qui oriente Sole ; in nostros cum pernicie flare cœperat (quod non absque miraculo contigisse creditur) innumerofam Turcarum classem ita reflexerat flatus , vt pulueres tormentarij , & flammæ in oculos hostium redirent , nostrorum aspectum adimerent , imo & in terga iam inter se tumultuantium impulsus , victoriam hosti eriperent , nostris concederent ; Mariæ Deiparæ Ductrici , & victrici potius , quam alteri ascribendam .

Quo etiam anno Cæcilia Panormitana Ordinis Minimorum migravit è vita . Hæc singulis annis præueniebat festum Assumptionis Deiparæ ieiunio 15. dierum , & Panormo ad B. Virginem Drepanensem se conferebat , vt idem festum ibi celebraret , quo in officio pietatis , ibidem eodem die festo sanctè obiit . A morte inuenta est eius facies versa ad imaginem Deiparæ , Rosariumque manu tenens .

Annus Christi 1572.

ANNO 1572. Hispanus quidam , de quo infra ad annum 1578. B. Virginis interuentu è manibus septem hostium miraculosè euasit . Qui licet singuli in eum exonerassent sclopos suos , neque illum , neque vestes , quamquam ei admodum vicini , tangere potuerunt , Deipara videlicet eum protegente .

Quo etiam tempore , sanctitate fulgebat S. Philippus Nerijs Congregationis Oratorij Institutior , qui cum videret grauiter ægotantem Cæsarem Baronium eiusdem Congregationis alumnum , postea S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem , prostratus ante Crucifixi imaginem , obnixè orabat pro incolumitate ipsius dicens ad Dominum . Domine si placet oportet Cæsarem sanare . Sed cum nullum audiret fauoris responsum , patrocinium Deiparæ Virginis implorauit , prædicta verba ingeminans , quæ statim diu desideratum effectum receperunt . Et quod mirabilius est , B. Virgo eodem tempore , ostendit Baronio quicquid sui causa gerebatur in Oratorio S. Philippi .

Quia verò de sancto Philippo Nerio facta est mentio , alia duo beneficia sibi a B. Virgine collata referre liber . Ipsum enim , ceterosque socios in Romano Oratorio degentes , singulari protectionis auxilio à morte præseruauit . Nam cum trabs cui innitebatur tectum Sacelli Oratorij è muro desiliisset , nihilque omninò hæretet , B. Philippus quadam nocte vidit Beatam Virginem , trabem ne laberetur , proprijs manibus sustententem . Vnde apertè cognoscens singulare B. Virginis auxilium , periculumque quod incurrerant , die sequenti tectum destruendum curauit : ne quis deinceps incommodum patretur . Semel etiam cum grauiter ægotaret Sanctus Philippus prædictus , Beata Virgo ipsum visitauit : atque in ipso primo

SÆC. XV.

Attichius in Chron. Ord. Minim. *Cæcilia Panorm. festum Assumpt. 15. dierum ieiunio præuenit.*

Balinghem 24. Sept.

Anton. Gallonius in vita S. Philippi Nerijs.

B. Virgo præcibus S. Philippi Nerijs fauoribus Baronium ægotantem.

B. Virginis auxilio patres Oratorij Romani à morte præseruantur.

SAEC. XV. introitu pedum B. Virginis in cellam viri Dei, subito perfectæ sanitati restitutus est.

Zach. Bouer.
tom. I. Ann.
Capuc.

Iisdem ferè temporibus F. Petrus Vrbinas Capucinus, cum magnas in morte dæmonum tentationes pateretur, ad Fratres clamabat: ferre opem, Fratres, ferre opem, en hi me dracones deglutiunt. Fratres verò omnes dum genuflexi, Beatæ Virginis Litanias decantant, atque ad ipsius præsidium confugiunt: en Virginis præsentia tartaream illum dæmonum turbam effugat; tantaque in Petri vultu serenitas elucere cœpit, vt in eo Fratres velut Angelici vultus splendorem intuerentur. Mirabantur omnes, ac animi fulgorem, è facie ægrotantis reuerberantem conspiciantur, cum is mox suauiter exclamat, O, ô fratres, quam gloriosa Domina, quam speciosa mulier, tota sole amicta ad nos venit. Eia fratres, assurgite: date locum tot Virginum choris, quæ Dei matrem sequuntur. En adsunt: tantamque, hæc dicens, voluptatem vultu, ac verbis præ se ferebat; vt iam nemo de Beatæ Virginis Deiparæ, ac cœlestium præsentia dubitaret.

F. Petrum Capucinum moribundum à dæmonum præstigiis liberat B. Virgo.

Annus Christi 1573.

Seraphino Capucino diem moris prædicit B. Virgo.

IPso ferè tempore, nempe 1573. diem clausit extremum Frater Seraphinus Saonensis Capucinus. Qui cum inculpatam vitam, maximisque virtutibus ornatam, plurimis annis duxisset: à B. Virgine, quam singulari religione semper coluit, tandem reuelationem accepit, ea die illum corporis nexibus soluendum, quo ea glorioso, ac rediuiuo corpore in cœlum assumpta fuit. Eo nuncio Seraphinus quamplurimum gauisus, cum illud Fratribus retulisset, eadem quoque die in Conuentu S. Barnabæ, carnis sarcina deposita, sanctimonia clarus, ad Deum migravit.

Annus Christi 1574.

Zach. Bouer.
tom. I. Ann.
Capuc.

PER id temporis, in Bononiensi Prouincia, dum F. Pius Bononiensis, Capucinus sacerdos cum socio è Iulia Fidentia Parmam proficiscitur, geminos prope cuiusdam rustici domum molossos offendunt, qui rabiem horrendo latratu ostentantes, quasi ipsos discepturi essent, festinato cursu in eos feruntur. Ad repentinum belluarum occursum, cum sonus animo elanguesceret, Pius, qui eo tempore, B. Virginis horas persoluebat, cum nullum aliud sibi in eo periculo præsidium relictum esset, oculis in cœlum sublatis, molossos genuflexus expectat: iisque appropinquantibus B. Virginis horarum codicem opponit. Protinus Molossi immobiles subsistunt, silent latratus, fixamque tantum in Pium oculorum aciem conuertunt. Cumque diu hoc pacto immobiles persistissent: tum velut diuina virtute acti, abrepto retrorsum cursu, illæsos deserunt.

Codex Horarum B. Virginis Molossos compefcit.

Annus Christi 1575.

Ribad. in vita Iacobi Laguez. Petro Ledesma apparet B. Virgo.

IN Ordine Societatis IESV tunc temporis, nempe anno 1575. diem clausit extremum Iacobus Ledesma, cui pro constantia in Societate Deum roganti apparuit Regina Angelorum, Maria Magdalena, Catharina Virgine & Martyre, ac Catharina Senensi stipata, eique Deipara promisit constantiæ & continentiæ virtutes. Item se animam agenti præsto fore, quæque

que polliceretur dixit vera comperturum. Comites quoque Deiparæ alter-
nis occinebant. SÆC. XV.

*Divina res est castitas,
Maiores sed sunt premia
Que continenti dat Deus.*

Tunc temporis Susanna Jacobi Thainonij Cordauellensis equitis nobilis coniux fuit. Hæc ab equo cui insidebat excussa, afflictæque ad terram, ad ultimum periculum venerat. Namque ossibus, quæ fractis, quæ luxatis, omnes amiserat sensus. Ad hæc membra vitalis penè destituerat calor. Itaque desperata à peritissimis Medicis corporis salute, Sacerdos salutem curabat animi, moribundam de more Deo, diuisque commendans, & lustrali subindè respergens aqua. Interim Iacobus, charissimæ vxoris vicem sollicitus, templum proximum intrat. Ibi positus genibus, oculos pariter manusque tollit in cælum, lachrymansque enixè Lauretanam inuocat Virginem, votum precibus miscet, se ad Lauretanam ædem iturum, si sua ope seruet eam, quam nulla vis humana seruare possit. Nec irritum fuit votum. Vix dum planè id vouerat, cum mulier habere melius cœpit, ac breui confanatis diuinitus ossibus, membrisque conualuit. Eques igitur voti memor anno 1575. Lauretum cum vxore contendit, laminamque argenteam cum Lauretanæ Virginis effigie, quam hinc viri, hinc mulieris imago supplex orat, votiuum donum Deiparæ tulit. Additus laminæ titulus, qui totam rem breuiter exponit, miraculi ad posteros monumentum.

Huic aliud confirmile eodem ferè tempore. Nicolaus Pauonius ciuis Caracensis nobilis erat. Is cum eques exerceret inter æquales, corruente ab rapido cursu equo, effusus in terram contracto corpore, brachio etiam comminuto iacuerat exanimis. Expiranti similem famuli excipiunt, domumque referunt haud satis compotem mentis. Adhibentur confestim Medici, qui mali magnitudine victi, actum de illo esse pronunciant. Pauonius ergo amicorum suasu, beatam Mariam Lauretanam implorat, vouens salute recuperata, ad eam salutandam esse venturum. Votum, iucundissimus somnus excepit. In somnis Lauretanæ Virginis obseruata species, quæ affectos iacentis artus manu contrectans repentè sanaret. Haud vanum fuisse somnium ostendit euentus. Nicolaus è somno euigilans, membra persanata comperit. Exemplò igitur exiliit lætus è lectulo, Lauretum accurrit, votum exsoluit.

Annus Christi 1576.

Migravit ex sæculo ipso ferè tempore, anno 1576. Thomas Tifernas Generalis Capucinatorum, qui tam singulari sanctissimam Deiparam cultu, ac veneratione prosequabatur: vt quolibet die, ante diuina altaris mysteria, velut legitimo sempiterno, sacram illi Coronam persolueret. Contigit autem aliquando, vt propter multiplicem negotiorum copiam, quæ ipsius animum distraxerant: ea sacrarum precum oblatio eidem è mente elaberetur: quo factum est, vt ea necdum persoluta, ad prandium vnà cum aliis accederet. At vix Refectorium ingressus, protinus se debitum Virgini pen-
sum

Turf. Laut.
Hist. lib. 4.
c. 24.

Zach. Boner.
tomo 1. Ann.
Capuc.

SÆC. XV.

Sacram B. Virginis Ceronam peruenti Thomæ Capucinerii Generali, B. Virgo adzare cernitur.

Thomas Capuc. Generalis B. Virginis ope periculi mortis cum sociis effugit.

sum haud exoluisse reminiscitur. Quamobrem mox dimisso prandio in syluam secedit; vbi dum consueta orationi, omni cum pietate vacat, Sacerdos quidam, qui cum præter morem è Refectorio egressum, diuque moras in sylua trahentem obseruat: quid ageret, exploraturus, ad syluam se confert: indeque eminus prospectans, Thomam orantem, ac beatissimam Virginem ante illum stantem cernit: quæ cum plurima illi amoris signa ostenderet: magnoperè se illius oratione oblectari indicabat. Porrò eiusdem Virginis suffragio, id quoque Thomas assecutus est: vt quo tempore Generalis munere fungebatur, è graui quodam periculo seruatus, eam sibi sollicitè patrocinatam agnouerit. Dum enim is Genuensem Prouinciam visitans, Pedemontanos Conuentus, qui in Gallia Subalpina iacent; eo tempore perlustraret, quo furente Bellona, Regioneque à Gallis maiori ex parte occupata, hæretici passim disseminati in Religiosos quosque desæuiebant: contigit, vt è Castello quodam cum sociis digressus, in quo à Minoribus Cõuentualibus hospitio benignè exceptus fuerat, cum viam ignorarent, horrendum quandam virum ac vultu turpissimum, in ipso vitæ initio offenderent; à quo dum rectum iter exquirunt, toruo in illos oculo contuens, respondet. Quid vltra viam quæritis? Me sequimini. Ego viam præmonstrabo. Tùm silentio ante eos viam carpens, per deuios quosdam, ac insolitos illos calles ducit, ab iis longè alienos, quos ij voce tenuis à Minoribus Conuentualibus discedentes acceperant. Horruerunt iam primo illo viri aspectu, Thomæ ac sociorum animi: portò nouus illos nunc timor inuadit, ne infidum viæ ducem sortiti fuerint. Hinc cum ductoris fidem suspectam habere cœpissent, vltra pedem efferre verebantur; cum perhorridus ille. Quid trepidatis? Me ducem tutò sequimini. Sequuntur illi haud absque metu, cum inconditum hominem, vultu, ac verbis asperum cernerent, qui iure illis suspectus esse posset; magisque animo suspicio augebatur, cum per loca imperuia, vallibus ac nemoribus obsita, se ab eo duci conspicerent. Quare Thomas sæpè B. Virginis, sibi, sociisque opem, ac suffragium implorabat. Id cum horridus ille molestissimè ferret, frequenter obmurmurans, horrendum in modum illos compellans, aiebat: Agite, agite, venite post me. Postremò cum ad Pontem quandam, qui iter interfecabat peruenissent: is viam manu indigitans, truci illis aspectu inquit: Hæc via est, Pontem permeate. Vix Thomas cum sociis Pontem pertransierant: cum honestum quandam virum, illac equo iter facientem, sibi obuium habent, qui eorum occursum plurimum admirans, ab iis vnde veniant sciscitatur. Cui vbi illi locum indicarunt, Benè profectò ait, vobiscum actum est; neque alio præterquam Dei numine, per hoc iter diuertistis. Nam si trita, ac communis via vobis gressum præbuisset; nemo sanè vos ab hæreticorum furore, qui eam obsident, vniuersosque per eam transeuntes trucidant, eripere potuisset. Porrò tunc primum cognouit Thomas maximum illud Dei in eos, B. Virginis suffragio, beneficium collatum fuisse; atque eò maius, quo Angelum sathanæ sub viri illius perhorridi specie, ad eorum obsequium cœgit: summasque Deo optimo maximo omnes gratias agentes; iter prosequuntur.

Hic etiam venerabilis Thomas quadam die dum in via B. Virginis excellentiam contempleretur, lucis radios è capite emittere visus est.

Per

Per id temporis, Hyduntina Prouincia emeritum militem ad superos, post victoriam coronandum, transmitit fratrem Cosmam à Martina Capucinum sacerdotem, qui tum acres cum dæmone ex perpetuis de eo victoriis reuectis, inimicitias contraxit: vt in extremo vitæ calcaneo, Dæmon omnes in eum vires exeruerit, totque tentationibus iam ad vitæ exitum properantem aggressus fuerit: vt adhuc conflictantem opprimere videretur. Sed cum inclyta cælorum Regina apparet, dæmonum turmas sua præsentia effugasset: Cosmas paululum à conflictu respirans, ad eam conuersus, ait. Vbi eras, ô bona Virgo, vbi eras, cum in me tot dæmonum acies irruerent? Quem cum beatissima Virgo cælestibus verbis consolata esset, paulo post facie ad Crucifixi imaginem conuersa, ad supremum vitæ Auctorem, post certamen laureandus ascendit.

Annus Christi 1577.

Ipso tempore, nempe anno Domini 1577. imminebat Sicilia, atque ad eam vniversæ Italiae, Turca immanis. Melitenses milites custodiendæ tuendæque Italiae destinati, mare mediterraneum Turcis infestum reddebant. Dum è regione Goletæ in ancoris consisterent, tempestate insolenti percelluntur. Fit inter trepidantes magna comploratio; & expectatio certæ mortis. Fuit inter eos Procopius Pieniazeth gente Polonus, stirpe Odrouansius, nobilitate, pietate, & arte militari insignis. Is periclitantibus suggessit, vt Virginem Claromontanam in Polonia, communem omnium parentem implorarent, dignaretur naufragantes à periculo, Italiam à Barbaris liberare. Faciunt, & ab oratione ad diuam Deiparentem effusa, claram lucem, atque optatam maris tranquillitatem aspiciunt: atque paulo post Turcarum classem depellunt, voto diuæ Virgini Claromontanæ à Procopio Odrouansio concepto.

Ipso anno 1577. Congregatio B. Mariæ Fulienfis, ex Ordine Cisterciensis, institui cœpta est, in Aquitania, nimirum in diocesi Riuenfi prope Garumnam flumen, septem ferè ab vrbe Tolosa passuum milibus, fundatore Ioanne Barrerio. Caput autem Congregationis est Monasterium Fulienfe in prædictis partibus Tolosanis, quod prius fuit Abbatia quædam Ordinis Cisterciensis. In ipso igitur Fulienfi Cœnobio, adhuc hodiè cernitur pulchra imago Deiparæ Virginis, ad quam multa patrata sunt miracula, quorum vnum celeberrimum describere libet. Cum incolæ Fulienfis oppidi ad arma processissent, contra habitatores Baratenses, propter ortam discordiam de finium suarum terminis, Cistercienses Monachi processionaliter detulerunt imaginem ad locum certaminis. Priusquam verò deferretur imago prædicta, cœpit lachrymari, magnasque guttas profundere, quod magnam admirationem cunctis videntibus mouit. Statuta ergo in medio vtriusque partis, cum Monachi canerent hymnos laudesque ad honorem B. Virginis, respondebant eis & simul canebant ambæ partes. Tantoperè autem commoti sunt omnes ex aspectu imaginis, vt inimicitias deponentes, ad amplexus & oscula corruerint, fœdusque perpetuum inierint. Quibus peractis sacratissima illa imago, seuiorem tristemque vultum, in lætum, serenum, subridentemque commutauit.

SAEG. XV.

Bouer. vbi supra.

Cosmas Capuc. beatissimam Virginem in me e sibi auxiliatricem intuetur.

Brouius.

Melitenses milites inuocant. B. Virgine periculū mortis euadant.

Fulienfis Cōgregat. B. Mariæ institutio. Menol. Cisterc. 28. Ap.

Imago B. Virg. lachrymansur.

Ob relictas discordias tristem vultum in lætum commutat.

SÆC. XV.

Annus Christi 1578.

Bzouius.

CRacouiz anno sequenti, nempe 1578. quadrima quadam dum in ponticulo super aquæ ductum Rudauæ interfluentis, in profluentem alueum, & sub ipsam molarem rotam lapsa, hæsit sub rota & aqua plus vna hora antequam extraheretur. Compressa & oppressa, exanimis extincta est. Superuenit Anna mater puellæ quæ spatio octo horarum eulans, & Beata Virginis Claromontanæ opem implorans, filiam tandem rediuiuâ recepit.

Oliuerius in
lib. Miriac.
B. M. Montis
serr.

Quidam hoc anno intercessione Deiparæ seruator à præsentissimo mortis periculo. Hunc natione Hispanum sclopetis petiere hostes sui, quorum glandes paulo supra cingulum versus vbera impingentes, nihil illi nocuerunt, nam Dei voluntate & Matris eius ope, quam inuocarat, offenderunt sacculum quem sinu tenebat argenteis nummis plenum, qui ei vice scuti fuerunt, nec in vllò à glandibus illis offensus est.

Ex Registro
Bethuniæ.
Iacobus de
Bonis blasphemias in Deiparam publicè reuocare cogitur.

Iacobus de Bonis ipso anno, ob varias in Deiparam blasphemias Bethuniæ damnatur ad eas publicè reuocandas habitu pœnitentis, nudo capite, poplitibus flexis, in indusio, cum careo ardente in manu. Item ad contestandum ve hementer se de blasphemis illis dolere, insuper & veniam se petere à numine offenso, à Rege, & à Iustitiæ administris.

Annus Christi 1579.

Zach. Bouet.
tom. 1. Ann.
Capuc.

ANno 1579. fulgebat Hieronymus Generalis Capucinatorum, vir multa virtute præditus, apud Deum oratione potens, atque beata Virgini deuotissimus. Qui cum æstiuo tempore è Perusino Conuentu cum sociis digressus, Assisium pergeret, siti omnes æstuabant: quo tempore Hieronymus, colloquio cū sociis de B. Virgine instituto, eo sitis ardorem extinguere conabatur. Vix paululum post hæc in via processerant, cum in ea domunculam offendunt, ex qua Matronam grauem prodire cernunt; quæ Offam panis vino dilutam in Lessidi poculo gestans, Hieronymo offert, quæ quoque eam pedissequæ sequebantur; quæ geminos calices eodem modo instructos, sociis præbent, illos Matrona his verbis compellante: Recremini, Patres, exiguumque potum sumite: scio enim quod siti æstuat. Hieronymus verò cum factum admirans, altius animo angeretur, Matronam fixè contemplabatur, in qua diuinum quid elucere sibi videbatur. Neque eum opinio fefellit: cum enim post hæc, actis Matronæ gratiis, pedetentim viam prosequerentur, sæpeque oculos Hieronymus ad Matronam conuerteret: vix eam cum pedissequis domum rediisse animaduertit, quum domum, Matronam ac Pedissequas, inde omnes euauisse cernunt. nec vlla in eo loco deinceps domus vestigia agnoscunt. Facto vniuersi obstupere: at Hieronymo deinde oranti, diuinitus reuelatum fuit, singularem illam Deiparæ in eos munificentiam fuisse; eo quod pios inter se eo tempore de illa sermones miscerent.

R. Virgo sub
Matrona forma.
Offa vini-
naria Hieronymum
Capucinatorum
Generalem,
& socios in
via excipit.

Hist. Socii.
I E S V.
Balinghem
in Cal. B. Ma-
riæ 24. Febr.

In Societate I E S V ipso anno piè obiit Ioannes Ximenius Coadiutor. Hic cum quadam die coram imagine B. Virginis precaretur, vt se securum redderet salutis suæ, audiuit vocem in hæc verba: Ximeni perge porro in via quam iniisti obedientiæ cæcæ, ea secuta est & infallibilis. Post hanc vocem

vocem sensit se valdè adiutum, & in eadem virtute proficere. Cum suæ conscientia rationem superioribus redderet, & interogaretur an se ad perfectionem consequendam sentiret excitatum, respondebat, Ab ea nocte, quam me B. Virgo Maria est allocuta, ita benè vt nesciam quid amplius desiderem. Quando pulsabatur ad *Aue Maria*, licet valdè esset occupatus aut oneratus, statim omnia dimittebat, genuaque flecebat vt oraret. At voluit Deus ostendere miraculo quam id sibi placeret. Nam cum templum Cæsaraugustæ Societati I E S V ædificaretur, & Ximenius cum quodam fratre socio ingens saxum quadratum per erectos præcipites pontes sursum vertentes impellerent, cumque illud propè finem iam esset, non super partem planam iacens, sed super angularem hærens, signo ad *Aue Maria* audito, Ximenius statim saxum dimisit vt oraret, quod idem fecit socius eius exemplo, licet existimaret saxum per pontem adedè decliuem præceps ruiturum, sed licet adedè id esset graue, vt vix vterque illud vertendo sursum promouere posset, hæsit tamen super suum angulum. Oratione autem finita ad illud accedentes, vno impetu ad locum suum impulerunt, non sine stupore eius quod acciderat.

Ad particulares actiones, particulares etiam spirituales considerationes adhibebat. Laborans quodam die cum alio fratre in vinea Collegij, ab eo interrogatus est, quam exerceret deuotionem in isto vineæ labore. Quando ascendo (inquit) sequor beatam Virginem, & Ioseph euntes in Ægyptum, quibus me offero vt opera mea aliqua iure vtantur: quando descendo, redeo cum iisdem in Nazareth.

Aliàs cum coram eiusdem Virginis imagine mente reuolueret pœnas eorum qui purgatoriis ignibus detinentur, audita est vox: Et tu quoque istorum memineris. Ad quam ipse. Id verò præstabo Domine. Quare deinceps omnia merita sua iis applicuit.

Sed non est reticendum istud miraculum admiratione præcipuum. Ioannes Philippus Ambrosius Neapolitanus tenui re, sed magna religione ergà B. Virginem fuit. Hic anno præsentis inermis inciderat in armatos inimicos, à quibus quàm tumultuosissimè circumuētus cædebatur ad necem. Iam vulneribus confossus haud procul exitio aberat: nec quisquam opem misero ferebat, & illi animis, armisque infesti: non prius cedendi finè facturi erant, quàm penitus extinctum cernerent. Ambrosius ergo media iam in morte, Lauretanam Virginem venerabundus inelamat, nec frustra missæ preces. Extemplè è sæuientium manibus diuina vi ereptus, præsentem interitum euadit. Ipsemet (quod postea narrauit) sublimem inde se diuinitus auferri sensit ad teli iactum: vbi exceptus à notis, ex sanguis ac semianimis defertur domum. Nec tamen vitæ discrimen euasisset nisi nouam in eodem periculo B. Mariæ sensisset opè. Duodecim numero acceperat plagas, pleraque mortiferas, quibus inspectis, Medici de eius salute penitus desperarant. At ille cælestis opis modò expertæ memor, tantum miraculum haud frustra esse credidit. Itaque vnde auxilium aduersus tela inimicorum adfuerat: in idem medicinam vulneribus sperare cœpit. Ecce nouum miraculum. B. Virgo impensius ab illo implorata cælestem plagis facit repentè medicinā. Ergo ille omnium opinione mortuus, repentè sanus vegetusque surgit è lecto, Laure-

SÆC. XV.

Ximenij deuotio ergà D. iparam.

Turf. Laur. Hist. lib. 4. c. 27.

Quidam duo de im mortiferis plagis acceptis, inuocata B. Virgine Lauret. sanantur.

tumque profectus, vota persoluit, illustre Lauretani auxiliij documentum. Bis quippè vno tempore à media morte reuocatus. Proinde à notis, ignotisque, non iam Ioannes Philippus appellabatur, sed Lazarus rediuuus.

Hoc ipso tempore, in Prouincia Mediolanensi, fuit adolescens, vt nobilitate, sic fastu & arrogantia insignis. Hic, cum aliquando in contentionem venisset cum alio quodam, inter pugnandum, impium aliquid dicit in Matrem Dei: atque eccè iustissimus iudex permisit, vt os illud apertum contra maicstatem tantæ Reginae, ipso temporis articulo aduersarij telo interciperetur, tam ad punctum vibrato ictu, & ipsis linguæ radicibus succisis, & transfixo palato vt repente conciderit mortuus.

Annus Christi 1580.

Vvilhelmuus
Baldefanus
in stimulis
virtutum
adolefc.
lib. 3 c. 21.
*Adolefcens
in B. Virgi
nem blasphem
mi interitus.*

Lipf. in D.
Virgo Hal
lenfi c. 7.

*Nasum per
dit, qui na
sum imagi
ni B. Virginis
Hall. se ab
scissurum ia
tauerat.*

Bencius in
Annal.

*Schismatici
mors subita
festum As
sumpt. B. Ma
riae contem
nentis.*

Hist. de
Virg. Mont
tifferrat.

*Marrinum
quendam
Tarraconen
sem à vulne
re immedi
cabili sanat
B. Virgo.*

*Item quen
dam miracu
losè liberat à
carcere.*

SEquitur annus Domini 1580. miraculis sequentibus illustris. Cum Oliuarius Tempelius Hallas obsideret, erat inter milites, quidam Ioannes Zuuichius: is iactare solebat, palam se suis manibus Hallensi mulierculæ (Deiparentem intelligebat) nasum abscissurum. Sed hæc mox procurat glande plumbea excussa, scurræ illi nasum auferri. Pœnam habuit, & irrisum inter ipsos commilitones perpetuum meruit, qui identidem hominem ad nasum recipiendum Hallas mittebant.

Ipsa anno cum vxor cuiusdam hæretici Adriani, beatissima imaginem Virginis, ad quam orare solebant Rutheni, rectè sentientes, coniecisset in ignem, eâ comburere non potuit, & duo eius liberi miserrimè deflagarunt.

Cum rursus quidam schismaticus eo die qui Assumptæ Virgini est, ad eruendam argillam exisset, maxime ob Calendarij Gregoriani contemptum, multum tamen dissuadente virgine quadam catholica, & vaticinante, vltimum illi diem, ac supremum opus fore, ruentis subito casu mole teluris, ita oppressus est, vt suo inclusus funere, idem reliquerit alijs neglectæ religionis monumentum, & inuenerit, ipse dementis propositi sepulchrum.

Circa hæc tempora cum Martinus Tarraconensis Scopletum exonerat, eius canna cum tanto impetu exilit in eius frontem, vt lethaliter eum vulnerarit. Nec mora illicè aduocantur Chyrurgi, qui negant se remedia vlla adhibituros tam desperato vulnere, suadentque sese ad mortem comparet intra per breue spatium obeundam. At ille ad certiora remedia confugiens, diuam Montifferrati aduocat, à qua breui tempore curatur.

Aliud miraculum eiusdem D. Virginis paulo ante factum referre liber. Petrus Rousiers in Iacensi ciuitate Regni Castellæ licet innoxius, detinebatur captiuus, vnde die quadam cum valdè angeretur, & doleret, visus sibi videre quendam qui eum tangeret, tactuque isto corpus vniuersum agitarer, moneretque sese vt Montifferrateni Deiparæ commendaret. Quo viso ita perterritus fuit, vt ei non responderit quicquam. Vbi autem primum ad se rediit, voci illi cælitus missæ obtemperans, illicè enixè se Dei genitrici commendat, nuncupato super hæc voto eius visitandæ in Monte Serato. Vix preces finierat, cum ei compedes & manicæ ferreæ spontè decidunt, remanentibus tamen numellis collo insertis cum catena ex iis dependente, qua medium corpus cinxit vice cinguli. Et cum per septem portas ei transeundum esset, vt se carcere liberaret, eas omnes comperit apertas, neque vllum inuenit qui se ei opponeret, etsi plus triginta viri inibi essent, & quamuis tibiarum plurimum essent affectæ vulneribus, & admodum infirmæ, eo quod

quod diu compedibus cōstrictæ fuissent nihilominus illa ipsa nocte, septē bene magna confecit miliaria per rupes, montes, locaque prærupta, ac die insequenti sanus ac incolumis à vulneribus in domum suam regressus est.

Tunc temporis contigit, vt duo Capucini fratres, Larino Triuentū proficiscerentur, quo tempore cum aëre ingenti imbriū ac ventorum tēpestate concitato, vndique tonitrua, ac fulgura coruscarent: ij nemo sub vesperum ingressi, quō se ab ea procella proriperent, ignorabant. Quapropter ad B. Virginem, ac sanctum Archangelum Michaëlem, quorum ij deuotissimi erant preces ex animo dirigunt: eorumque in eo vitæ discrimine præsidium implorant. Interea densissimis noctis tenebris, circum loca omnia occupantibus sola iis fulgura affulgebant: inter quorum coruscationes proximū sibi domus parietem animaduertunt. Stupent illi, quod nunquam in illa sylua domum viderant, moxque gressum festinantes, magnificæ cuiusdam domus ostium offendunt: quod repalo pulsantes, nobilissima, ac decora quædam mulier illis è fenestra apparet: quæ ipsorū miserta, ostium illis à Sene quoddam aperiri iubet, à quo in aulam ducti, vbi clarissima illa mulier, illustri Equitum corona stipata sedebat, ab ea humanissimè excipiuntur; quæ mox ignem parari, ac mensam sterni imperat; vt & imbre madefacti exsiccari, & ex itinere fessi cibo refocillari queant. Mirabantur fratres mulieris formam ac maiestatem, quæ vltra humanum quicquam præ se ferre videbatur. Interrogat illa, vnde, & quonam ex obedientia pergant: quoue pacto in eam syluam eo se tempore condiderint. Cui illi, Nos Larino Triuentum, eò à superioribus missi proficiscimur: verum cum Larino sereno cælo digressi, Triuentum pertingere posse speraremus; sæua nos hæc imbrium, & ventorum procella interceptit, ac tandiu in hac via detinuit, donec noctis tenebræ inter has syluas occuparent. Cumque nihil iam nobis humanæ spei relictum esset, quō tam sæuæ tempestatis furias euaderemus, ad beatissimæ Virginis, ac S. Michaëlis, quos speciali veneratione prosequimur, openi confugimus: quorum nos munere proculdubid huc perductos putamus. Quibus mulier illa. Optimè inquit, nobis consultum fuit, horum vos patrociniū committere, eorumque venerationem ex animo amplecti. Neque enim ij ad se confugientes reiiciunt, aut in angustiis deserunt: hanc vobis pietatem semper in animo alite, in eaque veterascite, quæ vobis ad iustitiam & salutem erit. Hæc cum dixisset, exsiccatos, ac refectos ad quietem dimisit. Manè verò cum die illucescente, iter prosequi pararent; Senex qui superiori vesperè illis ostium aperuerat, è domo eductos in rectam viam dirigebat; cum ij supplices ab eo petunt, vt quodnam illustis illius femina nomen sit, declarare velit. Quibus senex: Benedicite, inquit, Deum cœli, tum beatissimæ Dei Matri gratias agitæ: quæ hanc in vos beneficentiam contulit. Mulier enim nobilissima quam vidistis, beatissima Virgo, ac Dei mater est: illustis illa Equitum corona S. Michaëlis Archangeli, & Angelorum est agmen, quorum vos patrociniū commédastis. Ego Petrus Apostolus sum. moxque his dictis, simul cum tota illa magnifica ædificij mole, ex eorum oculis euauit. Ii verò diuina hac misericordia excepti, cum Deo grates rependissent; Deiparam Virginem, sanctos Angelos, ac Apostolos, maiori quoad vixerunt veneratione prosecuti sunt.

Ipsò anno Iosephus à Corleone Capucinus, qui cum aliquando in Castri

SAEC. XV

Zach. Bouer.
tom. 1. Ann.
Capuc.

*B. Virginis in
duos Capuci-
nos benigni-
tas miraculo
explicatur.*

SAEC. XV.
Zach. Bouer.
tom. 1. Ann.
Capucin.
*Iosephus à
Corleone Ca-
puc. febrici-
tari à B. Vir-
gine curatur.*

*A B. Virgine
in morte cœ-
lestia arcana
addiscit.*

veterani Conuentu febre laboraret, Purificationis Deiparæ festum imminebat, in quo tum is ad sacram Synaxim accedere summoperè optaret: beatissimam Deiparam multis lachrymis rogat, vt tantisper febris ardorè compescat, donec diuina illi refectione frui liceat. Nocte igitur, quæ diè festum præcedebat, purissima Virgo Iosepho apparet, candidissimis vestibus amicta, coruscantique vndique lumine circumfusa. Quæ cum Iosephum consolata fuisset, aquam illi è phiala, quam manu gerebat, gustandam præbet: quâ vbi Iosephus ebibit, mox febris ardore sedato, à morbo conualefcit, cælesti pane reficitur, summasque suæ benefactrici grates refert. Cum autè eam apud omnes sibi exultationem conciliaffet, vt à cunctis sanctus prædicaretur, Agrigenti anginæ morbo correptus, breuissimo tempore ad supremum vitæ occasum perducitur. Quo tempore gloriosa cælorum Regina, multis sanctorum agminibus stipata, morienti apparens, pleraque alterius vitæ arcana illi aperit: quibus Iosephi spiritus, velut inebriatus exclamare cœpit: Vnde hæc mihi. ô Domina mea? vnde tanta benignitas? vnde indigno seruitulo tanta rerum diuinarum fecunditas? Sat est, ô beatissima, sat est, iam me in sinum tuum recipe. His dictis supremum effudit hiatum.

Lachrymæ illi dum viueret tam familiares, vt iuges illi ex oculis fluere: quo fit, vt cum ex ingenti lachrymarum copia, quam sæpe effundere solebat, oculorum morbum contraxisset, in Agrigentino Conuentu, aliquândo illi in Ecclesia oranti beatissima Virgo apparuerit: eique post familiare colloquium, quo ille in oratione sæpè frui solebat, phialam cælesti quodam liquore plenam obtulerit, vt eo sibi oculos inungens è morbo curaretur. Oculorum itaque languore diuina virtute effugato, Iosephus cum ad maiores, ac illustriores quotidie virtutum ascensus prouocaret: abundantiora quæque in dies à Deo dona accipiebat.

Tunc etiam obiit Frater Humilis à Paterno Capucinus, qui ad extremam vitæ metam appropinquans, repenti è stratu surgit, ac in genua procumbens, adstantibus fratribus ait. Eia fratres, genua ante beatissimam Cælorum Reginam, quæ luce, ac gloria circumsepta venit, mecum flectite. En adest gloriosissima, en adest Virgo Dei mater. Necdum verba compleuerat, cum purus ille spiritus in purissimæ Virginis sinum euolat.

Migrauit etiam ipso anno frater Leo Catanensis Capuc. qui cum ægrotus iaceret in lecto, ab Infirmorum Præfecto, circa noctis, medium (vti mos est) visitatus est. Sed vix ad ipsius cellam peruenit, quum splendorem inde erumpere; eumque quasi cum altero contenderet verbis altercantem percipit. Rem demiratus Præfectus, moræ impatiens cellam aperit, lumenque exemplo euanescente animaduertit. At quandoquidem neminem cum Leone adesse cernit: ab eo protinus querit, quo cum paulo antea verbis disceptaret: quidue prior ille luminis splendor præ se ferret. Cui Leo. Venit, inquit, ad me prius impia ac nigra dæmonum turba, multas ac graues mihi accusationes obiciens, vt me in desperationis barathrum impelleret. Cum vero defensionem locum non darent, ad beatissimæ Virginis præsidium refugere coactus sum, quæ illico fulgentissima luce circumfusa apparens, tartareas illas dæmonum nebulas disiecit, summaque animum consolatione affectit.

Eodem anno obiit P. Baltazar Alvarez Societatis Iesv. Hic ab ipso tyro-

In vit. ipsius
c. 6.

cinio

cinio singulari fuit deuotione, sanctissimæ Deiparæ addictus, cuius Officiū tanto animi sensu recitabat: vt socius, quo cum illud legebat, obstupesceret, videns eius spirituales consolationem, cum ad certos versus perueniebat. Vnde dæmon eam deuotionem tentans impedire, horrendas ei suggestiones suggerebat. Ac dixit ei dæmon aperte, remitte tu, & ego remittam. Præcipue vt istam deuotionem remittas quam habes in istam mulierem, quam Mariam appellant. Vnde patet quam odit dæmon affectum & cultum Deiparæ. Sed hoc ipsum Patrem amplius extimulabat.

Laureti existens in itinere Romano, à Deipara singularia accepit dona, quæ & eum docuit quæ ad eius salutem & perfectionem multum referrent. In cæteris commendauit ei deuotionem ad Sanctum Iosephum sponsum suum.

Roma secum detulit iconem Deiparæ ad viuum expressam ex imagine S. Mariæ Maioris à S. Luca depictæ, quam pulchrè exornatam, in sacello eleganti, quo tyrones conueniunt ad sua exercitia spiritualia, Metinæ collocauit. Quod sacellum ipse frequenter visitabat, prolixè coram ea imagine fundens preces, & interdum totas noctes ibi manens. Insuper semper gerebat eius imaginem in signum magni affectus, & tanquam tutum scutum contra tentationes. Accidit ei Vallisoleti cum in publico quodam sacræ Inquisitionis actu contigisset locus, ex quo non poterat theatrum in quo ipsi Inquisitores & publicè pœnitentes erant aspicere, quin prius multas fœminas quæ in altero erant theatro ante ipsam, aspiceret. Quod cum videretur ei indecens, extraxit imaginem Deiparæ, quam secum ferre consueuerat, in quam ità oculos, & cor infixit. vt cum actio illa publica per septem horas integras durasset, nunquam oculos ab ea imagine diuertit, neque magis fuit conscius eorum quæ ibi gesta erant, quam si præsens omninò non fuisset.

Annus Christi 1581.

Circà hæc tempora, nempe anno 1581. migravit in cælum S. Ludouicus Beltrandus de Valentia Ord. Prædicatorum. Hic ab ipsis incunabilis ità educatus est, vt Deiparam præcipuo quodam studio coluerit. Factus Religiosus, cum nobilis quædam mulier in partu periclitaretur, & timor esset ne non emitteret fœtum viuum: ipse sequentem Antiphonam chartæ inscriptam mulieri tenendam accenso cereo tradidit, *Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore saluatorem seculorum, ipsum Regem Angelorum, sola Virgo lactabat ubere de calo pleno.* Itaque puerum fœliciter enixa est, qui & aqua salutari tinctus fuit. Aragonici regni Prorex Iacobus Ferrerius scripta quædam magni momenti amiserat, quæ vt recuperaret beatum Beltrandum adit, rogatque vt pro se apud Deum preces fundat. Age, inquit, nouem vicibus recita Canticum Virginis, Magnificat anima mea Dominum, ego idem præstabo, curaboque ipsum vt faciant mei fratres. Nec incassum, nam biduo post relata sunt ad Proregem scripta.

Communis est fama, imaginem Deiparæ (quæ etiamnum seruat in Valentia in Hispania in cubiculo S. Vincentij Ferrerij eiusdem Ordinis) ei locutam esse, vt & ante collocata erat cum eodem D. Vincentio. Idem B. Beltrandus,

SAEC. XV.

*Diaboli odiū
in cultum
Deiparæ.*

*P. Baltazar
Aluarez sin-
gularia dona
accepit à Dei
para.*

*Imaginem
Deiparæ sem-
per gessit.*

*Ex vita ip-
sius.*

*Mulier peri-
clitans in
pari, ope
Deip. feliciter
parit.*

*Charta ma-
gni momenti
amissa reper-
tur, ob recita-
tionem Can-
tici B. Ma-
ria.*

*Imago Deip.
Beatum Lu-
dou. Beltran-
dum alloqui-
tur.*

SAEC. XV.
B. Ludou. Bel-
tr. quantopere
coluerit Dei-
param.

trandus Deiparae Rosarium integrum quotidie recitabat, illud semper se-
cum deferens, etiam noctu, quo tempore illud ad collum appendebat. Post-
quam ex Indiis reuertisset, cuidam dedit istud suum Rosarium, monens
vt illud magno in pretio haberet, cum eius ope in Indiis aegros multos sa-
nasset, peccatores conuertisset, ac mortuos suscitasset. Vix vnquam concio-
nabatur, quin vel historiam, vel miraculum, vel quidpiam aliud infereret
de Rosario.

Hyacinth.
Choquetius
de SS. Belgij
Ord. Prædic.

Prædictum Ordinem prædicatorum etiam illustrauit Frater Henricus
Caltus, de quo hic agere libet, cum adhuc ignorem quo tempore clarue-
rit. Hic cum studij vel orationis causa lumen haberet, illud extinctum est, &
statim circumfulsit eum lux magna, è qua quasi multiebris vox prodire
videbatur. Qui stupefactus ait. Deus meus quæ est hæc vox quæ audio: Ego
sum, inquit, Maria Mater Christi. Cui ille, O Domina ostende mihi faci-
ciem tuam gratiosam. Quæ respondit: adhuc puer es, cresce & videbis me.
Aliquando ob dolorem cordis factus est velut mortuus, statimque permul-
ti ei adiuere dæmones clamantes, noster es, & nobiscum ibis, & tamen eum
non tangebant. Post altercationes plurimas, apparuit lux magna, & mox
dæmones aufugere, audiuitque beatissimam Virginem Mariam dicentem:
Ego sum ne timeas. Ad quam ille. O mater misericordiae, quare hoc Filius
tuus permisit? At illa, per hæc quæ passus es, purgatum est quidquid in te
erat criminofum. Et scies quando te homines non oppugnabunt, dæmones
te oppugnare non cessabunt. At citò finis erit, sustine patienter.

Henrico Cal-
so quam sus-
cit familiaris
B. Virgo.

Aliàs ei apparuit, eique contulit gratiam intelligendi in sacra scriptura
quidquid ad salutem pertineret. Nunc ergo (subiecit) vade & lege Missam.
Porro tu confiteri decreuisti quod fratri tali pro suo bono durè respondisti,
scias quod in hoc non peccasti, confitere autem quod tamen peccatum non
reputas, quod nimis diu stetisti in porta fabulando, & post tepidè confes-
sus dixisti Missam cum modico feruore. Aliàs cum duo fratres Prædicato-
res essent in Villa quæ dicitur Bonua, accidit vt vnus eorum aegrotaret.
Tunc beatissima Virgo Maria dixit fratri Henrico, vade ad illum fratrem,
quia moriturus est, audi eius confessionem, ipse enim oblitus est aliqua pec-
cata, & sunt hæc. Ego autem adero illi in morte, & saluabitur. Qui statim
perrexit ad eum, & reduxit ei ad mentem illa peccata, & ille ait, Verum est,
sed ego oblitus eram. Frater autem absoluit eum, nec ei dixit vnde hoc se-
cretum haberet.

Cuidam eum interroganti num absque purgatorio transfiret ad gl'oriam,
grauiter enim aegrotabat, respondit. Beatissima Virgo Maria in exitu ani-
mam meam suscipiet, & plusquam trecentas animas mecum de purgatorio
abducam.

Aliquando missus ad quendam nobilem aegrotum, hortatus est eum ad
confessionem. At ille, Iuuenis inquit sum, nondum moriar. Imo respondit
B. Henricus, intrà triduum morieris. Quid agam, ait nobilis: ego me tradidi
dæmoni, & eius sum? Cui B. Henricus, nescis quia Christus est misericors, &
pro te mortuus est, nec te vult perdere? Statim ille flens validè, contritus est,
& deuotè confessus, quod à decennio non fecerat, rogauit etiam beatum
virum, vt & morienti adesset. Non inquit Henricus, at Dei mater tibi
aderit.

aderit. Quæ etiam cum multis Virginibus adfuit, & ille transit sine purgatorio ob eius validissimam contritionem. Ipse enim in honorem B. Virginis in pane & aqua ieiunare solitus erat.

Tunc temporis adhuc in viuis erat S. Tereſia Virgo Reformatrix Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo. Hæc duodennis mortua matre, coram Deiparæ imagine, eam obnixè precata est, vt se in filiam admittere dignaretur: quare ex eo tempore in suis necessitatibus eius patrocinium est experta.

Ipſo anno obiit frater Alexander Capocchius Dominicanus: cui apparuit cum S. Dominico Regina Angelorum; ad quam sub mortem deuotam orationem fudit, postquam sibi cani voluit ad eiusdem honorem *Aue Regina cœlorum, aue Domina Angelorum.*

Ipſo ferè tempore Lugdunensis ciuitas Galliæ clara imprimis, ac nobilis, Lauretanæ Virginis opem sensit. Fœda namque lue claras iuxta & obscuras domos populante, inopes humani auxilij Magistratus ad Deum, Deiparamque, populum ac vota verterunt. Publicè voto pro ciuitatis salute suscepto, Lauretanæ Virginis imploratur auxilium. Extemplò auditæ preces, ægri sanati, pestilentia discussa. Ergo anno 1581. ab grata ciuitate votiuum donum B. Virgini mittitur, nec ciuium religione, nec amplitudine vr̄bis indignum, calix ex argento cœlato inauratus, non minus opere, quam magnitudine inter ceteros eminens. Alia præterea dona haud exigui pretij, magna, & Lauretani auxilij, & Lugdunensis pietatis argumenta. Eadem tempeſtate Aniciensis ciuitas Galliæ graui peste oppressa, voto ad diuam Virginem Lauretanam factò, liberata est.

Annus Christi 1582.

Ipſo tempore, nempe anno Domini 1582. vt alij volunt, homo Transalpinus, ex sacra Lauretana domo calcis aliquantulum sustulerat. Hunc vbi Romam venit, morbus debilitate subita adortus est. Cum autem de consilio quorundam Lauretum rediisset, calcemque restituiſſet, illicò sanitatem recuperauit. Huic valdè affine est, quod Ioanni Soares Conimbriensi Episcopo contigit, qui in illo ad Concilium Tridentinum itinere, laterem ex eadem Lauretana æde, illo permittente, qui poterat, desumptum, men non tulit impudè. Nam morborum & dolorum quali tempeſtate quassatus, non ante cõualuit, quam laterem eò vnde abstulerat, referendū curauit.

Quo etiam anno Domina Ludouica à Lotharingia Franciæ Regina, Carnutum appulit, quo Parisiis pedes summa religione se contulerat. Ibi inter cetera non exigui pretij donaria, diuæ Matri, corporale & Pallam propriis digitis, & opere phrygio contexta dedicauit. Eodem in thesauro, Canon Miſſæ acu pictus opera Domine Ludouicæ Borboniæ Frontisvallis Abbatissæ assenatur.

Henricus tunc temporis, eius nominis tertius, Francorum Rex Ædi Deiparæ Virginis Carnuti auri solidi tabulam obtulit, in qua diuæ matris imago ex electro cineritio toreutices artis posita est. Insuper crucem auro lapillisque grauem dicitur. Vas simul eiusdem omninò materiæ, in cuius fastigio admirandæ artis emicat horologium. Quæ quidem manibus propriis dona largitus est.

SÆC. XV.

*Alexander
Capocchius
sub mortem
videt Deiparant.*

*Turc. Laur.
Hist.
Vltio diuina
inauferentes
calcem & la-
terem san-
tissimæ adis
Lauret.
Hist. Carnot.*

*Ludouica
Franciæ Ra-
gina donaria
D. Virgini
Carnotensib
obiata.
Necnon &
Ludouica
Borboniæ.
Hist. Carnot.
Henrici tertij
Regis Fran-
corum dona
B. Virgini
Carn. obiata.*

SÆC. XV.

Hist. Mon-

Maurus infidelis, inuocata B. Virg. à morte præseruatur.

Maurus quidam infidelis ipso anno, cum in altum puteum cecidisset, miraculosè seruator. Huius miraculi recenset Historia Montisferrati testes magno numero, in cæteris generalem Inquisitorem Inquisitionis Hispanicæ, Doctores, Licentiatos, Nobiles, & cæteros. Erat autem hic puteus circiter viginti perticas altus, in quem Mauricum illud mancipium, dum aquam haurit, cecidit capite preuio. In ipso autem casu quamquam necdum sacris nostris initiatus Maurus, Deiparam in clamauit vt sibi opem ferret, quod & ipsa re ipsa præstitit, nam chorda putei quam nunquam deseruerat nixus, pedibusque ad murum putei applicitis sensim è puteo, & è tanta profunditate cunctis admirantibus emerit. Agnouit autem Maurus Deiparæ beneficium, instantiaque magna baptismum petiit: quem & impetrauit. Ita Deiparæ patrociniis, sese tum à morte corporis, tum multo magis animi liberatum fuisse prædicabat.

Annus Christi 1583.

Balinghem
in vita ipsi.
25. Aug.

B. Aloysius Gonzaga implorat auxilium B. Virginis pro inuicenda uia ratione.

BEatus Aloysius Gonzaga degens Madriti in aula Philippi 2. annum 15. agens cum Dei voluntatem circa vitæ suæ statum cuperet intelligere, ad id statuit die aliquo Virgini sacro per eandem Virginem id ipsum à Deo impetrare. Quare die Assumptæ Virginis sacro, anno 1583. multis precibus adhibitis, & magna cum præparatione se ad sanctissimam Eucharistiam comparauit, qua sumpta, iterum se totum in preces dedit, enixè Deum regans, vt per sanctissimæ eius Genitricis intercessionem ei significaret quâ potissimum de omnibus vitæ rationem sequeretur. Et ecce quasi clara ac manifesta vox ab eo auditur, vt in Societatem I E S V ingrederetur, qua reuelatione latus admodum, post multas ei à parente iniectas difficultates, tandem voti compos factus est Romæ 1585. Nouemb. 25.

Douttemanus de uiris illust. Societ. I E S V.

Emanuel Fernandez moribundus uidet D. ip. De uiris illust. Ordin. Prædic.

B. Philippus Ord. Prædic. Quadragesimam in honorem Deip. Balinghem 31. Nouem. Alphonfus Rodrig. quater additus B. Virg. Barezius in vita ipsius.

Eodem anno inter Abyssinos Emanuel Fernandez Societatis I E S V obiit. Hic Prophetiæ laude clarus, sub mortem vidit sanctissimam Deiparam. De qua ipse ad Franciscum Lopez qui morienti aderat: vidi inquit sanctissimam Virginem quæ solo suo intuitu (ad eam erat formosa & gratiosa) me mirum in modum exhilarauit. Et inter hæc animam exhalauit, æternum eius conspectu fruiturus.

B. Philippus martyr Indus ex Ordine Prædicatorum, integram Quadragesimam in honorem Deiparæ ita ieiunabat ante festum Assumptionis eiusdem, vt Dominicis duntaxat diebus cibum caperet.

Ex Societate I E S V Alphonfus Rodriguez ab ineunte ætate Virgini addictissimus fuit. Aliquot ante obitum annis solitus erat quotidie recitare officium immaculatæ conceptionis, cui mysterio admodum erat deuotus, cui & reuelauit Deipara non parum sibi placere officium istud. Quare ad id recitandum quos poterat hortabatur. Tam frequens erat in recitando Rosatio, vt inde digiti eius callos contraxerint. Sapissimè ei B. Virgo cum filio apparuit, cui utriusque perfamiliaris fuit, vtrumque vocabat suos lepores, suos amores, suas delicias.

Ipsa anno 1583. migravit in cælum B. Nicolaus Factor Ordinis Minorum, Deiparæ amator egregius, cuius imaginem pingebat, isque his versiculis exornabat: *Aue filia Dei Patris, aue Mater Dei, aue sponsa Spiritus sancti,*

Eli, aut Templum totius Trinitatis. Solebat etiam hortari Nouitios ad obsequium ipsius Virginis, asserens Religiosum beatæ Virgini deuotum, nunquam mala morte posse interire. Iussu Ioannæ matris Sebastiani Regis Lusitanix, & sororis Philippi Regis Hispanix, fuit institutus Confessarius Monasterij Scalæ Madriti. Sed quia ælicorum moribus sese conformare non poterat, occultè discessit, & rediit Valentiam. Dum verò iter ageret, ingressus est Ecclesiam B. Virginis de Toscia Ordinis Prædicatorum, vbi cum antè imaginem Deiparæ prostratus iacuisset, statim toto corpore cœpit tremere. Deinde etiam imago eum alloquens, dixit ei, Quare vis discere, & sponsas filij mei solas relinquere? Hæc audiens multo magis tremebat, & mirabatur, nesciebatque quid responderet. Paulo post imago eum iterum alloquens, dixit: Vade igitur in pace. Qua accepta licentia, sine scrupulo & offensa rediit Valentiam. In Cœnobio Monialium sanctissimæ Trinitatis apud Valentiam, erat pulchra imago beatæ Virginis, ad quam non solum Moniales, verumeriam tota ciuitas magnam habebant deuotionem, propter miracula quæ per ipsam fiebant. Huic etiam vir sanctus valdè deuotus erat, propterea pretiosis eam Reliquiis, in argento inclusis exornauit, fecitque vt feria secunda Paschæ ob memoriam lætitiæ quàm habuit de filij Resurrectione, solemnis Processio fieret: quæ consuetudo adhuc viget.

SÆC. XV.

Imago Deiparæ semel & iterum alloquitur B. Nicolæum Facloriz

Annus Christi 1584.

ANno Domini 1584. Homo improbus, omnium religionum contemptor Brunsvuichij, vbi cœnobium Virginum erat instructum, sub trunco arboris, vbi Dei Matris imago infantem Iesum fouens in gremio, tot iam sæcula suum habuerat domicilium, cellam vinariam effodi iussit, sed non impunè hæc impietas abiit. Tertio die horrea omnia, & pecus vniuersum, & ædificia nonnulla ignis incendio conflagrarunt. Ipse verò sceleris author, cum magnos ad honores iam peruenisset, multorum facinorum reus in atrum coniectus est carcerem, vbi scelestam vitam inhonorato sine conclusit.

Nic. Orland. Mors miseranda honoris inhonoratis B. Virgin.

Ipsa anno migravit in cœlum S. Carolus Borromæus. Hic Deiparæ impensè fuit addictus, eamque sibi in patronam singularem assumpserat, eiusque perfugio in rebus aduersis fidenter utebatur. Virginis Officium in optimam formam restituit à sede Apostolica approbatam, quod & quotidie recitabat genibus flexis, addita corona, quam ne in ipso quidem itinere omittebat. Omnibus Deiparæ vigiliis pane & aqua ieiunabat, & quoties pulsaretur *Aue Maria*, mox etiam si in lutulenta esset via, genua flecebat, de equo etiam desiliebat, vt genuflexo salutationem Angelicam recitaret. In sua Ecclesia erexit aram Rosarij, cuius Sodalitatem illic instituit, impetratis à Pontifice omnibus indulgentiis, quibus gaudet Sodalitas Rosarij Romæ. Quolibet primo Dominico mensis voluit haberi supplicationem adhibita Virginis imagine. Statuit vt ad Mariæ nomen Sacerdos celebras, & Clericus ministrans caput inclinarent, ad exemplum populi. Insuper vt suprà Ecclesiarum Parochialium fores Deiparæ effigies prostaret. Idem populum hortabatur, vt præcipuis Deiparæ festis communicaret. Instituit vt omnes etiam milites Deiparæ semper imaginem secum haberent, eiusque

Ioannes Petrus Guilanus lib. 8. c. 2. Posseniinus, & alij in vita ipsius.

S. Carolus Borromæus impensè colit Deiparam.

SÆC. XV.

Eius instituta ad honorem ipsius.

officium recitarent quotidie. Omnia quæ ipse condiderat Collegia, Sodalitas, Confraternitates, & loca pia, sub Virginis patrocinio præsidioque custodiebat, eamque ipse in aduocatam tribuebat, ac iubebat, vt singuli sodales ac fratres ad studium erga eam declarandum, eius Rosarium & Officium recitarent. Neque omittendam, eum itinera longa ac difficilia suscepisse peregrinando, vt B. Virgini dicata templa suis pedibus inuiseret. Ara supradictæ Rosarij largitus est pictam tabulam, vbi Florentiæ Annunciatæ effigies ad viuum expressa est, sibi multo ante donatam à magno Etruriæ Duce Francisco Mediceo.

Ribaden. in
Catalog. Ba-
linghem 21.
Nouemb.
Præsentatio-
nis Deip. fe-
stum ex Bre-
uiario expu-
ctum, Fran-
ciscus Turria-
nus agit vt
denud reuo-
cetur.

Quo etiam tempore obiit Franciscus Turrianus Societatis I E S V. Hic scripsit pro Conceptione Deiparæ immaculatæ, & pro eius domo Lauretana contra quendam Vegerium hæreticum. Idem causa fuit vt expunctum ex Breuiario à Pio V. tanquam minus antiquum festum Præsentationis, in vsum denud reuocaretur. Nam ex recondito suo illo antiquitatis peno vetustissimos Auctores deprompsit, tum tum Græcos tum Latinos, eorumque testimoniis probauit, Præsentationis Festum veteribus & sanctissimis Patribus, & olim cognitum, & laudibus celebratum. Quam eius pietatem placuisse Deiparæ indè patet quod ipsa (vt par est credere) vt in ipso festo die, quem ipse tanto conatu defenderat, ad sceliciorem vitam commigraret, suis precibus impetrarit.

Hist. Mon-
terr.

Quidam captiui hoc ipso anno asseruerunt coram legitimis testibus se Deiparæ meritis libertati redditos fuisse. In iis vnus apud Turcam triginta tres annos durissimam seruitutem seruierat, alter annos 27. qui simul cum aliis quinque Christianis etiam captiuis noctu naui se committunt, ac cum totam noctem validè remigando laborassent, tempestate acti sunt ad littus, vbi in maximo vitæ discrimine constituti, supplices Virgini se commendant. Auditæ preces. Nam illic se iterum in mari positos videntur. At ecce tibi nouum iis creatur periculum, offendunt enim ingentem nauem, quæ eos velis remisque citissimè insequitur, ac propè assequitur, ita vt omninò se dedere statuerent. At iterum memores quantum possit Deiparæ patrocinium, vouent se ad eam peregrinatos in Monteferrato, si se isto periculo eximat. Iterum à matre misericordiæ suorum clientulorum auditæ supplicationes, nam statim desit nauis illa eos insequi, ac aliud tenuit iter. Indè porrò nouum iis creatur periculum, nam transeundum erat per medium duorum propugnaculorum, quæ propè Constantinopolim mari imperant. Acedebat lunæ lucentis incommodum, qua patebant conspectui hostium. Sed tertio Deiparæ auxilium implorant, cuius precibus opaca nubes se inter illos ac lunam interposuit, ita vt ab hoste videri non possent. Quia tamen remigando strepitum excitabant, eo exciti custodes propugnaculorum, in eos maiora tormenta septies exonerarunt. At frustra. Neque hic tamen periculorum finis. Isto enim perfuncti, mox grauissima orta tempestate, in rupem proiecti sunt, vnde se proripere cum nullo modo possent, iterum ad sacram anchoram, Deiparæ intercessionem confugiunt. Quæ eos tandem post tot discrimina, ad portum Christianorum saluos & incolumes perduxit.

Captiui qui-
dam ex ma-
ximis pericu-
lis B. Virgine
Montisferr.
inuocata, li-
berantur.

Beati Thaclauareti Indimartyris Ordinis Prædicatorum mentionem
hic

hic agam, cum adhuc tempus quo claruerit ignorem. Huic in extasi ad sacrum Caluarie montem translato, apparuit sanctissima Deipara, cui & tradidit argenti vas pretiosum suavissimo liquore plenum. Aliàs item in extasi ad sacrum Domini sepulchrum translato, in ipso sacri eius loci hostio, visendam se præbuit B. Virgo, tradito ei vase aureo, cæleste quoddam manna continente. Mirum quid referam. Dum de priore vase argenteo biberet, repenti infusa est ei cognitio utriusque testamenti, & eorum omnium quæ aliis ad eorum salutem tradenda sunt. At cum ad posterius vas aureum, nempe labra admoueret, incredibilem percepit suavitatem, ac eodem momento, omnium eorum scientiam est consecutus quæ ad vitam futuram spectant, viditque beatos in gloria, eorumque locum & ordinem pro ratione cuiusque meritorum.

Annus Christi 1585.

VIta excessit tunc temporis, nempe anno 1585. nunquam satis laudatus Pontifex summus Gregorius XIII. Hic superiorum Pontificum indulgentias ædi Lauretanæ datas auxit, Pœnitentiariorum auctoritatem ampliauit. Vias quæ Lauretum tendunt, alioqui asperas & angustas vix ut pediri expeditus pateret aditus, ita latas fecit, ut etiam quadrigæ inter se concurrentes sine periculo commeent, regio planè sumptu & magnificentia. Idem in templo S. Petri ad vincula, altare sacratissimæ Virginis ditavit privilegio liberandi animas è Purgatorio.

Romani Pontifices Dominica Lætare, in Quadragesima, veteri more Rosam auream consecrant. Ea stirps est, seu planta Rosarum vernantium ex auro, quæ aureo inserta vasculo, & ex tripode eminens aureo, sequicubitalem altitudinem faciliè excedit. Aureis nummis æstimari fertur circiter mille. Pontificale hoc donum Reginis plerumque mitti solitum, Gregorius Lauretanæ Virgini, utpotè Reginæ mortalium & cælestium misit. Et extat in medio vasculo titulus, donantis monumentum.

Annus Christi 1586.

EXtremum diem clausit Romæ istis temporibus, anno scilicet 1586. Doctor Martinus Nauarrus, diuini humanique iuris consultissimus. Hic Miscellanea scripsit centum, de oratione, ac potissimum de Psalterio, & Rosario Virginis matris, quod vocat genus orandi nunquam satis laudatum, eiusque varios modos recitandi præscribit. In quibus vnum fusè persequitur, quem ait post septuagesimum suæ peregrinationis annum præ aliis quos antea expertus erat placuisse, & quo etiam nonagesimum annum agens utebatur, vsurus inquit, eodem dum vita manebit. Idem commentarios suos de Regularibus cælorum Reginæ dedicauit, verbis planè eximiam aduersus eam pietatem spirantibus.

In Carthusiam anno 1566. S. Mariæ à Paular Madridio penè mortuus delatus sibi Virgo mater, eius patrona in tertium diem sanitatem impetrauit, Religiosorum in ea commorantium intercessione. Aliàs fatetur se Deiparæ plus aliis obstrictum teneri. Primò inquit, quod in Ecclesia sanctæ Mariæ sin baptizatus. 2. quod in beatissimam matrem oculos fixos habe-

SÆC. XV.

De viris Illustr. Ordin. Prædic. Balinghem 25. Decemb.

Vas aureum & argenteum cælesti liquore plenum B. Thaclauroto porrigit Deipara.

Hist. Lauret. lib. 4. c. 22.

Turfel. Hist. Laur. lib. 5. Gregorius Papa XIII. Lauret. Virgini Rosam auream misit.

Miscella 24. Quanta beneficentia consecutus sit Nauarrus à Dei par. & quantumperè fuerit illi addictus. Vide Comment. 1. to. 1. Tractatu de redditibus Ecclesiast. quest. 3. Tractatu de hoiis Canonis.

Saxc. XV.

bam cum in fluuium lapsus, pro suffocato habitus, suauissimè extractus fuit. 3. quod in die sanctæ Mariæ suscepi habitum sacri Ordinis Roncæuallis, eademque die professus. 4. quod eadem die primum sacrificauit. 5. quod me ab vberè pendètem mater mea nomine maria, Mariæ Dei genitrici dicauit.

Annus Christi 1587.

B. Felix Capuc. B. Virginis deuotissimus.

Obit circa hæc tempora, nempe anno Domini 1587. B. Felix de Cantalicio ex Congregatione Capucinorum, qui Deiparam Virginem speciali amore prosequabatur, propterea eam videre meruit sibi in oratorio apparentem, filiumque exosculandum præbentem. Deinde etiam in morte eam habuit, & vidit consolatricem & adiutricem.

Quia verò Capucinorum mentio facta est, vltionem diuinam in blasphemum B. Virginis immissam, quodam Capucino qui viderat, referente, præterite non licet. Igitur Religiosus quidam ex Capucinis ex Siciliæ insula, cum socio redibat in Italiam. In ea naui qua vehebatur, erat homo quidam, qui malâ quadam valetudine affectus, eam patienter ferre non valens, maledictionibus & blasphemis erga Virginem Dei Matrem iaculatis, quærebat ægritudini suæ solatium. Hoc, cum indignè ab omnibus, qui in naui erant, audiretur, & propterea timerent, ne nauis, blasphemias vlciscente Deo, mergeretur in profundum: primus Religiosus ille pater hortabatur eum, vt cessaret à blasphemis illis, & linguam effrænam compesceret, ne illum Deus exterminaret, ipse tamen huiusmodi correptionibus magis exacerbatus, fortius blasphemabat. Cæteri quoque circumstantes actibus verbis virum obiurgantes, & comminantes ei, nisi desisteret, ira percitus, & diabolo stimulante, in furem versus, in maledicta execrabilem linguam vehementius accendit. Adhuc os contumeliosum eructabat dira verba, & tanquam iacula contorquebat in cælum: quando fumus ater, & nebulosus egreditur ex quadam spelunca, quæ erat ex aduerso iuxta loca. Vnde (sicut ex Vesuuio monte contigit ignes nonnumquam erumpere solent) & eleuatus in altum, cogitur in grandem nubem, quæ per aërem pergens, cœpit descendere super nauem. Cumque super illam incubuisset, omnes qui illa vehebantur trepidare metu, percurrere pectora, emittere vota, fundere orationes, clamare ad Dominum, salua nos perimus. Sentiebant, enim repentinum illius nubis aduentum super nauigium aliquid portendere. Vix horrenda nubes aliquantulum super nauim incubuerat, quando rursus in aërem tollitur, & auditur in ea clamor hominis blasphemantis, & petentis auxilium, qui ab inuisibilibus dæmonibus raptus, intra nebulam ferebatur. Mox prodigiosa nubes, æthera secans, in tenebrosum antrum ingreditur, vnde egressa fuerat, secum ferens miserabilem hominem, qui vlciscente numine traditus est crudelissimis tortoribus, vt per viam mortis ducerent illum ad igneam, & æternam carnificinam.

Bencius in Hist. Collegij Traiect. Militem suspensum renouat ad vitam B. Virgo.

Miles quidam Italus ipso tempore, ex Sodalitio B. Virginis, cum ob neficio quod maleficium actus esset in furcam, & carnifex suum officium fecisset, recedentibus omnibus, cecidit fune dirupto. Cum accursum esset, & compertum superesse aliquid in corpore spiritus, in recreanda defectione laboratum est amplius hora. Donec tandem reddita miranti mens, mox etiam

etiam vita donata. Haud dubiè Deiparæ beneficio, quam in mira semper habuit obseruantia.

Lutetiæ è regione Carmelitani Cœnobij, in loco qui vulgo dicebatur Mauberti, cum quidam lata à Magistratu sententia, extremo damnatus supplicio pendisset, velut è graui somno experrectus reuixit, multisque postea annis apud ipsos Carmelitas, saluo prorsus & incolumi corpore vitam degit. Is vt aiunt, ante suspendium, diuæ Virginis, quæ in illa æde Carmelitana religiosissimè colitur, sese deuotissimè commendarat.

Annus Christi 1588.

DVÆ mulieres quæstum corpore Bononiæ facientes, anno 1588. quarum altera inter sui ordinis primarias, collecta sibi multorum gratia, opibusque florebat, templo diuæ Virginis Montis Guardix adito, postulabant custodes, vt imaginem sibi commonstrarent. Æditua ipsa ad patefaciendam eam profecta clauique feræ indita, diu frustra luctata est, vt eius verrigine pessulum propelleret, ad extremum socias aduocauerat, si id illa perfecire potuerint. Quod cum neque iis succederet, meretrices frustrato euentu, inde recesserunt. His digressis, cum Virgines de re noua ac inuisitata conuiescere non possent, armarium reperunt, atque id ipsum denuò percontant. Statim id infixæ clauis resignatur. Inde exorta suspiciò, mulierum illarum culpa contumacem feram fuisse, quæ fortè impudicitix labe coinquinata, huiusce intuitu imaginis indignæ forent. Paucis post hæc diebus elapsis, reuertitur ad templum nobilis illa meretrix, atque appellatis sacris Virginibus, quæ sua illuc vsque fuisset vitæ conditio ingenuè fatetur. Hinc ne mitentur, ait, si inanem operam, dum sibi ostendere imaginem contenderent, diebus superioribus sumpsissent. Grauari enim purissimæ Virginis simulachrum sese impuræ fœminæ conspiciendum offerre. Exhinc conscientix stimulis haud secus atque oestro percita, cum admissa à se flagitia, & tories diuinum offensum numen dies noctesque versaret: humanis rebus abdicatis, turpissima lustra, ganeamque, cum honestissimis conuersarum mulierum claustris commutauit, atque maximas gratias Virgini Deiparenti egit, quod negato sibi suæ imaginis aspectu, ingens sibi beneficium contulisset, ad meliorem frugem aspirandi.

Duæ item mulieres haud longo interiecto tempore huc conscenderunt, totumque ferè, cum sacris Virginibus colloquentes traduxere diem, ab iis acceptæ perhumaniter, cum se patricias facerent, & quidem tales eas esse, rertum ignatis, liberalis earum forma, & magnifica vestis auro distincta gemmisque facillè persuaderet. Cumque præcipitans ad occasum iam dies discessum maturandum moneret, rogant illæ Virgines, vt vnum alterumue elargiantur sibi ex iis qui sacram imaginem exornabant flosculis, se enim religionis ergo eos domum ferre, & habere velle dicunt. Non est negatum. At dum vna è Virginibus flosculum è sacra reuertit tabula mutato confestim cœli statu, quod sudum, vt cum maximè fuerat, clarissimus dies repentino nubium cœnursu tenebricosissimarum, in noctem vertit caliginosissimam, additoque crebro & perpetuo ferè tonitru & fulgure, postremum ferè mortalium rebus impendere exitum, templum quoque ipsum valido non

SAEC. XV.

Adrianus
Coquetius.

*Idè & alium
quendam.*

Afcan. Per-
ficus in lib.
Mirac. B.M.
Mont. Guard-
ix apud
Ezou. to. 16.
Annal.

*Meretrices
imaginem D.
Virg. Montis
Guardia vi-
dere non pos-
sunt.*

SAEC. XV. non semel successu agitatum praesentem comminari ruinam videbatur. Ex quo Virgines enarrati superius exempli recens adhuc memoria, ratae, quod res erat, impudicas eas, & quaestuaras foeminas esse, quas tantopere auersatur imago, veritae etiam ne flosculis illis ad profana, quin & ad veneficia vti vellent, quod facere improbis quibusdam mulierculis nulla est religio; nimirum vt sacris, ac Deo dicatis rebus eo modo abutantur, subirata eas inde emisserunt. Emisissis, pristinam in faciem omnia redierunt. Porro, quo magis mira haec censeas, tantum procellae, non nisi iis quae intra templum erant coortum traditur. Non solum enim rustici accola negarunt eod die se vel nubeculam in caelo vidisse; sed & contubernales Virgines, quae a templo aberant, domi sedentes, liquidò serenum sibi eodem die illuxisse perpetuo caelum affirmabant.

Imago B. Virginis quantum auers. impudicas mulieres.

Martinus Mertz. in vita ipsius. Ioannes le Paige lib. 2. Bibliothecae Praemonstr. B. Guillelmi Canonici Ordinis Praemonstrat. cultus erga Deiparam.

Ipsò anno nempe 1588. obiit B. Vvillhelmus Ordinis Praemonstratensis in Cœnobio Rothensi in Sueuia. Hic toto vitae suae tempore, à primo indè pueritiae flore, Deiparae Virgini Angelorum Reginae addictissimus fuit, ita vt singulari feruore & industria eam colere, amare, & inuocare nunquam cessaret. Dies ipsi festos, ac sacros insolita semper animi praeparatione, suauique non minus, quam valida pectoris inflammatione Rosariis recitandis, maximam partem cōsumpsit, & miram ex iis laetitiam profectumque nunquam non hausit. Sacris item eius quotidianis magno animi gaudio adfuit; & verbo dicam, quicquid de ipsa orandum vel cantandum esset, infucta deuotione ac hilaritate percurrere solitus erat, mirificè vel ad solum Mariae dulcissimum nomen affectus, vt meritò ipsum alterum quendam Hermannum, seu Iosephum in Ordine Praemonstratensi reflorescere iudicares.

Ipsò fatalis morbi tempore, nihil de solito exercitiorum studio remisit. Nam Rosarij sphaerulas precatórias semper manibus circumferebat, & quocumque ingrederetur, vbicumque commoraretur, Virgini immaculatae Dominae suae clementissimae, rosas illas Angelicae salutationis, cum intermediiis Orationis Dominicae violis, ex intimo corde, & inflammato pectore assiduus offerebat.

Cum semel sub Completorij nocturno decursu coram imagine B. Virginis, oraret in quodam Ecclesiae sacello, apparuit ei beatissima Virgo, eum alloquitur, famulumque suum mirificè exhilarans, mirabile amoris incendium in eius pectore incitauit, & languore quodam sui longè quam antè ardentiori aeternitatisque validè vulnerauit; sicque dulciter affectum, ac consolatum dimittens disparuit. Cum itaque obitus hora, quae fuit circa decimam diei, iam adesse festinaret, subitò Vvillhelmus, oculis suauiter in dexteram directis, in diuturnam rapitur ecstasim, in qua Deiparam, DD. Catharina & Barbara latera stipantibus vidisse dicebatur, & satis etiam notari ac deprehendi potuit. Obiit in adolescentia.

B. Virgo apparet B. Vvillhelmo.

Balinghem 15. Aug. Lusitani insignem de hostibus ope Deiparae referunt victoriam.

Lusitani ipso tempore & anno, insignem de hostibus ope Deiparae referunt victoriam, quam latius Bencius ita prosequitur. Rex Deior in India negligens foederis facti cum Lusitanis, sese cum Maurorum Rege coniunxerat, eorum aduentus apud Malacam timebatur propè fame laborantem. At auertendi periculi causa Lusitani ipsi hostilem ciuitatem (confessi omnes,

nes, sacroque epulo refecti) aggressi sunt, dieque sacro Virgini in cœlum ascendenti vrbs oppugnari cœpta à Lusitanis quadringentis viginti. In ea erant hominum decem millia, tormenta bellica non parvæ magnitudinis nongenta. Et capta est à Lusitanis ciuitas intrâ paucas horas, Dei Deiparæque auxilio maxima hostium strage, multa eorum nauigia incensat, desiderati è Lusitanis quinquaginta, reliqui Malacani magna gratulatione, lætitiæque ciuium effusorum obuiam, victores reuertere.

SÆC. XV.

Annus Christi 1589.

Gamberone in Hannonia extat Monasterium Ordin. Cisterciensis, ad quod diripiendum, cum circà hæc tempora sexcenti milites hæretici conuenissent: fratresque omnes in summitate pinnaculi templi latitandi gratia confugissent, in summo vitæ, & rerum omnium discrimine positi, Beatam Virginem, totius Ordinis, & Monasterij eiusdem patronam inuocant. Nec multa mora. Viderunt innumeram albatorum equitum multitudinem per hortos Monasterij discurrentem hæreticos non solum ab ingressu arcentem, verumetiam profligantem. Ex quo tempore quotannis solemnis supplicatio fuit instituta, in tanti miraculi monumentum.

Vualrandus
lib. 2. Mirac.
B. Virg. Cáb.
c. 6.
Menol. Cist.
29. Martij.

*D. Virg. Cam
beron. mira-
cula.*

Ipso anno in quadam Peruani Regni ciuitate, vltio diuina in blasphematorem B. Virginis grauititer, defecit. Cum enim perditus quidam corrupisset mulierem quandam Indicam, & nocte quadã iaceret cum ea in lecto, cœperunt mugire tonitrua: postmodum extraordinaria pluuia cū grandine subsequente cecidit. Mulier rediens ad cor, cœpit virum illum ad penitentiam prouocare, atque vt B. Virginis auxilium imploraret, exhortare. Cui perditus ille respondens dixit: Insanis, Putas Mariam posse nobis opitulari? Vix verbum compleuerat, cum subito fulgure super eum decidente, longè à lecto abstractus est. Mulier credens ipsum solūmodo fuisse timore perculsum, profiliens de lecto accessit ad eum, viditque igne paleam, lignaque sicca circa corpus ipsius comburentem volensque eum indè extrahere, pedem tenuit, sed pars in manibus eius remansit. Tentat illa profilire de cubiculo, sed non valet, igne impediente. Quare nullum inueniens remedium, cœpit alta voce clamare, vt vicini succurrerent. Accurrentes autem, cernunt miserum hominem aperto ore, dentes contritos ostendentem, linguamque blasphemam è gutture fuisse euulsam. Conantur eum extra cubiculum abducere; sed quicquid ex membris eius arripiunt, inhæret manibus eorum. Et hoc modo blasphemus ille perit.

Franc. Ben-
cius in An-
nalibus Per-
uanis.

*Blasphemi in
B. Virginem
horrendus in-
teritus.*

Tunc quoque apparuit gratia & misericordia magna B. Virginis, cum infideles quosdam ab Baptismi gratiam inuitauit. Historiam ex Frãcisco benecio describam. Senex quidam natione Afer, ita obfirmatus in ea opinione, quam puer imbiberat, vt omnem qui haberetur de Christo sermonem auribus respiceret. Hic deindè Deo ita disponente, qui eum destinauerat sibi, cum in supremum incidisset morbum, & admonitus esset secundum quietem à beatissima Virgine, vti abdicata Maurorum superstitione, Christianorum more aqua tinctus renasci veller Deo, quem ipsa genuerat, paruit monenti, sacerdotem accersit, à quo cum ritè & ordine instructus, ac proindè baptizatus esset, breui mortuus est. Ità idem ille morbus, & miserat

Benecius de
rebus Colle-
gij Pauoni.

*B. Virgo quæ-
dam Mauri
hortatur ad
Baptismum.*

SÆC. XV.

huius vitæ finem, & alterius multò melioris principium attulit. Hæc Turcæ in Mauritania facta sunt.

Idem de rebus Collegij Bracarenfis.

Homo Turca famulus erat viri nobilis, à quo diu licet, multumque admonitus, adduci nunquam potuerat, vt Christianus esset. Accidit aliquando vt ægrotanti Domino, temporarium altare cum effigie Deiparæ in cubiculo esset locandum. Hanc iustus Turca reuincit læta fronte herbisque virentibus. Postridiè mane herum adit, precaturque vt suscipere liceat religionem Christianam. Rogatus vndè nouum pectori consilium. Hæc (inquit) imago (ea cum diceret venerabatur sanctissimam Virginem) affuit mihi per totam noctem, blandisque admonitis vt fierem Christianus præcepit. Et verum fuisse visum docuere lachrymæ, quæ confudere se cum salutaribus aquis, cum acciperet baptismum.

Item & Turcam.

Idem de rebus Collegij Messanenfis.

Alter quidam ex Illyricis Mauris quinquagenarius, qui semper respuebat religionem Christianam, Deipara in somnis (ita enim ipse retulit) vt iam poneret contumaciam, admonente, baptismum recepit.

Bencius de rebus Neap. Prouinciæ.

Deiparæ etiam bonitas elucet in hoc quod peccatores ad confessionem peccatorum inuitat. Quædam hic proferam exempla: Quidam piam vitam egerat diu, quam paulatim intepescens etiam post habuit, hoc iam deterior, quòd non viciis modo prouehabatur, sed & praua animi contentione, nec reuocabat se, nisi à Deo correctus fuisset hac ratione. In morbum incidit, grauescente valetudine, qui assidebant ægrotò, admonent confessionis. At ille dissimulabat, seu negligebat edit. Ad eum sacerdos ex Societate I E S V, persuadet vt ex veteri consuetudine confugiat ad auxilium Dei matris & Sanctorum quos patronos olim habuisset. Nec frustra. Affuit illi ore placidissimo beata Virgo confessionem præcipiens. Idem fuit Ioannis Euangelistæ, & Francisci à Paula admonitum, qui eidem se obtulerunt videndos. Narratur visum familiaribus, reuocatur sacerdos, demùm æger sanctissimè expiatus, decessit è vita.

Confessionem peccatorum suadet B. Virgo.

Idem de rebus Collegij Legionenfis.

Vnus quidam erat simplex, & minimè malus, duodecimum iam annum quotidie percurrendo Rosario preces Deiparæ persoluebat. Narrauit hic postea ipsis quindecim seu viginti continenter noctibus, visam sibi matronam specie venerabili (beatissimam Mariam sibi persuadet fuisse) à qua excitabatur his verbis: Legionem contende, tuorumque delictorum veniam à Iesuita aliquo per integram confessionem pete. Nec vanum fuisse visum interior animi motus ostendit.

Idem de rebus Collegij Monachienfis.

Sodalis quidam cum in se inquirendi quid cogitasset, dixisset, egisset, omisisset adhibito studio recognosceret, obsecraretque Regiam Angelorum vt omnia sibi fas esset peccata confiteri, ne vno quidem prætermisso, ecce tibi sublimi ante faciem orantis pagella decedit candore eximio, quæ minutis quidem literulis, sed elaboratis, quoddam illius peccatum expresserant. Hoc addito, si illud aperiret, pietique Rosarium recitaret in honorem Deiparæ benè secùm actum iri. Auxit miraculum, quod cum sodalis alter eius æqualis, parens, parochus, alique conarentur, nunquam chirographum illud intelli gere potuerunt.

Annus Christi 1590.

A Dnotarunt Lusitani (inquit Bencius agens de sede Angolana ad annum 1590.) dies omnes sacros Virginis Matri, latos fuisse victoria. Itaque nunquam tenta prælium, nisi vno aliquo ex illis diebus constitutum habent.

Ipso anno 1500. magnus Rex Mogor inusitata solemnitate, licet adhuc Ethnicus celebrauit festum Assumptionis. Itaque superbū ei celsum thronum erigi curauit: in quo Deiparæ imaginem à P. Rodolpho Aquaniua Societatis I E S V martyre collocauit, Principibusque suis vniuersis, aulicis, ac belli Ducibus præcepit, vt eam venerarentur, tum eandem oscularentur. Quod & factum, præeunte Regis filio. Quos autem in Deipara honoranda de supradictis aduertit promptos: eos creauit Equites.

Tunc etiam circiter recenti captiui captiuitate se liberant, & insignem de Turcis victoriam referunt. Hi remiges erant Christiani à Turcis ad transtra damnati, qui ope Virginis nixi contra Turcas quos vehebant insurrexerunt, quorum partem multo maximam peremerunt, & sese in libertatem vendicauerunt: licet essent vincti, & hostes liberi, ipsi nudi & inermes, hostes armis instructi, tantum potest eximia quædam in Deiparam fiducia. Auctum est miraculum huius victoriæ, miraculosa enim sanatione vnus ex illis vinctis, cum egregiè in Turcas certaret, istu sagittæ planè lethali qui latus eius & pectus peruasit, sauciatus est, quem immedicabilem pronunciarunt chyrgi, nihilominus prece ad Deiparam fusa, intrà paucos dies, nullo aut chyrgi, aut humano adminiculo, perfectè est curatus.

Ipso quoque anno, in vno ex Sodalitate B. Virginis, apparuit præsens auxilium Deiparæ, cui se quotidie certa prece commendabat. Eum enim cum aliquando egressum domo circumuenissent hostes insidiis, & diploso scloporum, omnis illorum impetus intrà cutem stetit, parte solum vestitus ambugusta.

Alter etiam ex Sodalitio B. Virginis apud Diuionem, cum iter faciens incidisse in latrones, semel quanquam atque iterum diploso sclopo percussus non est, ipse interea accelerans fugam, notum implorat Deiparæ auxilium. Iam spacium corripuerat, at grassator atrox iræ citato equo in peditem fertur mucrone districto iam iamque proximus demissurus recto gladio caput. Virgo affuit clienti, prolapsus repente equus sic equitem suo onere impediit, vt se diu expedire non posset. Inter hæc salus quæ sita fugienti.

Duobus Religiosis è Societate Iesu tunc accidit quiddam mirabile, neque reticendum. Mittebantur certum in locum qui videbatur salubrior, vitabant de industria viam militarem, quod esset suspecta. Quarentes igitur diuerticula, productoque itinere, nox simul & imber fœdissimus inuasit. Incerti quid agant, in quam insistant viam, cum omnia deuia, peruiaque eodam numero haberentur, destituti humana ope, ad diuinam, nimirum ad Mariam, stellam ducemque errantium confugiunt. Nec sefellit, statim lux visa intendi, aperuit viam, paulò post crucem conspicati ligneam, inde templum, ædesque vicinas, vbi comiter excepti.

Du Iarric
como 2. Balinghem.
Mogor Rex
Ethnicus festum
Assumpt.
celebrat.

Balinghem
in Calend. B.
M. 26. Sept.

Captiui tra-
centi ope Dei-
para liberan-
tur, & insi-
gnem de Tur-
cis victoriam
referunt.

Bencius in
Ann. ad an-
num 1590.
de domo
professa
Neapolis.
Ibid. de Hist.
Colleg. Di-
uion.
Sodales e-
latronem in-
cursonibus,
aliisque peri-
cula liberat
B. Virgo.

Ibid. de Hi-
stor. Colleg.
Niuern.

SÆC. XV.

Ibid. de Hi-
stor. Colleg.
Taurin.

Vnus quoque ex amicis Collegij Taurinensis Societatis In sv, pedibus iter faciebat, multa secum portans non minimi pretij, cum aberrasset à via multo iam noctis spatio, in medios latrones delapsus est, quorum etiam voces non longè audiebat deliberantium, parcamus vitæ, dum auferamus bona. Hoc ille tempore cum agigaret multa varius & incertus, quanta potuit animi submissione in voto effunditur, Dei matrem implorat, manus & supplices voces ad cælum tendens. Neque irritus conspicatur equus, nec stratum, nec infrenatum, ad se venientem, & ferè inuitantem ascensum. Vitur tempore, insilit apprehensa iuba eo iturus quo duceretur. Is concito cursu refert fessorem receptum ad notas Domini ædes vndè prius discesserat, geminata lætitia.

Iuuenis quidam, ex eorum genere, qui arte & manu vitam propagant, relicta patria diu fuerat Taurini. Subiit postea cogitatio patris, redit in patriam cum pecuniola, quam collegerat. Quantum spes hominum fallit! Hanc in itinere amisit furto, & illum offendit ereptum morte. Non tulit dolorem iuuenis, in furorem vertitur, veluti captus animi diabolum inuocare, ei dedere se, nec alium Dominum velle. Nec frustra se illi passus est inuocari, addidit se comitem misero, eius quacumque ingrederetur, persequens vestigia, nisi quod vbi plures essent, nemini se dabat videndum, quod si interdum pons transeundus, aut mons præruptus, suadebat vt se precipitarem daret, amœna inferius vireta, & vernantia floribus prata ostentans. Et semel quidem proiecit se ille à ponte Calerij montis in Padum, vndè agrè extractus multorum accursu. Ex eo tempore periculum in consilium vertit, timere cœpit insidias diaboli: & ad beatissimæ Virginis patrocinium confugere. Sed cum rursus esset iter facturum, arreptus à dæmone, per tria passuum millia asportatus est in syluam vastæ solitudinis. Obtulit se statim matrona eximie pulchritudinis in veste cerulea, quæ cum pro imperio arcuisset diabolum, manu prehensum iuuenem, duxit in facellum dicatum Mariæ Virgini ab eo loco non procul, vbi quotiescumque illac transiret, fundere solebat preces iuuenis, vt se Deiparæ commendaret. Hic conuersa ad iuuenem, præ admiratione & metu vix compotem sui, quod sese inferno hosti dedisset, increpat vehementer, confessionem imperat; proque admissio scelere pœnitentiam septem annorum, id si faciat, ei semper placatam se ac propitiam futuram. Redit Taurinum, quæ sibi acciderant animo cogitans, statim ex officina ad patres Societatis, confessionem exorsurum tantus pauor, tremorque omnium membrorum cepit, vt confuso ore, anheloque pectore, arctatis faucibus, sudore perfuso per totum corpus diu hifcere non posset. Constat hominem sacerdos, etsi ipse quoque non omnino expers timoris, signum crucis digito pingens in fronte, & res agebatur multis spectantibus. Tum miser ille se ex eius conspectu proripere molies, retentus primùm dein abductus in secretum, postremo solutus animo, ac liber dimissus est. Quod cum per septem continuos dies fecisset, præsentem Virginis tutelam elatus ad iustam fiduciam sui, ita contempsit diabolum, vt ab eo deinceps, nec occulta fuerit tentatione vlla, nec obiecta mercatoris eum ad sibi seruiendum mercede inuitantis, specie deceptus.

Ipso ferè tempore vnus ex Sodalitio B. Virginis, per sacrorum Ordinum gradus

Iuuenem à
Diaboli pote-
state eripit B.
Virgo.

gradus peruenerat ad sacerdotum, it in patriam, vt inter suos sacrificandi faciat initium. Iam sacra erat amictus veste, iam eum aliqui in templo præstolabantur. Magno intereà impetu, conatuque irruunt hæretici, qui ad hoc se comparauerant, omnibusque digressis formidine, sacerdotem circumstant, Rosarium, quod rumore excitus in manum acceperat, vi euellunt, in ignemque coniiciunt. Tum quarunt cui se dederet. Respondit. Ego me iam diu Christo Iesu, eiusque matri sanctissimæ dedi, quæ cum dixisset, magno animo ita vti erat sacra veste indutus, mirificè ex eorum manibus elapsus, abdidit se quendam in locum, vbi per decem horarum spatium delituit, repertus à nemine, quæsitus à cunctis, quasi obfusis vndique tenebris oculi tenerentur. Postridiè quietus sacrificauit, & quo nihil deesset ad sinceram lætitiã, integrum Rosarium repertum in igne.

Alius quidam ex eodem cœtu, cum iter faceret, incumbente nocte, recepit se in diuersoriũ, quod postea intellexit à latronibus obsideri. It cubitum, Deum orat ex consuetudine, Matremque adhibet aduocatam, vt se volens propitiũque tueatur. Nee vana precatio, nocte enim adulta, quanquam irumpere conati sunt homines malefici in cubiculum, quod patulum erat, neque vna ex parte peruium, nunquam tamen aditum inuenire potuerunt.

Aliud insigne à latronibus liberati iuuenis miraculum hic referam ex Antonio Solerio Carpinate vtriusque iuris Doctore, & Baiocensi Canonico. Quidam benè cordatus adolescens Lunati ortus, quod Brixiana ditio nis est oppidum, cum se Lutetia Parisiorum contulisset, atque ibi Medicinam didicisset, à quibusdam ruricolis Carnoto vicinis, honesto stipendio inuitatus, Medicum agere cœpit, pecuniisque locuples, in patriam redire constituit. Vt autem quos illa arte pepererat nummos, egenis parentibus pernecessarios portare turò posset, eos in intimo thorace consutos, callidè & astutè recondidit, dissimulationisque gratia lineam vestem thoraci circumdedit, quæ nudo corpori solet inharere, Illa porrò vestis, beatissimæ Virginis subuculam attigerat, quæ subucula à Carnotensibus religiosissimè inde ab antiquis temporibus asseruatur. Sincera namque fide credebat, qui tunicam à Virginis tunica tactam induisset, eum Virginis ope tutum & incolumen à periculis fore. Ergo quadragesimæ tempore, cum tribus Mercatoribus versus Italiam iter arripuit, cumque ad Cauponam in Mediolanensium terris sitam cibi capiendi causa diuertissent, itineris socios Mercatores illos, carnibus in longo & sacro Christianorum ieiunio vescentes, palàm coarguit, piscibus ipse Ecclesiasticæ legis custos famen saturauit, vererique se dixit, ne quid illo die mali Mercatoribus eueniret, propter legem Ecclesiæ violatam. Sed surdis ille cantabat. Finito prandio rursus in viam, venerunt ad pagum, quem licentiosi milites occupauerunt, ab iis tres Mercatores ex Medici prælagio, non solum equis, sed cæteris etiam bonis, atque adeò vestibus exuuntur, ac ne subucula quidem parcitur, nudi corporis tegumento primo, quod naturalis pudor vetat exuere. Medicus interim sese Virgini commendat, cum & raptores eum similiter nudare adorti essent. Ille per Deum, per Deiparam obsecrat, vt se illæsum abire sinant. Milites vocibus flexi, & Virginis venerandæ appellatione fortassè permoti, equum duntaxat ademerunt, cætera reliquerunt. Ille lætus, pedibus

SARC. XV.
Beneius vbi
sup. de Hist.
Colleg. Aue-
nion.

Rosarium il-
lud repertum
in igne.

Solerius de
veneratione
& Inuocatio
ne Sancto-
rum.

Medicum sibi
deuorum B.
Virgo liberat
à latronibus.

SÆC. XV. iter facit, Deo præpotenti, ac illius beneficentissimæ parenti tantas grates, quantas maximas potest, agit, & retractat beneficium quo Mercatores caruerunt. At verò cum Medicinæ quædam scripta in equi stragulum cautè ac scienter inclusa relicta esse meminisset, ac se sine illis ad curandum morbos imparatum arbitraretur, dolorique esset studiorum & laborum tanta iactura, eccè à militibus reuocatur. Ille vtrum rediret, an fugam arriperet anceps & cunctabundus, tandem Dei matris fretus auxilio, quæ inchoata beneficia consummat, ac perficit, sese ad milites retulit, à quibus commentariola de morbis curandis accepit, vtrò & spontè reddentibus. Adèd salutaris est Deiparæ inuocatio cum legis obseruatione coniuncta. Hæc Sole-rius, ab eo se cognouisse ait, cui res hæc euenerat digna narratu.

Annus Christi 1591.

Bzouius.

*D. Virg. Clara
romaniensis
miracula.*

FEbres pestilenciales grassabantur Cracouiæ anno Christi 1591. multosque colligabant, & ad sepulchrum trudebant. Inter hos Adamus Syponki Canonicus Cracouiensis periclitabatur, nec multum à limine mortis abfuerat. Inuocauit diuam apud Clarum montem cultam, Litanis beatissimæ Virgini recitatis, & aliis piis precationibus adiunctis. Vix orauit, à periculo euasit, & syngrapham fidei, ac munus votiuum sanitatis receptæ Clarum montem misit.

Annus Christi 1592.

*Ancillam pec-
catricem, &
homicidam à
crudeli morte
liberat B.
Virgo.*

VRatislauiæ apud Silesios, cuius cuiusdam ancilla, partum ex fornicatione susceperat, occiderat. Coniecta in vincula, conuicta, in equuleo tota & crimen confessa, mortem indubiam eamque atrocissimam (vix defodiuntur, & palo acuto confodiuntur) expectabat. Nocte antequam in circum produceretur plectenda, sanctissimam Virginem Claromontanam in Polonia, cui à lacte Catholico deuota, orabat, lapsæ miseretur, succurreret, eliberaret. Miserta est, succurrit eliberauitque miseram, & mirandum quidem in modum. Nam in bovis & pedicis somno obrutam, ex ergastulo, dormientem, nihilque sentientem mirificè extraxit, eduxit, & vna leuca ab vrbe, ante oppidum, cui à Coninoprato nomen est collocauit, à metu & periculo mortis solutam.

Annus Christi 1593.

*Mulier ma-
lesciata &
obsessa à da-
mone sana-
tur.*

PVellam non inegantem deperibat quidam nobilis Polonus, sed petulcus. Vtriusque nomen, honoris causa non expressum. Cumque adamante surdiorem durioremque comperisset, ad malas artes conuersus veneficam adit, suasisit, siue pecunia corripit, quæ vel illiceret, vel contemptum vlcisceretur amorem. Tentat illa lenocinij modis: hæc pudica perseuerat, tandem saga in verecundam veneficium parat, & in obnitentem, Sathanam mittit. Obsidet miseram, & se esse malum hospitem vario indice prodit, nam acus, crinalia, bombicem, carbones puella vomebat. Vota nuncupant amici diuæ Virgini Claromontanæ pro afflicta, ducunt infessam, sistunt ante iconam. Dum ibi sunt, à fallaci serpente pudica hæc liberatur, diuæ Deiparentis auxilio, cui datum est conterere malignum calcaneo.

Annus

Annus Christi 1594.

ANno Domini 1594. cum Turcæ Rhegium Italiæ occupassent, & vastaf-
sent, Ecclesias profanassent, & incendissent, quandam pulcherrimam
imaginem B. Virginis in tabella depictam in Ecclesia Carmelitarum inue-
nientes, in ardentissimum & copiosissimum ignem proiecerunt: sed nullo
modo comburi potuit. Deinde eam rapientes, proiecerunt in puteum, quem
etiam immunditiis ad summum vsque repleuerunt. Post quorum absces-
sum, tandem inde extracta à Carmelitis fuit, & inuenta absque vlla omni-
no sorde & macula, quam in quodam facello reposuerunt, vbi nunc magno
populi concursu visitatur, & colitur, miraculisque refulget.

Ipso anno Franciscus de Perris Societatis I E S V obiit apud Sinas. Hic
paucis diebus ante obitum suum, fratrem ex Coadiutoribus ad constantiam
in religione conseruandam adhortans, aiebat, se vocem Dei Matris ad se
loquentis audiuisse, cuius hæc erant verba: Ingredere agedum filij mei So-
cietatem, & in ea vocatione perseuera. Cumque vultum obuertisset con-
specturus vnde oraculum, præter Deiparentis effigiem, aliud se vidisse ni-
hil deprehendit. Hæc ille. In lethali porro ægritudine, hymnum magnæ
Matri sacrum ad alterum lecticæ appendi iussit, vt frequentius iteraret.

Sodalitates B. Virginis circa hæc ferè tempora in illis partibus initium
sumpsere. Pius quidam & simplex senex globulos precatorios continuè re-
citando percurrebat, sæpè Christi Seruatoris coronam: aliàs Deiparæ ser-
utum, quod coronam aut rosarium vocamus, terebat: is narrabat, se inter re-
citandum suauissimo & continuo odore recreari, quocumque tandem in
loco versaretur. Et apparet boni senis pietatem hoc incenso compensari,
cuius oratio dirigebatur vt incensum in conspectu Domini.

Annus Christi 1595.

Congregationes B. Virginis inter Patres Societatis I E S V, tunc tempo-
ris vigeabant & multiplicabantur; innumerique Scholastici in iis sua
nomina dabant: magnosque propter deuotionem & amorem ad Virginem
progressus in pietate & studiis faciebant. Nam multi hebetioris ingenij, vo-
to ad eam facto, breui euasere doctissimi. Et qui prius in vltimis ordinibus
seu classibus relinquebantur: cæteros quos natura præclaro locupletatæ
ingenio, longè præire & antecellere cœperunt. Multis præterea beneficiis
aliis deuotos suos hoc anno 1595. B. Virgo honorauit. Quidam iuuenis qui
inciderat in latrones, cum non haberet pecunias ad seipsum redimendum,
orauit apud se, & promisit beatæ Virgini se daturum pecunias Congrega-
tioni, quas latrones pro redemptione sua petebant. Statim illi misericordia
moti, eum liberum abire permiserunt. Sed cum successu temporis oblitus
fuiisset liberatricis suæ beneficia, iterum incidit in latrones, quibus coactus
fuit dare multas pecunias pro liberatione sua. Sed cum malitiosè fingerent
eas non recepisse, aliam pecuniæ summam petebant; vnde in angustiis posi-
tus adolescens, renouauit pristinum votum, quo facto iterum libertati re-
stitutus, stetit promissis. Alter quidam Brugis in Flandria, ex onerato curru
decidens, volente rota super collum eius, inuocans Deiparam, nihil mali
sustinuit.

Hierascus.

*Imago B. Vir-
gin. comburi
non potest, nec
sordari.*

Nicol. Tri-
gautius de
Christ. Ex-
pedit. apud
Sinas lib. 3.
c. 8.

*Francisco de
Perris ingres-
sum Societas.
I E S V, sua-
det B. Virgo.*

Vbi supra
lib. 5. c. 18.
*Vis recitandi
Rosarij.*

Annal. Cong-
regationū
B. Mar.

*Congregatio-
num B. Ma-
ria progress.*

SL. EC. XV. sustinuit. Adolefcens quidam sine causa relicta Congregatione B. Virginis, vanitatibus operam dabat. Sed cum equo vectus ad negotia quædam agenda proficifceretur, is corruens, omnia penè corporis eius ossa contrita sunt: ità vt affererent Medici vix toto triennio ad propria loca restituenta fore. Quare miser reatum suum cognoscens, promisit quamprimùm fieri posset, se ad Congregationem rediturum. Quo voto emisso, statim dolorum mitigationem sensit, & breui conualuit.

Chron. Ord.
Minor. p. 4.
lib. 10.

Ripa Trans-
ni puritatem
cordis præbet
Deipara.

Ipsò tempore, & anno nempe 1595. obiit venerab. Pater Ripæ Trans-
onis Minorita. Hic plurimum sese occupabat in meditando Christi & eius
matris doloribus. Cumque semel per matris dolores eam obtestatus esset,
vt sibi cordis puritatem obtineret, ipsa se illi præbuit visendam. Tamen
dubitans ipse, ne esset illusio diabolica, fugam parabat. Ad quem Dei ma-
ter, Si tu me fugis, cur igitur compellas? Tum agnoscens eam Dei paren-
tem, sese in terram prostravit cum his verbis: Vndè hoc mihi? Tum illa ma-
nu sua super eius pectus posita: En tibi inquit, quam tanto operè flagitas pu-
ritatem cordis.

Annus Christi 1596.

Annal. Con-
gregationi.

Quidam Sacerdos pius, Deo, beatæque Virgini in Sodalitate seruiens,
cum quadam nocte somno oppressus iaceret in lecto, audiuit vocem
dicentem sibi. Surge, Egrede te confestim fili mi, cito inquam & promptis-
simè egredere de cubiculo isto. Paruit ille voci iubenti, & vestimenta quæ
ei poterant venire ad manus accipiens, vix egressus fuerat, cum totum cubi-
culum corruit.

Sodalis quidam decreuerat singulis diebus sabbathi abstinere à caseo,
lacte & ouis ad honorem B. Virginis. Prima vice qua piuum illud abstin-
entiæ genus cœpit exercere, à quodam sibi porrectum venenum inscius cõ-
medit, quod ei nullo modo nocuit. Sciens postea quisnam venenum intulerat,
eidem pro amore B. Virginis libenter indulgit.

Annus Christi 1597.

Sebast. Bere-
tarius in vita
ipsius lib. 1.
c. 1.

Iosephus An-
chieta Virgi-
nitatem vo-
uet Deipara.

Iosephus Anchieta Societatis I E S V in Brasilia obiit anno Domini 1597.
Hic à teneris annis pudicitia amantissimus fuit, & iuuenilis licentiæ ofor
acerrimus fuit, & eo vsque processit, vt cum die quadam in templo ante al-
tate pronus in genua oraret intentius, ità intimis sensibus citari cœperit,
ita ad earum virtutum amorem, quas Deiparæ placere sciret, inflammar, vt
in ipso vestigio virginitatem, quam felici, singularique Dei dono ad eam
diem illibatam seruauit, Virgini Matri voto dicatit.

Postquam ingressus est Ordinem Societatis I E S V, & Brasiliam missus,
qua erat in sanctam Dei matrem pietate, adiecit animum ad eius laudes la-
tino versu celebrandas. Sed quæ pangendicopia in tanta barbariè vastitate?
non libri, non charta, ne stylus quidem, aut res alia ad exaranda grammata
suppetebat: quoniam tamen sanctæ matri id promiserat, bono memoriæ,
quo excellebat, sibi vtendum censuit, quod in magnis ingeniis, & ad scri-
bendum accuratè exercitatis insolens non est. Exorsus igitur à purissimo
eius conceptu, omnem illius vitæ seriem, ad eius in cœlum vsque ascensum,
ad

Vbi supra
lib. 2.
B. Virginis
vitam latino
carmine scri-
bit.

ad vsque diuinitatis concessum diademaque ei cælestis regni impostum, Elegiaco carmine pertexuit, omnibus vitæ partibus, mysteriisque disertè explicatis, figurisque & oraculis, quæ de sacris literis, sanctorumque Patrum testimonio ei tribuuntur, illustratis.

Profuit id illi non modo ad suæ fructum pietatis, verum etiam, vt ipse indicat, ad vitam, & libertatem, & quod ille in primis optabat, tractatione sacrarum ipsius laudum, purissima Virgo eius mentem ab omni, quæ immineret labe, puram, intentatamque seruauit; quod ipse in carmine quod mox subiiciemus disertè testatur. Nam ingruentibus bellis, quod cœperat, intermittere est coactus. Feliciter tandem Dei ope pace confecta, contulit se ad ea perficienda, poliendaque quæ in hostium potestate constitutus, de B. Virgine commentus erat. Carmen totum in bis mille octoginta sex disticha extenditur, quod eidem Virgini Matri, adiecta ad calcem eiusdem metri apostrophe, dedicauit, cuius fragmentum ad ingenium degustandum, visum est hoc loco adscribere.

*En tibi qua voti Mater sanctissima quondam
Carmina, cum sauo cingeret hoste latas.
Dum mea Tamnyas presentia mitigat hostes;
Trædoque tranquillum pacis inermis opus.
Hic tua materno me tua gratia fouit amore.
Te corpus tutum, mensque regente fuit.
Sapius optaui, Domino inspirante dolores,
Duraque cum sauo funere vincula pati.
At sum passa tamen meritam mea vota repulsam,
Scilicet heros gloria tanta decet.*

Hic socium suum grauiter ægotantem ope Deiparæ sanauit, vt pluribus refert Sebastianus Beretarius in vita ipsius lib. 4.

Deipara ipso anno 1597. apparuit B. Mariæ Razziæ ex Ordine S. Dominici, eiusque capiti speciosissimum imposuit diadema, eamque Reginam proclamauit. Insuper eam Regi Regum Christo Domino despondit, annulumque addidit summi pretij pro arra sponfalitorum.

Pius in
Chronic.
Mariæ Raz-
zi Christo
despons. B.
Virgo.

Annus Christi 1598.

ANno Domini 1598. Vesontione in Galliis adolescens scholasticus in mortis articulo constitutus, cum magna deuotione petiit, vt admitteretur in Sodalit. B. Mariæ. Mirum dictu, statim atque nomen eius in Catalogo Sodalium inscriptum fuit, cœpit conualescere, & breui tandem sanus surrexit, moresque perditos correxit.

Ipso anno 1598. cuidam deuoto suo, vsu omnium membrorum suorum priuato, sapius sese visendam præbuit B. Virgo, eumque ad patientiam animauit, prædicens breui, sanitatem recuperaturum. Quod & accidit.

Ipso anno Ioannes Guntherus Parochi Vveyrensis famulus cum conferuis suis manipulos in horreum conuehentibus, ipse in summitate cū trabium feriatim, & ordine componeret, in duram humum decidit, lapsuque graui, totum corpus ita concussit, ita prostrauit, vt exanimis omnium iudicio haberetur. Hora diutius sic iacuit, sine motu, loquela, & sensu, sed tan-

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 1. Aug.
Ioannes Gun-
therus toto
corpore com-
minutus, in-
uocato Dei-
para auxilio
sanatur.

SAEG. XV. dem vbi paululum ad se rediit, ad benedictam Dei matrem confugit, & pollicetur se nouum & hircino corio thoracem eius Ecclesiae Vveyensi oblaturum. Audiit virgo simplicis hominis è recto corde profectum simplex votum. Itaque remittit dolor aliquantulum, mox omninò cessaturus. Ergo domum relatus est, vbi excusso ex præcordiis copioso sanguine, viscera omnia sanitati sunt restituta, ac laxata membra, pristino vigori sine omni Chyrurgorum manu reddita.

P. Doure-
manus.

Puer sex mē-
sum distinctè
recitat salu-
tationem An-
gelicam.

Ex hac vita migrat ipso anno P. Ignatius Martinesius Societatis I E S V. Hic cum Conimbricæ in Lusitania Catechismum publicè doceret (relicto spontè ob amorem humilitatis munere concionatoris Sebastiani Regis) nemo omnium inuentus est, qui voce alta publicèque vellet salutationem Angelicam recitare. Sed ostendit Deus miraculo quam ei gratum est hoc P. Ignatij opus pietatis, quamque ei placeat salutatio matris suæ. Nam cum nemo eam recitare vellet, repentè infans sex menses natus, ab vbere matris pendens erecto capite, articulatè & distinctè stupètibz vniuersis recitauit,

Annus Christi 1599.

Iuuenis quidam ex Sodalitate incidere in manus inimicorum suorum, lex quibus euadere non poterat. Ille certissimam mortem expectans, cœpit cum lachrymis Deiparæ auxilium implorare. Vix verba compleuerat, & ecce apparuit vir quidam, quem antea nunquam viderat, à quo extractus, & auulsus de manibus eorum, duxit eum in domum ipsius iuuenis. Sed cum adolescens præ timore & tremore palpiteret, vir ille incognitus iussit bono animo esset, omnia pericula semota esse. Quibus dictis statim euauit.



SÆCVLVM DECIMVM- S E X T V M.

Annus Christi 1600.



IESV-CHRISTI Domini nostri sequitur annus 1600. Kossycze oppidum septima leuca à Cracovia metropoli Poloniae, fortuitis ignibus conflagrabit. Indidè Alberti Richlikij coniunx incèdio absumpta est. Relicta filiola, cù & mortem maternam, & suam orbitatem deploraret, in grauiissimam labitur infirmitatem, atque adeò paralyti siue apoplexia correpta, vsum loquendi amittit. Dat se postea peregrinantibus comitem ad diuam Virginem Claromoranam in Polonia: cuius sacram imaginem cum piè aspexisset, ipso illo momento corde orans, linguae vsum recepit, & perfectam sanitatem beatæ Deiparenti adscripsit.

Ipsò anno 1600. in Poloniae vrbe Zamossa, quædam matrona, genere quidem nobilis, sed hæresis tam perditæ, vt sabbati diem & sibi, & suis vellet esse feriatum, contra Dominicam, profestum, & operosum. Extra urbem huic erat villæ possessio, ad quam ipso Annunciationis Angeli die, cum proficisci pararet, domestici iter dissuadent. Diei Christianis religiosissimi sanctitate proposita, mulier offensa, Deiparam, cuius inclytas ferias famuli obiecissent, verbis laceßere, vnum ex multis dicere, eidem se sanctitate parem esse iactare. Igitur ad villam suis inuitis egressa, cum iam parum viæ restaret, equi rhedam trahentes, tum fixis hæserè vestigiis, vt ad progrediendum vis nulla coëgerit, itaque Rhedario nequicquam incitante, nihilque neque voce & clamore, neque flagello proficiente, improba mulier, dum equi perstant immobiles, exit è Rheda, & tantisper declinat à via, vt naturæ obtemperet, & aluum exoneret. Se purgantem, ingens, & validus ventus repentè derurbat, & mulieris faciem in corporis egestas sordes impingit, & cum os sacrilegum foedibus immundis inquinaßet, post ingentes editos clamores, spurcam animam egit dolore trahente.

Amsberga ciuitas Vestphaliae, tunc temporis horribili incendio intrà paucas horas tota conflagrauit, ita vt ipsi murorum lapides passim in calcem verterentur. Erat ibidem in aditu curiæ statua B. Virginis mariæ ad murum posita cancellisque ferreis præmunita. Cumque paulo antè in festis Pentecostes habita fuisset processio, relicta est ea statua in ornatu quem tunc habuit, scilicet noua veste ex rubro serico, appositis candelis tum cereis, tum sebaceis, insuper & ramusculis. mirum est dictu & visu. Tota curia in cineres, ferrum in scoriam vertitur. Statua cum supraddicto ornatu ne fu-

Mulier mæta, solo aspectu imaginis B. Virginis loquitur.

Michaël Triuinus. Carthag. §. 215.

Mulieris in B. Virginem blasphema horrendus interitus.

Balinghem in Calend. B. Virgin. 28. Maij.

Amsberga ciuitate incendio absumpta, imago Deipara illata permanet.

SÆC. XV.

mum quidem sensit, neque candelæ liquefactæ, nec ramusculi lassi. Res maximè nota, & quæ loco catholico facta, ad eum ex omnibus vicinis partibus homines spectandi causa exiuit.

Annus Christi 1601.

Menol. Ci-
tercienf. 22.
Aprilis.

Congregatio-
nis B. Mariae
de Caluario
Instituta.

Lipfius in
D. Hallenf.

Miles inuoca-
ta D. Virginis
Hallenf. pra-
seruatur à
morte.

Anno Domini 1601. illustris fœmina Domina Antonia de Orleans, à S. Scholastica nuncupata, Princeps fœmina, Ducis de Longauilla filia, marchionis de Bella insula, Ducis de Reths primogeniti, quondam coniux & vidua, Francorum Regibus sanguinis propinquitate coniuncta, adhuc iuuenis formosissima, simulato habitu vt ignoraretur, parentibus primò nesciis, & postmodum inuitis & indignantibus, Rege renitente, toto Senatu Tolosano reclamante, institutum Cisterciense, sub rigidissima Fulienfium Congregatione amplexata est. Successu temporis, Deo per sanctam sedem Apostolicam ità disponente, facta est Institutrix Monialium Benedictinarum primæ Regulæ, sub nomine Congregationis B. Mariæ de Caluatio, & sanctæ Scholasticæ. Obiit anno 1618. mense Aprili.

Ipso anno Cacula militaris, diua Hallensî inuocata, à suspendio liberatur. Erat hic in oppido Vveerdita in Belgio cum seditiosis militibus, qui lege cauerant vt furtum quamuis leue, morte plecteretur. Accidit autem vt Haleca vellet emere & soluere, sed à turba premente abreptus, soluere non potuit. Quare accusatus fuit apud Ducem quem legerant. Concione aduocata, damnatur ad patibulum, nec auditur innocentis excusatio. Ergo ille ad Diuam se conuertit, Tuere me, inquit, ô innocentium vindex. Lictor interim abducit, crucique sistit, tollit carnifex, adstringit, ac deuoluit. Ille duplici à fune dependebat, alter ruptus est, alter idem minabatur. Miraculum visum omnibus, clamantque mitti innoxium. At carnifex non dimittit, ac premit magis manu, genuque, donec vnus militum conscendit, & funem alterum gladio fecat. Sic liber Ioannes (id enim erat ei nomen) abiit, & venit Hallas vota sua exoluturus.

Annus Christi 1602.

Retinebatur quidam in vinculis, anno 1602. & pro malefactis iudicium timebat. Destitutus humano omni auxilio, ad diuinum confugit. Vota nuncupat pro libertate, nullisque euidentibus causis, repentè apertis foribus, vinculisque disruptis, suscepto itinere ad beatam Virginem Castochouienfem exluit.

Quidam insimularus furti, capitisque damnatus, cum pudore simul & dolore anxius, incluso spiritu, pœnam morte tentat præcurrere. Dei matris, cui se commendarat auxilio, prohibetur à facinore, mox etiam innocentiae compertus, absoluitur.

Annus Christi 1603.

Lipfius in D.
Virgine As-
pricollis.

Anno Domini 1603. Imago B. Virginis Aspricollis seu Sichemiensis in Flandria sanguinem stillasse, plurimum oculis est vsurpatum. Venerant Sichemium è magistratibus pagorum adiacentium, negotij publici causa: eoque peracto, domum quisque redituri, ad sacrum tamen locum, religionis

ligionis & orationis ergo, diuertunt. Quinque erant: atque ij dum corpore flexo orant, vnus intentior in Diuam, guttam sanguinis, floridè purpurantem, in labro eius videt. Hæret, ambigit, & audet manu tangere, & digitis primoribus abstergere. Attonitus ostendit proximis pariter mirantibus: atque eccè alia eodem loci gutta se ostendit, & ab alio detergetur. Fit tertium, fit quartum: quam primus ille (Vvalterus Vukelenus nomen) candido linteo exceptam, omnibus exhibuit, veri sanguinis colore & facie, mansitque & in posterum diem, denarij nummi modulo diffusa, sed dilutius rubens. Circumspicere iis cura fuit sacelli tectum, & num perplueret: ne quis humor fortè delapsus fecellisset. Nihil fuit: ne ipsa quidem statua colore vlllo nouo tincta iampridem. Sed quidquid, & quaqua causa hoc fuit, vi cœlesti ex arido ligno stillauit.

Huius autem imaginis origo talis est. Aiunt ante annos centum (& constans ita fama habet (fuisse pastorem, qui oues pascens repertam nescio quo casu humi imaginem sustulit, in sinum condidit, certus eam domi secum auferre. Parua enim erat, & priuato cultui videbatur opportuna. Sed dum agitatur, eccè membra eius omnia stupet pedes utriusque non mouere, & quasi frutex aut stipes ibi stare. Ipse mirari, & animo quoque stupere, nec ad causam adsurgere, herus autem villicus absens, requireret pastorem suum & gregem, nam hora iam reditui lapsa, & sole remoto nox propinquabat. Itaque infortunij anxius, & accurrit, & reperit defixum stantē, & quæ gesta simpliciter narrantem. At ille mentis melior, imaginem statim recipit, & timida religione in veteri sua sede, & quercu reponit. Eoque facto, pastor velut vinculis liberatur: & venerati uterque numen, domum abeunt, rem denarrant, & viciniam totam religionis implent.

Annus Christi 1604.

Desthemij, cuius erat (nomen consilio non prodimus) qui vxorem suam aliasque fœminas illudebat identidem, vt fœminas quæ ad hanc imagunculam aut pupam irent, & quæ solent isti talium contemptores. Ad diuam conuicia venerūt: ab ea supplicium, an remedium dicam? Nam vtrumque fuit, & hoc ab eo fluxit. Statim ille, sine causa alia claudus effectus, intertnis doloribus etiam afflicus, denique lecto affixus. Quid ais homo? numen agnoscis? Agnoscit ad diuam se vertit, & seridè penitens, pacem veniamque tum & sanitatem apprecatur. Vouet ad collem ire, & iuit. O benignitas! Sanitatem corporis statim recipit: an non & animi?

Ipsò anno nempe 1604. Cauo quidam Tirinaci oppidi, vulgò de Trignac, qui vocabatur Ioannes in partibus Lemouicensium, perrexit ad quoddam sacellum D. Virgini sacrum, vulgò dictum *noſtre Dame de la Besſiere*, in iugo montis constitutum, vnà circiter leuca ab oppido distan. vt scilicet venderet vinum, & alia ad victum necessaria. Conuenerant enim ad eum locum deuotionis causa plusquam duo millia Catholicorum. Cauo autem ille hæreticus erat. Quare cum reperisset rusticum quendam orantem ante duas imagines B. Virginis, in prædicto sacello existentes, quarum vna erat antiquissima, altera verò recenter posita, dixit Rustico. Amice, Quam putas ex his duabus tibi fore propiciam & auxiliatricem: se-

SAEC. XV.

Imago B. Virgin. Aspricollis sanguinem sudat.

Origo imaginis D. Virg. Aspricollis.

Lipſius vbi ſuprà.

Contemptor imaginis B. Virg. puniſtur.

Piræus in Triplici corona B. Mar. Tract. 2. c. 9.

SAEC. XVI. nior, an iunior? Rusticus respondit, Melius faceres, vt tecum honorares & orares beatam Virginem, quam illæ imagines representant, quam blasphemio ore eas deridere. Respondit hæreticus. Quod eam venerer, Mallem vt Deus, vel etiam Diabolus, totam domum meam conflagraret. Vix verba compleuerat, cum subito insurgente magno turbine, consequentibus horrendis tonitruis & coruscationibus, omnes in fugam conuersi sunt. Tunc (vt postmodum omnes annotarunt) globus igneus per medium vrbs prædictæ transire visus est, qui ingrediens domum hæretici, eam cum omni suppellectili omnino combussit, adstantibus plusquam quingentis hominibus. Nec diu post superuixit ille. Nam cum antea diues esset, ad extremam redactus inopiam, desperatus obiit. Hanc diuinam animaduersionem multi hæretici illius vrbs videntes, ad Catholicam fidem conuersi sunt.

*Vlto diuina
in blasphemis
B. Virginis.*

*Pyraus in
Tripl. Coro-
na Tract. 1.
c. 12.*

*Ordinis An-
nunciatarum
Genuensium
initium.*

Eodem anno cœpit Ordo Monialium Annunciatarum Genuensis ciuitatis, fundatrice Maria Victoria Genuensi. Quæ primò matrimonio iuncta, filios tres & filias duas procreauit. Defuncto viro, summo affecta dolore, coram imagine B. Virginis prostrata, eius auxilium postulauit in tanta necessitate, filiosque suos ei commendauit. Cui misericordiæ Mater apprensus, prædixit eam fore Ordinis sibi specialiter dicati institutricem, filios, filiasque, monasticam debere vitam profiteri. Quibus etiam defunctis, anno 1604. illa sanctæ conuersionis habitum suscepit de manibus Horatij Spinolæ Archiepiscopi Genuensis, cum quatuor aliis puellis: quorum habitus fuit vestis alba, & scapulare, cum pallio ætherei coloris, vocatæque sunt Annunciatæ, quia præcipua deuotione ad mysterium Annunciationis B. Mariæ afficiebantur. Diuersus est hic ab alio eiusdem nominis, quem instituit B. Ioanna filia Ludouici XI. Francorum Regis.

*Histor. Sich.
Lipsius.
Balinghem.*

Hollandi tunc temporis occuparunt Montem Acutum, in quo celebre illud Sacellum Deiparæ in Brabantia tot miraculis inelytum. Nihilominus paulò ante quam aduentarent copiæ, nostri de eo moniti, sacram eius imaginem eorum impietati subdixerunt, vt & pretiosiora quæque ornamenta, sacramque suppellectilem. Quid illic ab iis actum, facillè est coniecere; id omne scilicet quod iis impietas sua suggerebat. Fractæ ab iis imagines, scamna, sedes sacerdotum ad confessiones excipiendas, aliaque lignea igni tradiderunt: quem licet subiecissent ad sacellum comburendum, frustra tamen id conati. prophanis ædibus, & peregrinorum tuguriis in cinerem redactis. Peregrinos (quorum magna vis ad sequentis diei festiuitatem confluxerat) spoliarunt, è quibus etiam nonnullos secum captiuos abduxerunt. Sed hic non silendum insigne miraculum, quo Deipara vlta est tunc atrocem in se blasphemiam. Nam cum quidam miles de hostibus illis copiis, equo cæco vteretur, Si, inquit, verè Maria cæcis visum restituit, protinus igitur equo isti meo idem beneficium præster. Mira res, verissima tamen, vix impius blasphemia verba finierat cum equus cœpit videre, miles autem cæcus factus.

*Equo cæco
visum resti-
tuit B. Virgo,
fessore milite
ob atrocem in
eam blasphemiam
cacitate percusso.
Molanus
Buzelinus.*

Catharina Bayarda Cænobij Pontis Rotardi iuxta Rosbrugam Monialis, tunc temporis cum annis ferè tribus omnium corporis sui membrorum visu destituta fuisset, fufis in sacello B. Virginis Laudensis precibus, integram,

gram, firmamque valetudinem obtinuit, parentibus aliisque subitum cernentibus auxilium, mirantibusque.

Tunc temporis ex hac vita ad immortalem transit B. Gaspar de Bono Ordinis Minimorum. Hic cum esset adolescens ex casu equi grauius sauci-
 cius, sed grauius ab hoste suo à quo bipenni fortiter percussus in capite, de
 vita desperabat, ope Deiparæ intrà paucos dies conualescit præter Chyrur-
 gorum expectationem. Atque dum inhareret seculo, & militarem vitam
 sequeretur, quo item tempore quotidie solitus erat recitare officium Dei-
 paræ, eiusque percurrere Rosarium, licet in castris versaretur, tantum abest
 (quod militibus familiare est) vt sine causa iuraret, quin potius frequentia
 ei in ore erant tria ista nomina, Iesus, Maria, Ioseph, quibus & proferen-
 dis immortalis est. Nullam Deiparæ imaginem in salutata præteribat. Su-
 præ omnes autem venerabatur eam quæ Valentia in Hispania est, & voca-
 tur Domina nostra Derelictorum. De qua illud mirabile fertur, quod occa-
 sione sancti istius viri, hic comprehensum paucis non arbitror fore lectori
 iniucundum. Cum aliquis submergitur, vel cum aliquis circa ciuitatem
 trucidatur, audiuntur in armario, quo clauditur illa imago, certi ictus. Ea-
 dem miraculosè prodit locum homicidij, & quo loco sit cadaver. Hic bea-
 tus vir multis miraculis à morte claruit. Eius corpus anno 1609. 20. Sept.
 maxima solentitate eleuatum est, & in sacello ei dicato collocatum. De
 prædicta autem imagine plura ad annum 1608.

Annus Christi 1605.

ANno 1605. Clarissa quædam septem annorum paralytica Hefdimi, vt
 & variis aliis morbis tenebatur, febre lenta integro biennio, cordis
 oppressione, vndè mirus virium omnium defectus, non sine grauissimis
 cruciatibus, qui vix eam respirare sinebant. Insuper interno viscerum do-
 lore ita angebatur, vt ab horrendis clamoribus se non temperaret. Vixque à
 quatuor, aut quinque religiosis cohiberi posset, ac teneri. Quare ad extrema
 tendere sapiissimè visa, atque idè viatico munita, ac sacro oleo vncta est.
 Initium autem curationis tot morborum, fuit religiosa peregrinatio, quam
 ad diuam Virginem Montis Acuti suscepit pro ægræ salute, Religiosus qui-
 dam. Vndè & secum detulit cruciculam ex ligno arboris, in qua sacrosancta
 eius imago quieuerat, quam crucem Abbatissa in aquam immisit, eaque ius-
 sit lauari pedes & tibias infirmæ, quæ tunc quidem valdè cruciabatur. Sed
 mirum dictu. Sequentè die mane deprehensa melius habere. Itaque nullius
 nixa adminiculo, è lecto surgit, ambulat licet ægrè, & ad templum sese con-
 fert stupentibus religiosis vniuersis, non minus quam si mortuam vitæ re-
 stitutam intuitæ essent. Itaque in gratiarum actionem solemniter decanta-
 tum est, *Te Deum laudamus*. Deinceps eadem aqua non modo tibias, sed &
 vniuersi corporis iuncturas abluit, vndè magnam percepit opem. Quare ab
 ea die liberè & sine vllò adminiculo ambulauit, planè ab omni malo libera.

Ipsò anno maleficiis affectus erat Blasius Malianæ Aduocatus in Parla-
 mento Lotharingæ, à quibus variè torquebatur, modo vomitionibus cibi
 & potus, modo dolore pedum, compagum in genibus, in spina dorsi, in co-
 xis & aliis partibus. Accedebat vtriusque brachij paralysis, ac vtriusque
 tibie.

SLEC. XVI.

*Chron. Ord.
Minim.*

*B. Gasparus
de Bono Mi-
nimus, vt co-
luerit Deipa-
ram.*

*Imago Dei-
paræ miracu-
losa Valentia
in Hispania,
qua prodit lo-
cum homici-
dium.*

*Balinghem
in Calend. B.
Mar. 10. Se-
premb.*

*Clarissa mul-
tu morbis ve-
nata mirabi-
liter sanatur.*

*Hist. B. Virg.
Sichem.*

SÆC. XV.

tibia. Neque vero tot & tantis malis vllum ei remedium aut ab arte medica, aut ab exorcismis quos adhibuerat. Cum eccè tandem lecto libello de miraculis B. Mariæ Sichimiensis, concipit eius meritis spem recuperandæ valetudinis. Eo itaque mittit nepotem, qui postquam solemne sacrum pro auunculo cani curasset, ipseque sacris operatus esset pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramento, domum regressus, comperit illum melius omninò habere, ac paulatim perfectè conualuit, ita vt post aliquot menses, ipsemet pedes sacram Sichimensis ædem visitarit. Hoc autem minimè reticendum, quòd eadem hora qua nepos montem Acutum attigit, ipsa eadem, senserit æger toto corpore fluere quasi auram suauem & benignam, qua mirum in modum ei membra omnia reborabantur, ac vires sumebant.

Odo Giffius in Hist. B. Virginis Aniciensis lib. 4. c. 44. Rusticus à dissenteria sanatus voto facto Virgini Aniciensi.

Ipsò anno 1605. Rusticus quidam Lemouicensis graui dissenteria morbo ad extrema deductus certissimam mortem expectabat: sed voto emisso de peregrinatione ad diuam Virginem Aniciensem, statim conualuit. Cum autem iuxta quod vouerat pedibus nudis iter vellet capere, ab amicis dissuasus, rogatus est vt saltem caligas absque calceis retineret. Quod & fecit. Mirum dictu. Cum à domo Rustici illius vsque ad ciuitatem Aniciensem sint plusquam quadraginta leuæ; caligæ tamen nihil omnino detrimenti passæ sunt, sed integræ permanferunt.

Annus Christi 1606.

Bzouius.

Illustris quædam matrona Morana, vnicum filium habebat, fulcimentum extremum & familiæ, & senectæ. Is iuuentutis flore, magnas spes de se ostentans, conuertit eas in mœrorem. Languet, agonizat, moritur. Quid faceret mater? Tota se in lamenta resoluit, & dum plorat, à genio custode admonita, vitæ melioris originariam fontanam diuam Virginem Claromontanam in Polonia, orat; deinde spe & voto concepto, adolescentis cadauer capulo inditum curru imponit vehendum ad templum diuæ. Postquam fuit ante ædem D. Claromontanæ, ille qui mortuus fuerat, quasi de graui somno excitatus, oculos aperuit, verba formauit, surrexit, processit, viuus & vicens à cælesti ope.

Puer mortuus reuiuiscit.

Balinghem in Calend. B. Mariæ 30. Iulij. Monialis paralytica, voto ad B. Virginem facto sanatur.

Quo etiam tempore, & anno nempè 1606. erat Monialis Ordinis Carthusiæ propè Bethuniam in Arthesia, quæ tam vehementi cordis oppressione ac neruorum conuulsione & contractione laborabat, vt sæpè sensu omni priuaretur, ac tandem ea symptomata in paralyfim desierunt. Cumque spatio mensium octo & eo amplius varia frustra applicuisset remedia, Sorores eiusdem Monasterij compatientes ægræ, eius nomine vouerunt peregrinationem ad collem Acutum, miraculis Deiparæ celeberrimum. Interim ipsa magno tenebatur desiderio adeundi templum, asseribatque se, si id fieret, sperare Deiparæ auxilium sibi adfuturum. Itaque partim fulcris nixa, partim sociæ brachio, versus templum prorepat, cum eccè tibi repentè sentit sibi tibias, cæteraque membra mirabiliter firmari, & fulcris valere iussis, sola ad templum firmo gressu tendit, stupentibus monialibus vniuersis.

Balinghem Calend. B. Mar. 6. Febr.

Colonix hoc ipso anno cœpit magna hominum frequentia celebrari beata Virgo in templo Carmelitarum huiusmodi ex causa. Cum media huius

huius templi pars in seipsam collabescens, columnas euertisset ac contri-
uisset, columna tamen illa cui appensa erat statua beatæ Mariæ Virginis li-
cet cum aliis euersis esset eiusdem rationis, ac non minus quam cætera,
ruinæ exposta, integra nihilominus illa saque remansit: videlicet ab inte-
gra atque illibata Virgine (vt piè ab omnibus creditur) sustentata.

Malitiosa mulier tunc temporis publicauerat in vulgus falsa de Deipa-
ra Montis Acuti miracula, nempe filiolum suum cæcum, claudum, surdum,
mutum, (& quid non?) Deiparæ ope ab his omnibus curatum. Quibus mi-
raculis se Iudaismum (nam & se Iudæam mentiebatur diuitis cuiusdam Iu-
dæi Geneuæ filiam, insuper & Comitissam) abdicasse, ac Leodij baptizatam
in templo S. Seruatij. Verùm cunctis ritè discussis, comperta est mendacis-
sima mulier apertissimorum mendaciorum rea, quare in foro Bruxellensi
publicè in theatro virgis cæsa est, ac lingua ei ferro candente perforata. De-
nique toto Dominio Principis exacta in perpetuum.

Annus Christi 1607.

Ludovicus Michaël Pharmacopola Molinensis grauius ægrotans, pe-
regrinationem vouit ad diuam Virginem Aniciensem si tamen conua-
lesceret, ad cuius honorem etiam offerret cereum album. Voto emisso, sta-
tim præter omnium totius ciuitatis Medicorum spem conualuit, & vota
reddidit.

Ipso anno, nempe 1607. Henricus quartus Francorum Rex, cognomen-
to magnus, instituit Ordinem militiæ B. Mariæ Montis Carmeli, quem
ipso anno probauit Paulus Papa quintus. Constabat autem ex centum no-
bilibus, vt (cum necessitas postularet procedendi ad bellum) starent iuxta
Regem ad eum custodiendum & protegendum. Gestabant autem ad læuam
palliorum Crucem Heteromallam, in cuius medio erat imago B. Mariæ
opere plumario, radiis aureis circumdata. In collo verò Crucem auream,
vitta bombicina camelini coloris appensam, in cuius medio, ex vno quo-
que latere erat imago Deiparæ Encausto depicta. Patronam verò & Protec-
tricem habebant B. Virginem Montis Carmeli, cuius festum per singulos
annos sexto Iulij celebrare: Officiumque B. Virginis quotidie recitare te-
nebantur, vel saltem Corollam precariam. Aliæ eorum Regulæ in Bulla In-
stitutionis & approbationis eorum continentur.

Quo etiam tempore obiit Benedictus Goetz Societatis I E S V. Hic cum
in sæculo miles esset, miraculo ad Societatem vocatus est. Accidit enim, vt
cum oram Trauancoris in India Orientali attigisset, in templum ingres-
sus, coram icone B. Virginis oraret, seseque, vitamque suam perditam, pla-
nèque licentia militari hæctenus exactam, sibi ob oculos statueret; vnde
tantum dolebat, vt ferè de Dei bonitate desperaret. Nihilominus Dei ma-
tris clementiæ memor, eius opem vehementius implorat. Quod dum facit,
Iesu Christi pueri imago, quam in gremio fouebat Deipara, cæpit flere, at-
que ex oculis emittere quasi quosdam lactis aut alterius liquoris non absi-
miles fonticulos. Quo viso expauit vehementer, ac socios vt id etiam con-
templarentur aduocauit; qui simul omnes viderunt & sacrum liquorem, ceu
reliquias, sudariis suis exceperunt. Indè in Societatem I E S V admittus est.

V V V

SAEC. XVI.
Columna cui
appensa ima-
go Deipara,
parte templi
decidente, in-
tegra perma-
neret.

Hist. B. Virg.
Montis Acu-
ti.

Mulier qua-
dam supplicio
afflictur ob
falsa conficta
miracula de
B. Virgine.

Odo Gif-
seus.

D. Virginis
Aniciensis
miracula.

Pyraus in
Corona B.
Mar. tract. 1.
c. 12.

Ordinis mili-
tiæ B. Mariae
Montis Car-
meli institu-
tio.

Balinghena
11. Aprilis.
Benedictus
Goetzus qua
occasione So-
cietatem I E-
S V ingredi-
tur.
Christi ima-
go plorat.

SAEC. XVI.

Annus Christi 1608.

Bencius in
Annalibus.
Pyræus in
tripl. Coron.
B. Mariæ.
Tract. 4. c. 4.

Lutheranum
hæreticum
conuertit B.
Virgo.

Michaël ab
Isselt lib. 2. 4.
Mercurij
Gallo Belgi-
ci.
B. Virgo iu-
mentum ce-
cum illumi-
nat, irriso-
rem verò blas-
phemumque
excitato per-
cutit.
Chron. Ord.
Minimor. in
vita B. Gas-
par de Bono.
Miraculum
circa imagi-
nem B. Virg.
Develictorum
Valentia in
Hispania.

ANno Domini 1608. Beata Virgo Maria apparuit cuidam Lutherano hæretico, nomine Martino Guttrico Combergensi in Germania, prædixitque ei, quod in vigilia Natalis Domini deberet eum in cœlum transferre. Quare præcepit, vt prius Ecclesiæ Catholicæ reconciliaretur, abiurando hæresim, atque pararet se ad transitum, per receptionem sanctissimi Euchariistiæ sacramenti. Conuocato igitur Friderico Fournerio Societatis I E S V, qui tunc Bambergæ in Cathedrali Ecclesia concionabatur, mandatum B. Virginis exequi voluit. Pater verò tantam admirans nouitatem scire voluit, quid causæ esset, quod à Deipara tantum consecutus esset fauorem. Didicit autem, quod singulis diebus septies mane, & septies vesperti, salutationem Angelicam consueuerat recitare, in memoriam gaudij & honoris, quem ipsa in verbi Dei incarnatione receperat.

Quo etiam tempore (vt quidam volunt) in oppido Montani quidam ausus est stricto gladio statuum B. Mariæ Virginis ferire. E vulnere mox sanguis effluxit, quo cum multi cæci, surdi, claudi, & qui altis morbis laborant, sanantur. Existimat Michaël ab Isselt huius historiæ seu miraculi scriptor, hanc eandem esse imaginem, de qua virum magni nominis Spira scripsisse asserit. Impius quidam cum de dicta imagine, & his quæ ab illa fieri dicebantur, audisset, & illuderet illi, iumentum oculis captum eo adduxit, visum illi restitui petiturus, bestię lumen redditur, & illulori adimitur.

Valentiæ in Hispania, ipso anno 1608. Iunij 29. celeberrimum accidit miraculum circa imaginem B. Virginis, quæ vocatur Domina nostra Derelictorum, de qua iam supra diximus ad annum 1604. Cum quidam ducere- tur ad patibulum, in itinere prostrauit se in genua coram facello, in quo eadem imago asseruatur, enixè rogans Virginem, ne se extrema illa hora desereret. Mirum, vix verba finierat, cum ab ea licet conclusa armario, respensum redditur, quinque ictibus, qui ab vniuerso populo auditi sunt. Et cum iterum genuflecteret, gratias Deiparæ acturus, pro signis exauditioni datis, iteratò auditi sunt quinque ictus vt prius.

Annus Christi 1609.

Odo Gif-
sæus in Hi-
stor. B. Virg.
Aniciensis.

ANno Domini 1609. Samuel Porta venit Anicium, vt redderet vota sua Deo, & B. Virgini ob recepta ingentia beneficia. Hic in quadã vrbe Viuariensis Prouinciæ procurator erat, & à teneris annis Calvinisticū imbiberat venenū. Quadam autem nocte à multitudine dæmonum in somno vexatus, sibi videbatur more Catholicorum signum crucis exprimere, & ad vnumquodque dæmonem de cella profligare. Tunc adstitit sanctus Angelus dicens ei: Modo vides quænam sit vera & melior religio. Expergefactus visum narravit Ministro suo, (hæreticorum scilicet pastori) qui respuenda esse hæc deliramenta, neque signum crucis vllam contra dæmones vim habere, asseruit. Turbatus ergo Samuel, rogauit quatenus dignaretur ei aliquam afflictionē immittere, vt sic facilius posset cognoscere num in vera religione versaretur. Non diu post, sic impetitus in ventre, à chirurgis

&

& Medicis vita eius desperata est. Quadam autem nocte suavi somno depressus, videbatur sibi apud Anicium videre B. Virginem, audire Angelos dulciter canentes. Expergefactus igitur, votum vouit, se hæresim abnegaturum, fidemque Catholicam amplectatur, visitaturumque ædem Aniciensem, si sanitatis beneficium consequeretur. Post votum emissum, statim cœpit conualescere, breuique Chirurgis mirantibus sospes & sanus euasit, atque sicut promiserat, Anicium perrexit, hæresim abiurauit, & fidem Catholicam professus est.

Annus Christi 1610.

ANno Domini 1610. in ciuitate Niciensi in Sabaudia, cœpit Ordo Visitationis B. Mariæ, Institutore B. Francisco de Sales Episcopo Gebennensi. Primò à Visitatione nomen accepit, eo quod tres primæ quæ post ipsum beatum Franciscum laborarunt in multiplicatione eiusdem, ob reuerentiam tanti mysterij, infirmos, magisque egentes & derelictos consolabantur, eisque inseruiebant. Nunc verò Moniales Ordinis istius perpetuam clausuram seruant, & cum iam non possint in domibus visitare infirmos eisque benefacere: tenentur admittere puellas debiles & infirmas, atque ad alterius Ordinis ingressum incapaces. Recitant verò quotidie Officium B. Virginis.

Franciscus Cappamazza, Alexandri nobilis Puteolani filius, vndecim annos natus, puer modestus, optimisque moribus præditus, & vt in tantula ætate perspicacis ingenij, beatæ Virgini in primis deuotus erat. Nam penè ab incunabulis, in Deiparæ honorem præter Coronam, Rosarium, aliasque piæ preces, quas eidem Virgini recitare consueuerat; singulos hebdomadis bis à carnibus abstinebat, eo scilicet die, in quem festum Annunciatae Virginis incidit, die item Mercurij eidem Virgini, quam à Carmelo vocant dicato, sabbatho præterea à lacticiniis semper abstinebat, quin etiam à parentibus enixè contendebat, vt die martis, Beatæ Virgini à Constanti-nopoli sacro, liceret sibi à carnibus pariter abstinere, quod illi propter teneram pueri ætatem minimè permittebant. Is itaque cum parente ad montem Virginis in festo Pentecostes anni 1610. se contulerat: cumque ipse, ac parens in cuiusdam Monachi cellam, qui eos amicè hospitabatur, recepti essent, ad incendij strepitum expergefacti, surgunt è stratis, arreptaque pater filij inhærentis manu, vt & eius, & suæ consuleret vitæ, ianuam versus pergebat, quo plurima ad incendium euadendum multitudo confluxerat. Verum cum non longè abesset à ianua, repente confertissima turba superuenit, suoque impetu filium à patre distraxit sic, vt confluentium horum vndis penè obrutus puer, contenta voce, patris auxilium nequicquam imploraret, cui pater multitudinis etiam impetu abreptus, in hæc verba respondit: Christus Iesus te seruet incolumen fili mi: ego enim nihil opis tibi afferre valeo. Hic puer, cum se sentiret humana ope destitutum, Virginis singularis suæ patronæ auxilium inuocauit; vouit, si ab eo discrimine eriperetur, singulis hebdomadis die martis carniū abstinentiam. Interea iacebat penè sepultus, ac multitudine opprimente prostratus, altero subtrus pectus brachio, altero non impedito; cum ecce tibi mulier, in cuius faciem se

*Ordinis Visitationis
B. Mariæ institutum.*

Anton Spina de B. Maria Deip. tractat. de Miracul. num. 65.

Francisci Cappamazza adolescentis, deuotio ad B. Virginem.

SÆC. XVI.

*A. B. Virgine
liberatur ab
incendio.*

minimè intendisse affirmavit (Beatam tamen Virginem fuisse probavit euentus.) Quid hic agis, inquit, puer? Surge inde. At ille cum se surgere negaret, brachio mulier arrepto sustulit, tantaque vi extraxit, ac diuulsit è turba, vt calceos è pedibus extractos ibi relinquare coegerit, dolorem quoque brachio vehementer compresso incusserit. Inde sub fornacem, tutissimum nempe locum momento traduxit incolumen. Albescente iam die mœstus pater ad cadauerum aceruum se contulit, vt filium, quem iam extinctum arbitrabatur, honestiore tumulo cõponeret, & cum propius accederet, filium exaudiuit clamantem, Pater, pater, quem vt spirantem, atque incolumen, nec inopinato aspexit, flexis genibus, terram sapius exosculatus, Deo quas poterat, gratias egit, quod extinctis atque attritis tot hominibus, iisque robustioribus, tenerum filium à tanto periculo subdlexerit. Vterque vero oratorium Deiparæ, recens Puteolis extractum, adire studet.

*Hist. B. Virg.
Vveyrensis.*

Ipso anno circa festum S. Martini Maniacus multo tempore mentis inops à Deipara restituitur. Huic nomen erat Ioannes Langius qui anno isto phrenetica febris repente inuaditur, quæ ei omnem rationis usum ademit. Interea dum malè custoditur, in sylvas contendit. Ibi quinque integris septimanis instar bruti, omnis humani cibi potusque expers vixit. Elapsis iam quinque hebdomadibus, cum in quadam abdita solitudine inter montium & vallium abrupta paululum quiesceret, paulum quoque leuaminis sensit. Itaque ad se, vnde diu abfuerat, reuersus, cum ad Deum mentem leuaret, vltro se memoria Deiparæ Vveyrensis insinuauit. Quam vt & Deum feruenter deprecatur, vt se sibi restituat, addit votum visitandi eius sacram ædem. Mira res. Eodem temporis puncto, perfecte ei redditur rationis usus, & è montium confragosis recessibus per deuia, leui vt sibi videbatur itinere, liberatricis sine dubio manu ductione, licet debilis adhuc, & è fundo exhaustis corporis viribus, ad suos redit, qui eum pridem in syluis obiisse putabant. Nam plus integro mense requisitus, nusquam comparuerat. Cum porro ab eo quereretur, quis cibum ministrasset? quis opem tulisset oberranti, ac tanta locorum intercapedine discurrenti? Deipara, inquit, Vveyrensis. Itaque licet membrorum vigore destitutus, multorum milliarium iter (Albimanio erat oriundus, monasterio D. Michaëlis ibi deseruiens) ad Deiparam Vveyrensem vota soluturus contendit, Beata Virgine illico vires ministrante. Interrogatus autem vnde ei Deiparæ Vveyrensis notitia, respondit, cum ante viginti annos parentes mei Albimanio discedentes in Brandeburgensi Marchionatu Vveyera non procul, domicilium transtulissent, vidi histe oculis; etiam hæreticos Lutheranos cum primum eam inuocassent, seu pro se, seu pro aliis è vestigio ab ea exauditos. Cuius etiam exempla expressis personis referebat. Huic miraculo tota ciuitas Bambergensis testimonium reddit. Nam cum hic nusquam licet diu quaesitus reperiretur: Concionatores omnes eum precibus commendant, vt saltem mortuus reperiretur.

*Maniacus
multo tempore
mentis
inops sanatur
à B. Virgine.**Hæreticorum
etiam vota
& preces ex
audis B. Vir-
go.**Annus Christi 1611.*

IMago Deiparæ depicta rudi penicillo in pariete cuiusdam domunculæ, in qua retia, aliaque huiusmodi nautica instrumenta seruabatur Salerni
in

in regno Neapolitano anno 1611. hora ante solis occasum, prodigiosum cœpit sudorem emittere, a quo liquori persimilem, guttula etiam rubra velut sanguinei coloris ex eius facie fluere cœpit, quod a multis quatuor obseruatum est. Fuisse videtur hic sudor prænuntius ingentis cladis quæ die sequenti (qui erat dies Pentecostes) contigit, quando monasterium nobilissimum Montis Virginis non procul Neapoli conflagrauit plurimis absumptis. Euulgato autem hoc imaginis sudore, ingens ad imaginem concursus factus, ibique nobile templum piorum clemosynis ædificatum est, hoc disticho ad imaginem supposito.

*Virginem cum mons multorum cæde flagrauit,
Sudorem hæc visa est mittere sanguineum.*

Serenissima Margareta Hispaniæ Regina Philippi tertij coniux, tunc temporis moritur. Hæc licet adhuc puella, quotidie præter Officium S. Spiritus, S. Crucis, præter septem Psalmos, Litanias, aliasque preces, solita erat recitare Officium Deiparæ, addito super hæc Rosario. Matrimonio iuncta, instante puerperio, curabat celebrari nouem sacra (quibus & intererat) in honorem præcipuorum mysteriorum vitæ Deiparæ. A puerperio statim se sistebat, & fœtum suum Deo & Virgini in aliquo eius templo, quem & illi offerebat, gratias agens de collato beneficio. Vt primum cognoscebat alibi Beatam Virginem se miraculis illustrem reddere, mox eò commeabat, preces & dona sua illi oblatura. Quod patuit in toto itinere ex Stiria Madretium vsque. Die Annunciationis nouem egenis fœminis, manibus suis cibum ministrabat, in honorem nouem festorum eiusdem Virginis: quod quidem in omni vita sua obseruauit.

Annus Christi 1612.

IPso tempore, nempe anno Domini 1612. surrexit nouus Ordo puellarum S. Vrsulæ, siue Congregationis B. Virginis, quarum institutum est ad bonos mores instituere puellas.

Ad meliorem vitam commigravit ipso anno Fr. S. Panormitanus, Ordinis minorum. Hic sub mortem orationem suam ad Deiparam (cui in omni vita addictissimus fuerat) conuertit, ei gratias agens pro variis quibus ea interueniente à Deo cumulatus fuerat beneficiis, eique spiritum suum mox exiturum commendans, vilitata illa Ecclesiæ prece: *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* Puerulus quotidie genibus nixus coram Deiparæ imagine, cuius Litanias recitabat, solebatque adhuc secularis, & vix adolescentiam ingressus singulis diebus sabbati ieiunare. Obiit 18. ætatis suæ anno.

Ex Ordine minimorum ipso anno migravit in cœlum Stephanus Iustitius Oblatus, vt vocant. Hic cum post diuturnum oculorum dolorem omnino eorum usum perdidisset, aduertit se variis impatientis animi motibus agitari. Quibus vt obuiam iret, Deiparam in singularem aduocatam elegit, variis ei deuotionis obsequiis exhibitis. Cum excederet abstinētia à victu etiam naturæ necessario, ei semel ad mensam accumbenti, apparuit Deipara: Cur, inquit, ad eum, singularis es in hac mortificatione & abstinētia cibi? Cumque responderet, se id facere ad subiiciendam spiritui carnem, & vt peccata sua expiaret, denique ad Deo placendū. Tum Deipara, Desine

SAEC. XVI.
Spinali
Salerni ima-
go Deipara
Iudas.

Genebrard.
Balinghem
3. Octob.

Margareta
Reg. Hispaniæ
erga Vir-
ginem.

S. Vrsula Or-
dinis institū.

Chron. Ord.
Minim.

Panorm. Mi-
norita deu-
tio erga B.
Virginem.

Attichius in
Chron. Ord.
Minimorū.

SAEC. XVI.

Stephanum
Tufficum ef-
culatur Dei-
para.Balinghem
in Calend. B.
Mariæ 27.
Sept.Petrus Scar-
ga B. Virgini
deuotus.Attichius in
Chron. Ord.
Minimor.Balinghem
1. Aprilis.Ebrius dia-
bolum inui-
sians ad bi-
bendum, gra-
uiter exagi-
tatur, à B.
Virgine Vvey-
rensi libera-
tur.Balinghem
in Calend. B.
Mar. 25. Iul.Mulier ab in-
fami claudi-
catione voto
ad B. Virg.
facto, sana-
tur.

in posterum singularis esse. Satius est te conformem cæteris vitam ducere. Aliàs è templo egredienti occurrit Deipara, eiusque genis osculum impres-
sit. Prophecia ubi dicitur, *Scientiam habuit infusam. Miraculis claruit.*

In Ordine Societatis IESV obiit tunc Craconiæ Petrus Scarga Societa-
ris I E S V. Hic à sacris concionibus erat Regi Poloniæ Stephano, & Beatæ
Mariæ deuotus. Paulo ante obitum cereum ex cera candida manibus suis
confecerat, quem ad Deiparam Cescouiensem ibi celeberrimam dono mi-
sit, vt coram eius imagine arderet vsque ad consummationem. Mirum di-
ctum, obseruatum est eodem tempore defuisse lucere, qua Pater Scarga ex-
tinctus est.

Ordinem Minimorum Reparata Sanctimonialis illustrabat, quæ Regi-
nam cælorum ordinariè videbat, dum à Sanctimonialibus caneretur *Salue*
Regina, deambulanti in choro, quam & variis corporis inclinationibus,
& extraordinaria reuerentia salutabat. Quod animaduersum à Præside seu
Correctrice (vt vocant) iubetur reddere facti sui & insolitæ illius pietatis
rationem. Quare iubente sancta obedientia, falsa est quod erat. Miraculis
post mortem claruit.

Tunc etiam Nicolaus Reublem ciuis Bambergensis, cum temulentus,
horrendas inter pocula cum diris & execrationibus effunderet blasphemias,
tandem videns se ab omnibus sympocis desertum, excandescens: Veni,
inquit, diabole, & mecum bibe. Vix verba effatus erat, cum tremor irruit in
eum, incipitque furere, vociferari, frendere, spumare, modò eleuari ab inui-
sibili manu; & fustibus cædi, modo terræ allidi. Nunc de diaboli violentia
querebatur, & viuum se ab eo abripi lamentabatur. Durauit autem hæc
carnificina plurimos dies. Adhibita sacra amuleta, & alia quæ Catholica
Ecclesia præscribit. At aliud non habetur, quam vt è diutino furore pau-
lisper ad se redeat, & errorem agnoscat, & doleat de sua temeritate & tem-
ulentia. Suadetur itaque vt abrenunciet hosti, peccata expiet exomolo-
gesi, ac votum Deiparæ Vveyrensi nuncupet. Quod vbi ab eo factum, sine
mora pellitur cacodæmon, cessat ægri furor, corporis vires paulatim re-
deunt: voto se liberat, & coram Notario, ac testibus, acceptum à Deipara
beneficium agnoscit.

Annus Christi 1613.

Sequenti anno sacram D. Virginis Vveyrensis ædem inuisit mulier, ab
Sea ab informi claudicatione liberata. Ea primum tumore dextræ tibie
sic vexabatur, vt calcari vltra non posset. Mox ab eo singula in singulis par-
tibus vlcera nata, fœda, immedicabilia, oris purulentis ac fideratis, carne
mortua. Insuper puris emanantis tantus erat foetor, vt nemo eum ferre pos-
set. Nec Chyrurgus erat, qui viso tam atroci vlcere, eius medelam in se re-
cipere auderet. Accessit tandem contractio tibie ita malè affectæ, vt nec
mouere eam, nec flectere posset. Atque ita palmo circiter breuior effecta,
omnem gradiendi facultatem adimebat. Ergo humanis deficientibus præ-
sidiis, ad Beatam Virginem Mariam ægra recurrit. Addit votum ad sacra-
tissimam eius Ecclesiam precibus, & votiuo munere inuisendam. Et ecce
de

de repente vlcera exiccati, putridæ carnes decidere, summa totum crus intra paucos dies perfectè sanati, ita vt longissima etiam itinera absque labore conficeret.

SÆC. XVI.

Annus Christi 1614.

Pater Franciscus Binans ex Ordine Minimorum tunc clarus habebatur, qui à teneris annis Deiparam sibi elegerat in patronam, cuius & opem variis euentibus expertus est singularem. Eius ope seruatus est, ne ex Anglia discendens agnosceretur ab exploratoribus, quos Regina Elizabetha ad singulos portus collocarat. Eodem in itinere, eadem suffragante, à naufragio liberatus est, mari véhementer intumescente, ac ventis penè nauim demergentibus. Nomen Mariæ, (vt & nomen IESV) scalpello sibi sculpserat in corde, non sine acutissimo cruciatu, quem tamen perferebat libenter præ desiderio circumferendi etiam in corpore signa eius rei quam maximè ad amabat. Nunquam nisi capite detecto, sanctissimæ Mariæ nomen proferebat, addita bene profunda reuerentia. Quod & ab eo seruatum est in quadam conferentia, cum quodam Ministro in Gallia, in qua de honore Deiparæ agebatur. In qua Minister ob æstum dierum canicularium caput continuo apertum habens, cum à Patre Francisco, audiret nomen Mariæ, quasi in contemptum Virginis caput tegebat. Ea nimirum est hæreticorum in Deiparentem obseruantia, vt quoquo modo possint eam inhonorent.

Attichius in Chron. Ord. Minimor.

Franciscus Binans opem Deipara in variis euentibus experitur.

Ministri Hæretici ingens contemptus Deipara.

Annus Christi 1515.

Anno 1615. Turnoni in Prouincia Viuariensi, iuuenis quidam Montispeffulani, Religione hæreticus, in grauem morbum incidit, pertinacique animo mori cupiebat in errore suo. Nam sæpè monitus à Religiosis viris, ad respiscendum, nihil proficiebant. Semel autem interrogauit eum quidam ex eis, num aliquando B. Virginem inuocasset? Respondit, nunquam. Rogatus, vt saltem semel in vita sua hoc præstaret, obstinato animo renuit. Nihilominus propter viri importunitatem, consensit tandem, Beatamque Virginem inuocauit. Mirum dictu, statim ad se rediens, cœpit considerare miserum in quo versabatur statum, postulatoque Confessario, totius vitæ peccata confitetur, hæresim detestatur, Ecclesiastica sacramenta cum deuotione magna suscipit, perseueratque liberatricis suæ auxilium implorare: tandemque post duarum horarum spatium lætus obiit.

Pyreus in Tripl. Corona B. Mariæ. Tract. 3. c. 13.

Hæretici mira conuersio, ob semel inuocatum B. Virginem.

Annus Christi 1616.

Sequenti anno 1616. publicis conscribitur tabulis Deiparæ in Lutheranum aurigam beneficentia. Hic curru, seu curru birotato in Thuringiam falem conuehere solitus erat. Accidit autem vt dum ex itinere illo domum reuerteretur, media in via equus, aut nimio grauatus pondere, aut morbo aliquo affectus, aut viribus aliàs defectus corruerit omnino, & nec clamore sollicitatus, nec verbere ictus, surgeret. Inops igitur consilij miser auriga quid agat? Nemo enim planè erat qui opitularetur. Ergo memor tot mirabilium quæ de Deipara Vveyerensi inaudierat, quamquam Lutheranus, concepta in eum fiducia, promissoque honorario munere ad sacram eius

Balinghem in Calend. B. Mar. 10. Septemb.

ædem

SÆC. XVI.
Beneficentia
Deiparæ in
Lusheranum.

ædem deferendi, non dubitauit opem eius implorare. Vix verba finierat, & ecce surgit equus sanus & incolumis, & onustum insolito pondere currum, absque difficultate domū reducit. Sed cum voto se liberare differret, accidit illi iterum alia occasione in eodem itinere illud idem infortuniū. Concidit denuò equus, & multò minus quam nuper, vt se erigat compelli potest. Dolet auriga se Deiparæ ingratum extitisse, nec audet iteratò petere quod tam ingrata, tam perfidæ tradiderat obliuioni. Nihilominus noua spe animum addente, suam grauius accusans ingratitudinem, Deiparam compellat, & duplicatum cerei votini donarium pollicetur. Auditus etiam est, & hac vice, surgit equus, & post breuem pàusam haud instigatus, præpropere ad locum subuehit destinatum. Et Auriga oneris liber, religioso voto animum expedit, Veyeramque vt Diuam in sede sua salutet, sese confert.

Annus Christi 1617.

Ex Hist. ea
de re im-
pressa Venetiis.

VENETIIS anno 1617. celeberrima & frequentissima habita est supplicatio, in qua inter cæteras reliquias, circumlatæ sunt maxima pompa, & ditissimo apparatu, variæ Deiparæ Reliquiæ, de eius lacte, toga, pallio, velo, cingulo, & aliis. Nunquam visa Venetiis talis supplicatio, neque fortè in vniuersa Italia, à multis annorum centuriis. Solum loculamentum ex cristallo permagnum in quo repositæ sunt reliquiæ, & sanguis Christi, æstimabatur decem millibus aureorum. Sed lubet in gratiam pij lectoris fusius hanc supplicationem prosequi.

Reliquia Dei
paræ Venetiis
in celeberrima
supplicatione magna
cum pompa
delata.

Gaudent Veneti duobus præclaris Virginei mariæ lactis pignoribus; quorum quidem alterum eò Constantinopoli transmissum cum aliis plurimis reliquiis, Duci Henrici temporibus, in Paræciali sancti Prophetæ Simeonis æde, ampulla reconditum asseruatur: alterum videre est in Ducali S. Marci templo, simili inclusum ampulla. Nolim hic in medium adducere regios planè vehiculorum apparatus, quibus & sanguis & aliæ Christi Domini reliquiæ fuerunt impositæ, neque mei est honorem imaginum hic appingere, quibus in illa sacra circuitione multorum Sanctorum cineres fuerunt decorati: vni tantum perscribendæ narrationi reliquiarum Deiparæ Virginis insisto.

Pegmate igitur in formam pyramidis erecto, quod Attalici panni amictu splendidissimè collucebat, quatuor circūquaque gradibus industriè asurgentibus, compositis super aureis & argenteis loculamentis, in quibus hæ beatissimæ Virginis reliquiæ collocatæ fuerunt. Primas obtinebant lac Virgineum, deindè togæ eius, pallij, veli, cinguli, Palmæ, sepulchri particulæ constitutæ, inter quas etiam sibi vendicabant sedem fragmenta loci, tum illius, quem vtero virgineo egressus redemptor mundi primo suo beauit aspectu. Subierunt onèri sacerdotes quatuor ad pompam amicti, imminente desuper & protegente cadureo argenteis laminis conflato, & venusta florum arte factorum harmoge conspicuo cui ferendo quatuor etiam sacerdotes assignati. Preibant vtrisque, & longa serie subsequebantur, quibus visum fuerat facis alicuius, aut tædæ lumine pompam illustrare, ad latera viri duo professionis Ecclesiasticæ tunicis ex pauno raso Tyrio murice perfuso, gemmisque & aureo intertextu Phrygio opere iocustato vestiti, thurea

churea dona depromebant. Ponè subibant sex sacerdotes in niucis pluui-
libus auro hispidis. Proximus ab his illustrissimus Venetiarum Patriarcha,
pluuiali pariter ornatus; sed quo neque materiæ pretio, neque artis nobilitate
præstantius vllum sub oculos venire posse crediderim: nimirum constatum
est ex pallio quondam Regis alicuius Persarum, munere huic serenissimæ
Reipublicæ consecrato. Gradiebatur autem Conopei aureo panno
instrati, quodque argenteæ columnæ sustentabant, ymbone munitus, magna
Canonicorum nobilissimè indutorum caterua latera stipante, in his
quatuor, manus conopeo portando admouebant, quorum humeros præ-
texebant pluuialia auro solido bracteata. Horum vestigia excipiebat serenissimus
Dux, & amplissimus Senatorum ordo, quibus singulis manus votiuo
ardebat cereo. Seriem claudebat tanta tum indigenarum, tum externorum
vnda, confluxusque, vt neque sancti marci templum, neque fori patentissimum
æquor, multitudini sufficere posse videretur. Verum de hac te satis,
plura reperies apud Balinghem in Calendario B. Mariæ 28. Maij.

Ipso anno publicis mandatum tabulis ab insanabili erisipelate curatio.
morbus hic Kunegundam quandam non modo capite, auribus, oculis, vultu,
sed vniuerso corpore tenebat, eique summos dolores afferebat, & quidem
absque vlla quiete, ob incredibilem æstum membrorum omnium idque
multis mensibus. Adhibita remedia morbum acuebant. Accedebat febris,
capitis, ac cerebri afflictio tanta, vt infania non procul abesset. Iam de
vita illius conclamatum erat. Itaque & deseritur ab humana ope, sed non à
diuina. Nam iam iam agonizaturus, sentit se interno instinctu virgeri ad
Deiparæ Vveyrensis opem flagitandam. Quod quidem magna spe facit,
votoque se illi obstringit. Audi mirum. Hora non elabatur, & ecce vredo
omnis euanescit, membra inflammata & inflata derumescunt. Ægra surgit
sana, & sine mora properat Vveyeram. Quæ non sine spectabili comitatu
appulit 13. Iulij, solemnique attestatione beneficio sibi concessa à Deipara,
publicam fidem auctoritate publica procurauit.

Eodem anno 1617. Romæ visus fuit miraculosus, diuinæ misericordiæ
erga quendam Iudæum senem effectus. Hic vocabatur Israël, cum desideraret
conuersionem, nec possem resistere persecutionibus, qui ei impedimento
erant, desperatione victus, quadam nocte sese in Tyberim præcipitem
dedit. Cumque prope esset vt mergeretur, Beatam Virginem toto corde
inuocauit. Tunc quidam Molitor, proiciens quoddam lignum aduncum,
ad extrahendum seu detinendum aliquid, Iudæum naufragum sub ascella
captum & detentum, in sublime sanum & incolumen attraxit. Tantam
Iudæus videns ergà se Dei & Virginis Matris bonitatem, ad ædem ipsius in
Monte sese contulit: vbi completo voto, sacramentum baptismi deuotè
suscepit.

Ipso anno Vveyræ in sacra æde Deiparæ publicatur à parentibus pueri,
hoc illustre eius beneficium. Quod ita accidit. Petrus Kuning filium habebat
bimulum, quem cum vxor domesticis occupata laboribus in altiori ac pensili
loco, nec fasciis inuolutum, nec ligaminibus vllis à casu munitum
deposuisset, is è somno experrectus, corpusculum hinc indè motitans,
ad marginem vsque perreptendo, capite prono ac præuio decidit in

XXX

SÆC. XVI.

Balinghem
13. Iulij.

*Kunegunda
mulier qua-
dam ab insa-
nabili erispe-
late sanatur
à B. Virg.*

Iac. Gauthier:
in Chronol.
edit. 2.

*Iudæus inuo-
cans B. Virgi-
nem à morte
preseruat.*

Hist. Vvey-
rensis lib. 4.
c. 6.
Balinghem
in Calend. B.
Mar. 21. Iul.

SÆC. XVI. pauimentum, cranioque conuulso, concusso, ac dissoluto, manante ex auribus, ore, naribus, oculis, aliisque vulneribus copiosissimo sanguine, tandem expirauit. Post varia parentum & vicinorum lamenta, tempus humani appetebat. Et ecce dum congregantur, in funus prodituri, suggeritur utrique parenti non humanitùs (nemo enim id consilij dederat) at cælitùs, ut supplices fiant Reginae cæli. Itaque coram omnibus in genua procumbunt, Deiparæ intercessionem apud filium inuocant, suam sibi prolem restitui deprecantes. Addunt annuæ peregrinationis votum cum facto donario. Adhuc orationi vacabant, & ecce tibi lucidum pueruli vultum rubescere, aperiri labia, oculos moueri ac lachrymas emittere, stupor omnes corripit. Tum infantulus, corporis totius tremore, & quasi animam iam denuò carni vnitam recepisset, & ploratu pariter, ac si iam primum è matris utero prodiens, lucis huius vsuram auspicaretur, se vitæ compotem indicauit. Tandem erigit se omninò sanus, absque vllò doloris sensu aut signo, comedens & bibens, remeantibus interim aliquantisper luxationum signis, quæ tamen & ipsa breui disparuerunt.

*Puer mortuus
in uocato Dei-
para auxilio
reniuit, cit.*

Balinghem
in Calend.
B. Mariæ,
17. Sept.

*Franciscus
Suarez De-
para laudes
doctissime &
uerissime pro-
secutus est.
Eius erga
Deip. studiū*

Quo etiam tempore obiit P. Frãcisus Suarez Societatis Iesu. Quam hic Deiparæ laudes celebrarit, patet ex eius Commentariis in tertiam partem D. Thomæ. Ac immaculatam quidem eius Conceptionem ita clarè doctèque explicat, ut nihil addi posse videatur. Eius perfectionem ac merita supra cæteros Sanctos, & spiritus etiam beatos, ita excellere docet: ut si in vnum omnis eorum gratia & gloria cogatur, adhuc tamen à Virginis gratia & gloria longo interuallo superetur. Quamquidem doctrinam Virgini placuisse, ipsamet reuelauit P. Martino Gutierrez eiusdem Societatis, qui ad id præstandum eum induxerat. Id insuper & per vsitatum erat, ut Theologiæ difficultates à quibus se non facilè expediebat, Deiparæ facta prece commendaret, nec sine optato euentu. Visus enim sæpè palam per domum coram eius imagine genua flectere, eique gratias agere de diuinitùs accepto lumine. Diebus sabbati arctissime ieiunabat. Festis eius diebus solitus erat antè sacrum, horas duas cum ea colloqui in oratione.

Balinghem
in Calend. B.
Mar.

*Miracula D.
Virginis Fo-
yens.*

Mulierem quandã ipsis temporibus sex iam annos tenuerat claudicatio & rigor tibiæ, ut non nisi fulcris innixa progredi posset. Medicorum apothecas exhauserat. Diuos omnes quotquot occurrerāt, auxiliare rogauerat. Incassum omnia. Itaque magno labore tandem Foyam B. Virginis opem imploratura pettigit. Illic ardentissime toto triduo eam precatur sibi, ut adsit. Sed cum triduo exacto nihil obtinere deprehenderet, mœsta in patriam remeare parabat. At Virgo abeuntem miserata eam cupita etiam inopinata valetudine impertiit. Vix enim peregrinorum vallem ad teli iactum à sacello remotam subierat, cum pedes ita firmari cœperunt, ut translatis in filium fulcris, in sacellum ipsa pedibus repeteret, actisque sanctissimæ Virgini gratias, sua fulcra tholis Foyensibus, tanti prodigij monumentum appenderet.

*Hist. Foyen-
sis.*

Tunc temporis Martinus Pieleteus ex Soreinna (vicus est Foyens. proximus) erat is annorum sex & sexaginta, & iam duodecim ipsos cum hernia grauissime conflictabatur, quæ paulatim eò tumoris processerat, ut geminos æquaret pugnos, ingentiaque alij tormina suo descensu prouoca-

ret.

ret. Ad annum igitur sextum decimum supra millesimum sexcentisimum cum sese vis morbi intendisset, hominem adeo perculit vt diebus quindecim ad extrema perduceret. Itaque humani auxilij spe deiectus, ad diuinum ocyus se cōuertit, implorataque Virginis Foyensis ope, pollicetur se Foyam aditurum si consanesceret. Nec mistæ voto preces in nihilum cecidere. Quippè iam tunc meliusculè habere, & diebus pauculis iter facere instituit, atque ad locum vbi fuerat imago (tunc enim apud Cellenses morabatur) voto piè exsoluto penitissimè doloribus exemptus, reliquam deinceps vitam placidissimè peregit.

Eodem anno idem fit de cæco, cui oculorum vsus ab eadem redditus est. Halenio Fauchal Vveenensi annorum 13. adolescentulo videndi potestas atrocis cuiusdam morbi violentia, fuerat planè intercepta. Qua vehementer percussus calamitate, mentis aciem, quando oculorum non posset, in cælum erigit, atque totam in Virgine Foyensi spem collocat, cuius profusa in alterum liberalitas vario celebrata rumore, longe latèque peruaserat. Exemplò igitur spei plenus, Foyam adducitur à mœstissima parente. Ibi statim in genua suspirabundi prouoluuntur ambo atque ex intimis animum sensibus Virgini supplicat. Mira res. Eodem temporis momèto quo cœperant comprecari, alterum oculorum apertum sibi sensit adolescentulus. Alterius verò vsus ità postridiè recuperavit, vt è vestigio abscesserit ad aratrum.

Annus Christi 1619.

Aliud B. Virginis Foyensis, anno 1619. factum miraculum referre libet. Septem mensium languor, decennem, puerum ità elumbrarat, vt vix etiam fulcris nixus ingredi posset. Itaque pater eius, primò Foyam paruulum fratrem mittit, qui à Virgine ægro fratri aliquid impertat, sed illud exiguum. Quare ipsemet Foyam parens petit, sed nec ipse planè voti fit compos. Tandem adductus Foyam paruulus, Deiparam ità inflexit, vt integerrima eum sanitate donarit. Fulcra in sacello appensa, monumentum miraculi & gratitudinis.

Ipso anno obiit Maximilianus Imperator eius nominis primus. De cuius aduersus Deiparam affectu & liberalitate hæc Lipsius. Dona diuæ Hallensis à Maximiliano sunt, Calix cum patena inauratus. Eiusdem est Maximiliani statua argentea bipedalis, quæ mitram capite, crucem vna manu, altera gladium gestat, & ab eo dependentes argenteas duas clauas. Fama tenet (& clauium argumento adstruas) Bruzellenses, antea aliarum partium, tunc in pacem, ditionemque acceptos multam dependisse. Est ab eodem arbor siue rosæ frutex è puro auro, cum plusculis ramis, floribusque item bipedalis, quam sacratam à se Pontifex Maximiliano donum, ipse veto D. Hallensi misit. Is sæpè auxiliarem illam sensit, palàm in Atrebatum vrbe à Francis auellenda, & in corpus suum restituenda.

Tenebatur grandi præsidio, Ciuium optimi, quod viribus non poterant, actu patrandum suscipiunt, sed trepidi & anxij (vt inter plures) ne res emanaret, aut in euentu falleret animos ad Deum, & Diuam vertunt. Vouent huic si aspirasset, nudis pedibus Hallensem eius ædem inuisere, oblaturosque è ferro & cera tabulas rei gestæ monumentum. At-

SAEC. XVI.

Hernios miraculosa curatio à Deipara.

Cæcus ab eadem illuminatur.

Maximilianus Imp. munera D. Virg. Hallensisi misit. Lipsius.

Atrebatum ope Virginis recuperat Maximilianus. Locrius Bælinghem.

SAEC. XVI. plius egenis pecuniæ certum modum eius honore elargituros, aqua denique ac pane vitam toleraturos, donec votorum istorum vinculis se liberassent. Factum ei hoc & illud est. Ciues & vrbs Principi suo redditi, & vota nostræ diuæ.

Annus Christi 1620.

*Mutus in aede
B. Virg. Vallis
Florida loque-
la beneficium
recipit.*

ANno Domini 1620. vt quidam volunt, celeberrimum accidit miraculum in Ecclesia B. Virginis Vallis Floridae, quæ idè sic dicta est, ed quod imago Deiparæ, quæ prostat supra maius altare inuenta fuit à pastoribus inter myricas in die Natalis Domini florentes. Quidam igitur mutus, cum venisset ad diuam Virginem Vallis-floridae, peracto nono die precum suarum, loquendi vsum obrinuit. Nutibus enim sese antea obstrinxerat, si loquelæ beneficium reciperet, per singulos annos Ecclesiam prædictam visitare non omitteret. Notarunt omnes qui eum nouerunt, quoties omisit visitare Ecclesiam illam, toties loquelam amisit: neque aliter eam recuperauit, nisi adimplendo promissum.

Annus Christi 1621.

*Virgil. Ce-
patius in vi-
za ipsius.
Balinghem
13. Aug.*

ORdinem Societatis IESV, tunc temporis illustrabat Ioannes Beremannus. Nam obiit 1621. Romæ cum magna opinione sanctitatis annum agens secundum & vigesimum. Hic cum adhuc puer esset, & cum hero suo visitaret diuam Virginem Aspricollensem (distat illa Distemio, vnde ortus erat, & vbi habitabat Ioannes, itinere horæ) toto itinere seruabat silentium, occupabatque mentem aut meditando, aut Rosario recitando. Quando in reditu è ludo litterario domum pulsatis foribus nemo eas aperiebat, ipse magna animi tranquillitate, absque vilo impatientiæ signo, in templum vicinum sese recipiebat, ibique Rosario recitabat. Frequentius tum temporis reperti sunt in angulis domus cibi, qui ei dati erant ad ientandum, à quibus se abstinuerat ad honorem Dei genitricis. Paulo prouectior, & Societatis scholas Meclinæ frequentans, primum omnium se in album Sodalium B. Virginis Mariæ adscribi postulauit, vbi omnibus exemplo præluxit in cultu Deiparæ. Ieiunabat quouis sabbatho, vt & per uigiliis festorum eiusdem. Quotidiè recitabat Psalterium S. Bonauenturæ de B. V. Maria. Vocatus ad Societatem à Deo, vt id certius ei constaret, & ne quid temerè faceret, curauit plura sacra celebrari tum Louanij, in diui Petri ad altare Deiparæ, tum in colle Acuto. Ingressus in Societatem, Deiparæ beneficio nullam vnquam sensit carnis tentationem. Vnicè diligebat Beatam Virginem, videbaturque natus ad eius gloriam propagandâ. Paulo ante mortem affirmavit cuidam condiscipulo suo se ad conatum perfectionis acquirendæ, medium istud, scilicet amoris & deuotionis erga Deiparam, potissimum adhibuisse. Tempore relaxationis, quæ sit hora integratum à prandio, tum à cœna, perpetuò conabatur inducere sermonem de illa. Toto tempore 22. mensium, quo sequestratus cum aliis iunioribus fuit à consortio prouectorum, nūquam auspicabatur recreationem, quin prius eam in quodam sacello proximo illi loco salutasset. Solitus erat sibi ipsi dicere: Si diligo Beatam Virginem Mariam, securus sum de mea salute. Quotidiè solitus erat pronunciare has laudes eius nouies. *Beata viscera
Mariæ.*

*Ioannis Ber-
manni Societ.
IESV tener-
rimus amor
erga Deipa-
ram.*

Maria Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium. & ad singulas vices genua flectebat, idque in memoriam nouem mensium, quibus ipsa Iesum Christum gestarat in utero. Quando tempore recreationis de qua superius, incidebat in socium Deiparæ deuotum, cum eo certabat vter plures & speciosiores titulos recenseret Beatæ Mariæ Virginis. Quo in genere alios superabat, tum multitudinè tum excellentiâ titulorum, & ubi alij subsistebant, ipse porro pergebat, alios semper atque alios honoris suggerens titulos, potiusque eam defecisset hora, quam materia. Præter sabbati ieiunium de quo dictum, eo etiam die famulabatur in coquina, & aliam etiam exercebat mortificationem. Sabbato natus est, sabbato in Societatem ingressus, sabbato sepultus. Erga immaculatam Conceptionem præcipuo ferebatur studio, & coram venerabili Sacramento promiserat (adhibito etiam sigillo ad schedulam eius sanguine subscriptam, quæ post mortem est inuenta) se nisi aliud ab Ecclesia decerneretur, semper propugnaturum immaculatam Conceptionem. mirabiles eius animi sensus, & gustus erant circà eam: nunquam cibum in manum fûmebat, quin ad eius honorem recitaret salutationem Angelicam. Cum vel pro se, aut pro alijs aliquid à Deipara impetrare vellet, id inscribebat chartâ, addens aliquod obsequium se eidem exhibiturum. Exempli causa, si me audierit B. Virgo Maria, ego ad eius honorem recitabo tres coronas, aut hoc, & istud faciam, mortificabo meipsum circà tale, aut tale obiectum. Postmodum eam schedam appendebat ad eius imaginem, coram qua preces fundere solitus erat. In extremis constitutus, post animæ commendationem perlectam, licet canendi imperitus, voce altiore, & lætitiâ plena, inchoauit hymnum, *Aue maris stella*, & statim profluit ad illa verba: *Monstra te esse matrem.* A morte varia per eius intercessionem facta miracula, è quibus iam plurima in processu iubente Gregorio XV. instituto, sunt authenticata, adhibito testium iureiurando.

Annus Christi 1622.

SEquenti quoque 1622. anno obiit Reuerend. Francisc. de Sales Episcopus Gebennensis. Hic in omni vita sua eximie coluit Deiparam. Eius ope à grauissima desperationis tentatione liber fuit, & à morbo regio ab hac animi molestia procedente, quæ etiam in corpus virus suum exeruerat. Eo ipso die, quo in Episcopum consecratus est (qui fuit 8. Decembris anni 1602.) vidit visione non imaginaria, sed intellectuali SS. Trinitatem ea in animo suo operantem, quæ ab Episcopis exterius fiebant. Vidit super hæc beatissimam Virginem in singularem suam protectionem sese assumentem. Quotidiè coronam eiusdem sub vesperam recitabat, idque ex voto, cui nunquam defuit totis 40. annis.

Vesontione in Gallia istud accidit miraculum. Extat in Claustro S. Mariæ Magdalene veteris imago B. Virginis, quæ vocatur B. Virgo Claustri, vel Pietatis, quia tenet filium de cruce descensum in gremio suo. Cum autem anno 1622. Claustum prædictum omninò conflagrasset, imago B. Virginis intacta remansit, neque velum quod erat super caput eius, ignis omnino tetigit, licet in cineres redegerit Cunabulum ubi reposita fuerat.

Franciscum de Sales Episcopum Geb. à tentatione desperationis, & à morbo regio liberat B. Virgo.

Pyreus.

Imago B. Virginis illa in remanet inter flammis.

SÆC. XVI.

Annus Christi 1263.

Ipsò ferè tempore nempe anno 1263. renouata est celebris peregrinatio ex tota Gallia, & aliis partibus ad Sacellum B. Virginis de Verdeleio, in agro Burdegalensi, iuxta ripam Garumnæ, ob ingentia quotidiana miracula, quæ ibi fiunt. Quod quidem Sacellum, nunc possident Cælestini, Patres Ordinis mei, & hoc opera illustrissimi Cardinalis Surdei Archiepiscopi Burdegalensis, iamque ibi insigne Monasterium Ordinis nostri accreuit. Miracula autem ibidem ad inuocationem B. Virginis patrata, verificata, & probata, iussu prædicti Cardinalis typis excusa sunt.

Miracula B.
Virginis Verdelei.

Annus Christi 1624.

Infulis nobilissimo Emporio Belgij in custodiam dati anno 1624. nebulones quatuor ob violatam verbis contumeliosis Deiparam in sua quadam imagine ad murum tabernæ meritoria, & ob eandem postmodum proiectam in fossas ciuitatis, hi quanquam protestarentur se Catholicos, & à catholicis parentibus prognatos, magnamque offerrent pecuniæ vim in Deiparæ obsequium, causarenturque se vino sopitos nescisse, quid agerent: nihilominus lara est in eos hæc sententiæ, & re ipsa executioni mandata. Comparerent linteati, pedibus, capiteque nudo, manu prehenso cereo ardente coram dicta imagine, ibique certa concepta orationis formula, veniam à Deo, diuque postulerent. Deindè vt impositi currui per nobiliores vrbs plateas virgis cederentur. Tertio, vt in perpetuum tum vrbe, tum vniuersa Castellania (vt vocant) exularent. Insuper illi qui præ cæteris contumeliosior in Diuam extiterat, lingua candente ferro perforata est. Ad hæc quotquot interfuere dum dicta imago è muro tabernæ supranominatæ auferretur, damnati sunt ad comparandum vt supra coram imagine in lineo amictu, capite, pedibusque nudis, &c. Denique qui ad vsque fossas ciuitatis imaginem illis postulantibus tulerat, præter supradictam cum cæteris communem Deiparentis reparandi honoris rationem in lineo vestitu, erecto theatro ante domum ciuicam ibidem publicè, astantibus scabinis flagellatus est. Atque ista est ratio diuinum sibi suisque ciuibus numen conciliandi, si qui ciuitatibus præsent, eius genitricis honori vbi vel minimum is læsus erit, reparando seridè inuigilent.

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 30. Iul.

Seuera animaduersio
in contumeliosos
erga imaginem Deiparæ.

Balinghem
2. Iunij.
Item & in
blasphemū.

Ipsò anno Michaël Marfi natus in pago Marguiniaco non procul à Bassea, ob varias in Deiparam blasphemias Audomaropoli prolatas, publicè virgis cæsus est, postquam eas habitu poenitentis reuocasset.

Annus Christi 1625.

Sequenti quoque anno, nempe 1625. Deiparæ honor sancitur & reparatur, publico supplicio sumpto de quodâ in eam sacrilego. Iacobus Cleophas ex pago Andrelues in Hannonia, qui in Deiparam dictam bonæ voluntatis, quæ Haureti colitur (sesquimilliaro ferè ab vrbe distat) recenterque miris operibus mortales ad sui cultum incitabat, horrendas blasphemias euomuerat, eius imaginem vestibus, ornamentisque exuerat, appensos agnos diripuerat, baculo in eam validè impacto conatus in partes diffringere, quo ictu aiebant aliqui, liuorem in eius imaginis facie remansisse, alij etiam lachrymas

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 18. Iul.

Iacobus Cleophas
in Deiparam blasphemus
sensè punitur.

chrymas, atque aded sanguinem ex ea manasse, vidisse se asserabant. Is Montibus publicè virgis cæditur, lingua ei ferro candente perforatur, atque ex toto Montensi territorio perpetuo exilio mulctatur. Grauiora passurus, & ad mortem damnandus si suprâ memoratorum criminum oculati testes inuenti fuissent.

SÆC. XVI.

Annus Christi 1626.

Supra multis in locis retulimus multa miracula quæ B. Virgo operata est in Monasterio nostro Cælestinorum Lugdunensium. Sciat tamen Lector istis temporibus, multo magis quam ante quotidiana ferè miracula ostendere, beneficiaque inuocantibus se præstare. Tota sanè Lugdunensis ciuitatis deuotio est ad Imaginem D. Virg. Annunciatæ, seu Bonorum Nunciorum, quæ ibidem veneratur. Tantusque ad eam est populi concursus, præcipuè diebus Lunæ, vt iam Ecclesia non sit satis ampla ad continendum populum: iamque murorum latitudo & altitudo angustior est, vt possint appendi tabellæ & picturæ miraculorum.

Annus Christi 1627.

Miraculum diuini Deiparæ lactis ad annum 1627. factum referre libet. In Apulia, oppidi cuiusdam incolæ nomine Mirabelli, vicini iis quæ terræ motu absorpta sunt (qui in tota Apulia ad ducenta millia capita peremit) ad numen placandum, solemnem instituere Processionem, in qua ampullam de lacte sanctissimæ Virginis Mariæ continentem detulere. In templum regressi omnes elata voce matrem misericordiæ inuocant. Atque ilicò, visa sunt eius patrocinantis signa, lac quippè & spumare, & augeri, & ampullam implere cœpit. Imò ipsa lilia superposita omninò arida, statim resoruerunt, & vigore vigoreque pristino resumpto aded creuere, vt totum penè altare stupentibus omnibus, occuparent, & ornarent.

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 20. August.

*Lactis Deiparæ
celeberrimum
miraculum.*

Ipso anno, Neapoli prostituta mulier ad balnea Anagniensia sanitatis causa tendebat. Vbi verò saxeam illam cavernam olim à Romanis constructam transisset, aded morbus cœpit ingrauescere, vt ibi sit mortua. Indè ad templum illi Auernæ proximum delatum est cadauer, quod sepulturæ sacræ tradere noluit Parochus ea vespera, dicens eam, cum meretrix esset, absque sacramentis obiisse. In templo interim nocte illa deposita, sub mediam noctem cœpit Confessarium inclamare. Vocatus Parochus templum adit, & viam reperit. Quæ de mortis certitudine eum docet, animamque corpori restitutam ad confitendum, ac post confessionem se iterum asserbat breui morituram. Addebat sibi id meritis sanctissimæ Virginis Mariæ concessum, quam dum viueret, singulari studio prosecuta erat. Quare & peccata expiauit, & sacra Eucharistia refecta est. Quibus peractis, quia spectantes non credebant denud statim morituram, ad hospitale deduci curarunt, quibus illa obnitens, se morituram asserbat: quod ita evenit. Nam vix aliquot passus delata, animam suo Creatori reddidit.

Balinghem
in Calend. B.
Mar. 1. Febr.

*Meretrix subito
mortua,
meritis & precibus
Deiparæ rediit ad
vitam, vt confiteatur.*

F I N I S.

Laus Deo, et B. Virgini Dei Genitrici Mariæ.





INDEX RERVM
MEMORABILIVM,
QVÆ IN CHRONICON SS. DEI-
paræ Virginis Mariæ continentur.



A



- BBATIAM Erem apud Heluetios ab incendio præseruat B. Virgo, 424
Abbatis cuiusdam visio de morte Innocentij Papæ III. 210
Abstinentiæ donum singulare à B. Virg. consequitur S. Aibert. Monachus. 145
B. Abundus quam fuerit familiaris B. Virgini. 234
Accursio oranti apparet B. Virgo. 262
Acum deglutiens Sartor, à Deipara sanatur. 357
S. Adalbertum ægrotum sanat B. Virgo. 125
B. Adam Monach. Ord. Cister. ab infantia B. Virgini valdè addictus. 243
Ei apparet Deip. 244
B. Adamo diuinitus lumen ministratur ad legendum Lectiones Matutinarum B. Virginis. 164
Adalbertus quidam B. Virginis intercessione euadit damnationem æternam, & redit ad vitam. 205
Adolescentis blasphemi in B. Virginem interitus horrendus. 492
B. Adulphum moribundum consolatur B. Virgo. 245
Ædis Laurettanæ descriptio. 277
Ædem in hon. Deip. Auenioni construit S. Martha. 24
B. Ægidius Minorita tribus miraculis virginitatem perpetuam Deiparæ comprobatur. 233
B. Ægidio Dominicano, chirographum quo se dæmoni obstrinxerat, restituit B. Virgo. 234
Ægrotauit numquam B. Virgo. 21
Ætas S. Iosephi, quando contraxit cū B. Virgine. 8
Affectus B. Virg. ergà filiam quantus. 20
Affligemienfis Monast. B. Virg. imago S. Bernardum salutat. 171
S. Agnes Virgo & martyr, pedissequa Deiparæ. 44
S. Agricola Episc. beatam Virginem omnium bonorum suorum facit hæredem. 100
S. Albertus Monach. excellentissimum abstinentiæ donum à B. Virgine consequitur. 145. pascitur ab eadem. ibid.

Index rerum

- B. Albertus Constitutiones Ordinis accipit à B. Virgine. 142
- B. Alberico Cucullam albam tradit B. Virgo. 154
- S. Albertum Carmelitam, parentes à B. Virgine precibus impetrant. 282
- Alberto magno scientiæ donum tribuit B. Virgo. 230
- Albigensium hæreticorum intolerabilis & horrenda nimis in B. Virginem blasphemia 205
- Albigenses hæretici ope Deiparæ trucidantur. 203
- Alanus de Insulis Rosarij recitatione trucidat hæreticos Albigenses. 203
item euadit naufragium ibid.
- B. Alano Rupensi apparet Virgo 374.
Idem, inuante Deip. tentationes horribiles superat 375 Eundem Rosarij restauratorem eligit 374. Eisdem annulum mirabilem porrigit. ibid. Eisdem vndecim confert priuilegia, & beneficia. 376
- B. Alano alapam impingit B. Virgo. 337
- Alapam impingit Moniali ad peccandum properanti imago Deiparæ. 214
- Aleatoris in beatam Virginem execrabilis blasphemia. 179
- Alexander Allenensis Conceptionis festum contemnens graui infirmitate uerexatur, respiciens sanatur. 248
- Alexander Saxoferratenensis puer mortuus precibus Deiparæ redit ad vitã. 367
- Alexander Episcopus à B. Virgine sanatur. 278
- Alphonsus V. Rex Lusitanæ Arzillam voto ad Deip. facto expugnat. 393
- Alphonsus Rodriguez quantoperè addictus B. Virgini. 498
- Alphonsus Aragoniæ Rex, quid statue erit ad honorem Deip. 379
- S. Alexij sanctitatem imago Deip. diuulgat. 54
- Alexander Papa III. in magnis periculis recurrit ad Deiparam. 409
- Alexander Capochius sub mortem videt Deiparam. 497
- Alexandra mortua inconfessa, precibus Deiparæ redit ad vitam, & confiterur. 210
- B. Aloysij Gonzagæ affectus erga Deip. 480. Eius matri felicem partum procurat. ibid.
- S. Amadei Episcopi Lausan. Homilia, de B. Virg. 175
- Amadeus Comes Sabaudia, Ordinem Equestrem Annunciationis instituit. 316
- S. Ambrosius eximius Deiparæ laudator. 55
- Ambrosius Catharinus, insigni miraculo erga se facto, immaculatam B. Virginis Conceptionem egregiè probat. 69
- Amor singularis Deip. erga fratres Predicatores. 228
- Amsberga ciuitate incendio absumpta, imago Deiparæ illesa permanet. 516
- B. Andraas Carmel. & Episc. Fesulanus, primam Missam & celebrans, videt adstantem sibi Deiparam. 321
- B. Andraas Chionita ægrotum à B. Virg. sanatur. 368. Eadem iuuante fortiter martyrium crudelissimum, & diurnum sustinet. ibidem.
- Andraas Cretensis eximius Deip. laudator. 80
- S. Andraas Apostolus egregia similitudine Virginitatem Deiparæ probat. 37
- B. Andraas Carmel. Episcopus Fesulanus precibus, & voto parentum, impetratus à B. Virgine. 320
- B. Andraas Monach. qua attentipne persoluerit Officium B. Virg. 297
- S. Andreas Hierosolymit. Deip. laudes egregiè celebrat. 79
- Andraas Noorth Dominicanus obiit in festo Assumptionis sicut petierat. 378
- Andronicus Imp. hausta aqua fontis B. Virg. sanatur. 307. moribundus non

Memorabilium.

- | | |
|---|--|
| <p>non posset Eucharistia muniri, imaginem B. Virg. in os inseruit. 308</p> <p>Andronicus Imp. hostium inuasionem percussus, coram imagine Deiparæ prouoluit præsentem eius opem sentit. 307</p> <p>Angliæ Reges ex Arctus profapia, cur imaginem Deip. in scutis gentilitiis deferunt, 117</p> <p>Anglus quidam ornamentum Imaginis B. Virg. detrahens diuinitus punitur. 313</p> <p>Angli inuidiantur Pictasensibus sed per Beatam Virginem liberantur. 195.</p> <p>Ancillam peccatricem & homicidam à crudeli morte liberat B. Virgo. 510</p> <p>B. Angela de Fulig. quid Deiparæ precibus obtinuerit. 296</p> <p>Angelica salutatio litteris aureis in foliis lilij inscripta, prodit ex mortuo corpore B. Ioannis Monachi. 282</p> <p>Angelica salutatio diuinitus pulsata. 363</p> <p>Angelica salutatio præ omnibus precibus Deiparæ gratissima. 294</p> <p>Angelica salutatio litteris aureis scripta in foliis lilij procedentis ex ore B. Guillelmi. 174</p> <p>Angelica salutatio scripta in foliis cuiusdam arboris. 170</p> <p>Angelica salutatio literis aureis scripta apparet in lingua Eustachij Monachi. 208</p> <p>Angelicæ salutationis recitatione fugatur incubus demon. 174</p> <p>Angelicæ salutationis pulsus serotinum instituit Ioannes Papa XXII.</p> <p>Anglicæ salutationis recitatione moribundus sanatur. 420</p> <p>Angelicam salutationem puer sex mensium distinctè recitat. 513</p> <p>Angelus annunciat Conceptionem B. Virginis parentibus. 1</p> <p>Angelus ingreditur ad Virginem ianuam clausis. 9</p> <p>Angeli multi Gabrielem comitati sunt in Annunc. 10</p> <p>Angelus nunciat obitum B. Virg. 30</p> <p>Angelus genuflectit salutando B. Virginem. 10</p> <p>Angelum custodem habuit B. Virgo, & quisnam ille fuerit. 4</p> <p>Angelus Gabriel qua parte stetit salutando beatam Virpinem. 405</p> <p>Angeli duo B. Virginem desp. B. Hermannō, eique Iosephi nomen imponunt. 242</p> <p>Angeli auditi canere Antiphonam, <i>Felix namque es.</i> 329</p> <p>Angelico ministerio pascitur in templo B. Virgo. 6</p> <p>Anastasia, Constantinopoli Ecclesia B. Virg. miraculis illustris. 48</p> <p>Anatolium impium auerfatur imago Deip. 85. eius horrendus interitus. ibid.</p> <p>Aniciensis Virginis miracula. 140</p> <p>Aniciensis Ecclesiæ miraculosa designatio. 35</p> <p>Aniciensis Ecclesia ab Angelis consecrata. 40</p> <p>Aniciensis Virginis auxilium implorantes, sanantur. 356</p> <p>Aniciensis Virg. miracula. 520 521</p> <p>Aniciensis Virg. viri tres implorato auxilio, è carcere liberantur. 411</p> <p>Animas in Purgatori detentas liberat B. Virgo. 140</p> <p>S. Anno Colonienſis Archiep. accelerationem mortis impetrat à B. Virgine. 141</p> <p>Annunciata Virgo, siue Domina nostra bonorum Nuntiorum in Monasterio Cælest. Lugd. culta, ferè quotidiana operatur miracula. 534</p> <p>Annunciatarum Gennensium initium 518</p> <p>Annunciatarum Virginum initium. 419</p> <p>Annunciatæ Virginis Confraternitas, Y. y. y. 2</p> | |
|---|--|

Index rerum

- instituta à Cardinali Turrecremata, pro dotandis & elocandis puellis. 369
 Annunciationis festum violans puella diuinitus punitur. 90
 Annunciatio B. Virg. 2. qua hora facta ibid.
 Annuli sponsalitij B. Virg. duo. 33
 Annuli pronubalis B. Virginis historia. 379
 Annulus Deiparæ reconciliandis coniugum animis, mirè prodest. 390
 Annuli Deip. solo aspectu, oculi caligantes confortantur. 389
 Annulum digito Imaginis B. Virg. imponit Israël, frater S. Brigittæ. 313
 Annulus cereus ex attactu veri Annuli B. Virginis, Ischiadem sanat. 388
 Annuli ex ebore conflati, attactu solo veri Annuli B. Virg. mulieres parturientes iuuant. 388
 Annulus Deiparæ miraculis comprobatur. 386, 387. & sequentibus.
 Annulum digito imaginis B. Virginis imponit S. Edmundus, in signum fœderis. 195
 Annulum mirabilem de crinibus confectum B. Alano tradit B. Virgo 374
 Anus Iudæa seruat vestem Deip. 67
 S. Anselmus Deip. beneficio à morte præseruatur. 145
 Antidicomarianitæ hæretici. 49
 Ansiphonam Subtuum præsidium recitans, liberatur à morte. 329
 Ansiphonam Felix namque es, Angeli canunt. 323
 Ansiphonarum Salue Regina &c. & Alma Redempt. mater Auctor Hermanus Contractus. 137
 Ansiphonam Salue Regina, recitans mulier in partu laborans, feliciter parit. 227
 Ansiphonam Aue mundi spes Maria, cantat B. Iacobus Nouitius moribundus, 273
 S. Antonium Paduanum diabolus suffocare nititur, sed à Deip. fugatur. 236
 Antonius Paduan. Rosarium capiti suo imponens in magna pluuia non madefit. 244. Item nec Antonius de Robert. ibid.
 S. Antoninus Archie. Florentinus Ioannem Capinum Medicum blasphemum in B. Virginem igni comburendam tradit. 365
 Antonius Vbellis intercessione Deip. sine lingua loquitur. 457
 Apparuit Christus post resurrectionem primò Matri suæ. 22
 Apparet B. Virgo S. Iacobo Apostolo in Hisp. 24
 Apollinis oraculum S. Mariæ nomen depromit. 45
 Apostoli adsunt migranti Virgini. 30
 Apostolorum Magistra B. Virgo. 23
 Apollinaris hæresis contra perpetuam virginitatem Deip. 49
 Aqua benedicta Monachos aspergit B. Virgo. 212
 Aquinensis B. Virg. miracula. 314
 Arbitrij liberi vsu habuit B. V. in utero matris suæ. 3
 Arbor demissis ramis Christum adorat. 17
 Arbor procedit ex ore sepulti Monachi, in cuius foliis scripta salutatio Angelica. 170
 Arbores aduenienti Deip. domicilio, venerabundæ inclinantur. 285
 Arbor frondescit, & florescit solo aspectu imaginis B. Virginis. 331
 Arcturus Britonum Rex imaginem Deiparæ in clypeo depictam gestabat. 92
 Argonautarum templum Deip. consecratum. 45
 Aram Virgini parituræ construxerunt Diuides. 27
 Araneam deglutiens desperata mulier, à B. Virgine sanatur. 222
 Arnoldius Bauariæ Dux inimicis B. Virg.

Memorabilium.

Virginis, à diabolo submergitur. 134
 B. Arnulphus Monachus, colloquio B. Virginis sapius perfrui meruit. 232
 eidem reuelat septem gaudia quæ possidet in cælo, ibidem: Quam familiaris eidem fuerit. 233
 S. Arnulphum Sueffion Episcopum moribundum visitat S. Virgo. 143
 B. Asilinæ Virg. exercitia pietatis ergà B. Virginem. 174
 Aspicollis Virg. miracula. 516, 517, 519. 520
 Assumptionis Deip. gloria B. Herthino in visu demonstratur. 266
 Assumptionis festum violans Rusticus subitanea morte perit. 152
 Assumptionis festum Rex Mogor Ethincus celebrat. 507
 Assumptionis festum qua reuerentia celebrant Hungari. 129
 Assumptionis B. Virg. festum contemnens quidam schismaticus, mala morte perit. 492
 Assumptionis festum apud Morinos præcipuum ex quodam miraculo. 117
 Assumptionis festum recoluerit B. Desiderius in siluis & montibus. 155
 Assumptionis in festo Cerci accensi, non minuuntur. 143
 Assumptionis in festo arbores flores, & fructum proferunt. 272
 Assumptionis festum 15. dierum ieiunio præuenit Cæcilia Panormi. 485
 S. Athanasius honorem Deiparæ defendit. 52
 S. Athanasia Abbatisa Ecclesiam & Monasterium in honor. Deiparæ construit. 116
 Atebatenses, morbo ardentium per beatam Virginem liberantur. 147
 Atrebarum ope B. Virg. recuperat Maximilianus Imperator. 531
 Auarum mures discruciant, à quibus tandem inuocata B. Virgine liberantur. 334

Auenioni, miraculum egregium factum in Sacello B. Virginis Spei. 334.
 Auesiæ Ordinis institutio. 168
 Auenon Municipium Aurelianense obsessum per beatam Virginem liberatur. 121
 Auis edocta salutare beatam Virginem præseruatur à morte. 150
 S. Augustinus inuocat Deiparam. 59
 Augustinus Minorita recitans Antiphonam, Sub mutuum præsidium liberatur à morte. 323
 Augusta ciuitas ab Hungaris obfessa, ope B. Virginis liberatur. 125
 Aurifabri cuiusdam blasphemiam in B. Virg. 445
 Aurifabrorum Parisiensium ergà Deiparam munificentiã. 362
 S. Auxentius Abbas Deiparæ virginitatem defendit. 64

B

B Aculum pastoralem porrigit B. Hentico Abbati B. Virgo. 270
 Baiocensis Virginis miracula. 441
 B. Balduino de Boela tertio apparet B. Virgo, iubens vt Monasterium construat. 155
 Baltazar Aluarez singularia dona recipit à Deipara 495. Eius imaginem semper gestat. ibid.
 Baronius à pueritia, B. Virgini consecratus. 459
 Baronium agrotantem sanat B. Virgo. 485
 Bartholomæi Bologneti inopia miro modo subuenit B. Virgo. 479
 Basilicæ pestis cessat, quando declaratum fuit beatam Virginem nunquam subiacuisse originali. 355
 S. Basilius Deiparam inuocat. 50
 Basilicæ S. Mariæ Maioris deditatio. 48
 Basiliscus serpens Deiparæ intercessio.

Index rerum

- ne fugatur. 115
- Bassus quidam mortuus inconfessus, iubente Deipara redit ad vitam vt peniteat. 140
- Bathorius Princeps Transsylvaniæ, à maximo periculo per B. Virginem liberatus. 404
- Beatricis Monialis honori & saluti miro modo contulit B. Virgo. 264
- Bella & discordiæ inter Senenses & Perusinos, propter Annulum Deiparæ cessant. 391
- S. Benedictus Ecclesiam & Monast. ad hon. Deip. construxit. 73. Ordinis ipsius notabilis erga B. Virg. deuotio. 74
- Benedictus XII. indulgentiam concedit visitantibus ædem Lauret. 309.
- Benedictus Papa II. Ecclesiam B. Mariæ ad Martyres ornat. 99
- Benedictus Goezius qua occasione Societatem Iesu ingressus. 521
- Beneficia Ordini Cisterciensi à B. V. præstita. 198
- Beneuenera vt coluerit Deiparam. 351
- B. Bertramus quantoperè addictus B. Virgini. 260
- S. Bernardus ægrotus sanatur à B. Virgine. 159
- S. Bernardus Virginei lactis nectare terribè irroratur. 174. eundem imago B. Virg. salutat. 171
- S. Bernardinus Senensis, à teneris annis vt coluerit B. Virginem 339. eidem gratiam miraculorù & prædicationis impetrat. ibid.
- B. Bernardinus à Monte-Feltrio prædicat dignitatem & excellentiam annuli pronubalis B. Virg. 391
- Bernardus Episcopus inuocato Deip. auxilio euadit mortem. 353
- Bestiolæ centum quinquaginta inuocata B. Virgine Vrticeti de visceribus cuiusdam mulieris exeunt. 360
- S. Brigitta in partu laborans, iuuatur à Deiparæ Virg. 316
- Blasphemia horrenda cuiusdam mulieris hereticæ in beatam Virginem 471
- Blasphemia horrida nimis in beatam Virginem. 397
- Blasphemi in beatam Virginem horrendus interitus. 505
- Blasphemo cuidam excisam linguam restituit B. Virgo. 428
- Blasphemum in Virginem, dæmones asportant. 502
- Blasphemia horrenda Cõstantini Compronimi in Christum & Deiparam 108. 109. eius horrendus interitus. 110
- Blasphemia horrenda Albigensum in beatam Virginem. 205
- Blasphemus in ventrem B. Virg. subitanea morte perit. 318
- Blasphemus in Deiparâ Princeps Saracenorum, prohibetur ab imagine Deip. ingredi portam ciuitatis Constantinop. 104
- Blasphemi in Deiparam à Deo puniti 86
- Blasphemi multi in beatam Virginem obsessi à dæmonibus. 193
- Blasphemus in beatam Virginem, à diabolo torquetur. 180
- Blasphemia execrabilis in alentoris in B. Virginem. 179
- Blasphema mulier in beatam Virginem ad mendicitatem redacta. 297
- S. Bonauentura quæ scripserit & egerit ad honorem Deip. 271
- Bonauenturæ Capucino apparet B. Virgo, cumque consolatur quod putaretur extingui Capucinorum Religio. 461
- B. Bonifacio Episcopo Lausanensi ter apparuit B. Virgo. 365. Eundem ægrotum sanat. ibid. Eidem filium videndum & tractandum præbet. 366.
- Bonifacius Papa Panthæon in honor. Deip.

Memorabilium.

Deip. consecrat.	90
S. Bonito Episcopo caelestem vestem tradit B. Virg.	100
Bononia obsessa per B. V. liberatur.	353
Bononiae pestis cessat ope Deip.	353
Bononienses Imaginem & Virg. Montisguardiae transferre conantur, sed diuinitus impediuntur.	421
Bononiae imago Deiparae claret miraculis.	331
Buburgi imago B. Virg gladio percussa sanguinem emittit.	325
Bulla Ioannis Papae XXII. pro confirmatione & approbatione S. Scapularis.	302
Brugenses in Deiparam grati, ob reconciliationem Comitis Flandriae.	325

C

C æcum illuminat B. Virg.	66
Cæcum quendam illuminat B. Virg. Montiff.	438
S. Cæcilie corpus B. Virgo seruat, ne inueniatur, à Longobardis.	113
B. Cæcilie Ord. Prædicator. manus Rosarium odorem emittunt, ob continuum Rosarij contactum.	421
Cæcilia Panorm. festum Assumpt.	15
dierum ieiunio præuenit.	485
Cælestini valdè deuoti B. Virgini.	283
Cælestinus quidam intercedente Deipara euadit damnationem æternam.	416
Cælestinorum Lugd. Tribuna lignea cornuens in die Paschæ, miraculosè neminem ledit.	392
Cælestinorum Rothomagensium Cænobium à Rege Carolo VII. fundatum in hon. Deip. ob fugatos Anglos.	362
Cælestinus quidam Marcoussiacensis Deipara reuelante obitum suum prænoscit.	399
Cælestinum Nouitium, laqueo vitam	

sibi præcipere conantem liberat B. Virgo.	464
Cælestinorum Monasteria ferè omnia, B. Virgini dicata.	303
Cælestinis Lugdunensibus necessaria supeditat B. Virgo.	335
Cælestinus frater Nicolaus de Hors, quantum B. Virgini addictus.	434
Cælestinus alius à damnatione æterna precibus Deip. liberatur.	423
Cælestini quidam indeuoti B. Virgini mala morte pereunt.	400
Cælestino cuidam celebranti coronam florigeram imponit B. Virgo.	459
Cælestinus Michaël Albus à quantis periculis fuerit per beatam Virginem liberatus.	469
Cælestinum quendam B. Virgo à diaboli furore præseruat.	464
Cælestinum quendam hortatur B. Virgo ad lectionem librorum S. Bonauent.	438
Cælestinorum B. Mariæ de Victoria Cænobium construit Franciscus I. Francorum Rex, propè Mediolanum, & quare.	453
Cælestinorum Meduntensium in Monasterio, imago B. Virginis claret miraculis.	458
Cælestinus quidam Oblatus, inuante Deip. à morte præseruatur.	443
Cælestinus agrotus, inuocato Deiparae auxilio sanatur.	445
Cælestini Parisienses à periculo mortis per beatam Virg. liberantur.	459
Cælestinus Papa III. imaginem Deipar. transfert.	187
Cæsarius Raso quam fuerit deuotus B. Virgini.	394
Calceus Deipar. Anit. allatus à S. Martial.	36
S. Callixtus Papa Ecclesiam B. Virg. ædificat trans Tiberim.	4
Camisia B. Virg. deuotio quædam B. Ioanna.	342
Camberonensis Virg. miracula.	510

Index rerum

- Capellanum funta vocat B. Herma-
num B. Virgo. 241
- Capitis dolores à B. Adamo Monacho
pellit B. Virgo. 244
- Capucini duo singularem Deiparæ be-
nignitatem miraculosè experiun-
tur. 493
- Capucinatorum Congregationem im-
petrat à Deo B. Virgo. 445
- Capucinatorum familiam non esse de-
lendam asserit B. Virgo. 462
- Captiuum quendam miraculosè : li-
berat B. Virgo. 304
- Cancellarius Ecclesiæ Carnotensis iu-
bente Deipara honorificè sepelitur.
134
- Candidus & Galbius ab errore Arria-
no, redeunt ad fidem catholi-
cam. 66
- Canticum B. Virg. recitans, chartam
magni momenti amissam reperit.
495
- Canticum quoddam B. Virgo docet B.
Godric. 181
- Canticum B. Virg. cur nouem visibus
in die recitabat B. Iuliana. 234
- Canticum B. Virg. B. Teresa Regina
moribunda præcipit decantari. 274
- Carmelitæ Drepanenses habent insi-
gnem Imaginem B. Virg. miraculis
illustrem. 257
- Carmelitarum Ordinem iubente Dei-
par. approbat Honor. Papa. 211
- Carmelitarum Ordinem speciali pri-
uilegio illustrat B. Virgo. 256
- Carmel Virginis miracula. 308. 311.
314. 319. 320. 316.
- Carmelitarum Institutum assumit B.
Francus iubente Deipara. 205
- Carmelitanæ Virgini apud Carmelitas
Parisienses cultæ, sese commen-
dans quidam, quamuis suspensus
mori non potest. 503
- Carmelitæ, & alij Ordines mendi-
cantium à multis grauaminibus iu-
uante Deipara liberantur. 250
- Carnotensis prouinciæ ditionem ac-
ceptat B. Virgo. 27
- Carnotenses mittunt Legatos Hiero-
sol. ad B. Virginem. 27
- Carnotensis Virginis miracula. 166
- Carnotenses ad fidem conuerfi per
se sanctos Sauinianum, & Potentia-
num. 27
- Carnot. Virg. miracula. 151. 157
- Carnotensis Virginis miracula. 140. 138
- Carnotensis ciuitas ab hæreticis obses-
sione B. Virg. liberatur. 480
- Carnotensis ciuitas obsessa, liberatur,
ostensa inimicis Deiparæ Tunica. 122
- Carnotensis Virg. Miracula. 27
- Carolus Caluus Tunicam siue Indu-
dium Deiparæ Carnotensibus
dat. 120
- Carolo Crasso Regi Fræcorum Theo-
baldus Comes Carnot. ope B. Virg.
reconciliatur. 166
- Carolus magnus Imp. Ecclesias innu-
meras ad honorem Deiparæ con-
struxit. 112
- Carolus 8. Francorum Rex. Monaste-
rium B. Mariæ Angelorum con-
struit. 399. Idem ob reuerentiam
Deip. ab oppressione cuiusdã puel-
læ abstinere ibid.
- Carolus IV. Imp. B. Virgini deuo-
tus. 329
- Carolus VII. Rex Francorum Mona-
sterium Cælest. Rothomagensium
fundat ad honorem Deip. ob fuga-
tos Anglos. 362
- Carolus Comitem Veronensem è
carcere liberat B. Virgo. 316
- S. Carolus Borromens impensè colit
Deiparam 499. Eius instituta à ho-
norem ipsius. 500
- Carolus S. Birgittæ filius moribundus,
iuuatur à Deipara. 317
- Carolus II. Siciliæ. Luceriam ciui-
tatem, nomine ciuitatis Mariæ in-
signiuit. 270
- Cardinalium decretum pro concor-
dia.

Memorabilium.

- dia Prædicatorum & Franciscano-
 rum, circa Conceptionem B. Ma-
 riæ. 415
 Carthusiensem Conuersum à dæmo-
 num infestatione liberat B. Virgo.
 166
 Carthusiani ex primis qui dicendum
 receperunt Officium B. Virg. 147.
 eorum patrona B. Virgo. ibid.
 S. Casimiri Regis Oratio ad B. Virgi-
 nem. 401
 Cafulam à B. Virgine recipit S. Tho-
 mas Archiep. Cant. 177
 Casus miserabilis in Sabaudia. 277
 S. Catharinæ Virgini & martyri ap-
 pareret Deip. eamque annulo in di-
 git. immisso, filio despon. 45
 S. Catharina Senensis à teneris annis
 vt coluerit Deiparam. 323
 B. Catharinam Raconisiam Christo
 filio desponsat B. Virgo. 465
 S. Catharina Suedica à graui tenta-
 tione, per Beatam Virginem libera-
 tur. 324
 B. Catharinæ Bononiensi apparet B.
 Virgo. 367
 Catharinæ pœnitenti, pœnitentiæ mo-
 dum præscribit B. Virgo. 219
 Cellam Cyriaci Eremitæ refugit B.
 Virgo propter Nestorij libros. 59
 Cereus miraculosus Atrebat. 147
 Cerei accensi in festo Assumpt. B. Vir-
 ginis non consumuntur. 143
 Cereus ingentis molis, ardet in con-
 spectu D. Virg. Parisiensis. 318
 Cherinthus & Ebion pugnant contra
 perpetuam Deip. virginitatem. 37
 Christus matri suæ conuitia illata
 non sustinet. 180
 Christus peccatori maximo, contri-
 tionem in extremis tribuit, ob re-
 uerentiam Matris. 317
 Christi imago plorat. 521
 Christus nascitur in spelunca. 15
 Christum iratum, precibus flectit B.
 Virgo. 259
 Christus in Eucharistia salutat ma-
 trem suam salutatione Angelica.
 284
 Christus post resurrectionem primò
 apparuit Matri suæ. 22
 Christus beatam Inettam Matri suæ
 commendat. 191
 Christo impensè placent laudes suæ
 genitricis. 310
 Christus venit ad Matrem à vita mi-
 graturam. 30
 Chiroteca B. Virg. 175
 B. Christianus videt Deiparam Mo-
 nast. à præstigiis dæmonum libe-
 rantem. 310
 Christiana Ducissa Lotharingæ para-
 lytica, Lauretū delata, sanatur. 483
 Chirographum restituit B. Virgo cui-
 dam iuueni, qui se diabolo deuo-
 uerat. 440
 B. Christophoro Ord. Prædic. apparet
 B. Virgo. 270
 S. Chrysostomus laudes Deiparæ
 egregiè celebrat. 57
 Cisterciensis Ordinis Monasteria om-
 nia B. Virgini dicata. 154
 Cisterciensium Cucullæ olim nigrae,
 à B. Virg. in album colorem muta-
 tæ. ibid.
 Cisterciensis Ordinis Patrona B. Vir-
 go. 142
 Cisterciensem Ordinem à graui ve-
 xatione liberat B. Virgo. 198
 Cisterciensium habitum olim ni-
 grum, in album commutat B. Vir-
 go. 142
 Cistercienses quantum à B. Virgo di-
 lecti. 156
 S. Claræ morienti apparet B. Virgo
 cum turba Virginum. 258
 B. Clara de Monte Falcone videt
 Deip. 296
 Clarissa multis morbis afflicta à B.
 Virg. sanatur. 519
 Claritas ingens illustrat ædem Deipa-
 ræ. 24

Index rerum

- Claramontensis Virg. in Polonia mi-
 racula. 326
 Claromontensis Virg in Polonia mi-
 racula. 510. 515. 520
 Claves Portarum ciuitatis Pictaui-
 sis inter brachia Imaginis B. Virg.
 reperta. 195
 Clericus puer à Iudæo occisus, à B.
 Virgine suscitatur. 306
 Clerici cuiusdam visio mirabilis. 293
 Clericus quidam lactatur à B. Virg.
 131
 Clemens Papa VII. ingens periculum
 Deip. auxilio euadit. 452
 Clemens Papa VII. ædem Laureta-
 nam visitat, & priuilegiis cumulat.
 450
 Clemens Papa VII. tres mittit cubi-
 cularios in Galilæam ad tollendam
 omnem dubitationem circa trans-
 lationem ædis Lauretanæ. 452
 Collegio Societatis I E S V Colonien-
 sis adest B. Virgo. 474
 Collyridianorum hæresis. 49
 B. Coletæ virgini amissum loquelæ
 beneficium restituit B. Virgo. 339
 Colonienfis facultas detertminat B.
 Virg. immunem fuisse ab originali.
 414
 B. Columba. Rietensis vt coluerit.
 Deiparam. 425
 Columbæ auspiciis construitur tem-
 plum B. Virg. iuxta urbem Bono-
 niensem. 276
 Columbæ in specie apparet B. Virgo.
 130
 Columnæ immensi ponderis miracu-
 losè à tribus pueris eleuantur. 46
 Columna cui appensa imago Deip.
 parte Templi decedente, integra
 permanet. 520
 Conceptio immaculata B. Virginis
 insigni miraculo comprobatur. 470
 Conceptionis B. Mariæ tabella in in-
 cendio manet illæsa. ibid.
- Conceptionis immaculatæ festum,
 quando celebrari cœpit. 148
 Conceptionis festum celebrare con-
 temnens Alexander Allenfis, graui
 infirmitate vexatur, resipiscens, sa-
 natur. 248
 Conceptionis & Præsentationis so-
 lemmitates instituit Sixtus quartus.
 371
 Conceptionis festum celebrare pro-
 mittens Bernardus Episcopus eua-
 dit mortem. 353
 Conceptionis suæ festum B. Virg. ce-
 lebr. præcipit B. Petro Monacho.
 821
 Conceptionem immaculatam impu-
 gnare volens Elias de Lestrangiis
 Episc. Anic. diuinitus impeditur.
 352
 Conceptionem B. Virg. Angelus an-
 nunciat parentibus. 11
 Conceptionem immaculatam impu-
 gnans Rector studij Tolosani, hor-
 renda morte perit. 338
 Concilio Apostolorum non interfuit
 B. Virgo. 28
 Concilium Claromont. celebratur.
 146
 Concilium Tridentinum non inten-
 dit comprehendere B. Virginem, in
 decreto vbi de peccato originali
 agitur. 2
 Confessionem peccatorum suadet B.
 Virgo. 506
 Congregationis B. Mariæ de Calua-
 rio institutio. 516
 Congregationum B. Mariæ progres-
 sus. 511
 B. Conradinus castitatis donum reci-
 pit à B. Virgine. 343
 B. Conradus de Offida videt Deipa-
 ram. 296
 Coronam florigeram capiti V. Iacobi
 Calipelli imponit B. Virgo. 459
 Coronam B. Virg. persoluenti Tho-
 ma

Memorabilium.

- ma Capucinatorum Generali, B. Virgo ad stare cernitur. 488
- Coronam capiti B. Birgittæ imponit B. Virgo. 322
- Corollæ precariæ inuentio. 148
- Corcutus Turcarum Bassa, inuocato B. Virg. Lauretanæ auxilio, à graui infirmitate sanatur. 468
- Cosmas Capucinus B. Virginem in morte sibi auxiliatricem intuetur. 489
- Cornelius Vuiscanus Deiparæ interuentu Societatis I E S V Ordinem ingreditur. 474
- Constantinus Imp. construxit Templum in hon. Deip. 46
- Constantini Copronimi Imperatoris Iconoclastæ in Christum & Beatam Virginem blasphemia. 108.
- Alia eiusdem horrenda in Deiparæ. 109
- Constantinus Strator Artabafdi lapide percutiens imaginem Deiparæ, mala morte perit. 106
- Constantinopolis ope Dei genitricis à Saracenis eam obsidentibus liberata. 99. 102
- Constantinopolis B. Virg. intercessione à peste liberatur. 81
- Constantinopolis visa hostibus liberatrix B. Virgo. 91
- Constantinopolis obsessa à Sarracenis, ope Deip. liberatur. ibid.
- Constantinopolim ope Deip. recuperat Michaël Paleolog. Imp. 262
- Constantinopolis B. Virg. dedicatur. 46
- Constitutiones Ordinis Cisterc. tradit B. Alberico B. Virgo. 142
- Contritionem salutarem in extremis Innocentio Papæ 3. impetrat Beata Virgo. 209
- Conuersio S. Pauli Apostol. precibus Deip. debetur. 24
- Conuersum Ordinis Cisterc. desperandum consolatur Beata Virg. & reducit ad lectum. 207
- Conuersum Carthus. à dæmonum infestatione liberat B. V. 166
- Conuersi cuiusdam Ordin. Cisterc. amor & deuotio singularis ergà Deiparam. 207
- Crucem auream mittit Vualthero B. Virgo. 202
- Cruce signatis celeberrimam contra Albigenes obtinet victoriam B. Virg. 203
- Cubiculum Dei genitricis in Templi formam redigit S. Petrus Apost. 37
- Cucullæ olim nigræ Cisterciensium, à B. Virg. in album colorem mutata. 154
- Cucullam albam tradit Alberico B. Virgo. ibid.
- Cultus Deip. Constantinopoli viget. 202
- Cultus Deip. in Hispania augetur. 331
- S. Cypriani encomium in laudem Deip. 39
- Cyriaci Eremitæ cellam refugit B. Virgo propter Nestorij libros. 59
- Cyrus Dux qua occasione templum extruxerit B. Virgini. 62

D

- Dæmones ex obsessa muliere fugati in æde Lauretana. 405
- Dæmones transferunt montem magnum, qui opprimit sexdecim villagia, & multas parochias cum suis habitatoribus in Sabaudia, dempta capella B. Virginis de Myanis. 257
- Dæmones pictam Deipar. imaginem ferre non possunt. 227
- Dæmoniaci multi ob blasphemias in Beatam Virginem. 193
- Dæmon incubus fugatur à moniali Angelicæ salutationis recitatione. 174
- Dagobertus Francorum Rex Ecclesiis Deiparæ bona attribuit. 95

Index rerum

- Dani obsident Londinum, sed ope Deiparæ liberatur. 116
- Decanum quendam impium accusat B. Virgo, & de eo vindictam postulat. 191
- Decretum Lusitani Regni ad Deip. honorem. 344
- Defensorem Anatolij reprehendit B. Virgo. 87
- Dentes excussos B. Virgo restituit B. Hermanno Ordin. Præmonstrat. 243
- B. Desiderij Conuersi Ord. Cisterc. deuotio erga Beatam Virginem laudata à S. Bernardo. 155
- Desponsationis B. Virg. festum quando celebrari cœptum. 455
- Diabolus molestè fert honorem Deipar. exhibitum. 55
- Diaboli malicia & inuidia in Pictorem pingentem Imaginem B. Virginis. 136
- Diaboli è potestate iuuenem liberat B. Virg. 508
- Diaboli odium. in cultum Deiparæ. 495
- Diaboli rabies in imaginem Deip. in Cœnobio Cælestinorum Lugdun. 413
- B. Didacus Minimus I E S V & Mariæ nomina mirificè coluit. 421. Lilia tria ex eius ore post mortem prodeunt, in quibus I E S V & Mariæ nomina descripta. 421
- S. Dionysij Arcop. Epist. ad S. Paulum. 28
- S. Dionysius inuisit Deiparam. 28
- S. Dionysius Parisiis construit ædem in hom. Deip. 38
- Discordia inter Franciscanos & Prædicatores, circa Conceptionem B. Mariæ. 414
- Discordia inter fratres ob imaginem Deiparæ, miraculosè sedatur. 398
- Diuionensis ciuitas obsessa, ope B. Virginis liberatur. 450
- S. Dominicus moribundus orat Deiparam pro Ordine & fratribus, & quid illa responderit. 218
- S. Dominicus peregrinatur ad ædem diuæ Virg. Rupis Amatoris. 177
- B. Dominico Lusitano apparet B. Virgo. 293
- Domitianus quidam ridens miram quæ de imagine B. Virginis Guardia dicebantur, cæcitate percutitur, pœnitens visum recipit. 431
- Dominicanis sub elientela Deip. 212
- S. Domnolus Episcopus Cœnomannensis, eximius Deip. cultor. 86
- B. Dorothea Prutena, vt coluerit Deip. 330
- Domus Elisabeth vbi. 11
- Domuncula vbi latebat Tunica Deip. suauissimum spirabat odorem. 67
- Dunensibus Monachis in Refectorio ministrat B. Virgo. 157
- S. Dunstano apparet B. Virgo. 127. eius futuræ sanctitatis signa. 128

E

- E Bionitarum hæresis. 38
- Ecclesia Aniciensis ab Angelis consecrata. 40
- Ecclesiæ Aniciensis miraculosa designatio. 35
- Ecclesiæ Deip. apud Hieros. structura qualis. 77
- Ecclesiam B. Virg. trans Tiberim ædificat S. Callixtus Papa. 41
- S. Edmundus Cant. Archiepisc. quam fuerit deuotus B. Virgini. 195. quid ei præstiterit B. Virgo. ibid.
- S. Eduardus Rex, vt coluerit Deiparam. 272
- Effigies B. Virginis & forma. 6
- S. Eguino apparet B. Virgo. 106
- Elbo latro suspensus, liberatur à B. Virg. 316
- S. Elias Hierosolym. templum in hon. Deip. construxit: quod mirabili opere.

Memorabilium.

- opere postea perfecit Iustinian. Imper. 73
- Elias de Lestrangiis. Episcopus Aniciensis volens prædicare contra immaculatam Conceptionem, diuinitus impeditur. 352
- B. Elsa inter Leones degit illæsus, ad conuincendos hæreticos, negantes B. Virginem esse Matrem Dei. 377
- S. Elizabeth Lantgrauia; & Thuringia Ducissa, quatuor habuit imagines Deip. miraculosas. 332
- S. Elizabeth Regina sub mortem videt Deiparam. 309
- B. Elizabeth Picinarda, Referendaria Deiparæ. 369
- S. Elzearius Deiparam in singularem delegit Patronam. 299
- Emanuel Fernandez moribundus videt Deiparam. 498
- S. Engelbertus Colonienfis Archiep. & martyr, peregrinatur ad ædem B. Virginis Rupis Amatoris. 227. Omnes quartas ferias in eius hon. ieiunat. ibid.
- Episcopus volens prædicare contra immaculatam Conceptionem diuinitus impeditur. 352
- Episcopi cuiusdam visio in festo Purific. 275
- S. Epiphanius Deiparam defendit. 49
- Epistola Deip. ad Florentinos. 29
- Epistola Deip. ad S. Ignatium. 26
- Epistola S. Ignatij ad B. Virg. 25
- Epistolarum Deip. auctoritas. 26
- Epistola S. Dionysij Arcop. ad S. Paulum. 29
- Epistola Deip. ad Messanenfes. 29
- S. Ephræm plurimū Deiparam commendat. 50
- Eques nobilis gestans argenteam B. Virginis Carnotensis tunicam, ensium ictibus non leditur. 140
- Equo cæco visum restituit B. Virgo seffore milite in eam blasphemocæcitate percusso. 518
- Ermesendi Ducissæ B. Virgo in visu apparet. 226
- Eschilus adolescens videt in visu Deiparam. 178
- S. Euodius Aniciensis Episcopus. 39
- Euphemia puella nobili, nasum & labia restituit B. Virgo. 345
- B. Eustachius Abbas videt Deiparam in choro Fratrum psallentium. 256
- Eustachij Monachi in lingua, apparet salutatio Angelica literis aureis descripta. 208
- B. Eustochium Clatissa, consolatur à B. Virg. 396
- B. Eustochium Ord. Præd. videt in raptu pulchritudinem Deiparæ. 424
- S. Euthymius honorem Deip. contra hæreticos defendit. 71
- Exercitia B. Virg. post filij Resurrectionem. 23
- Exercitus infidelium Deipar. auxilio prostratus, & terra sancta acquisita. 149
- Exultatio Ioannis in utero qualis. 12

F

- F** Fastriedo apparet B. Virgo. 169
- Festum Annunciationis violans puella, diuinitus punitur. 90
- Festum S. Mariæ à Principio, qua occasione celebratur Neapoli. 46
- Festum B. Mariæ de Victoria in Ord. Minimorum. 420
- B. Felici de Cantalicio apparet B. Virgo. 502
- Ferdinandus Diaz habet reuelationem à Deipara, iram Innocentij Papæ contra Ordinem Prædic. defendisse. 210
- Ferdinandi Regis Lusitaniae filij animam in cælum defert B. Virgo. 391
- Ferdinandus Infans Castella, instituit Ordinem Equestrem Vasis B. Virg. 335

Index rerum

- Ferdinandus Gonzaga ope Deip. euadit mortem. 466
- Fideles concitat B. Virg. contra Anatholium. 85
- Florentia ope Deip. Virg. liberatur ab oppressione exercitus Bartholomæi Alufani. 419
- Florentiæ siccitas & ariditas cessat, ex inuocatione B. Virg. 315
- Focoldus Princeps inuocato Deiparæ auxilio, liberatur à morte. 165
- Fomite peccati caruit B. Virgo. 2
- Fons miraculosus in spelunca Saluatoris. 15
- Fons B. Virg. in Ægypto. 18
- Fons B. Virginis. 12
- Fons fluit oleum paulo ante Natiuitatem Christi. 41
- Foyensis D. Virg. miracula. 529. 530
- S. Francisco Christus, & B. Virgo apparent in æde Portiunculæ. 201
- B. Franco apparet B. Virgo, iubens Institutum Carmelitarum assumere. 205
- B. Franciscus Seruita quam deuotus fuerit B. Virgini. 305. Surditatem ab ea impetrat. ibid. Liliu ex mortuo ore prodit. ibid.
- S. Franciscus Paulensis vt coluerit Deiparam. 419
- S. Francisca moritur inter recitandum Officium B. Virginis. 356. Eius capiti velum imponit B. Virgo. ibid.
- B. Franciscus Seruita statim post baptismum oculos in imaginem Deiparæ conicit. 270
- Franciscus Retza quanta fecerit, dixerit, & scripserit ad honor. B. Mariæ. 334
- Franciscum de Sales, Episcopum Gebennensem à tentatione desperationis, & à morbo regio liberat B. Virgo. 532
- Franciscus Sfortia ob amorem Deip. Virginis puellam quandam intactam relinquit. 354
- Franciscus Mileti ope Deiparæ euadit damnationem æternam. 344
- Francisco de Petris ingressum Societ. Iesv suadet B. V. 511
- Francisci I. Franc. Regis pietas erga Deiparam. 448
- Franciscus Francorum Rex ope Deiparæ celoberrimam victoriam reportat. 432
- Francisci Cappamazæ adolescentis, deuotio ad B. Virginem. 523. Idem à B. Virgin. liberatur ab incendio, ibidem.
- Franciscus Turrianus agit vt festum Presentationis expunctum, de Breuiatio iterum reuocetur. 500
- Franciscus Suarez Deiparæ laudes doctissime, & verissime profecutus est. 529. Eius erga Deiparam studium. ibid.
- Franciscus Binans opem Deiparæ in variis euentibus experitur. 526
- Franciscanus quidam furto rapit Annum Deip. 389
- B. Franciscus Ord. Carmel. deuotione erga Deiparam tentationem carnis superat. 262
- B. Fridericus Ord. Præmonstrat. præcipuo honore colit Deiparam. 179
- Friderici Principis de Asburg caput presectum, beatam Virginem in-clamauit. 267
- Fulienfis Congreg. B. Virginis institutio. 489
- Fulbertus Episc. Carnorensis lactatur à B. Virgine. 131
- S. Fulgentius Episcop. eximius Deip. laudator. 76
- Fulgur decidens, Monachos canentes Vesperas B. Virg. non ledit. 439
- Furius ductus ante imaginem B. V. Successionensis, sanatur. 161
- Fusus B. Virg. 55

G

Gabriël Arch. qua parte stetit salu-
tando B. Virg. 405
Gabrielis nomen quomodo cognouit
B. Virgo. 11
Gabrielem alij Angeli comitati sunt
in Annunciat. 10
B. Gabriël Minorita Deiparæ perstu-
diosus. 364
Gaianus Mimus in Deip. blasphemus
seuerè ab eadem punitur. 65
Galbius & Candidus ab errore Arria-
no, redeunt ad fidem Catholicam.
clam absportant vestem Deip. 70
Galeatius templum elegantiss. in ho-
nor. Deip. construit. 331
Galerae Ecclesiae B. Virginis initium.
378
Galliae sex Reges inscripti in Sodalit-
tate B. Virg. Bononiensis. 369
Garcia Navarrae Rex instituit Ordinem
Equitum B. Mariae Lilij. 136
Garazoniae Virg. miracula. 441
B. Gasparus de Bono Minimus, vt co-
luerit Deip. 519
Gaudia B. Virginis Monachus annun-
cians ipsi pollicetur gaudium. 138
Gaudia septem B. Virg. in caelo. 232
Genouefam Palatinam, à morte, &
gravi infamia liberat B. V. 153
Geniorum malorum terroribus exa-
gitati ad Annulum Deip. confu-
giunt. 389
Georgius Albanensis Minorita Coro-
nam suae Corollam precariam capiti
suo, imponens, non madefit.
244
Gerardus Minorita vocatur in cae-
lum à B. Virg. 311
S. Gerardus Episcopus & martyr quàm-
tum fuerit deuotus B. Virgini. 135
S. Gerlacus Eremit. singulis diebus sab-
bathi peregrinatur ad sacellum B.
Virg. Aquisgr. 169

S. Germanus Patriarcha Constanti-
nopolitanus eximius Deiparæ en-
comiastes. 108
Gersonis studium ergà Deiparam. 450
Genua ciuitas peste afflicta, à B. Vir-
gine liberatur. 453
B. Godefridus Ord. Cisterc. saepe vidit
Deiparam. 218
B. Godrici Eremitæ visio circa imagi-
nem B. Virg. 180. eidem apparet B.
Virgo, eumque consolatur. 181
Gothi vincuntur à Narsete ope & au-
xilium Deip. 82
Gonzali Syluetiae ergà Deiparam
pietas singularis. 475
S. Gregorij magni sententia de excel-
lentia Deip. 88. eius erga Deiparam
liberalitas. ibid.
S. Gregorius Nazianz. Deiparam in-
uocat. 52
S. Gregorio Taumaturgo apparet B.
Virgo. 43
Gregorius Papa quartus quanam fe-
cerit ad honorem Deiparæ. 114
Gregorius Papa III. Ecclesiam Deipa-
ræ ornat. 108
Gregorius Papa nonus, quid statuerit
ad honorem Deiparæ. 248
Gregorius Papa XIII. Lauretanæ Vir-
gini Rosam auream mittit. 501
Guadalupensis Imaginis B. Mariae in-
uentio miraculosa. 298
B. Guidoni moribundo adest B. Virgo.
169
Guido Regiolanus videt Deiparam.
329
S. Guillelmus Eremita, quondam dux
Aquit. verberatus à dæmonibus, à
Virgine sanatur. 176
Guillelmus Eustonte villanus Cardi-
nalis & Arch. Rothom. dedicat. Sa-
cellum D. Annunciatæ in Floren-
tia. 363
Guillelmus Natalozius Ord. Eremit.
S. Augustini, vt coluerit diuam
Virginem Aniciensem. 323
B. Guillelmus



B. Guillelmi è mortuo corpore procedit lilium, in cuius foliis scripta salutatio Angelica. 174
 S. Guillelmus Institutor Ordinis Mōtis Virginis. 160
 Guillelmus Mosterius à Deipara instar diui Petri educitur de carcere. 342
 Guillelmum Vidium adolescentem dissolutum ad meliorem frugem reuocat B. Virgo. 265
 Gunthelinus Monachus à B. Virgine in sancto proposito confirmatur. 266

H

H Abitus Ord. Præmonst. S. Nortberto à B. Virgine datus. 159
 Habitum Cisterc. olim nigrum, in album commutat B. Virgo. 142
 Hallensis Virg. mirac. 362
 Hallensis Virginis miracula. 332. 333. 338. 340. 341. 342. 339. 371
 Hallas ab hostium inuasionē libera B. Virgo. 404
 D. Hallensis Virgo quendam seruat ab inmani diluuiō. 328
 Hallæ oppidum ab incendio & hostibus defendit B. Virgo. 332
 Hæresis Collyridianorum. 49
 Hæresis Antidicomarianitarum. 49.
 Nestorij, 58. Heluidij. ibid.
 Hæretici non possunt frangere imaginem B. Virginis Bononiensis. 93
 Hæreticus Lutheranus beneficentiam B. Virginis experitur. 527
 Hæretici in beatam Virginem blasphemi horrendus interitus. 518
 Hæretici Ministri ingens contemptus Deiparæ. 526
 Hæretici mira conuersio, ob semel inuocatum B. Virginem. 527
 Hæreticum Lutheranium conuertit B. Virg. 521
 Hæreticorum vota & preces etiam exaudit B. Virgo. 524
 Hæresis Apollinaris. 49. Ebionitarum, & Cerinthi. 37. 38
 S. Heduigis Regina Poloniae, ut conluerit B. Virginem. 267
 Heisterbacensis Virg. miracula. 213
 S. Helena Pectem B. Virg. Treuerensibus donat. 47. multa templa in honor. Deip. construit. ibid.
 B. Helenæ apparet B. Virg. 235
 Heluidij hæresis. 58
 B. Hemingo Natiuitatem S. Birgittæ reuelat B. Virgo. 321
 B. Hemingus conciones suas incipit à laudibus Deip.
 Heraclius Chostroem & Persas superat præsidio imaginis Christi & Deip. 90. 91
 S. Heriberto Colonienſi Archiep. apparet B. V. 132
 B. Hermannus Ord. Cisterc. Conuersus, Deipara reuelante, obitus sui horam cognoscit. 248
 Hermannus Contractus, sanatur à B. Virg. 137. Auctor Antiphon. *Salue Regina, & Alma Redemptoris.* ibid.
 B. Hermannus Ord. Præmonstrat. familiariter loquitur cum Deipara. 239. eius inopiam mitō modo subleuat. 240. eundem consolatur & instituit. ibid.
 B. Hermanni Ord. Præd. pietatis exercitia erga Deip. 248. Eidem scientiæ, prædicationis, & linguarum donum tribuit. 249
 B. Hermannum Monachum Ord. Cisterc. in cœlum deducit B. Virgo. 245
 Henricus II. Angliæ Rex peregrinatur ad ædem B. Virg. Roccæ, siue Rupis Amatoris. 177
 Henrici tertij Francorum Regis dona D. Virgini Carnorensi data. 497
 B. Henrico Monacho apparet B. Virgo. 273
 B. Henrico Abbati baculū pastoralem porrigit

Memorabilium.

- porrigit B. Virgo. 270
 Henricus Angliæ Rex Imaginem B. Virginis Bononiensis restituere cogitur. 92
 B. Henricus Suso demonem sibi insidiantem, solo Matix nomine fugat. 319
 Henrici II. Regis Francorum deuotio erga B. Virginem. 475
 Henrico Calisto quam fuerit familiaris B. Virgo. 496
 Henricus IV. Ordinem militiæ B. Virginis Montis Carmeli instituit. 521
 B. Herthynodo Assumpt. Deiparæ gloria in visu demonstratur. 266
 Heruordensis Basilicæ Beatæ Virginis fauore renouatio, & origo. 129
 Hiberniæ miraculosa B. Virg. imago. 311
 S. Hieronymus perpetuam Deiparæ virginitatem defendit. 58
 S. Hieronymi Ord. fratres ad perseverantiam hortatur B. Virgo. 327
 Hieronymum Æmilianum è carcere liberat B. Virgo. 425. Aliud eidem beneficium à Deipara præstitum. 426
 F. Hieronymum à Foroliuiio Capucinum B. Virgo ad cœlestia regna vocat. 478
 Hieronymus Pistoriensis Capucinus excipitur hospitio à B. Virgine. 48
 Hieronymum Cap. Generalem Offauinaria excipit B. Virgo. 490
 S. Hyacintho apparet B. Virgo. 261. Eundem deducit in cœlum. ibid.
 Historia B. Virginis Montis Guardix. 355. 346
 B. Hrosnata abortiuus in lucem editus, à B. Virgine suscitatur. 151. Item & collisus sub rotis currus, à morte liberatur. ibid. Eundem diu in aquis incolumen seruat B. V. 252
 Homilia S. Amadei Ep. Lauf. 175
 Honorius tertius iubente Deipara approbat Ordinem Carmelit. 211
 Hora qua facta fuit Annunciatio. 9
 Horarum B. Virgin. Codex molosso compescit. 486
 B. Hostrado filium contrectandum præbet B. Virgo. 274
 Hungari olim B. Virginis deuotissimi. 129. 135
 S. Hugo Lincolu. Episcopus à graui tentatione carnis ope B. Virg. liberatur. 273
 S. Hugo Abbas apparente sibi Deipara, ad perseuerantiam animatur. 174
 S. Hugoni Abbati Cluniacensi apparet B. Virgo. 137
 S. Hugonis Abbatis Cluniac. animam excipit B. Virgo. 154
 Hugo Capetus Francorum Rex, & ex eius profapia descendentes, testati sunt se tenuisse Francorum Regnum per B. Virginem. 127
 Hugonem Monachum à damnatione æterna præseruat, necnon ab infirmitate liberat B. Virgo. 98
 Hugo Etruriæ Marchio à B. Virg. increpatur. 384
 Hugo de la Sale suspensus, mori non potest, sustentatus à B. Virg. 328
 Hunfridus Episcopus festum Assumptionis præcipuum esse decernit apud Morinos miraculo quodam ductus. 117
 Hymnodia, suffitus, lumina, antiquitùs in templis. 70
 Hymnus rythmicus Innocentij Papæ de B. Virgine. 210
 Hymnorum *Quem terra pontus, & O gloriosa Domina*, Auctor Fortunatus Episcopus. 92

I

- B.** Iacobus Picens ægrotus sanatur in æde Lauretana. 370
 B. Iacobus Nouitijs Ordin. Præmonstensis moribundus cantat Antiphonam *Aue mundi spes Maria*. 273

- B. Iacobus de Meuania moritur in festo Assumptionis. 293
- F. Iacobo à Nursia sub mortem apparet B. Virgo. 478
- V. Iacobi Calipelli Cœlestini capiti coronam florigeram imponit B. Virgo 459. Eundem adhuc sacularem defunctum, ad vitam reuocat B. Virgo. ibid.
- S. Iacobus Apostolus Deiparæ dignitatem & cultum adstruit. 36
- Iacobo Aragoniæ Regi apparet B. Virgo. 124
- Iacobus Lainus, ægrotus defendens in Concilio Tridentino immaculatam B. Virg. Conceptionem, sanatur. 464
- B. Iacobum de Marchia præseruat à morte B. Virgo. 377
- Iacobus Aragoniæ Rex tertio captiuus ope B. Virg. liberatur. 272
- Iacobus I. Aragoniæ Rex duo millia templa in Deiparæ honorem construit. 271
- Iacobus Cleophas in Deiparam blasphemus seuerè punitur. 533
- Iacobum Sarauian iuuat contra Mauros B. Virgo. 474
- Iacobo Ledelmæ Societ. I. B. S. V. apparet B. Virgo. 471
- Iacobus Guntherus toto corpore contritus inuocato B. Virg. auxilio sanatur. 513
- Iacobus de Bonis blasphemias in Deipar. publicè reuocare cogitur. 490
- B. Ida de Leuis quam familiaris B. Virgini. 231
- Iesse & Mariæ Iudæis parentibus S. Angeli Carmelitæ, apparet B. Virgo. 217
- S. Ignatij Epistola ad B. Virg. 25
- Ignatius Azebedius portat secum imaginem B. Virg. & quid mirum ei acciderit. 482
- Ignatij Martinesij iussu puer sex mensum distinctè recitat salutationem Anglicam. 313
- Ignis intolerabilis ardore afflictis Suesionenses, sanantur, à B. Virgine. 161
- S. Ildefonso Archiep. Toletano apparet B. Virgo, eique pretiosam vestem tradit. 96
- Imago B. Virginis dorsum vertit militi eam spoliare volenti. 326
- Imago Deiparæ sacrilegum durè reprehendit. 430
- Imago B. Virg. gestata Romæ pellit pestem, & alia miracula patrat. 442
- Imago Deiparæ Salerni sudat. 524
- Imaginem Deiparæ quidam hæreticus detruncat. 448
- Imago Deip. in Monasterio Cœlestinorum Meduntensium claret miraculis. 438
- Imago Deiparæ miraculosa, quæ homicidium prodit. 519
- Imago B. Virginis quantum auers. mulieres impudicas. 504
- Imago B. Virginis lachrymatur. 489
- Ob relictas discordias tristem vul-tum in lætum commutat. 489
- Imago D. Virginis Aspicollis sanguinem sudat. 516
- Imaginem B. Virginis Montis ferr. volens reparare Pictor, cæcitate percutitur. 460
- Imaginis B. V. Stagnensis miraculosa inuentio. 454
- Imago Deiparæ semel & iterum alloquitur B. Nicolaum Factoris. 499
- Imago B. Virginis vetusta, & penè carie consumpta ab hæreticis, nec lædi, nec frangi potest. 478
- Imago B. Virginis ab incendio manet illæsa Amsberga ciuitate conflagrante. 516
- Imago B. Virginis Paduam translata pestem fugat. 481
- Imago B. Virgin. in Vichiacens. Monasterio Ordin. Cœlest. miraculis claret. 453
- Imago B. Virg. apud Ratisbonam miraculis.

Memorabilium.

- raculis illustris.* 433.443
Imaginem B. Virg. percutiens Turca,
vnà cum equo vertitur in lapidem.
 461
Imago Deiparæ B. Lucie Narniensi
filium præbet contrectandum. 462
Imago miraculosa B. Virginis Boni
Occursus. 441
Imago B. Virg. Annunciatæ apud Flo-
rentinos magnis claret miraculis.
 442
Imago B. Virginis pueris quibusdam
commouetur. 477
Imaginè B. Virg. Montis Guardie in-
tueri non possunt Meretrices. 503
Imago B. Virginis Claromontensis in
Polonia, nulla vi hæreticorum po-
test dimoueri. 474
Imago B. Virginis Derelictorum Va-
lentiæ in Hispania. 522
Imaginem B. Virgin. nulla vi possunt
hæretici è manibus eam tenentis
auell. 482
Imago B. Virginis illæsa remanet in-
ter flammæ. 532
Imago Deip. in cilice impressa, natat
super aquas. 429
Imago B. Virgin. minatur pueris. 454
Imago Deiparæ B. Ludouicum Bel-
trandum alloquitur. 495
Imaginem B. Virgin. Turca inuadens
morte mulctatur. 479
Imago B. Virginis comburi non po-
test, nec fœdari à Turcis. 511
Imaginis B. Virg. contemptor puni-
tur. 517
Imago Christi plorat. 521
Imago B. Virg. intrà Cupressum ab-
condita inuenitur, multa que ad
eam miracula. 62
Imago Deip. alloquitur S. Gregorium
magnum. 88
Imago Deip. Sosopoli fluit oleum ad
curandos infirmos. 82
Imago Deiparæ Virginis incarnata in
Sardenay. 117.118
Imago miraculosa Hiberniæ. 311
Imago Deip. Virg. miraculosè inue-
nitur. 395
Imago Deiparæ miraculosa, dicta à
pedibus argenteis. 276
Imago Deiparæ genu erigens iacu-
lum excipit, vt liberet sibi deuotum
ciuem post eam latitantem à mor-
te. 121
Imago B. Virginis alloquitur B. Ven-
turinum. 306
Imago Deiparæ contrahit digitum
recepto annulo cuiusdam adolef-
centis. 254
Imago B. Virginis transfertur Rho-
dum, deinde Melitam. 379
Imago B. Virginis Bononiensis mini-
sterio Angelorum allata. 92. Eius
miracula. *ibid.*
Imago miraculosa B. Virginis Naiaræ
inuenta. 136
Imago Deiparæ in triumphali curru
delata. 159
Imago B. Virg. inuenta inter digitos S.
Heduuigis Reginæ Poloniæ du-
dum mortuæ & sepultæ. 267
Imago Deiparæ miraculosè inuenta,
fratribus Ord. B. Mariæ de Mercede
Redempt. Captiuorum data. 225
Imago B. Virginis alloquitur Cle-
mentem Caponium. 373
Imago Deipar. liquorem candidum
emittit apud Pistorium. 400
Imago B. Virginis in pago Rocchietæ
inuenitur plangens. 370
Imago Deiparæ miraculosè inuenta
in arce Puchenfi. 225
Imago B. V. Læflia miraculosa. 170
Imago Deiparæ prohibet ingressum
Principi Sarracenorum intrà por-
tam ciuitatis Constantinop. 204
Imago B. Virginis Castellionensis ad-
huc hodiè lac emittit. 172
Imago Deiparæ dorsum vertit Noui-
tio ad sæculum redeunti. 314
Imago B. Virginis Montis Guardie, à

Index rerum

- S. Luca depicta. 346. Furto abrepta,
& Venetias delata ad priorem lo-
cum redit. 350
- Imago B. Virginis Vrticeti loquitur.
359
- Imago Deipar. impium Anatolium a-
uerfatur. 85
- Imago B. Virginis miraculosa apud
Lucenses, à Rosa nomen habens.
268
- Imago miraculosa B. Virginis Mosæ
Traiectensis. 245. Series supplica-
tionis ad eam fieri solitæ. *ibid.*
- Imago B. Virgini in Diœcesi Herbi-
polensi claret miraculis. 364
- Imago B. Virginis homicidam deter-
ret. 377
- Imago Deip. Virg. scindit vestimenta
sua, & quare. 188
- Imago Deiparæ gladio percussa, san-
guinem emittit. 325
- Imago B. Virg. diuulgat sanctitatem
S. Alexij. 54
- Imago B. Virginis Latiensis diuini-
tùs facta. 151.
- Imago Deip. percussa Parisiis, sangui-
nem emittit. 337
- Imago B. Virginis Montispeff. mira-
culosa. 223
- Imago B. Virginis S. Bernardum salu-
rat. 171
- Imago Deiparæ à nebulone percussa
stillat sanguinem. 282
- Imago Deiparæ gladio percussa san-
guinem emittit. 305
- Imago miraculosa B. Virg. Neapoli.
267
- Imago Deiparæ alapam impingit mo-
niali ad peccandum properati. 214
- Imago Deiparæ salutatur Ioannam Ab-
batissam Clari fontis. 214
- Imago B. Virginis Tungrensis Ange-
lorum ministerio allata. 182
- Imago B. Virginis sudorem emittit.
16
- Imago Deip. propter discordias lo-
cum mutat. 407
- Imago Deiparæ alloquitur S. Hiacy-
nthum. 261
- Imago B. Virgin. pulcherrima apud
Carmelitas Drepanenses miracu-
lis clara. 257
- Imago B. Virginis claret miraculis in
agro Treuirensi. 363
- Imago Deip. diuinitùs apparet in pa-
riete, ad quam plurima facta mira-
cula. 392
- Imago Deiparæ vultum auertit à Cõ-
cionatore impugnante Conceptio-
nem B. Mariæ. 365
- Imaginem Deiparæ lapide percutiens
Constantinus Strator Artabaldi,
mala morte perit. 106
- Imaginis B. Virginis in Hispania mi-
raculosa inuentio. 352
- Imaginis B. Virginis Guadalupensis
inuentio. 298
- Imaginis B. Virg. de Myanis miracu-
la. 257
- Imaginem Christi parant Iudæi cru-
cifigere, sed produntur à B. Virg. 96
- Imaginis B. Mariæ Valuanaræ inuen-
tio, & miracula. 83
- Imaginem Deip. Paulus V. pretiosis
lapisibus exornat. 20
- Imaginis Deiparæ sola præsentia,
Mauri prostrati. 204
- Imaginis B. Virgin. Lauretanæ descri-
ptio. 278
- Imaginis Deiparæ oculum expun-
gens, & ipse perdit oculum. 111
- Imagini Deiparæ honorem exhibens
fanatur. 109
- Imaginem Deiparæ diabolus detur-
pat, quomodo ea pristinum recepe-
rit decorem. 413
- Imaginem B. Virg. in os inseruit An-
dronicus Imp. moribundus, cum
non posset sumere Eucharistiam.
- Imaginis B. Virgin. Annunciatæ apud
Florentiam vultus ab Angelis de-
pictus. 237
- Ima

Memorabilium.

- Imaginem Deip. mittit S. Leandro
Episcopo S. Gregorius. 88
- Imaginis Deip. honorem molestè fert
diabolus. 55
- Imaginem B. Virg. in sacrario S. So-
phiæ Constantinop. asseruatam, au-
ferentes Veneti excommunican-
tur. 197
- Imagines plures Deip. S. Lucas pin-
xit. 20
- Imaginis B. Virginis Montis Guardie
schema. 348
- Imaginis B. Virg. à Nazareth inuen-
tio. 170
- Imaginem B. Virg. quæ fuerat Gallæ
Placidie transfert Cælest. III. 187
- Imaginis B. Virginis Montisferrati in-
uentio. 123
- Imago Deiparæ lignea apud Fraguel-
lum oppidum, in mediis ignibus
manet illæsa. 409
- Imago Deiparæ in Conuentu Carm.
Neapol. claret miraculis. 413
- Imago Deiparæ à pueris percussa lu-
get. 416
- Innocentius VI. Papa vexat Ordines
Prædicatorum & Minorum, sed
deffenduntur à B. Virgine. 259
- Innocentius III. Ordinem Cisterc. ve-
xat, sed à B. Virg. liberatur. 198
- Innocentius 8. munera mittit Laur.
Virgini. 408. Eidem sacellum con-
struit. 408
- Innocentius 8. pugnat contra Sorti-
legos. 398
- Innocentius Papa 4. Antiphonam Na-
tiuitatis tuæ, &c. composuit. 249. Na-
tiuitatis B. Mariæ festum vbique
terrarum celebr. præcipit. ibid.
- Innocentius Papa 8. à colicæ passio-
ne inuocata Deip. sanatur. 396
- Innocentio 3. Papæ salutarem de pec-
catis contritionem in extremis
impetrat B. Virgo. 209
- Inundationis horribilis causam in
Frifia, reuelat B. Virgo. 167
- Indusium resarcitum in festo Assum-
ptionis, apparet sanguine consper-
sum. 117
- Indusium Deiparæ quolibet septen-
nio ostenditur Aquisgrani. 357. In-
gens populi concursus ad illud vi-
dendum. ibid.
- Indulgentiam plenariam Deiparæ in-
tercessione impetrat S. Franciscus.
217
- Incubus dæmon salut. Angelica fuga-
tur. 174
- Inuentio imaginis Mariæ Valuana-
ræ. 83
- Iprensis ciuitas obsidione liberatur
per B. Virginem. 327
- S. Irenæus Episcop. & martyr laudat
Deip. 39
- Israël frater S. Birgittæ, anulum im-
ponit digito imaginis B. Virg. 313
- Isaacius Angelus Imperator, ope B.
Virginis ab imminente exitio libe-
ratur. 184
- B. Ioachimus Seruita quantoperè à B.
Virg. dilectus. 295
- B. Ioannæ de Oruieto apparet B. Vir-
go. 318
- Ioanna filia Ludouici XI. Francorum
Regis fundatrix Ordinis B. Virg.
Annunc. 419
- B. Ioannæ Ord. Carmel. insignis de-
uotio erga B. Virginem. 342
- Ioanna Darcia, iubente Deipara, arma
capit contra Anglos. 343
- Ioanna Maillarta submersa, suscitatur
à B. Virgine. 338
- B. Ioannes Fesulanus imaginem Dei-
paræ pingit genibus flexis. 364
- B. Ioannem Sahaguntinum parentes
à B. Virgine impetrant. 378
- B. Ioannem Firmanum multis B. Vir-
go afficit fauoribus. 304
- Ioannes Papa 8. ornat Basilicam Dei-
par. 101
- Ioannes Papa 22. Auenioni construit
Sacellum ad honor. Deip. & qua de

- causa. 303. Pulsum serotinum Angelicæ salutationis instituit. *ibid.*
- B. Ioannam Abbatissam Clarifontis salutat imago B. Virginis. 211
- Ioannes Anachoreta candelam confueuerat accendere ante imaginem B. Virg. quæ numquam consumebatur. 53
- Ioanni Castellæ Regi multa mala eueniunt, ob spoliatum Guadalupanum B. Virg. templum. 329
- Ioannis exultatio in utero qualis. 12
- Ioannes Baptista Tolomeus ut coluerit Deiparam. 236
- S. Ioanni Damasceno abscissam manum restituit B. Virgo. 107
- B. Ioannis Tossiniani deuotio erga B. Virginem. 327
- Ioannes Amat Rosario suo pellit demones. 458
- Ioannes Commenus Imperator Græcorum, insignem de Scythis & Barbaris, ope B. Virginis reportat victoriam. 158
- Ioannis Francorum Regis affectus erga D. Virginem Carnotensem. 318
- Ioannes I. Lotharingæ Dux, ope Deiparæ de prædonibus victor euadit. 277
- Ioanni Papæ 22. apparet B. Virgo.
- Ioannis I. Lusitanæ Regis pietas in Deip. 362
- Ioannis Gersonis studium erga Deip. 450
- Ioannis Beremanni tenerrimus amor erga Deiparam. 531. 532
- B. Ioannes Boner Augustinianus moribundus videt Deiparam. 372
- Ioannes Becanus Arch. Cantuariens. Deip. cultum promouere satagit. 266
- Ioannes Galeatius templū sumptuosiss. in hon. Deip. construit. 328
- Ioannis Culfameri hæretici in B. Virginem blasphemii horrendus integer. 445
- Ioannes Caninus Medicus, blasphemus in B. Virginem concrematur. 365
- S. Ioannicius Anachoreta destructum Deiparæ templum mirabili visione admonitus reedificat. 1114
- Iosepphi turbatio. 13
- S. Iosepphi ætas quando contraxit cum B. Virg. 8
- B. Iosephe, qui & Hermannus Ordin. Præmonstrat. B. Virginis Capellanus. 241. Eius cum B. Virgine admiranda familiaritas. *ibid.*
- Iosepheus Anchieta virginitatem vovet Deiparæ. 512. Eius vitam latino carmine scribit. *ibid.*
- Iosepheus à Corleone Capucinus febricitans à B. Virgine sanatur. 494
- B. Iordanis exercitia pietatis erga Deipar. B. Iosberti monachi ex ore, oculis, & naribus Rosæ prodeunt. 184
- B. Iossionis monachi deuotionis exercitia ad hon. B. Virg. 165
- Iudæa quædam de monte præcipitata, inuocans Deiparam, liberatur à morte. 82
- Iudæum puerum ab incendio liberat B. Virgo. 81
- Iudæus à latronibus victus, impetrato Deip. auxilio, liberatur. 95
- Iudæi parant crucifigere imaginem Christi, sed produntur à Deipara. 96
- Iudæus inuocans B. Virginem à morte liberatur. 528. 529
- Iudæus diuam Virg. Lauretanam inuocans è carcere liberatur. 440
- Iuditha Hugonis Etruriæ marchion. vxor, gemmarum auida, gemmas vndique conquirat. 382
- S. Iulianæ Virgin. exercitia deuotionis erga Deiparam. 234
- Iulius Papa 2. Bombardæ ictu protegatur à B. Virg. 418

Memorabilium.

- S. I V E T T A multa à Deipara con-
quitur beneficia. 188.189
Iulianus Apostata iussu B. Virg. occi-
ditur à S. Mercurio. 47
Iustinianus Imperator eius nominis
secundus, Ecclesiam Deip. deiicit,
non sine vltione. 99
Iustinianus Imperator ope Deip. mul-
tas reportat victorias. 78
Iustinianus Imp. Carthagine nobiles
Ecclesias ad honorem Deip. extru-
xit. 79. Item aliud Absagos. 76.
Necnon etiam Hierosol. ibid. Alia
ab eodem alibi erecta. 78
S. Iustina Virgo & martyr inuocans
Deiparam, demones & magicam
superat leuitatem. 44
Iustinus Imperator templum Deipa-
ræ erigit. 83
Iumentum cæcum illuminat B. Virgo,
irrisorem verò blasphemum cæci-
tate percutit. 522
Iuuenalis Hierosolym. Episcopi rela-
tio de Assumpt. Deip. 63

K

- S. **K** Vnegundis Imperatrix iuuan-
te Deipara, nudis & illæsis
pedibus incedit super ardentem
prunas. 129
B. Kunegundis nascendo salutat Bea-
tam Virginem. 303
Kunegundis mulier quædam ab insa-
nabili erispelate sanatur, à B. Virg.
528
Keublein Bamberg. ebrius, diabolum
inuitans ad bibendum grauiter ex-
agitur, & à B. Virg. liberatur. 525

L

- L** Ac & sanguis profluit ex violata
immagine Dei genitricis. 293
Lactis guttæ ex mammillis Imag. B.
Virg. profluunt. 172

- Lactis Deiparæ celeberrimum mira-
culum. 534
Lactis virginei nectare tertio irrorat-
ur S. Bernardus. 174
Lactat Fulbertum Episcopum B. Vir-
go. 131. Item & Clericum quen-
dam. 132
Lachrymas cuiusdam deuoti sui of-
fert filio B. Virgo. 222
Ladhemius Abbas Cisonij, crudeliter
strangulatus, rediit ad vitam inter-
cessione Deiparæ. 216
Ladislaum Oppoliæ Ducem à ferro
Barbarorum deffendit B. Virg. 326
Lakensis B. Virginis dedicatio. 276
Lætiensis Virginis imago diuinitus
facta. 151
Lampades in templo Deip. singulis
annis miraculosè accenduntur. 144
Lancæ Saluatoris inuentio. 149
Lapide percutiens Deiparæ imaginem
mala morte perit. 106
Lapidicina noua inuenta pro con-
struenda Deip. Ecclesia Hierosol.
77
Lauretanae ædis situs, ac topographia
describitur. 288
Lauretana domus Angelorum mini-
sterio in Dalmatiam defertur. 277.
Ædis istius sacrosanctæ descriptio.
ibid.
Lauretana ædes vndè sic dicta. 284
Lauretana ædes nouos parietes in ful-
cimentum adiectos non patitur.
292
Lauretana ædes locum mutat, ob
duorum fratrum auaritiam. 287
Lauretana ædes miraculis clarissimis
illustratur. 287
Lauretana ædes miraculis illustratur.
287
Lauretanae Virg. miracula. 435. 436.
440. 466. 468. 471
Lauretanae imaginis descriptio. 278
Lauretana Virgine inuocata, quidam
ab vltimo supplicio liberatur. 482.
Alia

Index rerum

- Alia eiusdem Virg. miracula. 487.
483. 491
- Lauretanae ædis calcem & laterem auferens diuinitus punitur. 497
- Lauretanae Virginis ope, res multiplicantur in Collegio Societ. I E-
s v. 471
- Laudensis Virginis miracula. 518
- Laudunensem Ecclesiam B. Virg. locupletat S. Rhemig. & Cathedrallem efficit. 81
- S. Laurentius Ep. Deblinensis Ecclesiam Deiparae dedicat. ipsa iubente. 181
- B. Laurentio Monacho, Rosarij decadem defert Angelus. 265
- Laurentius monachus à quartanis febribus, inuocata B. Virg. sanatur. 423
- Lausanae seruat Chiroteca B. Virg. 1705
- S. Leander Episcopus accipit imaginem Deip. à S. Gregorio. 88
- Leffliae miraculosa imago B. Virg. 170
- Legati Messanensium missi Hierosolymam, B. Virg. petitori protectionem. 29
- Legati missi Hierosolym. ad B. Virg. à Carnotensibus. 27
- S. Leo Abbas Cauensis videt Deiparam. 137
- B. Leo schalæ candidæ innixam vidit Deiparam. 235
- B. Leodatus moribundus à Deipara visitatur. 244
- Leo Imperator construit templum in hon. Deip. 66
- Leonis Armeni Imperat. mors præostensa à B. Virgine. 112
- Leo non audet ledere monachum gestantem imaginem B. Virg. 118
- Leoni Imperatori prædicit Imperium B. Virgo. 66
- S. Leopoldus Eccles. & Monasterium in hon. B. Mariæ construit, miraculo excitatus. 152
- Liberi arbitrij vsus habuit B. Virg. in vtero matris suæ. 3
- Libros Nestorij detestatur B. Virgo. 58
- Lilium ex mortuo ore B. Francisci Seruitæ prodit. 305
- Lilium è tumulo S. Salauni pueri surgit, in cuius foliis, scripta salut. Angelica. 313
- Lilium procedit ex mortuo corpore B. Guillelmi, in cuius foliis scripta salut. Angelica. 174
- Lilia tria oriuntur miraculosè in testimonium perpetuæ virginitatis B. Mariæ. 233
- Lilia tria, in quibus IESV & MARIÆ nomina descripta, de ore mortui B. Didaci Minimi prodeunt. 421
- Lilium ex corpore sepultæ B. Ioannis Monachi prodit, in cuius foliis, aureis literis inscripta erat salutatio Angelica. 282
- Litaniæ Prædicatorum quantæ efficacit. 260
- Litaniæ in die Purif. B. Mariæ institutæ à Sergio Papa. 101
- Liquor candidissimus ex imagine Deiparae manat apud Pistoriū. 400
- Lingua Nestorij à vermibus corrosa. 58
- Linguam excisam cuidam blasphemo restituit B. Virgo. 428
- Linguam excisam cuidam adolescenti restituit B. Virgo Montisserrat. 431
- Linguam exsectam sacerdoti ab hæreticis restituit B. Virgo. 201
- In Lingua Eustachij monachi apparet salutatio Angelica literis aureis descripta. 208
- B. Liuinus alloquitur B. Virginem. 312
- Locus mansionis B. Virginis in templo. 6
- Londinum à Danis obsessum ope B. Virginis liberatur. 116
- Loquelæ beneficium ope Deip. Virginis 815

Memorabilium.

- nīs recuperat S. Petrus Thomas Carmel. 319
- Louanij in æde diui Petri B. Virgo claret miraculis. 362
- S. Lucas Imagines multas B. Virginis pinxit. 20
- Lucas Tramontus cæcus natus, ductus in conspectu Imaginis B. Virgin. Carmelit. Neapolit. visum recipit. 314
- Lucernæ lumen extinctum, Deiparæ inuocatione reaccenditur. 254
- B. Luciae Narniensi, Imago Deip. filium contrectandum præbet. 462
- Luceriam ciuitatem nomine ciuitatis Mariæ insigniuit Carolus II. Sicilia Rex, & quare. 270
- S. Ludouicus Francorum Rex Nazarethanâ domum visitat. 160. Naufragium passus in Iordane, inuocata B. Virgine Carmel. liberatur. 260
- B. Ludouicus Beltrandus quantoperè coluerit B. Virginem. 496
- Ludouicus IV. Imp. B. Virgini deuotus. 312
- Ludouici Pij Imperatoris deuotio erga B. Virginem. 112
- Ludouicus XI. Francorum Rex, multa fecit ad honorem Deip. 394
- Ludouicus Borbonius Equestrem ordinem Cardui B. Virginis instituit. 320
- Ludouicus Comes Vindocinensis, implorato B. Virg. Carnot. auxilio, à morte liberatur. 335
- Ludouicæ Reginæ Franciæ donaria D. Virgini Carnotensi facta. 497
- Ludouicæ Borboniæ donaria D. Virgini Carnotensi oblata. ibid.
- Lupus rapiens puerum, B. Virginis implorato auxilio eundem illæsum restituit. 144
- Lupi iugulant exploratores missos ad expoliandam ædem Laur. 436
- Lusitani Regni constitutio ad Deip. honorem. 344
- Lusitani notarunt dies festos B. Virgini factos lætos fuisse victoria. 507
- Lusitanis in India mirabiliter opem fert B. V. 465
- Lusitani insignem de hostibus opem Deiparæ reportant victoriam. 504
- Lusitanis oblessis Deus miraculosè prouidet de annona precibus Deiparæ. 421
- S. Lutgardi apparet B. Virgo. 196. 197
- S. Lyduuinæ deuotio ad imaginem B. Virg. 323
- S. Lyduuinæ capiti velum imponit B. Virgo. 351

M

- S. **M**argareta Ord. Præd. quibus exercitiis coluerit Deiparam. 269
- B. Margarete Colum. virginittatis propositum suadet B. Virgo. 274
- B. Margareta tertij Ordinis S. Dominici, ægrotans, sanatur à Deipara. 244
- B. Margareta Pœnitens, impetrat à Deo, vt dolorum Deiparæ fiat particeps. 284
- B. Margareta Ducissæ Sabaudia apparet B. Virgo, eamque consolatur. 368
- Margareta Reginæ Hispaniæ deuotio erga Beatam Virg. 524
- Margareta Flandriæ Comitissa, supplicationem celeberrimam ad honorem Deip. instituit. 275
- S. Maria mutuis officiis certauit cum Iustiniano Imp. 79
- S. Maria de Couadonga. 105
- Mariæ nomen vt coluerit B. Hermannus, qui & Ioseph Ord. Præmonst. 241
- Mariæ nomen in corde B. Petri Thomæ inscriptum. 319
- Mariæ nomine dæmonem fugat B.

- Henticus Suso. 319
 S. Mariæ Deipar. nomen ab Oraculo
 Apollinis nominatum. 45
 S. Maria Oegniacensis, vt coluerit
 Deiparam. 202
 B. Maria cognomento dolorosa, quid
 egerit ad honorem Deiparæ. 281
 Mariæ sororis B. Caroli Villatiensis
 Sertum floridum capiti imponit B.
 Virgo. 209
 Mariam Razzi desponsat. Christo B.
 Virgo. 513
 Maria Hungariæ Regina insignem ad
 Deiparæ honorem instituit suppli-
 cationem. 456
 Marinus frater B. Petri Damiani se B.
 Virginis mancipium facit. 138. Vi-
 det Deip. ibid.
 Marcello secundo, summum Pontifi-
 catum prædicit B. Virgo. 470
 S. Maternus Episcopus discip. S. Petri
 Apostoli Tungrensem Ecclesiam
 in hon. Deip. construit. 36
 S. Martialis calceum Deiparæ trans-
 fert Anic. ibid.
 S. Martha Auenioni ædem construit
 in hon. Deip. 24
 S. Martinum ex insidiis diaboli vul-
 neratum, sanat B. Virgo. 57
 Martinus Papa V. quid egerit ad ho-
 norem B. Virg. 338
 Martini cuiusdam Monachi horren-
 dus interitus. 323
 S. Maurilius Episcopus Andeg. templ.
 ad hon. Deip. construit. 55
 B. Mauritij Hungari sanctitatem præ-
 nunciat B. V. 309
 Maurum quendam ad baptismum hor-
 tatur B. Virgo. 509. Item & Turcã.
 ibid. Item & alium Maurum. ibid.
 Maximiliani Imp. munera B. Virgini
 Hallensi missa. 530
 B. Mechtildis edocetur à Christo salu-
 tare B. Virginem. 294
 Medicum sibi deuotum B. Virgo libe-
 rat à morte. 508
 Mercatorem mīro modo è carcere li-
 berat B. Virgo. 455
 S. Mercurius iussu Deipar. Iulianum
 Apostaram occidit. 47
 Melitenses milites inuocata B. Virgi-
 ne apud Clarum montem in Polo-
 nia periculum mortis euadunt. 489
 Meretrix subitanea morte præuenta,
 precibus Deiparæ redit ad vitam,
 vt confiteatur. 534
 Meretrices imaginem B. Virg. Montis
 Guardix videre non possunt. 503
 Messanenenses mittunt Legatos Hiero-
 solymam ad B. Virg. 29
 Messanenibus scribit B. Virgo. ibid.
 S. Methodius Episcopus & martyr,
 quibus epithetis Deiparam exor-
 net. 42
 Michaël Arpinas manuum articulos
 à Mauro præcisos, ope Deip. Vir-
 ginis recuperat. 443
 Michaël Marci ob variã in Deiparam
 blasphemias, virgis ceditur. 533
 Michaël Albus Cælestinus, à quantis
 fuerit periculis per B. Virginem li-
 beratus. 469
 Michaëlem Columnnam liberat B.
 Virgo è manibus numerosissimo-
 rum hostium. 457
 Michaël Paleologus ob recuperatam
 Constantinopolim Deipar. gratias
 agit. 262
 Miles suspensus Deiparæ meritis &
 inuocatione, redit ad vitam. 462
 Militem suspensum ad vitam reuocat
 B. Virgo. 502
 Miles ob amorem Deiparæ, abstinens,
 ab oppressione puellæ, saluatur. 355
 Miles implorans Deipar. auxilium, à
 morte præseruatur. 353
 Miles ægrotus honorem exhibens
 imagini Deiparæ, sanatur. 109
 Miles inuocata B. Virgine Hallensi,
 præseruatur à morte. 516
 Misericordiæ B. Virgin. stupendum
 exemplum, in blasphemum, & per-
 cussorem

- cussorem imaginis suæ. 334
 Missam quotidie de B. Virgine celebrans sacerdos, à ministerio amouetur; sed iubente Deipara restituitur. 176
 Miraculum insigne impetrat à B. Virgine. S. Stephanus Grandimontensis Ordinis Institutor. 158
 Miracula ad sacratissimum B. Virgin. corpus exanime. 31
 Miraculum insigne & iucundum ergà B. Iosbertum B. Virg. deuotum. 184
 Miracula plura in suscitacione pueri mortui. 341
 Miraculum Deiparæ contrà Gaianum Mimum, qui eam in theatro blasphemabat. 65
 Miracula B. Virg. de Sardenay. 118
 Miraculis comprobatur Aunulus pronubalis B. Virgin. 386. 387. & sequentibus.
 Miraculum circà imaginem B. Virgin. Derelictorum. 522
 Miracula B. Virg. apud Viterbium. 368
 Miracula ad aram & imaginem B. Virginis nondum natæ, apud Carnotum. 27
 Miracula B. Virginis in diœcesi Treuerensi. 363
 Miracula multa B. Virg. in agro Treuir. 363
 Miracula B. Virg. apud Clarum montem in Polonia. 326
 Miracula B. Virginis Montis ferratensis. 123
 Miracula multa in Dalmatia operatur B. Virgo. 280
 Miracula B. Virg. in Indiis Orientalibus & Occidentalibus. 410
 Miraculum primum Christi impetrat B. Virgo. 19
 Miracula circà imaginem B. Virgin. Schiedami. 350
 Miracula B. Virg. propè Dietelbach. 417. 423. 424. 418. 419
 Miracula B. Virg. apud Montem ferrat. 433. 434. 437. 438
 Miranda edita in fauorem recitantium Coronam Deip. 149
 Miramamolini Regis marrochij exercitus trucidatur à Christianis. 204
 Mirum de palma Virgini sub mortem missa. 32
 Myanensis Virg. miracula. 257
 Mauri multi prostrati sola præsentia imaginis B. Virg. 204
 Mogor Rex Ethnicus festum Assumptionis celebrat. 507
 Moguntinensis facultas statuit Beatam Virginem non contraxisse originale. 414
 Molisimensis Virg. miracula. 148. 144
 Moricus Franciscanus moribundus iuuatur à Deipara. 283
 Monacho cuidam Cluniacensi moribundo adstat B. Virgo. 125
 Monachos Hierosolymitanos semel & iterum miraculosè pascit B. Virgo. 94
 Monachos vespèras Deiparæ canentes fulgur non ledit. 439
 Monacho B. Virginis gaudia nunciante pollicetur gaudium. 138
 Monachorum laborantium sudorem extergit B. Virgo. 168
 Monachi sepulti ex ore procedit arbor in cuius foliis scripta salutatio Angelica. 170
 Monacho moribundo S. Ioan. Gualberti Abbatis, adest B. V. 141
 Monachos dormientes aqua benedicta aspergit B. Virgo. 213
 Moniales quadraginta, B. Virgo à morte præseruat. 456
 Moniali alapam impingit imago Deipar. ad peccandum properanti. 214
 Monialis sacrilega & impudica, ope Deip. Virginis æternam damnationem euadit. 434
 Moniales Montis Guardia, ope Deip. à militum petulantia eripiuntur. 434

Index rerum

- Monialis paralytica, voto ad D. Virginem Aspricollis facto, sanatur. 520
- Monile pretiosum amissum, inuocata Deipara repertum. 148
- Montis Guardiae Virg. miracula. 503. 504
- Montisferratenfis Virg. miracula. 500
- Montisferr. Virg. miracula. 457. 458. 460. 462. 466. 470
- Montisferrat. Virg. miracula. 492
- Montisferratenfis Virginis miracula. 412. 411. 440
- Montisferratenfis Virg. miracula. 308
- Mors horrenda impij cuiusdam, imaginem Deiparæ percutientis. 325
- Mors horrenda Anatolij. 85
- Mors Leonis Armeni impij Imperatoris præostensa à B. Virgine. 112.
- Constantini Copronimi horrenda. 110.
- Militis cuiusdam ingrati. 109
- Mors miseranda cuiusdam hominis in honorantis B. Virginem. 499
- Mulier pulchra, leprosa efficitur, ob blasphemiam in Beatam Virginem. 128
- Mulier peccatrix ab Ecclesia B. Virg. Suesionensis diuinitus arcetur pœnitens introducitur. 162
- Mulier quædam supplicio afficitur, ob falsa conficta miracula de B. Virgine. 521
- Mulier in peccato mortali defuncta, precibus Deiparæ redit ad vitam vt pœniteat. 167
- Mulier maleficiata, ob deuotionem ad B. Virginem, sanatur. 399
- Mulier artibus malis à dæmone afflictæ, Deiparæ intercessione sanatur. 450
- Mulier maleficiata & obsessa sanatur à B. Virgine. 510
- Mulier præ gaudio mortua ad inuocationem B. Virgin. Tung. redit ad vitam. 261
- Mulier blasphemata in B. Virginem, porcas parit. 475
- Mulier muta solo aspectu imaginis B. Virg. Clamont. in Polonia, loquelam recuperat. 515
- Mulier quædam B. Mariæ meritis à desperatione liberatur. 342
- Mulier excisa lingua inuocat Deiparam. 448
- Mulier paralytica in æde Lauretana sanatur. 422
- Mulieris in beatam Virginem blasphemæ horrendus interitus. 515
- Mulier ad mendicitatem redacta, ob blasphemiam in Beatam Virg. 297
- Mulieris vetulæ in forma cur B. Virgo apparuerit B. Hermanno Ord. Præmonstrat. 243
- Mulierem incendio adiudicatam liberat B. Virgo. 186
- Mulierem parturientem iuuat B. Virgo. 261
- Mulierem febrientem sanat B. Virgo in colle Aniciensi. 35
- Mulierem peccatricem à morte animæ & corporis præseruat B. Virg. Lauret. 429
- Mulierem obsessam liberat B. V. 360
- Mulierem illæsam inter flammam cõseruat B. Virgo. 146
- Mulierum duarum simplicitatem remunerat B. Virgo. 297
- Mulierem à periculo merisionis & oppressionis liberat B. Virgo. 356
- Mulier à viro commendata B. Virgini, liberatur à morte. 54
- Mulier quædam inuocata B. Virgine, domum, & omnia bona sua, ab igne illæsa recipit. 378
- Mulier in partu laborans, & recitans Antip. Salue Reg. fœliciter parit. 227
- Mulier periclitans in partu, ope Deip. fœliciter parit. 495
- Mures auarum morsibus discruciant, à quibus tandem B. Virgine inuocata liberatur. 434
- Musæ puellæ apparet B. Virgo. 93

Memorabilem.

N

- N**Aiaræ imago miraculosa B. Vir-
ginis inuenitur. 136
Narfes Deiparæ auxilio vincit Go-
thos. 82
Nasum perdit, qui Nasum imaginis
B. Virginis Hallense abscissurum
iactauerat. 492
Natiuitatis B. Mariæ festum vbique
celebr. præcipit Innocent. quartus.
249
Natiuitatem B. Birgittæ, reuelat B.
Hemingo, beata V. 321
Naufragantes viti implorato B. Virg.
Hallensûs auxilio à morte liberan-
tur. 332
Nauarrus Doctor quænam beneficia
consecutus sit à B. Virgine. 501
Naues Sartacenorum ope Deiparæ
dissipatæ. 103
Nazarethana domus B. Virg. è Pala-
stina in Dalmatiam Angelorum
ministerio defertur. 277
Nazarethanam domum visitat S. Lu-
douicus Rex Francorum. 260
Nazarethana domus è Dalmatia, ab
Angelis transfertur in Picenû. 284
Neapoli festum S. Mariæ à principio
qua occasione celebr. 46
Neapoli imago miraculosa B. V. 267
Nestorij hæresis § 8. eius lingua à ver-
mibus corrosa. ibid. eius libros de-
testatur B. Virgo. ibid.
S. Nicolao Episcopo Mitram & pal-
lium restituit B. Virgo. 46
Nicolaus Papa IV. templum in hon.
D. ip. construit. 282
B. Nicolaus Factor quantum fuerit
deuotus B. Virg. 499
B. Nicolai Seruitæ egregium sancti-
tati testimonium præbet B. V. 365
S. Nicolaus Tolentinas febriens, sa-
natur à B. Virgine. 296
E. Nicolaus de Hors Cælest. quantum

- B. Virgini fuerit addictus. 434
Nolascus Ord. B. Mariæ de Mercede
Redemptionis captiuorum Insti-
tutor. 224. 225
S. Norbertus Ord. Præmonstr. Insti-
tutor, habitum candidum recipit à
B. Virg. 159
Nisiris ducis templi Deiparæ viola-
toris interitus. 122
Nouitium Cælestinum laqueo sibi vi-
tam præripere comantem, à morte
præseruat B. Virg. 464
Nouitium alloquitur imago Crucifi-
xi. 258
Nouitius implorato B. Virg. auxilio, à
morte præseruatur. 259
Nouitij pueri mira simplicitas. 314
Nouitio ad sæculum redire dispen-
ti, dorsum vertit Imago B. V. 314
Nouitium confirmat in fide B. V. 258
Nouitium Minoritâ à fratribus mul-
tipliciter vexatum, deffedit B. V. 261
Nummos multiplicat in ærario Laur.
B. Virgo. 473
Nurum suam B. Birgittam vocat B.
Virgo. 322

O

- O**bitus B. Virg. ab Angelo nun-
ciatus. 30
Obitus parentum B. Virgin. quando
contigit. 7
Obitum B. Iacobo Picens reuelat B.
Virgo. 370
Oblatus Cælestinus iuuantem Deipara
à morte præseruatur. 443
Oblatus Cælestinus ægrotus, inuoca-
to Deiparæ auxilio sanatur. 465
Obsessi a dæmonibus in conspectu
Annuli B. Virginis sanantur. 389
Occasione miraculosæ vindictæ in
violantem imaginem B. Virg. qui-
dam eiusdem criminis cõscij, mun-
do valedicunt. 315
Octavianus Imp. vnde dictus Aug. 13

Index rerum

- Oculum imaginis Deiparæ expungens, & ipse amittit oculum. 111
 Oculum militi monoculo restituit B. Virgo, eundemque liberat à morte, ob eius defensum honorem. 309
 Oculos euulsos, & manus abscissas cuidam iuueni restituit B. V. 200
 S. Odilonis Abbatis ardens amor ergà Deiparam. 136
 S. Odo B. Virginem Matrem misericordiæ vocare consueuerat, & quare. 125. Quid instituerit ad honorem Deiparæ. ibid.
 Odor suauissimus ex corpore B. Virg. manat. 3
 Odorem suauissimum spirabat domus vbi Tunica Deip. latebat. 67
 Offa vinaria Hieronymum Capucinatorum Generalem & socios in via excipit B. Virgo. 490
 Officium B. Virginis sub Urbano II. in Concilio Claramont. approbatum & indictum. 147
 Officium B. Virg. recitans F. Pius Capueinus, à Canum moribus defenditur. 486
 Officium B. Virg. qua attentione persoluerit B. Andreas Monachus. 297
 Officiorum B. Virginis omissio, multorum causa malorum. 139
 Offeritur in templo B. Virgo. 6
 Oleum ex imagine B. Virg. de Sardinai sumptum apparet incarnatum: ex quo sanguinis guttæ profluunt. 196
 Oleum fluit ex imagine B. Virg. ad curandos infirmos. 82
 Oleum fluit de Fonte paulo ante Natiuitatem Christi. 41
 Oleum ex imagine Deip. resilit in S. Theodorum Siceotem. 89
 Oppidum quoddam igne perit ob blasphematores incolas. 406
 Opiniones variæ circà annum ætatis quo obiit B. Virgo. 33
 S. Opportunæ moribundæ apparet B. Virgo. 216
 Oravit B. Virgo pro S. Stephano dum lapidaretur. 24
 Oratio S. Casimiri Regis ad B. Virginem. 401
 Oratorij Romani Pates à morte præseruat B. V. 485
 Orbis vniuersi descriptio. 13
 Ordinis S. Benedicti notabilis ergà Deip. deuotio. 74
 Ordinis Cisterciensis Monasteria omnia B. Virgini dicata. 154
 Ordinem Cisterciensem ab Innocentio III. vexatum, liberat B. V. 158
 Ordinem Carmelit. iubente Deipara approbat Honorius III. 211
 Ordines mendicantium à multis grauaminibus iuuante Deipara liberantur. 250
 Ordo Cœlestinorum Spiritui sancto præcipuè consecratus. 283
 Ordinis S. Hieronymi fratres ad perseuerantiàm hortatur B. V. 327
 Ordinis sanctissimæ Trinitatis patres quid statuerint ad honorem B. Mariæ. 343
 Ordini Prædic. insigne priuilegium impetrat B. Virgo. 228
 Ordinem Prædic. commendat B. Virgo. 223
 Ordo Præmonstrat. sub tutela Deip. 159
 Ordinem Prædic. ab Innocentio IV. vexatum defendit B. V. 259
 Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptor. captiuorum institutio. 224
 Ordinis Minimorum deuotio ergà B. Virginem. 420. Festum celebrat B. Mariæ de Victoria, & quare. ibid.
 Ordinis Equitum B. Mariæ Liliij institutio. 136
 Ordinis Cisterciensis Patrona B. Virgo. 142
 Ordinis Theutonic. Equitum B. Mariæ initium. 186
 Ordinis

Memorabilium.

- Ordinis B. Virginis Fontebraldensis institutio mirabilis. 150
- Ordinis Equestris Vasis B. Virg institutio. 335
- Ordinis Annunciatarum Virginum initium. 419
- Ordinis Seruorum B. Mariæ initium. 236. Eius proteatrix B. Virgo. 238
- Ordinis Equestris Cardui B. Virg. institutio. 320
- Ordinem Equitum B. Mariæ de Stella Robertus Francorum Rex instituit. 133
- Ordinis Velleris aurei institutio. 343
- Ordinis Annunciatarum Virginum Genuensium initium. 518
- Ordinis S. Ursulæ initium. 525
- Ordinis Militiæ B. Mariæ Montis Carmeli initium. 521. 522
- Ordinis Equitum B. Mariæ Auesiæ institutio. 168
- Ordinem Carmelitarum speciali privilegio B. Virgo illustrat. 256
- Ordinis Visitationis B. Mariæ initium. 523
- Ordinis Equestris Annunciatæ institutio. 316
- Ordinis Militum S. Mariæ conjugatorum initium. 265
- Origenes Deiparam laudat. 42
- Originale peccatum non contraxit B. Virgo. 2
- Originale non contraxisse determinant facultates Parisiensis, Coloniensis, & Moguntinensis. 414
- Origo imaginis B. Virginis Aspricolis. 517
- Origo cultus D. V. Hallensis. 332
- Orinetata oratio recitata, demonis insidias irritas reddit. 255. Eandem orationem quotidie recitare solebat S. Edmundus Cantuar. Archiep. ibid.
- B. Osannæ Virgini sæpè apparuit B. Virg. 418
- Osculum cuidam Conuerso Ord. Ci-sterc. præbet B. Virgo. 207
- Osculum præbet B. Abundo B. V. 235
- S. Ottho Ecclesiam Veyrensem Deipar. construit: pro felici conuersione Paganorum. 164
- Ouis veneratur imaginem B. Virg. 187
- P
- P**acifico Capucino B. Virgo se ab originali peccato immunem affirmat. 479
- Paduæ pestis cessat, ob translata imaginem Deip. 481
- Palma B. Virgini intranti in Ægypt. inclinatur. 17
- Parisiensis facultas determinat B. Virginem nunquam subiacuisse originali. 414
- Parisiensis ciuitas à Northmannis obsessa, ope B. Virginis liberabatur. 120
- Panormitani Minoritæ deuotio erga beatam Virginem. 525
- Pantheon in honor. Deip. consecrat Bonifacius Papa. 90
- S. Paulus Apost. Deiparæ virginitatem adstruit. 37
- S. Pauli Apostoli Conuersio precibus Deip. debetur. 24
- Paulus Papa II. Oratorium in honor. Deiparæ construit. 110
- B. Paulus Monachus sub mortem videt Deiparam. 266
- Paulus V. imaginem Deip. pretiosis lapidibus exornat. 20
- Paulus Papa II. ope Deiparæ præseruatur à peste. 367. Eidem summum Pontificatum prædicat B. Virgo. ibid. Lauretanum templum construit. ibid. Imaginem B. Virg. quæ Gallæ apparuit transfert in suum Sacellum, quæ sequenti die ad propriam Ecclesiam inuenta. 368
- Paulus Lector quidam prædicans contra immaculatam B. Virginis Conce

Index rerum

- Concept. subito expirat. 377
 Paulo Eremitæ apparet B. Virgo. 290
 B. Paulæ Camald. apparet B. Virg. 319
 Pectem B. Virginis Treuerensibus dat
 S. Helena. 47
 Pelagius ope B. Virg. ingenti potitur
 victoria. 205
 Pelagius Correa victoriam ope Deip.
 contra Mauros reportat. 272
 Peregrinationis initium ad imagi-
 nem B. Virg. in vrticeto. 359
 B. Peregrinus iussu Deiparæ Ordinem
 Seruorum ingreditur. 237
 Perusini facellum ornatissimum ex-
 trahendum curant asseruando Dei-
 paræ Annulo. 391
 Perusini densis afflictæ tenebris, post
 receptum Deiparæ Annulum, eæ-
 dem tenebræ disparent. 391
 Pestis grassatur Constantinopoli, quæ
 Deiparæ precibus cessat. 81
 Pestis cessat Romæ ob gestatam Deip.
 Imaginem. 87
 Pestis cessat Bononiæ ope Deiparæ.
 353
 Peste liberantur Tornacenses preci-
 bus Deip. 209
 Pestis sæuissima in Oriente grass. 80.
 quæ modo depulsa. ibid.
 Peste liberantur Tungrenses, implo-
 rato B. Virg. auxilio. 208
 Pestis cessat ob translata[m] imaginem
 B. Virg. 481
 Pestis cessat Constantinopoli ob sup-
 plicationes in æde Deip. factas. 84
 Pestis cessat Romæ ad inuocationem
 & gestationem imaginis B. Virgi-
 nis. 442
 Pestis cessat Basileæ, quando declara-
 tum fuit B. Virginem nunquam
 subiacuisse originali. 355
 S. Petrum Veronensem martyrem, in
 fide confirmat B. Virgo. 231
 S. Petrus Chrysologus Deiparæ en-
 comiastes. 64
 S. Petro Cælest. apparet B. Virgo. 271
 S. Petrus Cælestinus quibus exercitiis
 coluerit B. Virginem. 283
 B. Petro Carali ingentia B. Virgo con-
 fert beneficia. 373
 S. Petrus Apostolus Tortosæ Dei ge-
 nitrici facellum excitat: & Cubi-
 culum eiusdem in templi formam.
 37
 B. Petro Monoculo apparet B. Virgo.
 185. orat pro ipso Deip. 186
 S. Petro Cælestino oculi lumen resti-
 tuit B. Virgo. 283
 S. Petro Thomæ de necessariis prouid-
 et B. Virgo. 319. Eidem apparet B.
 V. ibid. Loquelæ beneficium eius
 ope recuperat. ibid.
 B. Petrus Seruita deuotus B. Virg. 363
 Petrum Nolascum monet B. Virgo, vt
 fundet Ordinem de Mercede Re-
 dempt. captiuorum. 224
 Petrus Eremita Auctor Corollæ pre-
 cariarum seu Coronarum B. Virg. 148. Mi-
 randa edita in fauorem eam reci-
 tantium. 149
 Petrus Minorita imaginem Deiparæ
 profert pro auertenda peste. 408
 Petro Fauerio Carth. moribundo ad-
 est B. Virgo. 299
 Petrus Cataciensis Capucinus ter sub
 mortem à B. Virgine visitatur. 479
 F. Petrum Capucinum moribundum à
 dæmonum præstigiis liberat B. V.
 486
 Petrus Ferrus Societ. I E S V, febrici-
 tans à B. Virgine sanatur. 465
 Petrus Scarga B. Virgini deuotus. 525
 Petro Ledesma apparet B. Virgo. 486
 Pietauiensis ciuitatis clauis Portarum
 inter brachia imaginis B. Virg. re-
 perta. 195
 Pictor volens Imaginem B. Virgin.
 Montiserr. reparare cæcitate per-
 cutitur. 460
 Pictorem impedit beatæ V. imago
 extensa manu ne corruat. 136
 Pictoris manus à dæmone vulnerata
 ob

Memorabilium.

- ob deletam Veneris imaginem,
oleo ex imagine B. Virg. fluente
sanatur. 83
- Pius II. febricitans voto ad Diuam
Virginem Lauret. facto sanatur.
365
- Pius IV. Thermas Diocletiani intē-
plum B.V. sacrum commutat. 477
- F. Pius Bononiensis Capucinus horas
B. Virginis recitans, à canum mor-
sibus defenditur. 486
- S. Philippum Nerium moribundum
sanat B. Virgo. 485
- S. Philippi Nerij precibus, B. Virgo
sanat Baronium ægotantem. 485
- S. Philippus Florentinus iussu Deipa-
ræ Ordinem Seruorum ingreditur.
238
- B. Philippus Ord. Prædic. quadrage-
simam ieiunat in hon. Deip. 498
- Philippus Augustus Francorum Rex
exercitum Othonis Imp. fugat ope
Deip. & euadit mortem. 204. Quid
ille egerit ad honorem Deip. ibid.
- Philippus Valesius Francorum Rex,
insignem victoriam ope Deiparæ
reporat. 306
- Philippus Pulcher Francorum Rex
visitat ædem B. Virgin. Aniciensis.
274. Cælestinos ex Italia euocat.
ibid.
- Philippus à Regio Franciscanus, cre-
bro à Deipara visitatur. 299
- Philippus Pulcher Francorum Rex
ope Deiparæ insignem victoriam
contrà Belg. reportat. 295
- Philippus Cliuius è carcere à Deipa-
ra liberatus, Hallas proficiscitur.
371
- Pomus arbor, in nocte Natiuitatis
Christi, quotannis poma præfert
ad probandum Deiparæ partum
virgineum. 344
- Porcas parit hæretica mulier blasphe-
ma in B. Virginem. 475
- Portentum ingens ad probandum
Deiparæ virgineum partum. 344
- Portiunculæ supplicationi interest B.
Virgo. 227
- Prædicatores à terreculamentis Dia-
boli, liberat B. Virgo. 220
- Prædicatores strates in Choro bene-
dicit B. Virgo. 221
- Prædicatorum ingens erga Deiparam
amor. 223
- Prædicatorum Ordinem ab Innocen-
tio IV. vexatum, defendit B. Vir-
go. 259
- Præmonstratensis Ordo sub tutela
Deiparæ. 159
- Præsentationis B. Virginis festum ex
Breuiario expunctum, Franciscus
Turrianus agit vt denuò reuocetur.
500
- Præsentationis & Concept. solemniti-
tates instituit Sixtus IV. 371
- Princeps Sarracenorum in Deiparam
blasphemus, Constantinop. ciuita-
tis portam nõ potest transire, pro-
hibente eum imagine Deip. 104
- Priscus Carnotensium Rex B. Virgi-
nem ditionis suæ facit hæredē. 27
- S. Procopius martyr prædictionem
Oraculi Apollinis de templo Ar-
gonautarum, publicè recitat. 45
- Prodigia circà salutationem Angeli-
cam. 345
- Puella violans festum Annunciatio-
nis diuinitus punitur. 90
- Puella voto ad B. Virginem emisso, à
gravi morbo liberatur. 477
- Puellam ferè à lupo consumptam, in-
columen conseruat B. Virgo, vt
confiteatur. 364
- Puellam inopem ducit ad ædem Lau-
retanam B. Virgo. 427
- Puellam intactam relinquit Carolus
8. Francorum Rex, ob reuerentiam
B. Virg. 399
- Puellam incestuosam, quæ se gladio
petierat sanat B. Virgo, & à dam-
natione præferuat. 222



Index rerum

- Puellam mortuam suscitatur B. V. 425
 Puellis duabus apparet B. Virgo. 406
 Puer inuocato Deip. auxilio, inter
 flammam inuentus illæsus. 148
 Puer mortuus inuocata B. Virg. Viti-
 ceti reuiuiscit. 361
 Puer pastoritius semel & iterum à fe-
 bre purpurea sanatur per B. Virg.
 à qua & donū scientiæ accipit. 449
 Puer mortuus post decimum quintum
 diem, ad B. Virg. inuocationem, sub
 terra uiuus repertus. 340
 Puer in aquis suffocatus, à B. V. vitæ
 restituitur. 151
 Puer mortuus redit ad vitam, vt An-
 nulum Deiparæ manifestet. 386.
 & 387
 Puer à Lupo raptus, implorato B. Virg.
 auxilio incolumis restituitur. 144
 Puerum à morte præseruat B. Virgo
 Carnot. 157
 Puerum mortuum ad vitam reuocat
 B. Virgo. 124
 Puerum à peste sanat B. Virgo. 361
 Puerum in puteum delapsum educit
 B. Virg. 430
 Puerum mortuum ad vitam reuocat
 B. Virgo. 476
 Puerum ex incendio liberat B. Virgo.
 161
 Puero sine lingua, loquendi faculta-
 tem concedit B. Virgo. 463. Eidem
 & linguam restituit. ibid.
 Puerum Iudæum ab incenso furno li-
 berat B. Virgo. 81
 Puerum illæsum B. Virgo conseruat
 in incenso furno. 366
 Puerum mortuum ad vitam reuocat
 B. Virgo. 364
 Puerum mortuum suscitatur B. V. 339
 Puerum mortuum vitæ restituit B.
 468
 Pueris irreuerenter se gerentibus ima-
 go B. Virg. commouetur. 477
 S. Pulcheria Augusta inquirat corpus
 Deip. 63. tria Tempia in hon. Dei-
 paræ construit. 62
 Pulchritudo B. Virg. quam excellens. 5
 Purificatio B. Virg. 16
 Purificationis in festo, Episcopus qui-
 dam egregiam habet visionem. 275
 Purificationis festiuitatis die cerei
 extincti, miraculosè & diuinitus
 accenditur cereus matris S. Dun-
 stani, ex cuius lumine cæteri acci-
 piunt. 128

Q

Q. Væstio de celebratione festi An-
 nunciationis. 130
 Quadragesimam vnam in hon. Deip.
 ieiunat B. Philippus. 498

R

S. R. Adbodus in infirmitate con-
 solatur, & sanatur à B. Vir-
 gine. 120
 Ratisbonæ miracula ad Imaginem B.
 Virg. 433
 S. Raymundus eximius Deip. cultor.
 271
 B. Raymundo Pennia fortio Domini-
 cano, apparet B. Virgo, & quid ei
 iniunxerit. 225
 B. Raynerus Dominicanus in fide du-
 bious, confirmatur à Deipara. 329
 B. Raynerus adhuc puer ab B. Virg.
 extrahitur ex aqua. 232. Eidem B.
 Virgo impetrat vt sine Purgato-
 rio, transeat in cælum. ibid.
 Raynerio Cappoccio apparet B. Vir-
 go, eumque ad extruendum sibi
 templum admonet. 215
 Recinetenses à peste liberantur, im-
 plorato diuæ Lauret. V. auxilio. 410
 Rectoris studij Tolosani horrendus
 interitus ob impugnatam Conce-
 ptionem immaculatam. 338
 Reges Francorum ex Hugonis Cape-
 ti prosapia, testati sunt se Regnum
 Franco-

Memorabilium.

- Francorum, per B.V. possidere. 227
 Regiæ stirpis fuit B. Virgo. 4
 B. Reginaldum sanat B. Virgo. 211. ei-
 dem castitatis donum tribuit. 212.
 Perûgitur ab ea semel & iterû. ibi.
 Reginaldus Aggellus vt coluerit Dei-
 param. 305
 Regulam & habitum Seruitis tradit
 B. Virgo. 236
 Reliquiæ B. Virg. extinguunt igne. 95
 Reliquiæ B. Virg. non possunt com-
 buri. 94
 Reliquiæ Deiparæ Venetiis in cele-
 berrima supplicatione delatæ. 527.
 528
 Reliquias Patavinorum Martyrum in
 puteo occultatas, reuelat B. Virgo.
 269
 Reliquiæ B. Virg. S. Francisco reue-
 lantur. 209
 Reparata Monialis Ordinis Minimo-
 rum sæpè videbat Deiparam. 525
 Responsorij Felix namque es, &c. re-
 citatione periclitantes liberantur.
 250
 S. Richardus Ep. Cicestrensis mori-
 bundus Deiparam inuocat. 251
 Ripæ Transoni cordis puritatem cõ-
 fert B. Virgo. 512
 S. Rhemigius Rhem. Epif. Laudunen-
 sem Ecclesiam locupletat & Ca-
 thedralem efficit. 81
 B. Robertus de Arsbrucellis Institu-
 tor Ord. B. M. Fontis Ebrardi. 150
 B. Robertus Ord. Cist. Monachus sub
 mortem videt Deiparam. 251
 S. Robertus Abbas adhuc in vtero
 matris existens, electus in sponsum
 à Deipara. 142
 Robertus Francorum Rex B. Virgini
 deuotus. 127
 Robertus Francorum Rex Ordinem
 Equitum B. M. de Stella instituit. 133
 Robertus Rex Neapol. templa in ho-
 nor. Dei contruit. 311
 S. Rochum parentes precibus à B. Vir-
 gine impetrant. 306
 Rodelinda Regina Ecclesiam in hon.
 Deip. construit. 99
 Rhodum obsidentes Turcæ, à Beata
 Virgine fugantur. 379
 Rollo Northmannus Carnotum ob-
 fidet, sed fugit, & innumeri ex suis
 perimûtur, ostensa Deip. tunica. 122
 Romanus Imperator Græcorum an-
 tiquam Deip. imaginé reperit. 135
 B. Romeus, vt coluerit Deiparam. 265
 S. Rosa ægrotans semel & secundò,
 visitatur à B. Virg. 257. 258
 Rosæ prodeunt ex mortuo corpore B.
 Iossionis. 165
 Rosæ miraculosè prodeunt ex ore,
 naribus, & oculis B. Iosberti Mona-
 chi. 184
 Rosam auream B. Virgini Laur. mit-
 tit Gregorius XIII.
 Rosarum manipulum à Deipara acci-
 pit B. Franciscus Seruira. 270
 Rosarum odorem emittunt manus B.
 Cæciliæ Virg. 411
 Rosarium capiti suo imponens S. An-
 tonius Paduanus, in magna pluuia
 non madefit. 244
 Rosarium illæsum repertum in igne.
 508
 Rosarij recitandi vis & efficacia. 511
 Rosarij orationem ridens Episcopus,
 vt resipuerit. 208
 Rosarij ob recitationem mulier ab
 horrenda morte liberatur. 409
 Rosarij decadem B. Laurentio Mona-
 cho defert Angelus. 265
 Rosarij præsentiam dæmones ferre
 non possunt. 458
 Rosarij deuotione adolescens ex ca-
 ptiuitate Turcica liberatur. 455
 Rosarij restauratorem eligit B. Ala-
 num B. Virgo. 374
 Rosarij recitandi formam S. Domini-
 co præscribit B. Virgo. 205
 Rosarij Miracula. 480
 Rosariû B. Alani pellit dæmoné. 377

Index rerum

- Rosarij sodalitas confirmatur à Sixto
Papa IV. 378
- Rosarij recitationem irridens hære-
ticus, inuaditur à dæmonibus. 208
- Rosarij restauratio quibusdam ingra-
ta. 393
- Rosarij virtute peccator miraculosè
conuertitur. 212
- Rosarij amatorem licet blasphemum,
à morte liberat B. Virgo. 427
- Rosarij detractores diuinitus puniun-
tur. 393
- Rosarij virtute trucidantur Albigen-
ses. 203. 204
- Rupertus Abbas Tuitiensis, donum
scientiarum recipit à B. Virg. 154
- Rupis Amatoris B. Virginis miracu-
la. 167. 175. 177. 182
- Rusticus quidam pungens oculū ima-
ginis B. V. & ipse amittit oculū. 111
- Rusticus laborās in festo Assumptio-
nis subitanea morte perit. 152
- Rusticus à dissenterix morbo sanatur,
voto ad D. Virginem Aniciens. fa-
cto. 520
- S
- S. Abas Abbas templum in hon.
Deip. construit. 73
- Sabbatum cur, & vnde Deiparæ dedi-
catum. 10
- Sacellum B. Virginis de Myanis dis-
perdere non possunt dæmones. 257
- Sacellum D. Virginis Annunciatae in
Florent. dedicatur. 363
- Sacellum B. Virg. Spei, Auenioni, vbi
egregium factum miraculum. 334
- Sacellum ornatissimum in Annulo Dei-
parentis asseruando extruendum
curant Perusini. 391
- Sacerdos inuocatione B. Virg. Montif-
ferr. euadit mortem. 460
- Sacerdos exempteratus à Turcis, inte-
stina defert Lauretum. 432
- Sacerdos quotidie missam de B. Virg.
celebrans, à ministerio amouetur,
sed iubente Deipara restituitur. 76
- Scapulare impetrat à B. Virgine Si-
mon Stoch. 256
- S. Salaunus puer, nihil addiscere po-
tuit, præter hæc duo, *Aue Maria*,
313
- B. Saluator Hortensis, B. Virgini de-
uotus. 477
- Salve Regina* recitatione, sacerdos ti-
more tonitruorum & tempestatura
liberatur. 214
- Salutatio Angelica literis aureis def-
cripta apparet in lingua Eustachij
Monachi. 208
- Salutationis B. Virgin. ad Elizabeth,
verba. 12
- Salutarum ciuitatem ne tota confla-
ret, prohibet B. Virgo. 362
- Sarbaras Cosrois Dux Constantino-
polim obsidet, sed frustra, nam pre-
cibus Deip. cum magna suorum
strage, sum dedecore fugit. 91
- Sarracenorum naues, & eorum exer-
cituum dissipatus per intercessio-
nem B. Virg. 103
- Sarracenos vincit Pelagius ope Dei-
paræ. 205
- Sardenay Virginis miracula. 118
- Sanctimonialis sacrilegio polluta,
honorè consulit B. Virgo. 142
- Spasnum nullum passa est B. Virgo
in passione Filij. 21
- Spiræ ab imagine Deip. saluatus S.
Bernardus. 171
- Spiræ templum Deip. magnificū. 185
- Scientiæ donum accipit à B. Virgini
puer pastoritius. 449
- Scientiarum donum à B. Virg. recipit
Rupertus. 154
- Scientiarum donum Vdoni tribuit B.
Virgo. 126
- Schiedam. Virginis miracula. 350
- Scotus scientiarum donum impetrat
à B. Virgine. 295
- Scotus immaculatæ Conceptionis de-
fensor

Memorabilium.

- fenfor acerrimus. 284
 S. Scrutarius Anicienſis. 40
 Senonenſi populo ſeſe viſendam exhibet B. Virgo. 449
 Senonenſis diua Virgo parturientibus opitulatur. ibid.
 Senonenſes à febre purpurea, Deiparæ auxilio liberantur. ibid.
 Seraphino Capucino diem mortis prædicit B. Virgo. 486
 Sergius Papa inſtituit Litanias in feſto Pariſic. B. Mariæ. 101
 Serenitatis impetratæ miraculo maximus erga imaginem B. Virg. quæ in nocte Guardix aſſeruat, apud Bononienses cultus & deuotio. 345
 Sertum florigerum capiti Mariæ fororis B. Caroli Villatiensis imponit B. Virgo. 209
 Seruitarum Patriarchis apparet B. Virgo. 245
 Seueriana mulier ad fidem Catholicam per B. Virginem conuerſa. 74
 B. Siardus Abbas fundator Curix B. Mariæ. 156
 S. Siluanum Monachis à graui capitis, & pectoris dolore ſanat B. Virg. 182
 Similitudine egregia S. Andreas Apoftol. uirginitatem Deip. probat. 37
 B. Simon Stoch, Scapulare à B. Virgine impetrat. 256
 Simon Bonnel Cæleſtinus intercedente Deipara, ab æterna damnatione liberatur. 416
 Simon Monfortius Albigenſes hæreticos oratione Roſarij proſtigat. 204
 Simon Robanius monitu B. Virginis inuenit imaginem eiufdem B. V. in Hispania. 420
 Simonis Garcia Minimi erga Deiparam ſingularis affectum. 420
 B. Sitam introducit in urbem Lucanam clauſis ianuis B. V. 273
 Situs B. Virg. iuxta Crucem. 22
 Sixtus IIII. inſtituit ſolemnitatem Conceptionis & Præſent. B. V. 371
 Sixtus IV. B. Virg. templum ſub titulo Pacis conſtruxit, & eius erigendi cauſa. 395
 Sixto quarto iubente beſta & discordiæ ceſſant inter Senenſes & Peruſinos. 391
 Sodales ex latronum incurſionibus, aliisque periculis liberat B. Virgo. 507. 508
 Soldanus Damasci cæcus, viſum recipit ad imaginem Deiparæ Virgin. in Sardenay. 129
 Sozopoli imago Deip. fluit oleum ad curandos inſirmos. 82
 B. Stanislao Cracouienſi apparet Beata Virgo. 407
 B. Stanislao Koſtkæ apparet B. V. 476
 S. Stephanus Hungariæ Rex quantum fuerit B. Virgini addiſtus. 129.
 Quantum fuerit B. Virgini charus. 133. Quanta fecerit ad eius honorem. ibid. Videt mirabilem viſionem Romæ in Eccleſia S. Mariæ maioris. ibid. Moritur in feſto Aſſumpt. 135
 S. Stephanus Abbas Ciſt. diem mortis reuelante Deipara prænoſcit. 142
 S. Stephanus iunior à B. Virgine parentibus impetratus. 105
 B. Stephana videt Deiparam. 457
 S. Stephanus Grandimont. Ordin. Inſtit. inſigne miraculum impetrat à B. Virg. 158
 Stephanus Batorius à maximo periculo per B. Virginem liberatur. 404
 Stephani Lonſoſej caput toto triennio viuum conſeruatum à B. Virgine, vt poſſit conſiteri. 356
 Stephanum Inſtitium oſculatur Beata Virgo. 525
 Sueſſionenſes ignis intolerabilis ardore afflicti, ſanantur à B. Virg. 161
 Sueſſionenſis Virg. miracula. ibid.
 Sudorem laborantium Monachorum extergit B. Virgo. 168

Index rerum

- Supplicationi Portiunculæ interest B. Virgo. 227
- S. Sura, siue Soter, extruit Ecclesiam in hon. B. Virg. 275
- Syngrapham quam diabolo dederat Theophylus, ope B. V. recuperat. 79
- S. Syluester Papa Templum in honor. Deiparæ construit. 47
- S. Syluester Abbas præceptus à diabolo, & grauitè vulneratus, à beata Virgine sanatur. 253
- Communicatur ab eadem. ibid.
- B. Syluester Camaldulensis, blasphematorem in beatam Virginem conuincit. 312
- Syluester Marradius, varia vitæ benè gerendæ documenta audiuit à Deiparæ. 437
- T**
- B. Taclemanoth, Deip. deuotus. 318
- Tancredo Ordinis Prædic. ingressum suadet B. Virgo. 237
- Taruensis templum Deiparæ, miraculosè à direptione liberatur. 312
- Taruusina Virginis miracula. 425
- Tempestas cessat in eleuatione imaginis B. Virginis. 118
- Templum in hon. Deip. Construit Leo Imp. 66
- Templum Deiparæ destructum, mirabili visione admonitus reedificat S. Ioannicius Anachoreta. 114
- Templum Argonautarum Deip. dedicatum. 45
- Templum in hon. Deip. cõstruit Constant. Imp. 46. item & S. Helena. 47
- Templum S. Mariæ Transpontanæ reedificatur. 477
- Templum Deiparæ insigne in Paro Insula. 122
- Templum B. V. Romæ, dictum à Consolatione, qua ratione extructum. 371
- Templi Deip. Hierosol. à Iustiniano cõstructi, qualis structura. 77. noua lapidicina pro eo const. inuenta. ib.
- Tentationes horribiles iuuante Deipara, superat B. Alanus. 375
- Tentatio magna cessat in ordine Carthus. ob recitatam specialem erga Deiparam deuotionem. 165
- B. Teresa Regina moribunda Canticum B. V. præcipit decantari. 274
- Ternarum Ordinis Cælestin. Monast. conflagrat, sed precibus Deiparæ extinguitur incendium. 377
- Terra S. Deip. auxilio acquisita. 149
- Tertullianus quam reuerenter de Maria loquatur. 39
- Theobaldus Comes Carnot. Carolo Crasso Franc. Regi, quem grauitè offēderat, ope B. V. recõciliatur. 166
- S. Theodorus Siceotes moribundus sanatur à Virg. 89. Oleum ex imagine Deip. in eum resilit. ibid. Orãs in templo Deip. habet reuelationem de futuro Mauritij Imperio. 90. Velum Deip. dono accipit à Thoma Patriarcha Constant. ibid.
- S. Theodorus Studites Deiparam summis laudibus effert. 113
- SS. Theodorus & Theophanes, in tormentis Deip. auxiliũ implorant. 113
- Theodorus Heraclij Imper. frater, ope Deip. de Sarracenis triumphat. 91
- Theodoricum quendam captiuũ solutis compedibus liberat B. Virgo. 213
- S. Theophanes Deiparæ laudes egregiè celebrat. 115
- Theophylus abnegato Christo, syngrapham quam diabolo dederat, ope B. Virg. recipit. 79
- Theutonicorum Equitum B. Mariæ initium. 186
- S. Thomas Cantuar. Casulam à B. V. recipit. 177
- S. Thomas Aquinas adhuc infantulus chartam, in qua scripta erat Saluatio Angelica deglutit. 270
- Toni

Memorabilium.

Tonitruorum & tempestatum timore liberatur sacerdos B.V. deuotus. 14	genſis horrendus interitus. 126
Tornacenſis ciuitas obſeſſa ope B. Virginis liberatur. 310	Velum B. Virg. 32
Tornacenſes à peſte liberantur precibus Deip. 209	Velum capiti ſanctæ Lyduinæ imponit B. Virgo. 351
Tortofa S. Petrus Apoſt. Dei genitrici Sacellum excitat. 37	Velum capiti S. Franciſcæ imponit B. Virgo. 356
Treuerenſi in agro, & diœceſi miracula multa operatur B. Virgo. 363	Veli Deiparæ particulam dono accipit S. Theodorus Sicœotes à Thoma Patriarcha Conſtantinopolitano. 90
Trident. Conc. in decreto de peccato originali, non intendit Beatam Virginem comprehendere. 2	Venetenſes ope B. Virginis à peſte liberantur. 442
Trithemius Abbas à moleſtia reumatis inuocata Deip. liberatur. 423	Veneti excommunicantur ob eſtptam imaginem B. Virg. è ſacrario S. Sophiæ Conſtant. 197
Triumphus magnificus B. Virg. paratus à Ioanne Comneno Imper. ob eius ope partas victorias. 158	Venter & vbera B. Virgin. cur magis beata quam cætera membra. 19
Tungrenſis Virg. imago diuinitus allata. 182	B. Venturinum alloquitur imago B. Virg. 306
Tungrenſis V. miraculum inſigne. 215	Verba ſalutationis B. Virg. ad Elizabeth. 12
Tungrenſis Virgo tres viros iniuſtè morti adiudicatos liberat. 261	Veldelei Virginis Miracula. 533
Tungrenſes implorato B. Virg. auxilio, peſte liberantur. 208	Verſus, <i>Te ergo quaſumus</i> , Deiparæ gratiſſimus. 197
Tunica Deip. apud Anum Iudæam recondita. 67	Vrticeti V. mirac. 358. 359. 360. 361
Tunicas duas dat B. Virg. propinquis Virginibus. 30	Vesperas Deiparæ canentes Monachos fulgur non ledit. 439
Tunicam argenteam B. V. Carn. geſtās Eques, enſi iſtibus non leditur. 140	Veſtis Deip. reponitur in capſa aurea & argentea. 71
Tullenſem ciuitatem à prodicione liberat B. Virgo. 282	Veſtem cæleſtem S. Bonito Epifcopo tradit B. Virgo. 100
Turbatio Ioseph. 13	Veſtem pretioſam tradit S. Ildeſonſo Archiepiſcopo Toletano B. V. 96
Turcæ ſolo intuitu ædis Lauret. fugiunt. 435	Victoria celeberrima de Turcis reportata à Chriſtianis ope Deiparæ in ſinu Naupacti. 484
V	Victoria contra Saracenos reportata ope Deiparæ. 272
Vallencenſis ciuitas ope B. Virginis liberatur à peſte. 131	Victoria inſignis parta, de Mauris Deiparæ hoſtibus. 311
Vallis florida Virg. miracula. 331	Victoriam contra Mauros reportat Pelagius Correa. 272
Vaiuoda Tranſſyuania Princeps inuocato Deip. auxilio, euadit mortem. 456	Virginitas perpetua Deip. tribus miraculis comprobatur. 233
Vbera & venter B. Virgin. cur magis beata quam cætera membra. 19	Virginit. votum prima emiſit B. V. 7
Vdonis Archiepiſcopi Magdebur-	Virginitatem Deiparæ egregia ſimilitudine probat S. Andreas Apoſt. 37
	Vifo

